Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Plotini liber primus ... [-Enneas sexta]

https://hdl.handle.net/1874/461205

# Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

# This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

Hæc enim causa est/& in huius tempus :hunc uero motum in ipsum animæ motum/qui secundū æqualia produxerat interuallū. Ipsum itaq; motū aīæ in quid potissimū referemus? Certe ī quodcūq; referre uoluerīs/in aliqd desines prorsus indistās. Hoc igit̄ hic existit primo: Ipsumq; est in quo cætera cōtinentur. Ipsum uero nō amplius est ī alio. Nō enī habere pōt quo cōprehendatur. Hoc igit̄ primo regnat. In aīa quoq; totius similiter se res habet. Num igitur & in nobis est rēpus? Forsan ī omni aīa tali/& uniformiter est ī omni: Et oēs quodāmodo sunt una. Quapp nō dispergetur rēpus: quandoquidē neq; æternitas quę secundum aliud ī uniformibus cunctis existit.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN LIBRVM DE NATVRA ET CONTEMPLATIONE ET VNO.

Naturalia fiunt a uita quadam agente p rōnes quasi cōtemplatiuas/sibi infusas ab intellectu diuino.

PHilosophi quondam nōnulli simpliciter naturales/putabāt naturalia oīa a qualitate quadā elementali motuq; generari: Ac talia prouenire uel talia p uirtute qualitatis/quæ in agēte uigeret: & pro efficacia motus inde ī materiā desinētis. Nec his præesse rōnem ullā modo intrinsecā artis agentem. Plotinus āt corporales qualitates/& motus duci uult ab incorporea forma nō subiecta motibus: sed præsidente: quam uocat naturā uniuersalem atq; primā. Formā dico substantialē/atq; uitalem. Quę nec ulla sit corporū qualitas/ut possit omēs pariter procreare: nec solo impetu motus agat: ut disponere possit oīa moderamie certo: sed agat sua quadā rōne formali/& naturali quadā arte. Perinde ac si artificiosa ratio/quæ est accidēs ī artifice/ sit aliquid p se subsistens: quanuis intra materiam: Atq; ita suapte natura agat artificiose: ut artifex artificiose agit electiōe. Immo sic naturali arte agat artificiose: sicut ignis natura li calore naturaliter calefacit. Huic ergo uiuæ naturaliq; rōni parēt qualitates & motus/ut instrumenta. Tametsi absq; motu corporeo/corporeū edit motum: & sine qualitate ignis generat ignem. Ac sine manifesto semine passim uiuentia generat. Vtpote quę essentiales ī se habeat/& uiuas oīum rōnes. Quod satis ī theologia nostra probamus: & ita ī præsentia breuiter confirmamus. Super nutritionem & augmentum/quæ sunt generatiōes quędā/est ipsa simpliciter generatio: quæ & ī his oībus reseruat̄. Cum igit̄ hę generatiōes quædā/uitarum quarundā uel quorundam uiuentium opa sint: nimirū ipsa simpliciter & prima coīsq; generatio/est opus simpliciter uitæ/uitæq; coīs/totum regētis mūdum. Atq; cū in mole mundi nō sint certa ubiq; semina corporalium manifesta/ profecto in ipsa totius uita sunt semina/& proprię rōnes seminum rerumq; sensibus apparentium. Natura enī quæ sine electione facit/insita forma facit: & certas ubiq; formas certis necessario formis. i. rōnibus seminalibus: Quibus sane tanquā principijs atq; regulis motus oēs/qui per se indeterminati sunt: certo quodā tenore definiat: & qualitates quæ toto impetu agūt/quicquid agūt/& cohibitę sunt naturaliter in angustum: librata quadā moderatiōe ducat ad opus: & id quidem multiforme: uniformi tamē ordine. Nec aliter certum ubiq; finem spectet/in his quæ ipsa non uident finem/q̄ ars soleat/& cōsilium. Ars hæc uiuens atq; naturalis omnes in se secūdum actum naturales cōtinet formas/nō aliter q̄ ars humana possideat artificia. Materia. n. quæ in potētia formabili semper est ad oēs: nō aliter ad actum perducī oīum/q̄ per uitam materiæ quidem pręsidentem: sed cognatā/in se oēs actu comprehendētem. Natura quidem hęc artifex oīum/neq; materia quadam tali uel tali: neq; ipsa simpliciter materia ad suam indiget existētiam. Ipsa enim materiā quotidie talem reddit/atq; talem: materiamq; expedito mouet imperio. Iam uero nec qualitate hac uel illa materię indiget ad suam simpliciter actiōem. Potest enī qualitates absq; qualitatibus generare. Quippe cum ipsa sit cōmune principium ad oēs pariter generandas. Ac si generat passim uiua sine seminibus manifestis/magis potest qualitates elemētales per semina sua tātum sine elementorum taliū ministerio procreare. Quod si utitur materia qualitatibus certis affectā/nō quidem necessitate/eiusmodi qualitatibus utī/sed per accidēs. Quod fane cōfirmat̄ ab illis q̄ in generatiōe/resolutiōem fieri usq; ad primā materiā arbitrant̄. Proinde memēto naturam eiusmodi esse uerum generatiōis ubiq; principium. Forma nāq; materialis quia formarū est ultima/formale nihil ꝓprie generat. Quod enī in aliquo genere postremū est/nihil gignit ī eo. Est ergo materialis forma nō tam generatiōis pricipium q̄ affectio quædā materiæ inducta desuper ab occulto principio spēm generāte: ꝙ autē nihil generet/cōfirmat̄ ex eo/quia generatio ad uitam pertinet: hęc aūt uita caret: uita uero carere cōstat ex eo: quoniam oportet essentiam ulterius proficisci q̄ uitam: Nec tamē usq; ad materiam procedit essentia. Siquidem neq; forma. In qualitatem igit̄ essentia desinit: & id quidem intrinsecus desinit: ergo uita ī naturam similiter sup materię qualitatē. Natura quidem hęc incorporea est: quod enī corporeum est/ī mouet quicquā/ interea & moueī: moueī inquam etiam ī substātia. Primū uero mouēs est/quod substantia permanet: ut perpetuū cōtinuare queat in motu tenorem. Si tamen est motor intimus familiarisq; uelut forma quędam/qualis est ipsa natura: oportet dum mouet/etiā quodā pacto moueri per modū quendā potius sui alium atq; alium: nō per essentiā aliquando declinantē. Deniq; sicut in quolibet aīato nō qualitas elemētalis: sed uitalis quædā ratio principiū est eorum quæ in corpore fiunt: & super & cōtra qualitatū eiusmodi modū: sic ī uniuerso uiuēte. i. mūdo/ nō elementalis qualitas aut motus/tam pulchra/tam diuersa/ sed ratio quædam uiua dispensat. Quam Plotinus ait in seipsa per essentiam permanere: quanuis in affectiōem actu aliam uicissim ex affectione mutetur. Neq; a materia dependet pariter/& ab aīa: sicut & corporea qualitas/ sed ab aīa tantum/uelut perēnem actū aīę/uergētē erga materiā: Ideo qualitatē Plotinus corporeā apellat accidēs: quoniā utrinq; depēdeat: uitā uero ab aīa cōmunicatā corpori/nō accidēs corporis: neq; rursum aīæ accidēs: sed essentialē actū aīæ: quasi mediū inter uerum accidens/uerāq; substantiā: quæ usq; ad intellectualē progreditur aīam. Siquidē uitutem aliquā habet/qua seipsam quodāmodo substineat/& cōseruet: & in seipsa proficiat: Quo quidē munere oēs intellectuales essentiæ per se & ex se subsistere dici solent. Sed ut ad naturā redeamus. i. uitā ab aīa dependentē/in hac sunt rationes oēs formarū naturaliū productrices: Ipsaq; ī ea ratio quælibet non notio quędā est/ex argumēto uel indagine quādoq; cōcepta: sed essentialis proprietas atq; actus essentiæ non differens ab esse tali quodā atq; tali. Est igitur in natura

W. fo.
196

RARIORA


Cm


Cm


Cm



121

W. fo.
196

fol. 1-28 en 441, 442
ontbreken

632. **Plotinus,** Opera a Marsilio Ficino latine reddita. Florence, Ant. Miscomini 7 Mei 1492. 2°. W. 2°. 196

Type 3. — Drukkersmerk (defect). — HC* 13121. — Pr. 6156. — Bl. 1, 28, 441 en 442 ontbreken.

Zie over dezen prachtigen druk: Th. F. Dibdin, Bibliotheca Spenceriana II-1814 nr. 374. — Uit het kapittel van S. Marie te Utrecht.

In Plotinum.

# LIBER TERTIVS

## De triplici ad mundum ītelligibilem aſcenſu. s. per Muſicam: per Amatoriam: per Philoſophiam.

### Ingenium Muſicum a proportione ī uoce reducendum eſt ad proportionem pulchritudinemq; ī mente. Cap. Primum.

QVAE nam ars uel ītroductio uel ſtudium nos quo eũdum eſt reducit? Quod. n. ad ipſũ bonũ primũq; ptĩcipiũ petuenendũ eſt/cõceſſum ſit/ex multiſq; demõſtratũ. Et ꝓfecto eiuſmõi demonſtratio reductio quædã extitit. Sed quẽ nã oportet eſſe hominẽ illuc reducendum? Atq eũ qui oĩa uel plurima uidit: ut ait Plato: qui in prima genitura ī uirũ futurũ philoſophum: muſicum ue aut amatorem deſcẽdit. Profecto philoſophus natura & muſicus & amatorius reducendi ſunt. Sed qs nã modus? Nunquid his oĩbus unus & idẽ/an potius ꝓprius ſingulis adhibendus? Eſt utiq; oĩbus ꝓceſſio duplex: altera quidem ꝓficiſcẽtibus: altera uero ad ſupa iã ꝓfectis. Prima quidẽ ab iferioribus aſcẽdit. Secũda uero illorũ eſt/qui iam ī loco ītelligibili ſunt: ibiq; fixere ueſtigia: oporteq; eos ultra ꝓgredi: donec ad ſũmũ uſq; ꝓceſſerint. Qui certe finis tunc itineris cõtingit: quãdo quis ad ſũmũ ītelligibilis mũdi ꝓuenerit: Sed ꝓceſſio quidẽ hæc ī præſentia maneat. De aſcenſu & reductione prius conãdũ eſt dicere. Primo quidẽ diſtiguẽdum eſt nobis ĩter hos uiros: exordiũ a muſico faciẽtibus/ Quis nã ſit natura. Ponendũ ſane ipſũ facile mobilẽ/ & qui uelut admirabundus ꝓpenſior ſit ad pulchrũ: ſed non ſatis a ſeipſo moueri poſſit: Facile uero ab his quę occurrũt quaſi figuris incitari queat: Et ſicut timidi ſtrepitu: ſic ille ſonis harmonicis cõciteť: ꝓnuſq; ſit ad pulchrũ. Quod apparet ī ſonis: & fugiat ubiq; diſſonãtiã: quod ue unũ nõ eſt ī cantibus atq; numeris: numeroſũ uero cõcinnũq; ſequať. Quãobrẽ poſt ſẽſibiles eiuſmodi ſonos/& numeros/& figuras: ſic ducere hũc oportet/ uidelicet ſepando materiã ī qua ꝓportiões earũq; cõpationes ſũt/atq; ad pulchritudinẽ/quę ī his ẽ/ reducẽdo. Prẽterea docẽdo illa/ad quæ uelut admirabũdus uehemẽter afficiť/nõ hæc eſſe/ſed ītelligibilẽ potius harmoniã: & quod ī ipſa pulchrum: & oĩo ipſũ pulchrũ/ nõ aliquod pulchrũ tantũ. Deniq; philoſophiæ rõnes ad hæc adhibẽdo ꝑ quas ad fidẽ ꝓducať eorũ quæ ignorat cũ tamẽ hẽat. Quę uero rõnes ſint/ī ſequẽtibus declarabimus.

### Ingeniũ amatoriũ reuocandũ ẽ a pulchritudine corporis ad pulchritudinẽ morum: deide ſcientiarum: deide mentis. Cap. II.

AMatorius autem ī quẽ forte Muſicus incidit: atq; ĩcidens uel ꝓmanet ibi/ uel prętent/memor ẽ quodãmõ pulchritudinis. Sed qa ſeorſũ ẽ ab ipſa/ nõ poteſt ꝓdiſcere. Perculſus ãt a pulchris/quę aſpectui patent/circa ipſa uehementius cõciťať. Docere itaq; hunc oportet/ne circa corpus unũ quaſi cadẽs ꝓnior reuoluať: ſed ad oĩa rõne ꝑſuaſus rite ſe cõferat corpora. Cõſideras quod ī cũctis ẽ idẽ/& aĩa duertẽs ipſũ a corporibus eſſe diuerſũ: & aliũde ꝓcedere aliiſq; magis ineſſe: q̃lia ſũt pulchra ſtudia legeſq; pulchrę. Circa. n hęc amatoris ſtudiũ



DOMEIN-ARCHIEF TE UTRECHT

ad res ĩcorporeas amandas iam assuescit. Ostẽdendum præterea ĩ artibus etiam & scientiis & uirtutibus pulchritudinem esse: ac pulchritudinem ĩ cũctis unam: quo ue modo adueniat. Deniq; a uirtutibus ad ĩtellectũ atq; ipsum ens ꝑueniendum est: ibiq; iter ad sublimia ꝑagendum.

¶ Ingenium phĩcum natura solutum est a materia: Ac solo ĩdiget duce ad diuinam pulchritudinẽ ꝑ certos disciplinarum gradus. Cap. III.

PHilosophus autẽ natura promptus est/ & uelut alatus: neq; ĩdigens separatione: quẽadmodũ hi quos paulo ante memorauimus/ ad supa uidelicet cõcitus/ ambigens ãt/ ideoq; dũtaxat ĩdiget demõstrante. Quãobrẽ ope pretiũ est/ demõstrare ĩprimis/ ac ducere hominẽ/ natura duci uolentem/ atq; iãdiu solutũ. Adhibẽda ergo sunt mathematica: qbus ĩcorporea cogitare & credere cõsuescat. Facile nãq; ꝑcipiet: quippe cũ discendi sit auidus: & ĩgeniũ naturali uirtute generosum ad uirtutum ꝑfectionem oportet ꝑducere: postq; mathematicas rõnes dialecticas tradere/ ac dialecticum prorsus efficere.

¶ Dialectica. i. metaphysica totã entiũ latitudinẽ contemplat̃ atq; ultra ꝓgredit̃: & logica utitur ut ĩstrumento. Cap. IIII.

QVæ nam est dialectica? quam oportet etiam prioribus adhibere. Est utiq; habitus qui rõne de unoquoq; potest dicere quid sit unũquodq;: & quo ab aliis differat: quo ue cõueniat. Præterea quomõ & ubi sit quodlibet: & si est: quid est: atq; entia quot sint: & nõ entia rursus? sed ab entibus alia. Eadẽ hæc & de ipso bono disputat/ & de nõ bono/ & de his quęcũq; sub bono/ & quę sub boni cõtrario. Itẽ qd sempiternũ: quid ue nõ sẽp. De oĩbus inq̃ nõ opinione/ sed sciẽtia tractãs/ ab errore q circa sensibile accidit uacans/ ĩtelligibili prorsus adhęret: circaq; ipsum diligenter agit/ falso posthabito: nutriẽs aĩam ĩ ipso ueritatis cãpo/ freta uidelicet distinctione Platonica ad discretionẽ idearũ spẽrumq;/ & ad quodlibet definiendũ/ & ad prima genera: & quæ ex illis sunt ĩtellectuali texens & cõplicans rõne: quousq; ꝑ ĩtelligibile totũ ꝓgrediat̃: Ac rursus resoluẽs ĩ illud/ ad quod ꝓcesserat ab initio. Tum demũ qetem agẽs/ utpote quæ quatenus illuc ꝑuenit/ quietẽ asseqtur: haud ulterius circa plurima satagens? sed ĩ unum redacta prospicit eã quæ logica nominat̃: circa ꝓpositiones sylogismosq; occupatã ꝑĩde ac si scribẽdi notitiã alteri cuidam arti cõcedat: Quorũ quædam necessaria: & artem antecedentia censet: Iudicat uero ipsa sicut & cętera: & alia quidẽ eorũ utilia: alia suꝑflua putãs: & ad facultatẽ appetentẽ hæc ꝑtinentia.

¶ Metaphysicus accipit ab intellectu principia & per regulas ueritatis tum redarguit sophismata/ tum logicæ regulas comprehẽdit. Cap. V.

AT unde prĩcipia hæc habet sciẽtia? Intellectus forte prĩcipia dat ꝑspicua: si qua aĩa possit accipe. Deinceps uero aĩa cõponit copulatq; & diuidit quousq; ad ꝑfectũ ꝑuenerit intellectũ. Est. n. hæc ut ille ait purissimũ ĩtelligẽtiæ atq; ꝑtudẽtiæ siue sapiẽtiæ. Necesse est igit̃ cũ sit habitus præstantissimus eorum

qui ſunt in nobis/circa ens/ præſtantiſſimumq; uerſari. Prudentiam quidem ſiue ſapiẽtiam circa ens: intellectũ uero circa id quod ente ſupius. Quid igiť philoſophia/præſtãtiſſimũ proculdubio. Sed nunqd idem philoſophia atq; dialectica? Profecto philoſophię pars præſtãtiſſima dialectica eſſe uideť. Nõ. n. exiſtimandũ eſt hanc eſſe philoſophi inſtrumentũ. Siquidẽ nõ nudas ꝓpoſitiones reſpectuſq; continet/ſed circa res ipſas uerſať/& quaſi materiã habet entia. Via tamẽ ad ipſa ꝓgrediť: res ipſas una cũ notionibus habens. Mendacium uero & ſophiſma accidenti quodã reſpectu cognoſcit: alio uidelicet hoc inferente/ ipſa iudicãs ut alienum/cognoſcẽs mẽdaciũ ꝑ uera quę poſſidet/quotiẽs quis illud obiicit quaſi ſit præter regulam ueritatis. Quod ergo ad ꝓpoſitionem ꝓprie ſpectat/fere nõ nouit. Litteræ. n. ſunt. Cognoſcẽs aũt uerum/cognouit ipſũ quod ꝓpoſitionem uocant: cõmuniterq; cognouit aĩæ motiones. Quod ponit: quod ue aufert: acſiue id aufert quod & ponit/ſiue aliud. Item utrũ alia/an potius eadẽ iter ſe afferanť/ quaſi more ſenſus attingens: Alteri uero facultati hæc plurimi faciẽti concedens exactam in iis diligentiam.

¶ Metaphyſica dat regulas cæteris facultatibus tum ſpeculatiuis/tum moralibus. atq; ſine illa & ſcientię non ſunt: & mores ſunt imꝑfecti. / Cap. VI.

PArs igiť hęc eſt honorãda. Habet. n. philoſophia alias ĩſuꝑ facultates: Nempe naturã etiã ſpeculať/ auxilium a dialectica ſumens/quemadmodum etiã arithmetica cęterę artes utunť: ipſa uero prĩcipia ꝓpius trahit a dialectica. Facultas quoq; de moribus ſimiliter cõtemplať quidẽ inde: adiungit uero habitus exercitationeſq;/a qbus habitus ipſi ꝓficiſcunť. Rõnales quoq; uirtutes habẽt habitus/& tanq̃ ꝓpria iam/quæ inde ducũt. Et. n. cum materia habẽt plurima. Et alię quidẽ uirtutes ratiocinatiões habẽt ĩ paſſionibus ꝓpriis atq; inſuꝑ actionibus. Prudẽtia uero eſt præcipua ratiocinatio quædã. Et circa magis uniuerſale uerſať. Cõſiderat etiã nunqd in præſẽtia cohibendũ ſit abſtinendũq;/ an in poſterum: an oĩo melius aliud. Et quę uiciſſim cõſequanť/quæ nõ/aĩaduertit. Dialectica uero & ſapiẽtia etiã uniuerſali ĩmaterialiq; rõne oĩa in uſũ prudentiæ ꝓfert. At utrum poſſint ĩferiora eſſe ſine dialectica atq; ſapiẽtia queri poteſt. Forte admodum imperfecte. Fieri uero poteſt/ut abſq; iis ita ſit ſapiens atq; dialecticus. Vel non utiq; ſic contingit: Sed uel prius uel ſimul coaleſcũt. Et forte aliquis naturales uirtutes habebit/ex quibus & perfectę fiunt/adhibita uidelicet ſapientia. Poſt naturales ergo ſapientia prouenit: Deinde mores ꝓficit: Vel potius exiſtentibus naturalibus concreſcunt iam ambo/ſimulq; tandem ꝓficiuntur. Aut forſan anticipãs altera alteram ꝓficit. Omnino enim naturalis uirtus ipfectũ hẽt oculũ atq; morẽ: Et principia plurimum ab iis quæ habemus utriſq; cõtingunt.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN LIBRVM DE FOELICITATE

¶ Summa totius libri. Beatus eſt qui ſola mente uiuit.

LIbrum de fęlicitate ab ea ſentẽtia in qua oẽs conſentiũt/exordiť. Fęlicitatẽ ſane oẽs eſſe bene uiuere predicant. Quoniã uero quid uita ſit/

& quid bonum prorſus ignorant: ideo quotiens definiunt bene uiuere: totiens errare coguntur. Quorum errores Plotinus ī primo & ſecundo libri capite deprehendit: nos uidelicet admonens/ ut ab ipſa diffinitione diſputationis initium faciamus. Itaq; ī tertio libri capite uitā/ & bonū fęlicitatēq; deſcribit. In quarto dubitationes obicit atq; ſoluit: quærēs utrum homini beata cōperat uita. Itē qua rōne rurſus utrū īpediri queat: Interea ſignificās īpediri nō poſſe. In ſequēntibus deide capitibus ſimiles quæſtiones adducit/ ac deniq; ſoluit: Ex oībus uidelicet cōprobans eum dūtaxat eſſe beatū: qui ſola mēte uiuens totus iā ſit ītellectus/ nulla ex re alia pendēs/ q̄ ex ītellectu diuino: ipſoq; bono rerum oīum pricipio: atq; fine. Hoc libri totius eſt inſtitutum.

## Variæ opiniones quid ſit bene uiuere. Cap. Primum

PRIMVM itaq; caput p ambages uerſat eos/ qui ignorātes quid ipſa uita ſit: quid ipſum bonū bene uiuere interim definire cōtendunt/ dicentes uidelicet: bene uiuere eſt uitam ſine īpedimēto trāſigere. Item bene ſe habere. Rurſus ppriū opus pficere. Præterea finē cōſequi ab appetitu naturaliter exoptatū. De hinc trāquille uiuere. Deniq; ſecū dū naturā uiuere. In his itaq; oībus eo deducit ueræ definitionis ignaros/ ut abiectiſſimis quibuſq; beſtiolis/ īmo etiā plātis diuinū beatitudinis donū cōcedere cōpellanť: & quibus minimum ineſt uitę/ fęlicitatem. i. ſummum uitę tribuere.

## Sicut in primo ſic in ſecūdo falſas opiniones agitat: & ex eis ueri aliquid eligit. In quo nota de ſenſu ī aīalibus atq; plantis. Cap. II.

IN ſecundo libri capite dum idē ferme efficit quod in primo tentat ītetea ex aliorum erratis ſiue dubiis nō nullas ad uerā beatitudinē inueniēdam coniecturas paſſim aucupari. Dixerāt aūt fęlicitatem eſſe affectionē quandam naturæ: ſecundum quam aliquis bene ſe habere dici ſolet. Poſt hęc nō nulli inter eos negant ineſſe plantis fęlicitatem: q̄uis aīalibus cunctis attribuant. Hinc Plotinus ait. Qui negāt fęlicitatem plantis/ q̄a nō ſentiant: uidenť etiā quibuſdā aīalibus negaturi. i. oſtreis & ſimilibus: quæ uix ſētire uidenť: ac ferme eodē modo ſentire pfectiores plātas Pythagorici putauerūt. Vt ſūmus ī plantis gradus cū animalium infimo cōgruat. Quin etiam in plantis eſt diſcretio ſexus: & ppe fitæ cōiuges plantæ fęcundius pululār. Et neſcio quo ſenſu humorem uerſus uergūt atq; calorem: & uiolētius amputatę uel tractatæ ſiccanť: Senſum uero duplicē eſſe putamus. Inferiorem q̄dem quo nō natura rei uel qualitas ulla diſcernit. Sed affectio quedam tantum inde illata ſentitur: Qui et ſtupidus ſenſus eſt uelut in dormiētibus plātiſq; cōueniens. Superiorem uero qui & naturā qualitatēq; pſentit aīaliū ſolūmō ppius. Sed ut redeamus ad illos q affectiōem quā dā ſiue habitum corporeæ præſertim naturæ conuenientem foelicitatem eſſe dicebant: illi pfecto non recte adimebant foelicitatem plantis/ q̄a nō haberent ſenſū: quoniā eiuſmōi habitus ſimiliter eſt etiā ante ſenſum. At ſi dicant ſūmum bonum nō in tali quodam habitu/ ſed ī ſenſu & cognitione cōſiſtere/ inde ptinus refellenť: quoniam ſi ipſa ppria boni ratio in ſenſu cōprehendat/ certe quicquid & qūocūq; ſentiatur/

bonum esse ꝓbabiť. Cõtra uero cõtingit: sæpe. n. sensus actionẽ & huiusmodi cognitionẽ respuimus: quãdo uel esse aĩaduertimus: uel timemus nobis fore molestam. Proide si rursus addiderint mixtũ ex habitu eiusq; ꝓceptione sũmũ bonũ esse/iterum conuĩcentur. Quia si indifferẽs aliquid ad ipsum bonũ cũ altero ad idem idifferẽte iungať/non ex ambobus bonũ ipsum cõficieť. Si ergo cõcedant utrũq; ad bonũ se indifferẽter habere/sũmum ex eis bonũ minime resultabit. Forte uero dicent certũ quendã habitum esse sũmum bonũ. Sed quãdo cognoscitur esse prẽsens. Ad hęc ita Plotinus argumẽtať. Bene uiuere alicui cõpetit/ nõ ex eo solum q̃ tale quiddã adesse cognoscat: sed ex eo potissimum q̃ uere iudicet esse bonum. Sic. n. dũtaxat uere fruer̃ tanq̃ bono. Iudicare uero de natura & rõne boni/nõ sẽsus iam officiũ est: sed rõnis atq; mẽtis. Nõ ergo uel habitus uoluptarius uel sensus eiusdẽ: sed rõ atq; mens causa ẽ bene beateq; uiuẽdi. Profecto affectio naturę corporeę cõsentanea/siue uoluptas eiusmõi aliq̃d est tõnis exps. Hoc aũt ipso & rõ & mẽs uelut iudex & auriga præstãtior est. Si præstãtior ẽ: ergo naturalis præcipuaq; ipsius actio ad præstãtiorẽ dirigiť finẽ. Quinetiã qui animalibus oĩbus uel etiam plãtis attribuũt bene uiuere: hi certe dũ addunt: hęc bene uiuere quãdo certo modo affecta ꝓfectius uiuunt/uaticinari uidenť/sensualẽ uegetalẽq; uitam/nõ quatenus simpliciter talis est: sed qua rõne aliquãdo melius uiuit bene uiuere: quasi sup talẽ uitã nõ semp ꝓfectã/imo & sẽp ipfectã/sit alia quędã sẽp perfectissima uita. Qui ergo circa perfectius uiuẽs. s. rõnale fęlicitatem ponũt/rectius iudicant. Sed uirtus ipsa rõnalis nõ ideo necessaria est: ad beatos efficiẽdos q̃a cõparet quæ primis naturæ corporalis ĩcitamẽtis necessaria sũt: nã & sine hac uel cõparari uel adesse possũt. Itẽ sic natura rõnalis seruiret tantũ iferiori naturæ: quod est absurdũ. Oportet. n. naturã supiorẽ habere etiã supius officiũ atq; ꝓprium ad supiorẽ finẽ ꝓprie sibi cõducẽs. Et sicut natura corporea sẽsualisq; suũ quãdoq; finẽ cõsequiť: sic illã assequi suũ: neq; pfectionẽ eius cõsistere ĩ eo quod circa imꝓfectiora uerser̃: sed circa ꝓfectiora isup q̃ ipsa rõ sit. Quicqd. n. pficiẽdũ est uirtute/& adeptione cuiusdã ipso pfectionis tantũ ꝓfici potest. Deniq; cũ naturalis rõnalis rebus corpori consentaneis ipleri nunq̃ possit: neq; unq̃ in talium possessione quiescat: cõstat ipsam ĩ alio atq; prestantiore ordine collocari: & aliunde. s. ex alto perfici fieriq; beatam.

¶ Vna uita est summa. s. intellectus summus. Aliæ per multos gradus inde depẽdent.

/ Cap. III.

Tertium libri caput iã definit asserens si in oĩbus quę uiuere dicunť/eadẽ esset rõ & ęqua uitæ cõditio: oĩa æque ad beatã uitã aliquãdo peruẽtura. Sed cũ nõ ita res se habeat: imo uero uita uera sit ĩtellectus: aliæ uero imagines uitę sint: ĩ eo solũ uitã esse beatã. In aliis aũt uideri quasdam fęlicitatis imagines: Rõnem quoq; esse ĩtellectus imaginẽ. Ergo qui ĩ ea fęlicitatẽ collocãt/rectius quidẽ q̃ cæteri sentiũt: Siquidẽ rõ est ꝓxima mẽti/non tamen rectissime iudicãt. Cũ. n. rõ uerser̃ ĩ motu/nõ ꝓprie ad eã ptinet finis ultimus: qui tanq̃ sũma quies diuersus admodũ est a motu. Præterea uita beata est ipsa uita & absolutissima uita. Qui uero dicũt fęlicitatẽ nõ esse simpliciter uitã/ sed quẽdã rõnalis uitę habitũ/primo q̃dẽ negãt uitã beatã esse ipsã uitã. Deide ĩ accidẽtali q̃dã q̃lita te eã collocãt. Rursus ĩ discursiõe: quæ dũ sẽp uersať ĩ motu/nunq̃ ẽ uita penitus

absoluta. Cōcludit ergo Plotinus beatā uitā circa aliā uitę ſpēm eſſe ponendam. Aliā inq̄ a ſenſuali: aliam quoq; a rationali. Sed iterum corrigit ſeipſum q̄ dixerit ſpēm. Non. n. uult itellectū ipſum i eodē genere cū planta uel ſenſu uel rōne connumerari: &. q. ſpēm quādā una cū his p differētias ſpeciales ex æquo diſtribui. Sed ipſum itellectū eſſe ipſam uitā/uiuentiū oīum principiū & exēplar: cætera uero uiuētia p diuerſos gradus inde manare/rōnale primum: deīde ſenſuale: deniq; uegetale: ea tamen cōnexione/ut i aiali rōnali ſit etiam non nihil itellectuale. Rurſus i ſenſuali rōnale nō nihil. Item i uegetali aliq̄d ſenſuale. Deniq; i miſtis uitale aliq̄d atq; uegetale. Sic. n. & pricipii fęcūditas declarat̄: & ſequentium ſeruatur conditio: & uniuerſum undiq; pfecte cōnectit̄. Sed iam ad ipſam uitam mentēq;/uitamq; beatam diſpoſitis gradibus aſcendamus.

¶ Idem eſt prima eſſentia: prima uita: primus intellectus.

IN ipſo rerum ordine cernimus eſſentiam anniti ad uitā/quatenus quicq̄d eſt ad motū generationēq; inclinat̄. Motus uero & generatio uitale aliq̄d preſe ferunt. Item uitā ad cognitionem anniti/quatenus quod uiuit in ſe formas generat/qua i re cognoſcentem imitat̄ naturam: quæ in ſe formas cōcipit cognoſcēdo. Hinc patet uitā eſſe pfectionē eſſentiæ: cognitionē uero uitę pfectionem. Quanq̄ totū hoc ſub rōne uitæ cōſiderari poteſt. Videtur. n. & eſſentia eſſe quædā uita naſcens: & cognitio/præſertim intellectualis eſſe uita prorſus adulta. Videmus pręterea horū trium ueſtigia quædā p omnia quę ſunt extendi. Vbiq; enī ſub rōne formæ eſſentię ueſtigium repitur: Siq̄dem unūquodq; p formā eſſe uidetur. Item ſub eadem rōne uitæ ueſtigiū: Siq̄dem p formā inclinatio fit & motus atq; generatio. Rurſus eadē rōne ueſtigium apparet intelligētiæ. Quippe cū p formā ubiq; ſit ordo/proprium intelligētiæ ſignū. Cum ergo p unū aliq̄d. i. p formā/tria hæc p omnia porrigant̄: neceſſe eſt unā eſſe primā oīum formā: Quæ quidem ipſamet ſit eſſentia prima: & uita ſimiliter/& intelligentia prima. Nā iccirco p unum formę munus/tria hæc p omnia ptendunt̄: q̄a una ſup omnia extat forma: tria hęc i ſe ipſa cōplectēs. Iam uero q̄ prima forma ſit eſſentia prima/ex eo patet/q̄ p formā eſſentia paſſim & eſſe pducit̄: atq; ubi plus formæ/ibi maius eſt munus eſſendi. Item q̄ eadem prima ſit & perfectiſſima uita/ necnō perfectiſſimus itellectus inde coniicimus/q̄ & uita eſſentię/& itellectus uitę pfectio eſt. Igitur eū ſūma pfectione eſſentiæ ſūma cōcurrit uitæ intellectuſq; pfectio. Pręſertim cum eſſentia pfectiſſima propriū actum habeat pfectiſſimum: uita uero ſit actus eſſentię. Item abſolutiſſima uita pfectiſſime moueat̄. Id uero nihil aliud ſit q̄ per intelligentiā in ſe reuolui. Proīde quēadmodū i mūdo ſenſibili/ qui mūdi itelligibilis eſt imago/eſſentia quaſi materia p uitā format̄: & uita ſimiliter p itellectū/ſiue qualēcūq; cognitionē/quæ itelligētiā repreſētat: Sic i mundo itelligibili itellectus q̄dē eſt actus q̄dā uitæ: uita uero eſt actus eſſentiæ. Quoniā uero tria hæc apud nos formali quodā ordine iter ſe diſtigunt̄/iccirco rōne quadā diſtinguunt̄: & ibi ubi prima forma totius formalis ordinis principium eſt & exēplar & finis. Diſtīgui uero hæc & ibi quodammodo coniectamus/ex eo q̄ apud nos/& ſi tria illorum ueſtigia ſunt ubiq;: in rebus tamen quę pleriq; eſſe tantum dicunt expreſſius eſſentiæ q̄ uitæ uel mentis apparet indicium. In his autē quæ ſolum dicunt̄ uiuere/certius uitæ q̄ mentis ueſtigium nobis occurrit. Et quoniam eſſentia illic

quoq; uelut informe quiddã uideť/si compareť ad uitã/ & uita similiter/ si cõpa
retur ad mentẽ: informe uero seipsum formare non potest. Iccirco sup ens ipsum
in quo tria hæc cogitanť/regnat ipsum unũ atq; bonũ: cuius uirtute & essentia in
melius ꝓficit/dum ꝓdit in uitã: & uita ĩ melius/ dũ in mentẽ prorsus absoluitur.
Hæc itaq; mens est uita beata. i. uita ipsius boni uigore ad summũ suæ naturæ ap
petionisq; ꝑducta/reflexa in se/cõuersa ĩ ipsum bonũ/ atq; exuberãte illic bonita
te repleta. Ipsũ uero bonũ/ac simpliciter unũ/nõ est essentia. Vita ĩtellectus/ꝑ mo
dum formæ/sed excellẽtius admodũ idest ꝑ causæ rõnẽ. Quod aũt proxime fit
sub bono/tria hæc est ꝑ formã. Anima deinceps tria hęc est participatione uera.
Quod aũt aĩę rationali subiciť/participatiõe quadã imaginaria/ tria hæc esse cen
setur. Sicuti lux: lumen: splẽdor in cęlo quidẽ inuisibili sunt ꝑ causę rõnẽ: in cęlo
uisibili ꝑ modũ formæ. In ęthere participatione uera. Subĩde uero cõditione pror
sus imaginaria. Proculũ uero tria hęc uolentẽ tres esse substãtias/& essentiã qui
dem uita supiorẽ: uitã uero mente pręstãtiorẽ/nõ facile cõprobamus. Sic. n. opor
teret & horũ uestigia similiter se habere. s. ꝙ solũ est/excellẽtius esse uiuente. Rur
sus quod est uiuitq; dũtaxat/esse intelligẽte pręstantius. Nos ergo dicemus nobi
liores huius substãtiæ dotes paucioribus cõuenire: minus uero nobiles cõpetere
pluribus. Multa. n. ꝑfectaq; ĩ rebus exigiť pręꝑatio ad donũ pręstãtius capiẽdũ.

## ¶ Ipse intellectus est summum uitæ

Uitam cõmuni notione describimus/primũ quendã essentiæ esseq; ipsius
exitum in actũ eius. Atq; ipsũ primũ eius actũ & quasi motũ intimũ &
perẽnem omniũ prĩcipiũ motionũ. Quo efficiť ut actus motusq; ubiq;
sit uitę uestigiũ: Ac ꝑfectior motus & actus/sit expressius uitæ ꝑfectioris ĩdiciũ.
Cum uero sũmus uitę gradus ille sit/in quẽ ueluti finẽ motus oĩs uniuersi cõten
dit. Intellectũ ipsum esse sũmã uitã ex eo conuicimus/ꝙ uniuersus mũdi motus ĩ
formã ĩtellectualẽ deniq; desinit/exordiẽs quidẽ generationẽ a formis elemento
rum: deĩde ad mistorũ formas: subĩde plantarũ: dehinc aĩalium/deniq; ꝓueniens
ad ipsam hominis formã intelligẽtię iam participẽ. Similiter in ipsa generatione
hominis ĩ matrice/a forma misti ad quandã plantæ formã: ab hac ad sensualẽ: ab
hac ad intellectualẽ fit ꝓcessus. Mitto ꝙ uniuersus mũdi motus/totaq; generatio
ad cõem totius ordinẽ & pulchritudinẽ ꝓficisciť. Quę quidẽ certa ĩ rebus est ĩtel
lectus imago. Idem quoq; artes imitari conanť: ĩcohãtes quidẽ opus ab ĩstrumẽ
tis atq; materia: desinentes deniq; in artificiosam formã/intellectualis artis imagi
nem. Cum itaq; finis ultimus ĩ ordine motionũ quasi uitarũ appareat ĩtellectus:
quis nõ uideat sũmam uitã intelligentiã esse sũmã? Ipsãq; mentẽ esse efficientẽ &
exemplarẽ causã uniuersi. Quippe cũ mẽtis ipsius uirtute oĩa uelut ad finem/ad
ipsã mẽtis similitudinẽ ꝓ uiribus rediganť. Hæc igiť ipsa uita est. Nulla uero prę
ter hãc est uita simpliciter: sed quędã potius participatio uitæ. Cuius imago quę
dam ẽ uita rõnalis. Vitæ uero rõnalis imago ẽ uita quæ diciť sensualis. Huius ãt
uegetalis uita similitudo uideť. Vegetalis deniq; uitæ uestigium est forma quæli
bet ĩ materia/dũ inclinať & ĩclinat ad motũ: dũ generat quasi more uiuẽtis: dũ ra
refacit atq; condensat: in qbus augumẽti apparet & decrementi conditio. Fit er
go descensus a substãtia uitæ ad imagines/ deinceps alias atq; alias/& uestigia ui
tę/ꝑinde ac si artifex ipse uiuẽs/sui ipsius statuã simillimã fabricet: & hãc deinde

referat in pictura: pictamq; imaginẽ ſpeculo rurſus obiciat/unde ultima quædam appareat ſpeculatis imago. Solus hic artifex homo ẽ. Nulla uero imaginũ erit homo. Solus ſimiliter ītellectus ẽ uita: quę uero inde poſterius deinceps poſteriuſq; fiunt/imagines quædã uitę potius q̃ uitæ cenſentur. Nõ ſolum quia longo quodam interuallo ab ipſa uita degenerant: Sed quoniã nõ nihil morti ſimile habere uidentur ãmixtum: dum & ī aliquo uite gradu deficiunt: & priuationẽ quãdam ſubeunt a potẽtia in actum atq; uiciſſim tẽpore trãſeuntes & ignorãtiam obliuionemq; patiunt̃. Proīde quo motus exterior eſt/eo iudicatur & uita iam facta debilior/quaſi ab ipſo ſuo fonte digrediẽs. Elementa quidẽ & miſta mouent̃ extra/ & in ſepata ſolum materia generãt. Plantæ uero iam mouent̃ intrinſecus/ & in cõiuncta materia gignunt. Senſualis dehinc aīalium uirtus pręter eiuſmõi genituram formas imaginãdo cõcipit in ſeipſa. Rationalis deīde uirtus non quẽadmodum imaginatio ſuæ conceptionis initia mutuat̃ a ſenſibus: ſed ex ſemine iam intimo contrahit. Conceptũq; ſuum aīaduertendo complectit̃. Ipſe deniq; intellectus ita iam gignit ī ſe/ut ſe quodãmodo appareat genuiſſe. In quo. n. eſſe/uiuere/intelligere/re ipſa ſunt unum/hic dum ītelligit ſemetipſum/interim neſcio quid eſſẽtiale atq; uitale in ſeipſo gignere/uel expedire/uel cõſeruare uidet̃. Ex his omnibus colligere poſſumus intimã maxime p̨fectãq; motionẽ generationemq; ī mente uigere: ideoq; p̨fectiſſimã eſſe uitam. In mente inq̃ diuina/primo atq; p ſe: in noſtra uero p̨xime atq; p ipſam. Beatam itaq; uitam eſſe putamus/non uitam quidem talem aut talẽ/quaſi additamẽti alicuius egenã: ſed uitã ipſam ſũmo uiuendi gradu uigẽtem. Vitã inq̃. i. actũ eſſentiæ primæ directũ naturaliter in ipſũ bonũ: atq; ita p̨fectũ. Atq; in hoc ipſo p̨fectionis gradu/ſimul & intellectũ fieri cogitamus/ uitãq; ipſam ipſo ītellectu prorſus abſolui. In hoc aũt intellectu idẽ eſt uiuere/intelligere/uelle/q̃uis ī natura rõnali aliud ſit uiuere/aliud cogitare/aliudq; eligere. Sicut & in cęleſti lumine/idẽ eſt lucere/micare/calere: q̃uis ī noſtro hoc aeris lumine aliud ſit fulgere/aliud refulgere/aliudq; feruere. Quę. n. natura īferior p diuerſa facere cogit̃/eadem p unum explet natura ſupior. Quẽadmodum quæ inſtrumentis quinq; ſenſus exterior agit/eadem uno quodã imaginatio p̨agit. Et quæ pluribus ſingulisq; formis imaginatio machinat̃: ratio una quadã uniuerſali ſpẽ colligit. Poſtremo quæ ratio p̨currit actu multiplici: intellectus uno ſtabiliq; cõſequit̃ actu: īmo actu p̨petuo poſſidet: Huius itaq; uiuere eſt ītelligere: huius ītelligere uelle: uel ſiqua forſan ī uoluntate diſtinctio fit: eodẽ tamẽ naturæ ſuę (ut ita loquar) īſtinctu/dum ad bonũ nitit̃/naturaliter uelle dicit̃: dum aſſequit̃ bonum/ dicit̃ intelligere. Rurſus dũ bonũ cõſequutus amplectit̃/uelle iterũ iudicat̃. Hęc uita prima/primaq; mens/paterno ſemp bono p̨fruẽs/beata uita cenſet̃. Hīc quoq; mẽs quęlibet p̨petuo fit beata/mẽti primæ/ac p illã bono ſemp inhęrens. Hinc & ratio totiẽs euadit fęlix/quotiẽs ſuę mẽti/perq; ſuam diuinæ mẽti coniungit̃.

## ¶ Rationalis natura poteſt conſequi uitam beatam: quando. s. intellectu formatur & agit. Cap. IIII.

CVm igitur uita beata ſit p̨fecta uita: perfecta uero uita ſit intellectus uerus actuq; p̨fectus. Queritur deinceps utrum homo. i. anima rationalis ſua ipſa rõnali potentia/hanc mentẽ/hanc uitã cõſequi poſſit. Huic igit̃

quęſtioni in quarto libri capite reſpondetur: aliquando conſequi poſſe. Quod quidem in theologia & in libro de mente latius aperimus. Vis hæc rõnalis duos præcipue habet actus: intuitũ. s. atq; argumentũ. Intuitu quidẽ formas a materiæ cõditionibus reſoluit & abſtrahit: atq; a ſingulis imaginatiõis formis ad uniuerſales ſe recipit formas: rurſus ad uniuerſales magis/donec ad cõmuniſſimas pueniat formas ipſius iam ītelligẽtiæ ꝓprias: ubi finẽ facere uideť in mẽte: a qua etiã argumẽti uirtutẽ ducit/dũ pricipales ſciẽtiarũ artiũq; regulas intellectui naturaliter inſitas ſibi ipſi præſcribit tanq̃ argumẽtandi pricipia. Sic itaq; & intuẽdo finẽ ſiſtit ī mente: & argumentãdo trahit a mente pricipiũ. Et merito/quoniã uelut poſterior naturaliter ide depẽdet. Finis itaq; rõnis eſt pro uiribus mẽte potiri. Hinc ergo quotidie nitiť: q̃tũ nõ impediť/magis gradatim/magiſq; mẽte formari. Cũ uero potẽtia hæc tanq̃ ſpẽi huic naturalis nõ ſit inanis/mentem quãdoq; aſſequi poteſt: eãdemq; uirtute deniq; perfici/qua & quotidie proficit. Cũ uero potentia rõnalis ad ideales ītelligẽtiæ formas & regulas iã ꝓceſſerit: tũc uelut materia quędam ipſa mente formabiť quaſi forma: & ſub mentis actu iã ager: Atq; ita demũ illius uita uiuet/uiuetq; beata. Quod ſi hac ī uita tanq̃ occupata diuerſis acquirere nequit/ adipiſceť ī altera: & ille citius conſequeť: qui ſe ad id propenſius cõparauerit. In Plotini uerbis notabis intellectũ quendã eſſe intimã propriãq; ipſius aĩæ partem. Ac priusq̃ ratio tota conuertať ad mentẽ/adhuc in aĩa eſſe intellectũ atq; rõnem/tanq̃ duas animę partes. Poſtq̃ uero cõuerſa fuerit/intellectũ nõ amplius eſſe partem: ſed aĩum ipſum eſſe tũc ītellectũ/qui certe aĩus nõ prius eſt fęlix/ niſi totus actu ītellectus euadat. Ferme ſicut ſublimis aer ſub ſphera ignis eſt igneus/ agitq; ut ignis. Quinetiã neq; homo eſt: niſi ītellectum ſaltem habeat ī potentia. Quod quidẽ ꝓp aĩalia bruta dictum arbitror: in quorum imaginationibus ſiqua VI5
argumẽtatrix ineſt/nequit tamẽ mẽte formari. Cum. n. ꝓprię mẽtis formę ſtabiles oĩo & cõmuniſſimę ſint/mento imaginatio bruti ꝓ formas ſuas & particulares tãtum/& mobiles nunq̃ poteſt mente formari. Rõ uero ꝓ formas ſuas quãuis quodãmõ mobiles/tamẽ uniuerſales poteſt ad ītelligẽtiæ formas quãdoq; produci. Poſt hæc diſputat eiuſmõi fęlicitatem ꝓp curã aĩalis eiuſq; icõmoda minime perturbari: quippe cum aĩus ſic affectus aĩal nõ eſſe ſui partem exiſtimet: ſed aliquid uel ex eo factũ uel ſuæ prouidentiæ cõmendatũ. Affirmat aũt inter hæc Plotinus aĩum ſic affectum/ſibimet bonũ exiſtere. s. ꝓ intellectualẽ formã/quã nuper rõnalis aĩus eſt indutus: indutus inq̃ ſub ītellectu ꝓprio. Quẽadmodum & ꝓprius intellectus ab initio diuinũ induť intellectum. Atq; oĩo ꝓ intellectum & ꝓprium & diuinũ aĩus ipſo bono pfruť. Quod quidẽ in ſe ſimpliciter bonũ eſt/in ītellectu uero eſſentiale/uitale/intellectuale/intelligibile bonum.

## Quę Peripatetici obiciant.

QVintum libri caput ſummatim enumerat quæ huic fęlicitatis definitioni ſit Peripateticus aliquis obiecturus: Et quæ ad fęlicitatẽ neceſſaria uideãtur/numeraturus. Inter hęc notabis magica uenefica in corpus & animã poſſe nõ nihil: quod & Porphyrius aſſerit: præſertim in aĩas quodãmõ debiles. ī. imaginatiõi addictas: nec ītellectu uelut Palladis clypeo haſtaq; munitas. Sed de uenefiis faſcinationibuſq; ſatis ī theologia & cõuiuio de amore tractamus.

Finem ultimum esse bonum unum.s.summum intelligibile uel plusq̃ intelligibile. Cap. VI.

Adhęc in capite libri sexto respondet: si felicitatem in rerũ humanarum prosperitate & trãquillitate quadam eiusmodi poneremus: sequi quę a pipateticis obiecta sunt.s.non esse felicẽ cui aduersa cõtingant. Cum uero beatã uitam in ipsa primi diuiniq; boni possessione ponamus: nec reliqua præterea quę dicunt̃ bona huic cẽset annumerãda: neq; horũ contraria felicitatem putat nobis adimere: mõ interim ab ipsa diuinitate minime discedamus. Cui quidẽ q̃diu coniũctus est aĩus/æque beatũ dicit: & si corpus iterea doloribus torqueat̃. Id equidem Plotinũ arbitror/nõ tam stoicorũ uerbis q̃ christianorũ martyrũ suo sæculo frequentiũ opa didicisse. Tum uero negat felicitatẽ in accumulatiõe quadam maiorum minorũq; bonorũ esse ponẽdam. Quæ quidẽ ipse minora quæ dicunt̃ bona potius necessaria noiat. Deus ꝓfecto naturæ auctor nostrum aial.i.corpus uiuẽs tanq̃ impfectius aliquid subesse aię uoluit. Dehinc ĩ anima imaginationem subdidit rationi: Rationẽ mẽti: Mentem deniq; sibi. Eadẽ rõne bonũ finẽq; proprium aialis/fini bonoq; aiæ seruire cõstituit. Atq; in aĩa ꝓprium imaginationis finem fini proprio rõnis: Item familiarẽ rõnis finem/fini mentis seruire præcepit. Qui sane quẽadmodũ proprius est intelligẽtię finis: sic & finis sequẽtium est cõmunis finiumq; finis. Quãobrem rõnalis aiæ finis non ex diuersis bonis cõponit̃: sed est ipsum intelligentiæ bonũ: ad quod uelut ad finẽ bona sequentia referuntur. Præsertim cum aĩus tunc solum beatus existimetur! quãdo nõ ulterius in plura distrahit̃. Sed demissis uel certe remissis admodũ cæteris uiribus & officiis / totus iã est trãslatus ĩ mentẽ. Ideoq; totũ animi bonũ/est unũ ipsũ intelligẽtię bonum. Tunc & reliqua quę bona dicunt̃ si eligit/nõ ꝓp ipsa/sed quasi quędam remedia eligit/ut oĩa inde pro uiribus uitent̃ incõmoda: quę forte animũ ad iferiora curãda distractum adducere uideant̃: ut interim circa diuinũ bonum remissius opetur. Ait præterea ultimũ finẽ maximeq; oĩum expetendũ/oportere nõ solum esse maximum in se bonũ: sed aĩo etiã præcęteris intimũ. Sic.n.bonũ maxime prodest/si sũmope sit intrinsecum. Atq; ita maximũ: est animo bonum. Atq; uicissim quod maximũ in se bonum est/si mõ id animus noster augureť: fit præcæteris intimum: tum quia & ipsum efficacissime rapit & penetrat: tum quoniam aĩus uehementissime ad id afficit̃. Tale uero ẽ solũ intelligibile/& plusq̃ intelligibile bonũ Cętera.n.quæ dicunt̃ bona/uel ẽt extra aĩal nostrũ sunt/ceu diuitiæ/honores/imperia: Vel in aĩali nostro/sicut sensuum uoluptates. Vel & si sunt in aĩa/tamen externa prospiciunt/ut imaginationis oblectamẽta: spesq; rõnis occupatę rebus agẽdis. Vel si non externa respiciunt: sunt tamẽ (ut ita loquar) imaginaria perpetuoq; uersant̃ in motu/ut rõnis speculãtis discursiones atq; conceptus. Solũ uero quod sup rõnis motũ extat bonum/& mẽti est penitus intimũ: &(ut ita loquar) solidũ ac stabile: simulq; totũ. Id ergo & maximũ in se bonũ est. & maximũ aĩo bonũ.

Felix unicũ bonũ bonũ uult. Cætera ꝓp ipsum eligit. Cap. VII. & VIII.

IN capite libri septimo confitet̃ felicẽ eligere cõmoda potius q̃ opposita. Et cõmoda non ꝓp ipsa/sed ut deuitent̃ incõmoda. At uero incõmoda

procul abeſſe malle/non quia cum accidunt eſſe felicem emedio tollant: ſed quia & eſſe potius auferant: quanq̃ hoc deinceps nihilipendit/& contemplationis ſtudium interpellare contendãt. Cõcludit beatum diuinitate plenum/cætera omnia nihilipẽdere: ideoq; ex ipſis nullam in partem e ſuo ſtatu poſſe defl ecti. Idem in octauo capite peragit.

## Eſt ī mente ſapiẽtia æterna: ad quã cũ attīgit ratio aīus eſt beatus Cap. VIIII.

IN nono capite iterum dubitať/utrũ qui beatus iam definitus ẽ/pſeueret beatus: ſiquo grauiſſimo morbo aut maleficio phreneſim patiať. Reſpõdeť: pſeuerare beatũ: quaſi dormiat quidẽ & ſomniet imaginatione: Vigilet tamẽ & pfecte agat tum mente/ſicut & de omni aīa dictũ eſt: tum ui rõnis ſuprore/quæ & cõtemplatiua rõ dicitur/& quodãmõ intelligẽtia quædã. Quę ī beato iam mente formata ẽ/& ut mens opatur. Idq; uidelicet ſecundũ uniuerſales tũ rerum ſpẽs/tum rõnis actus. Non.n. adeo pfecte formata ẽ ſecũdum ſingula: magis.n. a mente diſtãt. Quin & reliqua rõnis uirtus/quę ī agendo magis poſita ẽ/& ſi in phreneſi diſtrahať aut uacet: tamen paratiſſima ẽ/poſt phreneſis impetum ad ſuprorem rõnis uim mentẽq; reflecti. Poſt hæc cognitionẽ æternã a temporali diſtinguit: Quod nobis ſic uideť altius repetendũ. Cum ī prima eſſẽtia uiuere qdẽ ſit ītrīſecus agere: ītelligere uero agere in ſe ipſam ſuiq; notitia ī ſe reflecti/ q ſane actus nullo modo uergit ad corpus/merito eouſq; naturã ītellectualẽ extẽdi putamus/quouſq; cognitio ſui & quædã a materia ſegregatio. In natura ergo rationali q̃uis aliq̃do imago quædã mẽtis ſolear appellari: tamẽ quodãmõ natura ītellectualis apparet. Rõ.n. & ſeipſã aīaduertit: & ſępe formas a cõditiõibus materię ſepat. Tres itaq; ītellectualis naturæ ſũt gradus. Intellectus.s. ipſe cõis. Intellectus aīę ꝓprius: Atq; rõ. Tres quoq; ſũt naturę ītellectualis imagines. Prima ſẽſus Secunda uis uegetalis. Tertia forma corporis. Sed de imaginibus alibi. Iam uero ī intellectu primo intelligere eſt ipſum eſſe. In ſecũdo intelligere eſt quaſi eſſe/ &(ut ita loquar) exiſtere. Eſt.n. agere. Agere inq̃ actu quodã eſſentiali & intimo atq; ppetuo. Ferme ſicut ī luce lucere ſiue micare. In tertio deniq; ītelligere ẽ argumẽtari: id autem ẽ mobiliter opari/ Ferme ſicut ī lumine refulgere. Merito inter intelligere/quod ẽ eſſe ſimpliciter: nullaq; participatione ſed penitus ꝑ eſſentiã: atq; intelligere quod ẽ mobiliter agere: medium ẽ intelligere: quod eſt agere penitus immobiliter. Et prima quidẽ intelligentia ẽ ꝑ eſſentiã. Secunda ꝑ participationem quidẽ/ſed prorſus īmobilẽ. Tertia deniq; participatione fit mobili/ ſicut & ſphera ignis eſſẽtia caler: ſupremus aer fetuet inde participatiõe perpetua. Inferior aer caler participatione mutabili. Eſſe uero proprium in aīa intellectũ ſtabiliter operantẽ/non ſolum ratio hæc nobis oſtẽdit/ſed hinc inſuꝑ confirmať: q rõnalis natura quaſi potentia quædã ẽ quodãmõ patiẽs/dum motu formať: atq; ex ocio ꝑdit in actum. Quẽ pleriq; intellectũ paſſibilẽ uel formabilẽ nominabũt. Oportet ergo hunc intellectum uelut ex ſe impfectum ab alio quodam pfectiore/qui ſẽꝑ in actu ſit/ex potẽtia in actum uiciſſitudine ppetua duci. Neq; intellectum cõmunem tantum oportet ſic eſſe ſẽper in actu: ſed intellectum etiam aīę proprium. Ne naturæ rõnali deſit efficax intelligentiæ ſuę & intimũ ſufficiẽſq; principium: cum neq; uegetali naturę deſit uegetationis ſuæ ratio ſeminalis. Quę quidẽ intimum

eſt & efficax & continuum generãdi principium: Sicut ergo uniuerſalis natura. i. tota uniuerſi ſeminaria ratio præeſt particulari naturę. i. ſuæ cuiuſq; uiuentis ſeminariæ rõni: hęc uero ꝓpetuo ꝓſidet mobiliq; generationis officio. Sic ĩtellectus cõmunis/& agens/intellectui proprio rurſus agẽti. Hic aũt rõni quaſi iam patienti. Vt inter agens cõmune patienſq; ꝓprium: rite proprium agẽs medium ſortiaẽ. Hinc itaq; fit/ut aĩus ad ſũmum quãdoq; in ſe reuocatus inueniat ſtatim nõdum ihuenta/& ſæpe uaticineẽ: & opa omnibus mirãda ꝓficiat: quippe cũ ſubito ĩ mẽtem ꝓpriam reuertaẽ: quæ diuina quadam uirtute pollet: cui omnia patẽt. Sed de his in theologia latiſſime diſputamus. Ad hunc utiq; intellectũ uelut ad terminũ. s. intellectuale cælum ſup cælũ imaginale atq; rõnale Plotinus forſan diceret Paulũ aſcendiſſe: & Moyſen in hũc montem. Et eiuſmõi angelũ prophetis plurima nuntiaſſe. Neq;. n. decere ad nos deſcendere numina: neq; oportere aĩum diuina uiſurum/loca mutare. Satis. n. eſſe ad mentem & diuina cõuerti. Sed hæc ille uiderit.

¶ Confirmantur ſuperiora: q̃ in omni mente ſapientia ſit ętterna. Et quomodo rõnalis natura ad hanc aſcendat.

ANimus ſæpe uel intuendo uel argumentãdo multa cõſiderat/nõ ſolũ eſſe ſẽpiterna: ſed q̃ ẽt rõne ſint ſẽpiterna: ipſiuſq; (ut ita dicã) ſẽpiternitatis ꝓpriã cõcipit rõnẽ. Maioris uero ad ſẽpiternitatẽ momẽti eſt rõ ipſa/ q̃ modus. Cũ igiẽ tãta ſit uirtus in aĩo/ut res ſẽpiterna ac ſẽpiternitatẽ ipſã ſẽpiterna cogiret rõne/multo magis ea eſt ĩ animo uirtus/quæ res ſempiternas modo quodã ſempiterno. i. ſẽpiterne ſempq; conſideret. Sic igiẽ ſup imaginationis actũ qui eſt mobilis circa mobilia/extat rõnis actus/qui eſt circa immobilia mobilis. Sup hũc actus ĩtelligentię circa ĩmobilia prorſus ĩmobilis. Vt ſicut actus aĩæ in melius ꝓfi cit/ſic ꝓficiaẽ in optimũ. Dic age: unde nã ratio noſtra uim habeat: ut dũ a ſingulis formis ad uniuerſales ſeipſã recipit/ipſas interim formas ab hoc uel illo loco/motu/tẽpore ſoluat/niſi inſita quadã & preſidente ſibi uirtute: Cuius actus nõ a loco tantũ: ſed a motu etiã atq; tẽpore ſit ſolutus. Alioqn ipſa dũtaxat ratio dũ mobiliter & temporaliter agit/nunq̃ formas poſſet actu ſuo a motu ac tẽpore ſoluere: Virtutẽ dixi inſitã. Nã & ſiquis rõnem obiciat ſub ĩtellectu cõmuni hoc efficere/cogeẽ attamẽ confiteri/certũ quẽdã actũ nõ abſq; certa q̃dã uirtute poſſe pręberi/ſiqdẽ talis actio talẽ ſequiẽ facultatẽ. Atq; ideo uim quandã ſtabiliter opantem ab intellectu cõmuni præfici rõni: ꝑ quã & ſi mobiliter ipſa tamen ad ĩmobilia ſe cõuertat. Ipſam uero uim ſtabilẽ nos ĩtellectũ propriũ nominamus. Cui neceſſariũ eſt cõmuniſſima certiſſimaq; ſciẽtiarũ artiũq; ineſſe principia/& ipſa quoq; exẽplaria rerum: ut ratio ibi poſſit diſcurſiones argumẽtãdi fundere: reſq; & opiniones ueras bonasue ab oppoſitis rite diſcernere. Ac ꝓuim intellectus illius oĩa ſemꝑ ſubito contuentẽ/ipſa quoq; nõnunq̃ aliquid ſubito intueri. Cũ dicimus intelligibilia ineſſe intellectui/ſic accipe/ut ĩtellectus ſit ipſum ĩtelligibile. Sic. n. habet ordo. Senſus quidẽ nec eſt/nec habet ſenſibile/ſed uertit ſe foras ad illud. Cogitatio uero & ſi nõ eſt cogitabile: habet tamen intrinſecus. Intellectus deniq; tanq̃ rõne præſtãtior/nõ habet tãtũ intelligibile/ſed exiſtit. Vbi uero ait ſapientiam fęlicis aĩæ ſitam eſſe ĩ eſſentia quadã/imo potius ĩ eſſentia: ſignificat actum ipſum ĩtelligendi exiſtere ipſum eſſe/tum in ꝓprio intellectu/qui eſt eſſentia quędam: tum ĩ intellectu cõmuni/qui eſt ipſa eſſentia. Addidit aũt potius: quoniam

actus intellectus ꝓprii ab actu cõmunis fit atq; ſeruatur. Proinde ſicut in lumine idem eſt eſſe lumen atq; lucere: q̃uis non ſit idem eſſe lumen & reſplẽdere atq; calere. Sic in aĩa intellectuali idem eſt intellectualẽ eſſe atq; intelligere: licet nõ idem ſit eſſe & ratiocinari atq; imaginari. Sed memento ex Plotini mente ponendam eſſe inter intellectum imaginationẽq; geminã ſpẽm rõnis: Alterã quidẽ ſpeculatiuam/ſurgẽtem ad ĩtellectũ: Alterã uero actiuam ad imaginationẽ potius declinãtem. Alioquin cũ non poſſit ꝓ ipſum ĩtellectum dũtaxat eſſe alter beatior altero/ omnibus ꝓ ipſum ſimiliter ſemper agentibus/nõ erit hic fẽlicior illo: niſi quia in hoc ſpeculatiua rõ naturaliter intellectui proxima/ĩ mentem penitus eſt cõuerſa. Quod tamẽ de actiua ſimiliter nõ licet dicere: qa & remotior eſt a mẽte & ĩ labore poſita/& quodãmõ ſeruit externis. Differre uero rõnes eiuſmodi ſpẽ/ patet nõ ſolum qa ſpeculatiua naturæ opa ꝓpriẽ/actiua hominũ opa cogitat/ſed etiã qa raro admodũ & forte nunq̃ concurrit ĩ eodẽ ingenio naturalis utriuſq; dexteritas.

¶ Neq; oẽs aĩaduertunt mentẽ ſuam ſemꝑ agere circa diuinã: neq; beatus ſemꝑ aĩaduertit rõnem ſuã ſupioꝛẽ agere circa mentem Cap. X.

ET ſi in beato ratio ſpeculatrix ſub forma iam actuq; mentis agit: non tamẽ ita ſe agere ſemꝑ animaduertit/ſicut neq; alii mentẽ noſtrã agere circa diuinam mentẽ ſemꝑ agnoſcũt. Sicut. n. in aĩali noſtro ſecũdum uim uegetalem uiuere ferme idem eſt atq; uegetare. i. nutrire/augere/generare/ſeruare: neq; tamen agnoſcimus hãc uim hẽc agere/& quomõ talia ꝓgat: quia uidelicet nulla actionis huius imago ad imaginationẽ ꝓuenit aĩalis aut noſtram: ita & in noſtra mente idem uiuere eſt atq; intelligere: neq; tamen actionẽ eius eternã aĩaduertimus: niſi quãdo quædã eius imago ĩ noſtra imaginatione concipit̃. Iam uero neq; beatus ſemꝑ agnoſcit ſpeculatricẽ in ſe rõnem una cum intellectu ſuo circa diuinã mentẽ iam agere. Quoniã actionis eiuſmodi nõ ſemꝑ in imaginatione ſua imago formaf̃: ꝓ quam admoneri ſolet aĩus/quid potiſſimũ uis ĩ eo uel inferior uel ſupior agat. Hic nota ꝓtinere ad intellectũ noſtrum cognoſcere ſemper actu: Ad rõnem uero noſtrã quodãmõ recolere cognita: dũ circa formas excogitandas ex habitu trãſit in actum atq; uiciſſim: ad imaginationem deniq; attinere/ quodãmõ diſcere noua. Hæc. n. ſi a rõne diuertẽs ad aĩal ſe cõuertit: quid uideat/ quid ue audiat aĩal/ſtatim aĩaduertit. Quid uero ratio interim uel ĩtellectus agat/ non agnoſcit. Atq; uiciſſim ſi quãdo uacãs ab aĩali ad rõnem tota cõuertit̃: tũc ꝓ hanc ipſam imaginationẽ aĩus rõnem aliquid agere iam ꝓſentit. Quod ſi rõ conuertat̃ in mentẽ/quod accidit ĩ beato: tunc ſane & rõnem circa mentem noſtrã. & noſtrã mentẽ circa diuinã uigilare aĩus ſtatim aĩaduertit. Quoniã ĩ noſtra imaginatione ab aĩali uacãte/nihilq; illinc corporeum machinante imagines quẽdã uelut ĩ ſpeculo ab ipſo mẽtis rõniſq; actu prorſus apparẽt: ꝓ quas admoneat̃ aĩus in rõne. s. uel ſpeculatrice uel actiua/tum ĩtellectũ/tũ rõnem ſpeculatricẽ agere. Tu uero memẽto: in ipſo ĩtellectu ſicut idem eſt uiuere atq; cognoſcere: ſic idem eſſe cognoſcere penitus & agnoſcere. i. quod ipſe cognoſcat aĩaduertere. Sed in rõne quoniã non idem eſt oĩo uiuere atq; cognoſcere: ſiquidẽ illud æternũ eſt: hoc uero perpetuo ꝓmutabile: merito neq; idem eſt cognoſcere/quod ue cognoſcat uel agat agnoſcere. Ex quo ſequit̃/ut agnitio hic cognitionẽ ſequat̃ tanq̃ poſterius

aliquid: & ſorte quadã cõſequens atq; comitãs: faciatq; ſæpe ut diſtractione quadã animi/prior actio ſit aliquanto remiſſior. Nõ igĩ ab re Plotinus ait agnitionẽ aĩaduerſionẽq; eiuſmodi ꝑ conſequentẽ poſteriorẽq; facultatẽ formãq; pagi. Facultatẽ uero poſterius comitantẽ/imaginationem ipſam eſſe nõ dubitamus. Formã ſimiliter quę priorem comitẽr formã imaginem appellamus. Sint ergo naturales formæ ĩ mente uel rõne: q̃uis ibi qdem ẽternæ: hic uero ꝑpetuę. Sint igĩr aduẽtitiæ ĩ imaginatione formæ formarũ imagines naturaliũ: ꝑ quas uelut res nouas aĩus uelut admirabũdus attendat aĩaduertatq; qd in rõne agat̃ & mente. Profecto ſicut oculus facie cõtinet̃: ſic rõ mẽte. Atq; ſicut oculus nec uidet faciem/neq; motũ eius aduertit: niſi quãdo ĩ ſpeculũ certo modo nobis oppoſitũ/lineares faciei radii dirigunt̃: atq; inde ꝑ ſimiles angulos reflectunt̃ ad oculũ/& ſpeculũ ita oſtentat imaginẽ/ſiquã mõ habet imaginẽ. Simili quodã pacto rõ uelut oculus: neq; uidet mentem: nèq; agere illã aĩaduertit: q̃uis ſemꝑ agat: niſi actus eius agat nõ nihil ĩ imaginationem aliũde diuerſã: illuc uero conuerſam. Quo qdem actu ab imaginatione ĩ rationem reſulret ſupioris actionis imago. Hic notabis primo qdem ubi Plotinus ait/nos non eſſe uegetalis facultatis actũ: ſed eſſe potius actũ itelligentiæ: id potiſſimũ ĩ beato eſſe uerũ. Verũ quoq; ĩ quolibet aio. Quẽ intellectui conũctionẽ q̃ aĩali Plotinus exiſtimat. Deĩde ubi ait: actum itelligendi tunc eſſe abſq; phãtaſia/quãdo nulla ĩde ĩ hac imago fit atq; reſultat: non itelligentiã purã a phãtaſia: ſed phãtaſiã ab itelligentia dependere: q̃uis rõnalis intelligentia .i. cogitatio rõq; mobilis a phantaſia ſæpius excitet̃: præſertim actiua rõ. Quã ſolã phantaſia ſẽꝑ egere Ariſtoteles ait. Quẽadmodũ & Themiſtius atq; Siplicius prudẽter iterpretant̃. Deniq; Plotinũ ſcito annuere/dũ quædã Ariſtotelis uerba recenſet: hãc illius de mente fuiſſe ſententiã. Vbi ĩ tertio de aĩa ſcribit/intellectũ itelligere ſemꝑ: & itelligentiã eius eſſe ſubſtãtiã. Vereq; imortalẽ exiſtere. Nõ. n. adeo uera ẽ in uirtutibus inferioribus imortalitas. Nã & ſiquæ perpetuę ſunt/tamen uerſantur ĩ motu. Quod aũt reminiſci nos. i. rõnalẽ uim poſt obitũ negat/ Plotinus alibi diligenter examinabit. Deniq; memento Aueroem & ſi nõ idem/ tamen ſimile aliq̃d induxiſſe. Vbi ait itellectũ noſtrũ itelligentiã duplicem ĩ ſe habere: alterã æternam: alterã temporalem. Illã qdem ꝑ ſuũ eſſe: hãc uero ꝑ noſtras imagines exercere. Ac nos illã nunq̃ aĩaduertere: qa nihil cum imaginatione noſtra cõmunicet. Hãc aũt agnoſcere/quomã illius formæ cũ imaginationis noſtræ imaginibus cõgruãt: Cũq; intellectũ ponat ĩ eadem ſubſtantia geminũ. s. formatorem atq; formabilem/ait formabilem hũc intellectũ/qd agat ille formator/nõ prius per nos agnoſcere: q̃ ipſe per nos ſit illo perfecte formatus. Tũc demũ & ſimul cum illo ĩ nobis fore fęlicem. Sed mittamus Aueroem. Nã & Plotinũ ipſum hac in parte Porphyrius & Proculus obmiſerũt. Non probãtes itellectum aĩæ noſtræ ita ſemper agere ut Plotinus ait: & nos ĩ ſuperioribus nõ tam approbãtes q̃ ĩterpretãtes expoſuimus. Satis uero ſtabilitatis & excellentię eſſe in mente noſtra putandum eſt: ſi eſſentia & formæ rerum inſitæ ſcientiarumq; principia maneant.

Huc uſq; decem complentur libri capita: Reliqua uero ſex eiuſdem capita diligenter cõſideranti patebunt. In iis quæſtiones mouet & ſoluit: Tacitis quoq; reſpondet obiectionibus: Et ubique beatũ cõfirmat non aliunde q̃ ex mente deoq; pendere.

## Variæ opiniones quid ſit bene uiuere quibus ue cõueniat. Cap. Primum.

QVM Bene uiuere atq; felicẽ eſſe in eodẽ cõſtituamus/nũquid hoc cæteris quoq; aĩantibus cõcedemus? Si.n. dar̃ ipſis: qua rõne nata ſunt ſine ĩpedimẽto uitã trãſigere/ Quid ꝓhibet illa etiã bene.i. fęliciter uiuere? Et.n. ſiue qs bene uiuere poſuerit ĩ bene ſe habẽdo: ſiue ĩ ope ꝓprio perficiẽdo/ ſecũdũ ãbo cæteris quoq; aĩalibus cõpetet. Nã & bene ſe habere poſſibile erit & ipſũ etiã opus naturale pficere: Veluti muſica animalia quorcũq; & ĩ cęteris bene ſe habẽt: Et ſicut naturaliter apta ſunt/ canunt: & hoc pacto fieri poſſe uideť/ ut uitam optabilẽ conſequanť. Quinetiam ſi finẽ quẽdam fęlicitatẽ eſſe ponamus: quod quidem extremũ eſt in appetitu naturæ: hoc quoq; pacto illa fore fęlicia cõfitebimur/ uidelicet quando ad extremũ puenerint. Quo cum proceſſerint/ ſiſtit ĩ ipſis natura motum: Quæ totam uitam ipſis iam pegit: & a prĩcipio ad finem uſq; prorſus ĩpleuit. At ſiquis moleſte ferat in beſtias trãſferri fęlicitatem/ fore aſſerens/ ut ita uel abiectiſſimis cõueniat/ & plantis inſup/ ipſis quoq; uiuẽtibus/ uitamq; ad finẽ proprium perducẽtibus: abſurdus ille quidẽ uideri poterit: dicens non poſſe cætera aĩalia bene uiuere: Quoniam ipſi nõ multi pretii uideanť eſſe cenſenda. Plãtis autẽ cõcedere non cogetur quod cũctis dat aĩalibus/ ꝓpea qꝫ ſenſu careãt. Neq; forte deerit qui plãtis quoq; tradat fęlicitatem: ſiquidẽ & uiuere illis adeſt. Viuere aũt partim quidem bene cõtingit: partim uero contra: ſicut & plantis datum eſt/ ut bene ſe habeant: ferantq; fructum/ atq; nõ ferãt. Proĩde ſi uoluptas eſt finis: & ĩ hac uiuere bene cõſiſtit: abſurdus erit qui bene uiuere brutis abſtulerit. Quod ſi tranquillitas erit finis: ſimiliter accidet. Item ſi ſecundum naturã uiuere/ eſſe dicať ipſum bene uiuere/ idẽ ſequi uidebitur.

## Falſas opiniones agitat: atq; ex eis ueri aliquid excutit/ inquirendo utrum bene uiuere cõueniat rõnali tantum? an etiã bruto? an etiã plantis. Cap. II.

QVicunq; uero plantis adeſſe negant fęlicitatem: quia nõ ſentiãt/ uidenť etiã neq; cunctis eã aĩantibus tradituri. Si utiq; ſentire hoc eſſe dicunt s. affectionem non latere/ oportet ipſum bonum affectionẽ ipſam eſſe/ ante id ipſum quod dicit̃ non latere/ ueluti ſecundum naturã ſe habere/ etiam ſi latuerit: & proprium eſſe/ etiam ſi nõ dum proprium eſſe cognoſcas. Quinetiã eſſe dulce. Oportet.n. dulce eſſe/ ante q̃ dulce id eſſe percipias. Quapp cum id ſit bonum/ atq; adſit quod ipſum habet/ iam bene ſe habet. Itaq; quid nã ſenſum oportet adiungere? niſi forte nõ ĩ preſente quadam affectione uel cõſtitutione bonum collocent/ ſed cognitione potius atq; ſenſu. At uero ſic ſenſum ipſum ſenſualiſq; uitæ actionem dicent eſſe bonum: ideoq; quodlibet ꝓcipientibus/ bonum adeſſe cõfitebunť. Sin ãt ex ambobus bonum cõſtitui dicant/ uelut certæ cuiuſdam rei affectionis ue ꝓceptione: Quonã pacto cum uterunq; ſit idifferẽs/ quod ex ambobus cõſtat/ bonum aſſerunt? At ſi bonum quidẽ affectionem talẽq; ſtatum eſſe bene uiuere dicant/ quando quis bonum preſens ſibi cognoſcit? interrogare eos

expedit. Vtrum cognoscens præsens hoc esse præsens/bene uiuat. An nosse oportet nõ solum esse dulce: sed hoc ipsum esse bonum. Verum si nosse oportet esse bonum/nõ sensus ipsius iam id opus erit/sed uirtutis cuiusdam sensu præstãtioris. Nõ ergo uoluptate ꝑfusis bene uiuere cõpetet: sed ei q cognoscere ualeat uoluptatẽ esse bonũ. Atq; ita bene uiuẽdi causa nõ uoluptas erit: ĩmo quod iudicare queat uoluptatẽ esse bonum. Et id quidẽ quod iudicat/est affectione & passione præstãtius. Est.n. ratio uel intellectus: Voluptas uero passio. Nullo aũt modo quod irrõnale est/ rõne est excellẽtius. Quomõ igit̃ rõ se ipsã dimittẽs aliud ponet ĩ opposito quodã genere cõstitutũ seipsa prestãtius esse? Sed uident̃ quicũq; plantis attribuũt: & quicunq; sensui/tali/bene se habere/latere seipsos/dum bene uiuere tanq̃ maius aliquid quęrũt: ipsũq; quod melius dicit̃ ĩ uita ĩtegriore quodãmõ collocãt. Rursus quotcũq; ĩ uita rõnali esse dicũt: nõ autem in uita simpliciter/neq; etiã si fuerit sensualis: recte forsan dicere possent. Quã uero ob causam sic & circa rõnale aĩal solum fęlicitatẽ ponũt/interrogare eos oportet/nũquid rõnale adiũgitis: quoniam rõ solertior sagaciorq; sit: atq; facilius prima secundum naturam ĩuestigare comparareq; possit. Nũquid etiam si neq; sagaciter ĩuestigare neq; assequi ualeret? At uero si ꝑꝑ ipsam dũtaxat ĩueniẽdi potẽtiam magis id dicat̃/aderit fęlicitas etiam rõne carẽtibus: si mõ absq; rõne prima secundum naturam naturaliter assequant̃. Itaq; ministra erit rõ/nec ullo modo ꝑꝑ se eligẽda: neq; rursum ꝑfectio eius/quam dicimus esse uirtutẽ. Sin aũt dicatis nõ habere dignitatem propter prima naturæ: sed propter seipsam esse colẽdam: dicẽdum supest uobis/quidnã sit aliud eius opus: & quæ natura: quid ue ipsam perfectam efficiat. Perfectam sane euadere eam oportet non ob ipsam circa hæc inspectionẽ: sed in alio quodam perfectionẽ eius cõsistere: aliãq; ipsi inesse naturam: neq; ĩ numero esse horum secũdum naturam primorũ: neq; ex quibus prima huiusmodi cõponũtur: neq; oĩo huius generis esse/sed horũ oĩum pręstãtissimã: Alioqn quomõ sit uenerãda/illos assignare posse nõ arbitror. At uero hi quidẽ quousq; naturã his ĩueniant meliorẽ/ circa quæ nũc ĩmorãtur: permittẽdi sunt ibi trahere moras ubicũq; libuerit/ambigentes quidnã sit bene uiuere/quibus inesse potest/ & quo pacto/& in quibus horum ualeat reperiri.

¶ Si eadem ratione gradusq; perfectione uiuerẽt omnia/similiter possent omnia bene uiuere. Sed uita ipsa est ipse intellectus. In aliis aũt uiuere distat ab intellectu. i. ab ipsa uita plusq̃ genere. Cap. III.

NOs uero ab initio resumamus quid nam fęlicitatẽ existimemus. Profecto cum fęlicitatẽ in uita cõstituamus/si uiuere uniuocum putaremus/ omnibus aĩalibus fęlicitatis facultatem tribueremus. Bene autẽ uiuere actu illa opinaremur: quibus unũ idẽq; adesset/ Cuius aĩalia omnia naturaliter capacia esse ualeant. Neq; sic rẽ huiusmodi partiremur/ut rõnali quidẽ facultatẽ huius cõcederemus: irrõnali uero nequaq̃. Vita.n. esset ipsum cõe: quod quidẽ eiusdẽ capax ad beatitudinẽ consequẽdam esse deberet/ Siquidem ĩ uita quadã beatitudo consisteret. Quaꝑꝑ & qui ĩ uita rõnali beatitudinem fieri dicunt/nõ in cõmuni uita ponentes/non satis ut arbitror aduertunt se fęlicitatem ponere nõ esse uitam. Qualitatem uero rõnalem potentiam/circa quam fęlicitas consistit/dicere

compellentur. At ſubiectum apud eos uita rõnalis exiſtit. Nã circa totum hoc fę licitas ipſa uerſat. Quãobrem circa aliã uitæ ſpẽm ponenda uidet. Dico aũt non tanq̃ aliæ ſpecies aduerſus rõnem diſtiguant ex æquo: ſed quemadmodũ dicere cõſueuimus: hoc qdem prius: illud uero poſterius eſſe. Cum igit multifariã uita dicat/ differentiaſq; habeat ſecũdum prima atq; ſecunda/ & deiceps/ & uiuere ęq uoca rõne dicat/ aliter quidem de planta aliter uero de bruto: & plenitudine atq; exiguitate differentiã habeant/ certe ꝓportione quadã analogica/ tam bene uiue re q̃ uiuere de his omnibus dicit. Atq; ſi alterũ uiuens/ uiuẽtis alterius ſimulachrũ eſt: ſimiliter & alter bene uiuendi habitus/ alterius bene uiuendi ſimulachrũ iudi cari debet. Sin aũt cuicũq; ſatis adeſt uiuere: hoc aũt eſt quod nulla ex parte a ui ta deficit/ foelicitas cõpetit/ certe ſoli ſufficienter uiuenti foelicitas aderit. Huic. n. adeſt & optimũ: Siqdẽ ĩ ipſo entiũ ordine optimũ ẽ quod uere eſt ĩ uita/ ipſaq; ẽ uita ꝓfecta. Sic. n. neq; aduẽtitium erit ipſum bonũ: neq; aliud quicq̃ aliũde adue niens efficiet ut ſubiectũ colloceť in bono. Quid. n. ꝓfectę uitę ad hoc ut optima ſit eſt addendum? Siquis uero ipſam boni naturã dicat addendã: ꝓprius quidẽ ſermo nobis erit: neq; tamen cauſam: ſed quod ineſt nobis inquirimus. Sæpe qui dem dictum eſt ꝓfectã ueraq; uitam in illa ĩtellectuali natura uigere: alias uero im ꝓfectas eſſe: uitæq; imagines neq; perfecte uiuere neq; pure. Rurſus neq; uitas ma gis eſſe q̃ non uitas. Et nunc ſũmatim dictũ fuerit/ quatenus oĩa uiuentia ex uno ꝓncipio uiuunt: neq; alia æque uiuunt/ neceſſario ſequi/ ipſum uiuendi principiũ primam uitam ꝓfectionemq; eſſe.

THomo poteſt uitam beatam aſſequi/ quatenus cõſequiť intellectum. s. cp actu totus aĩus fiat intellectus. Cap. IIII.

SI igitur homo poteſt uitam ꝓfectam habere: certe homo hãc habens/ eſt beatus: alioqn duis tantum fęlicitatem attribuemus/ ſi ſolis eiuſmõi ad eſt uita. Quoniam uero fatemur hominibus quoq; poſſe ineſſe fęlicita tem: quonã pacto id ſit nobis eſt cogitandum. Dico aũt ita. Quod homo ꝓfectã uitam habeat/ non qdem ſi habeat ſenſualẽ ſolam: ſed rõnem quoq; ĩtellectumq; uetum/ ex aliis poteſt eſſe ꝓſpicuum. Sed nunqd ipſe tanq̃ alius exiſtens/ id tanq̃ aliud habet? Aut certe oĩo non eſt homo/ niſi hoc uel potẽtia habeat. Vel actu? Qualem dicimus eſſe foelicem. Sed nunqd tanq̃ eius partẽ id in ipſo ponemus? dicemuſq; ꝓfectã uitæ ſpẽm eſſe? Aut certe aliũ quidem hominẽ uelut partem id dicemus habere/ potentia quadam habentem. Illum uero fęlicem/ qui iam id actu exiſtit: ad idq; ꝓuenit: ut una cum hoc ſit idem. Circũſtare uero ipſum iam cęte ra: quæ quidẽ aliquis nõ tanq̃ partes ipſius aſſeuerabit/ eo nolente uidelicet circũ ſtantia. Ipſius uero iam eſſent/ ſi uellet eſſe cõnexa. Huic ergo quidnã eſt bonũ? Forte ipſe ſibimet ꝑ id quod poſſidet. Quod aũt ſupius extat/ cauſa eius ẽ/ quod uiget ĩ ipſo. Atq; illud quidẽ aliter ĩ ſe bonum ẽ: alteri uero aliter adeſt. Teſtimo nium uero hinc haberi poteſt/ cp qui ſic ẽ affectus/ nihil ultra deſiderat. Quid. n. quærat? Deteriorum qdem nihil: Optimo aũt eſt coniunctus. Qui igiť ita uiuit: uitã habet ſufficientem. Ac ſi uirtute ſit præditus/ ſufficiẽs ad fęlicitatem & ad boni poſſeſſionem erit. Nullum eſt. n. bonum quod nõ habeat. Quod autẽ quæ rit tanq̃ neceſſarium quærit/ non quidẽ ſibi: ſed ſuorum alicui. Corpori quidem

annexo quęrit. Et ſi corpori uiuenti/certe quę ad ipſum ꝓtinent/non quæ interio
ris ſunt hominis ꝓpria. Profecto hæc plane cognoſcit/atq; ita dat quæ tribuit/ut
nullo modo a uita ſua deſciſcat. Quãobrem ĩ fortunis aduerſis nihilominus bea
tus erit. Permanet. n. quẽadmodũ eiuſmõi uita. Præterea ĩ domeſticorum amico
rumq; obitu quid ſit mors nõ ignorat. Ipſi quoq; qui talia patiunt̃ ſi probi ſint:
idem plane nouerunt. Familiares aũt atq; neceſſarii id patientes ſiquã moleſtiam
afferant/nõ ipſi inferunt: ſed ei potius quod ĩ ipſo eſt mẽte captũ: cuius quidem
moleſtias ꝓprias fęlix animus non accipiet

¶ Enumerat quæ Peripatetici huic definitioni fęlicitatis obiciãt. / Cap. V.

Dolores aũt corporis & morbi: & quę oĩo actiones impediũt: quidnam
poterũt? Quinetiã ſi ꝓ hæc ſibi minime cõſtet: quid dicendum? Id. n. ex
ueneficiis & morbis quibuſdã fieri poteſt. Quonã pacto ĩ his oĩbus be
ne uiuere foelixq; eſſe poterit. Inopẽ qdem & abiectã fortunã miſſam ĩ præſẽtia
faciamus. Quãuis & ad hęc aſpiciens aliqs/nobis forſitan aduerſabit̃: priamiq;
calamitates cõtra adducet ĩ medium. Hęc. n. & ſi ferat: ac facile ferat: nõ tamẽ pro
uoto eius eueniũt. Oportet aũt uitam fęlicem ad uotũ eſſe: Quãdoqdem ꝓbum
hominẽ non eſſe ſolũ aĩam talem dicent: ſed hominis ipſius ſubſtantię/corporis
naturã annumerari. Facile uero hoc diceret aliquis accipe/ quouſq; corporis paſ
ſiones ad ipſum aĩum trãſferant̃: Rurſuſq; corporis gratia hominem ſingula uel
ꝓſequi uel declinare. Proĩde cum uite fęlici uoluptas neceſſaria ſit: quonã pacto
anguſtiis & doloribus circũuentus fęlix erit? etiã ſi bonus ſit is/quem aduerſitas
eiuſmõi preſſerit? Atqui diis quidẽ ꝓfectus ipſe mẽtis ſolius habitus foelix atq;
ſufficiens: Hominibus autẽ quotũ aĩs deterius aliud eſt adiunctum circa totũ cõ
poſitum eſt quærẽda fęlicitas: nõ aũt circa alterã dũtaxat partem q̃uis præſtãtio
rem: quæ quotiẽs altera male ſe habet: neceſſario officia ſua exequi ꝓhibeb̃. Alio
quin corpus uel corporis ſenſum oportet abiicere: atq; ita ad foelicitatem nobis
ſufficientiam quęrere.

¶ Reſpondet obiectionibus/ q̃ finis ultimus ſit bonum ſimplex. s. ĩtelligibile.
Cætera uero non finis? ſed ad finem. / Cap. VI.

At ſi foelicitatem ĩ non dolẽdo/& nõ ægrotãdo/& nõ piclitãdo/neq; ĩ
magnas aduerſitates ĩcidendo ratio collocaſſet: nemo foelix cõtrariis
imminentibus eſſe poſſet. Sin aũt ĩ ipſa ueri boni poſſeſſione id poſitum
eſt. Quid nam oportet hoc prætereuntes/& quod pręterea accedit ꝓſpiciẽtes/iu
dicare fęlicem/alia ĩſup quærere/quæ in fęlicitate minime numerantur? Si. n. fęlici
tas eſſet bonorũ ſimul ac neceſſariorũ accumulatio/ ſiue bonorũ maiorũ atq; mi
norum/quæ non mõ neceſſaria? ſed etiã bona dicanr̃/hæc ĩſup oporteret adeſſe.
At ſi finem eſſe unũ aliqd/non aũt multa oportet: alioquin non finem? ſed fines
homo quæret/illud conſequi oportet ſolũ: quod ultimũ eſt atq; pręſtãtiſſimum:
quod ue intimũ ſibi fieri aĩa quærit. Inquiſitio uero hæc atq; uolũtas non eo ten
dit/ut ĩ hoc minime ſit. Incõmodorum. n. declinationem haud præcipuo naturæ
uoto eligit? ſed præſentia ſolum fugit rationis diſcurſio atq; propellit: aut etiam

cõmoda quærit adiungere. Ipſa uero appetitio prĩcipalis ad id quod optimũ eſt/ dirigit̃: Quo præſente ipleť & cõquieſcit. Atq; hæc uita ẽ quæ uolũtate præcipua exoptatur. Neceſſariorum uero aliquid adeſſe/non uoluntas erit/ſi ꝓprie ac præcipue/nec ꝓ abuſum nomines uolũtatem: quãdoquidẽ & hæc adeſſe exiſtimamus oportere: Quoniã uidelicet a malis pro uiribus declinamus: neq; tamen hoc ipſũ declinationis officium ẽ prĩcipaliter exoptandũ. Optabilius. n. ẽ declinatiõe hac nequaq̃ idiguiſſe. Teſtanť aũt hoc eadem ipſa cũ adſunt/uelut ſanitas & idolentia. Quid. n. horũ mirifice aĩum ad ſe adducit? Præſẽs nãq; ſanitas & idolẽtia negligi cõſueuit. Quæ uero præſentia nequaq̃ habẽt blandã ad ſe animi cõuertẽdi uirtutem: neq; ad fęlicitatẽ nobis quicq̃ addũt. Abſentia uero ꝓ cõtrariorũ offẽdentium præſentiã requirunť/rõni cõſentaneũ eſt/neceſſaria potius q̃ bona cenſere. Neq; igit̃ fini uidenť annumerãda/ſed & abſentibus ipſis/ eorumq; contrarius iminentibus/finis iteger eſt ſeruandus.

## Foelix bonum intelligibile ſolum uult. Ab aliis uel bonis uel malis non dependet. Cap. VII.

QVam igitur ob cauſam fęlix appetit hęc adeſſe/& contraria reſpuit? Forte dicemus nõ quia ad beatum eſſe/ſed ad ipſum eſſe potius aliquid conferant. Contraria uero horũ uel ad nõ eſſe deducãt: uel quoniã uitum fine potitum occurrẽtia iterpellent: non auferentia finem. Sed quoniã qui optimo fruitur/ipſum ſolũ optat habere: aliud uero qcq̃ una cũ ipſo nequaq̃. Quinetiã ſi occurrent aliud/nõ aufert quidem finẽ/ qui uel hoc preſẽte nõ abeſt. Omnino aũt nõ ſiquid accidat fęlici quod nolit/ ꝓpea ulla ex parte a beatitudine decidit: alioqn quotidie ꝓmutabiť/a fęlicitateq; excider: ueluti ſi filiũ amittat: uel iacturã quandã ſupellectilium patiať. Profecto inumerabilia ſunt/ quæ præter ſentẽtiam accidẽtia nihil finis præſentię detrahãt. At dicũt magnas aduerſitates nõ quaſlibet mutare foelicitatem. Sed qdnã erit humanorũ adeo magnũ/qn ab eo deſpici queat: qui ad altiora his omnibus ſeſe cõtulit: neq; ab iferioribus ullis ultra depẽdet. Cũ. n. ꝓſperitates quidẽ qualeſcũq; adſint nõ magnas exiſtimet: ſicut regna & ciuitatum gentiũq; iperia/cõſtitutioneſq; urbiũ/uel ſi ab ipſo fiãt: cur nã dominationis uel patriæ iacturã graue malũ exiſtimabit? Sin aũt malum igens/aut oio malum eiuſmõi quicq̃ eſſe cenſeat/ridiculus erit habẽdus: Neq; amplius erit probus: ligna & lapides & ꝓ Iouem mortes mortalium magnũ quiddã dicẽs: quem cenſemus debere mortẽ prorſus exiſtimare eſſe uita corporea meliorẽ. Ipſe autẽ ſi imoleť/num putabit malũ ſibi mortem/ꝓpea qp iuxta aras ſit iugulandus. Quod niſi condať/ oio tam ſup q̃ ſub terram corpus diſſolueť. Nunqd enã multifaciet qp tenui ſũptu ignobiliterq; ſepeliatur/altiori monumẽto dignus minime iudicatus. Omnino uero puſillanimis eſt/talia multifacere. Præterea ſi captiuus ducatur/aderit ſoluẽdi facultas/ſi nõ deturbi eſſe fęlicem. Sin aũt domeſtici eius captiui ducantur/ſicut tractæ neptes & filiæ: num minus foelix erit? Quid ergo dicemus/ſi decedat e uita nihil talium ituitus: nunqd e uita tali quadã opinione migrabit ꝓide ac ſi hęc accidere nequeãt? Sed ita putans foret abſurdus. An nõ igit̃ opinabiť fieri poſſe/ut ſui fortunis talibus opprimãtur? Nunquid ergo ob hanc ipſam opinionẽ quaſi ſit euenturũ/fęlix minime ſit futurus. Immo etiã opinatus

ita. Felix esse poterit. Quapp etiam si acciderit ī præsentia. Cōsiderabit. n. eā esse uniuersi naturā ut talia ferat: Atq; sequi oportere. Multi quinetiam in captiuitatē ducti/melius agent. Præterea ī eorum arbitrio est q uincti sunt se soluere. Quod si permaneant/uel quadā rōne manebunt. Atq; ita nihil admodum graue fuerit: uel absq; rōne. Tum uero non decet ut ipsi sibimet pturbationis causa sint. Sane uir probus neq; unq̄ pp suorum insciciam malo premet̄: neq; ī aliorum fortunas siue aduersas siue ꝓsperas traducetur.

Beatus bonum ītelligibile seruat ītegrum ī quolibet ictu fortunę. ¶Cap. VIII.

QVando uero dolores eius uehementes sunt/quatenus poterit ferre/feret. Sin autē uehementer excesserint: efferent. Neq; miserabilis erit positus in doloribus. Sed ipsum suum lumen ī suis penetralibus/uelut facula quædam in ꝓpharo fulgebit assidue/etiam dū extrīsecus uenti ꝓflant/turbine ꝓcellisq; frementes. At si minus sibimet ipse cōstet: uel si forte ꝓtendat̄ dolor adeo uehemens: ut ferme iam enecet/quid dicemus? Profecto si ꝓtendat̄/quid oporteat facere consultabit. Non. n. ī his liberum auferē arbitrium. Nosse uero oportet/non qualia cæteris singula/talia uiris uirtute prę̄stantibus apparere. Neq; rursus singula usq; ad hominis intima ꝓuenire. Neq; alia quidē: neq; cruciatus: neq; dolores. Neq; rursus quādo alii angustiis opprimunt̄. Alioq̄n foret hæc quædā aię nostrę debilitas. Quod quidē ꝓspicue tunc apparet/quādo opæ pretium ut hæc nos lateant fore censemus. Similiter quoq; si quādo præstare putemus/imminentem mortem nos latere. Pręterea cum aliena īcommoda latere nos cupimus/nō illis iā/sed nobis ipsi ꝓspicimus: ne molestiis ullis afficiamur. Id uero totum nostræ ībecillitatis est uitium: quam ꝓpulsare ꝓcul oportet. Neq; imbecillitati cedētes formidare nequid molestiæ accidat. Siquis aūt obiecerit/nos ita natura institutos/ut domesticorum casibus doleamus: is ītelligat primum qdem non omnes sic affectos esse: Deide uirtutis officium esse/cōmunē naturę cōditionem ad id quod melius est ꝓducere: atq; ad honestius aliqd præter uulgi sentētiam: honestius aūt est nequaq̄ his cōcedere: quæ cōmuni naturę grauia esse uidenē. Non. n. quasi rudem esse decet: sed tanq̄ strenuum certatorem fortunæ ictus uiriliter ꝓpulsantē. Quippe cum cognoscat cōmuni quidē naturæ talia displicere/suo aūt īgenio ꝓferēda non tanq̄ re uera grauia/sed uelut pueris terribilia. Hæc igit̄ num uoluisset? Forte quidem nolebat: quādo tamē accidunt/uirtutem his opponit: ꝓ quam animus haud facile ꝓmutetur atq; patiatur.

¶Beatus rationis suæ supiorē oculum ęternę iam affixit ītelligētiæ: unde beatus est/etiā si inferior rōnis oculus ꝓspiciat alia. /Cap. VIIII.

SEd quādo sibi minime cōstat uel morbis uel magorum artibus obtutus/quidnam dicemus? At si cōcesserint ipsum eo in statu uirtutē propriā retinere ac ueluti dormientē/quid ꝓhibet esse foelicem? Quoniā neq; ī somnis illi foelicitatem adimunt: neq; momēti ullius tempus id æstimāt: quo minus ꝓ omnē uitā foelicem esse cōfiteant̄. Sin aūt ꝓbum esse negent/haud amplius de probato uiro uerba faciunt. Nos autē concedentes esse probum/utrum semꝑ sit

foelix quatenus probus est quærimus. At sit uirtute præditus aiunt/ neq; tamen id sentiens neq; secundum uirtutem agens. Quomodo ergo foelix erit? Verum & si non sentiat se esse sanũ nihilominus sanus erit. Rursus si non aduertat se esse pulchrum/non minus erit pulcher. Si autem sapientem se esse non sentiat/minus ne erit sapiẽs? Sed forte qs dixerit sapientię q̃dẽ oportere sui ipsius sensũ aiaduersionemq; inesse. Sapientię nãq; in actu suo positæ adesse foelicitatẽ. Cęterum si sapientia eiusq; actio aduentitia foret/ eiusmodi sermo nõ nihil forte conuinceret. Sin aũt substantia sapientię in essentia quadam/imo potius ĩ essentia sita est: neq; perit hæc ipsa essentia ĩ dormiente: uel in eo qui sibimet constare uel consciũ esse/ negaẽ: Atq; est ipse essentię actus in ipso: Talisq; actus ꝑpetuo uigilãs/nimirũ tũc etiam ipse probus/qua ꝑbus/uel si dormiẽs infirmusq; sit/ager. Latebit ãt actus eiusmõi nõ ipsũ totũ? sed partẽ potius aliquã: Quẽadmodũ & uegetali actu uigẽte/nõ trãsmigrat in reliquũ hominem talis actionis aiaduersio ꝑ ipsam sentiẽdi naturam. Quod si idem penitus atq; uegetalis nostra uirtus essemus/ꝑculdubio agente illa/nos ageremus. At uero id minime sumus? Sed ipse intelligentis ipsius actus? Quapp agẽte illo/ nos agimus.

¶ Quare lateat hominẽ intelligẽtiæ suæ actus æternus: & quomodo possit animaduerti.

Cap. X.

Laret uero forsitan ꝑpea q̃ nõ ꝑuenit ad uim aliquã ꝑsentientẽ. Nam ꝑ sensum quendam quasi circa hæc mediũ agere quoq; ad hæc oportet: Ipse uero ĩtellectus cur nõ agat? Rursusq; circa ipsum anima sensum animaduersionẽq; præcedens. Oportet.n. actionem aliquam ante animaduersionem esse. Si quidem idem est ĩtelligere atq; esse. Videtur aũt animaduersio esse/fieriq;/ quando intelligentię actus reflectitur: Et quando quod agit secundũ animę uitã quasi iterũ repercutitẽ/ uelut aliquid in speculo circa lene nitidũq; quiescens. Vt.n. i eiusmodi rebus quando adest speculũ/fit simulachrũ. Quãdo uero non adest/uel nõ rite se habet/actus quidem cuius erat simulachrũ/adest: simulachrũ uero abest. Sic & circa animam quando quietem agit: quod tale est in nobis: ut ĩ eo imaginationes siue notę quędã cogitationis ĩtellectusq; refulgeãt: tũc introspiciunt̃ imaginationes eiusmõi: & mõ quasi sensibili iam agnosciẽ/ una cum cognitione priori/intellectum cogitationemq; agere. Cum uero id confundiẽ/ꝑpea q̃ ꝑturbata sit corporis harmonia: tũc absq; simulachro cogitatio intellectusq; ĩtelligit: ac sine phãtasia tũc agiẽ intellectio. Quapp eiusmodi quodam pacto cõsiderari potest/cum phantasia intelligentiam fieri: Cum tamen intelligentia phãtasia minime sit. Multas utiq; repiet qs etiã uigilantiũ speculationes actiõesq; honestas: ĩ qbus cõstitui speculari nos & agere nõ aduertimus. Nõ.n. necesse est legẽtẽ quod legat agnoscere: pręsertim quãdo attẽtione maxima legit: neq; q fortiter agit necessario cognoscit se fortiter agere: aliaq; ꝑmulta similiter adeo ut aiaduersiões uideanẽ actiones q̃s comitãẽ/ debiliores reddere. Ipsę uero cũ solę sũt/tũc purę sũt/plusq; actionis & uitæ hẽre uidẽẽ. Iã uero cũ ꝑbi uiri ĩ eo statu uiuũt/eos magis uiuere cõstat. Quippe cũ uita eo ĩ tẽpore nõ ĩ sẽsũ diffusa sit/ sed in seipsã eodẽ tenore collecta.

¶ Beatus maxime oĩum uiuit: quoniã uita eius ẽ tota simul ĩ eo quod optimum est unita: neq; externa ꝑspicit ut optãda uel metuẽda

Cap. XI.

HAT ſiq̄ obiecerint uirū huiuſmōi ne uiuere q̄dē/ p̄fecto nos ipſū uiuere affir
mabimus. Latere āt illos huiuſmōi fēlicitatē: ſicut & uitam. At niſi credide
rint/ æquū cēſebimus/ ut cōcedētes eū uiuere p̄būq; eſſe/ hoc pacto utrū beatus ſit
p̄quirāt: ne forte detrahētes ei uitā/ utrū bene uiuat īq̄rāt. Neq; rurſus hoīem tollē
tes de medio/ iā de hoīs fēlicitate deliberēt. Demū neq; cū p̄bū cōceſſerint ad inti
ma eſſe cōuerſum. Mox eū ī actionibus quærāt externis. Votūq; eius ī extrinſecis
eſſe poſitū arbitrēt: Alioqn neq; ſubſtātia ulla fēlicitatis erit/ ſi uotū eius ad exter
na poſueris: p̄būq; talia quædā dixeris affectare. Optat p̄fecto oēs hoīes bene ui
uere: nulliſq; malis quenq̄ affici. Verūtamen ſi hēc ad uotū nō ſuccedāt/ nihilomi
nus beatus erit. Siqs āt eū deceptū iri: & a rōne aberraturū dicat/ ſi mō talia uelit/
q̄doqdē īpoſſibile ſit nō eſſe mala/ is p̄fecto cōcedet nobis uolūtatē eius ad ītima
cōuertentibus.

¶ Beatus nō eget uoluptate aliq̄ extra mētē. Sūmus. n. actus ītelligētię ē ſūma
uoluptas. ītēpantū Cap. XII.

HAT ſi uoluptatē ī hoc uiro req̄rāt/ certe nō ītēpatū neq; oīo corporis uolup
tates exq̄rēt. Fieri. n. nō pōt ut hēc adſint: qn fēlicitatē cōtaminēt. Neq; rur
ſus affluētior lætitiæ motus. Quā. n. ob cām eiuſmōi quædā expoſcēt/ ſed
eas dūtaxat uoluptates: quæ ipſius boni præſētiā neceſſario comitant̄: Neq; ī mo
tu ſunt poſitę: neq; nup aduenīūt. Iā. n. adſunt bona: Adeſt & ipſe ſibi/ pmanetq;
uoluptas ſerenitaſq; ſua. Serenus āt ſēp ē p̄bus: ſtatuſq; eius q̄rus affectioq; ſuffi
ciēs: quā nullū oīo eorū quæ mala dicunt̄/ ſi mō p̄bus ille ſit/ pturbat. Siqs āt aliā
uoluptatis ſpēm ī ipſa probi uita requirit: nō iā probā amplius exigit uitam.

¶ Actus uel æternus mētis/ uel ꝑpetuus ſūmæ rōnis circa mentē in beato nō īpedi
tur externis. Cap. XIII.

NEq; uero actiōes eius ob fortunā prorſus īpediēt̄: ſed alię potius ī fortunis
aliis erūt. Oēs āt honeſtæ ſimiliť: atq; tūc forſan illæ honeſtiores: quæ circū
ſtantia rite cōponūt. Actiōes uero ī cōtēplatiōe poſitæ/ ſiquæ circa ſingula
uerſanť/ forſan tales erūt q̄les cū ille iā quæſiuerit & cōſideauerit/ p̄feret. Sed ma
xima doctrina expedita ſēp ē penes illū: idq; magis/ ēt ſi ī Phalaris tauro ſit collo
catus. Quod q̄dē ſtulte iocūdū dicit̄/ bis ter ue p̄nūtiatū. Ibi. n. quod ita p̄nūtiat/
hoc ipſū ē quod ī cruciatu eſt poſitū. Hic aūt quod q̄dē dolet/ aliud: hoc uero eſt
aliud quod ſecū habitās/ q̄tenus ita ſecū neceſſario habitat/ nunq̄ ab ipſa totius
boni cōtēplatione deficiet.

¶ Homo eſt ſolus rōnalis aīus. hō beatus ē aīus/ q iā intellectus euaſerit. Ideo
quæ ad ſenſū p̄tinent/ beatus nihil pēdit. Cap. XIIII.

HOminem uero præſertim probum non eſſe quiddā ex anima corporeq;
compoſitum teſtatur etiam ipſa a corpore ſepatio: contemptuſq; eorum
quæ bona corporis apellantur. Ridiculum autem foret ſiquis dixerit foe
licitatē ad id quoq; quod ī nobis eſt animal p̄tinere. Quippe cū foelicitas uita ſit
bona: Quę q̄dē in aīa ipſa cōſiſtit: Cū hæc. ſ. uita bona actus ſit: neq; tamē totius
aīæ. Nō. n. uegetalis/ adeo ut & corpus attīgat. Nō. n. fēlicitas in magnitudine bo
noq; corporis habitu collocať. Neq; turſus ī p̄ſpicacia ſenſus. Quādoq̄dē nimia

corporis ſenſuumq; ꝑſperitas grauãs aĩum hoĩem ad ſe detorquet. Decet. autẽ uiciſſim cõpẽſatiõe & diuerſione q̃dã ad optimũ potius cõferẽte quodãmõ corpus attenuare: ut appareat hoĩem ipſũ ab externis eſſe diuerſũ. Homo tamẽ ille ex eo rũ q; ĩter nos ſũt numero/eſto & formoſus & magnus & diues: hominum quoq; oĩum dominus: utpote q regionis huius ciuis habeẽ: Neq; illi ab his decepto ẽ inuidendũ. Circa uero ſapiẽtẽ ipſum talia quædã forte neq; ab initio ſunt: ac ſi adſint/cõminuet ipſe/ſi mõ ſeipſũ colat: luxũq; & dotes corporis ꝑ negligentiã atteret: Deponet & pricipatus. Præterea ſanitatem corporis ita curabit/ut morborum haud oĩo impitus eſſe deſideret: ſimiliter quoq; dolorũ. Immo & niſi acciderit in iuuẽtute uolet diſcere: In ſenio uero neq; his neq; ẽt uoluptatibus ꝓturbari uolet: neq; a re ulla corporea ſiue iocunda ſiue moleſta: ne uidelicet ad corpus declinare cogaẽ. In dolorĩbus uero poſitus/præſẽtẽ ſibi ſufficientẽq; ad hęc uirtutẽ his opponet: atq; ita ſe compabit: ut neq; ĩ uoluptatibus ꝑſperaq; ualitudine & uacatione laborũ beatiorẽ eſſe ſe cenſeat: neq; ĩ eorũ oppoſitis minus exiſtimet ſe beatũ. Cũ. n. priora illa fęlicitatẽ nõ augeãt: certe neq; eorũ cõtraria minuũt.

¶ Ei qui bonũ intelligibile poſſidet nihil addi põt boni bonorũ aliorũ præſẽtia: nihil demi boni/oppoſitione malorum. Cap. XV.

QVod ſi duo ſapiẽres ſint: quorũ alter q̃dẽ habeat quęcũq; naturæ cõſentanea iudicanẽ: alter uero cõtraria: nunqd pariter dicemus fore beatos? Dicemus utiq;: ſi mõ ęque ſapiẽres ſint. Nempe ſi alter pulchro ſit corpore: cęteraq; poſſideat oĩa: quæ neq; ad ſapiẽtiã/ neq; oĩo ad uirtutẽ/ neq; ad eius quod optimũ eſt cõtẽplationẽ/ neq; ad uitã optimã cõferãt: neſcio q̃d plus ob hęc momẽti reporter. Quãdoq̃dẽ neq; ẽt q talia poſſider gloriabiẽ/ q̃ſi eo q hęc nõ poſſidet ſit beatior. Quinetiã neq; ad ipſũ tibicinis finẽ horũ copia cõferet. At nos ex infirmitate noſtra fęlicem cõſideramus/grauia horribiliaq; iudicãtes/ quæ beatus ipſe nõ iudicat. Alioqn nõ dũ ſapiẽs/nõ dũ beatus erit: niſi prius eiuſmõi imaginationis fallacias oẽs a ſe fugauerit: Et q̃ſi oĩo iã factus alter ſibi ipſi cõfidat/tãq̃ nihil mali paſſuro. Hoc. n. pacto ĩ oĩbus uiuet ĩtrepidus. Siqd uero metuat: non dũ eſt uirtute ꝑfectus: ſed dimidiũ dũtaxat habere uidebiẽ: Iã uero ĩprouiſos & q ãte iudiciũ accidũt metus/ſi quãdo aliis ĩtẽro acciderit/ſapiẽs ꝓpulſare conabiẽ. Atq; cõiũctũ ſibi ſẽſũ q̃ſi puerũ dolore cõmotũ/uel minis uel rõne cõpẽſet/cõminatiõe inq̃ nõ ꝓturbãte: ꝓide ac ſi puer maiorẽ quẽdã reueritus ſtati coerceaẽ. Neq; tamẽ ob hæc uir talis ab amicitia erit & gratitudie alienus. Talis. n. ẽ ſibi ipſi atq; ſuis. Cũ igiẽ quę & ſibi/eadẽ amicis attribuat: amicus erit pręcipue/ſimulq; mẽte uiuet

¶ Vir ſapiens & qui beatus futurus ſit/ ſolũ ſe confert ad mentem: ſolũ pendet ex deo: Cætera uel cõtemnit oĩo: uel ſine ꝓturbatione gubernat. Cap. XVI

SIquis autem probum uirum in hac excelſa mente non cõſtituerit: ſed fortunę ictibus ſubiugauerit/eiq; ab his timuerit: is certe non qualem nos eſſe oportere cenſemus/ ꝓbum uirum adducet ĩ mediũ. Sed mediocrem quendã atq; ex bono maloq; ꝓmiſtũ. Mediã quoq; uitã agentem ex bono ſimul & malo cõpoſitã. Qualem utiq; neq; repire facile eſt: neq; ſi repiaẽ:/ erit foelicis nomie

dignus. Quippe cū nihil habeat magnū/uel ad ſapiētiæ excellētiā/uel ad boni pti nens putitatē. Non eſt igit foelicitas ī uita cōiuncta. Recte.n. Plato petēdū deſup ſūmū bonū iudicat: ad ipſūq; ei reſpiciendū/qui ſapiens ſit beatuſq; futurus. Stu dēdumq; ad ſimilitudinē illiuſ accedere/illiuſq; uita uiuere. Id ergo ſolū ad finis ipſius pfectionē eſt habendū. Cętera uero uir ſapiens quaſi quaſdā loci mutatio nes exiſtimabit/nullū ex locis ad foelicitatē ſuſcipiens incrementū. Sed quaſi cō iectans alia inſup quæ circūſtant/uelut ſi uel hic/& ita/uel ibi/& aliter diſponātur. Attribuens quidē huic quodcunq; neceſſitas poſtulat: & facultas præſtat: Ipſe ue ro uiuens alius/non ipeditus conūctū ſibi dimittere: Naturę quoq; ſuo tempore conceſſurus/idq; facile dimiſſurus: Poteſt quoq; de hoc pro arbitrio conſultare. Quāobrē huius officia partim quidē ad foelicitatē conducēt: partim uero neq; fi nis: neq; oīo ſui ipſius gratia ſuſcepta erūt: Sed eius dūtaxat quod ē adiunctum. Quod q̄dem curabit q̄diu poterit/atq; ſuſtinebit. Quēadmodū ſi lyram muſicus q̄diu uti ualeat/curet. Cū uero iutilis ſit/uel mutet/uel uſum oīo lyræ dimittat: ac tionibuſq; circa lyrā prorſus abſtineat: officiū ipſe abſq; lyra aliud habens. Itaq; ia centē ꝑpe deſpiciat lyrā: ipſe abſq; inſtrumenti miniſterio cantās. Neq; tamē huic ab initio q̄dē inſtrumētū fruſtra tributū fuit. Quippe cū ſępe iā ipſo fuerit uſus.

Argumentū Marſilii Ficini Florētini in librum Vtrum fęlicitas augeat tempore.

Quid ętemitas: quid beatitudo: qūo mentes oēs æternitate fruunt ī æternum. Rōnales uero naturę aliq̄do: & hę q̄diu fruunt ſtabiliter agūt Cap. Primū.

SVper ipſū ens Platonici ipſum collocāt eſſendi prīcipiū: nominātq; ipſū unū atq; bonū. In ente āt primā eſſentiā: primā uitā: mentēq; primam cogi tant. Vitā uero illā tū æternā: tū beatā: ſed diuerſa rōne poſſumus noīare. Eſt.n. uita primus: ītimus: ꝑpetuus actus eſſētiæ. Quatenus ergo actus eiuſmodi eſſētiæ ſuæ ſimul totus affigit: & eſſētia ipſi ſimul uni ſēp innitit: æterna uita īmo ętemitas ipſa uocat. Quatenus āt actus idē nuſq̄ a ſuo fōte digrediēs ad īteriora reflectit: ipſa mens apellat: quę ſic ꝑtinus cōiuncta bono/uita beata īmo beatitu do merito nuncuparur. Hac mēte/hac æternitate/hac beatitudine/mentes oēs qa fruunt ꝑxime: ideo ī ętemū. Naturę uero rōnales quoniā ſequēti potiunt gradu: ideo ętemitate beatitudineq; huiuſmōi potiunt q̄dē. Sed (ut Platonice uel potius Plotinice loquar) nō æterne fruunt: Alias itaq; beatæ ſūt: alias iterū nō beatæ. Ve rūtamē dū beatæ ſunt/nō mobiliter āplius/ſed ſtabiliter agūt. Cū.n. prima æterni tas beatitudoq; re ipſa ſint unū/rōnales naturæ q̄tenus beatitudinē/eatenus æter nitatē ſimiliter cōſecunt. Cū uero æternitatis maxime ꝑpriū ſit ipſe ſtatus nimirū q̄diu tanq̄ fęlices potiunt ętemitate: īmobiliter agūt: cūctaſq; ſimul actiōis dotes īnico uelut ītuitu cōplectunt/ut āt ꝑpria quādoq; ſentētia loquar/nō poteſt aīus æternitate frui/niſi fruat æterne. Itaq; cū primū attingit ętemitatis ſtatū/illic poſi tus extra tēpus & motū adeo ſtabiliter agit/ut nulla ex parte ide āplius dimoueri queat. Hac ſentētia noſtra ſemel poſita: interpretationē Plotinicā proſequamur.

Rationalis natura ſęculis admodum longioribus foelix uiuit ī ſperis ſublimi bus q̄ infoelix circa terram. Cap. II.

PRoinde aīas hominū ī terra uel aere crassiore uiuentes plurimū nō esse fę lices: sed miseras arbitrantur ī loco. s. peccati/ pęnę purgatorii cōstitutas. Tunc uero oēs fore beatas cū hinc ad puras iā speras ascēderit cū corpore puro: uel ad sublimiorē aerē: uel ætherē: atq; cælū. Tūc. n. ob ꝓsperitatē corporis atq; loci/ facilemq; corporis ꝓuidentiā a diuina cōtēplatione minime distrahi. Iam uero q̄to maior est ī spheris sublimioribus/ q̄ īferioribus uirtus & āplitudo: q̄to & pręstātior uirtus aīę ibi/ q̄ hic uiuentis: tāto diuturniorē aīas putāt illic/ q̄ hic uitā agere. Ideoq; tāto diutius fęlices esse/ q̄ miseras. Quod ī Phedone testatur Plato: ubi de lōgęuis agit: Et Olympiodorus comprobat. Accedit ad hæc ꝙ q̄to mens quæ ad sublimia tollit/ potentior est/ q̄ imaginatio aīalis/ quæ ad opposita uergit: tāto longior est uita rōnalis aīe ꝑ mentem iam ad sublimia eleuatæ/ q̄ uita eiusdē ꝑ imaginationē ad inferiora deflexæ. Pręterea mens ex identitate statuq; solū cōstat: ideo semꝑ ī eodē stabiliter agit. Imaginatio ex oppositis: iccirco semꝑ uarias fingit imagines. Rōnalis uero facultas ex cūctis cōponitur. Nā in ea idē cum diuerso/ status cū motu concurrit. Quapꝑ & mobiliter & stabiliter opatur/ & uaria uersat/ & rursus recolit eadem. Quo uero præstantior est natura idētitatis atq; status/ q̄ natura diuersitatis & motus/ eo diutius aīus ī æternitate uiuit: cū ad ipsā cōuersus fuerit/ q̄ in tēpore/ in tēpus quādoq; ꝓlapsus. At quoniā in hac uita id minus īpletur/ necessario compensatur in altera. Profecto si purus ītellectus nullo modo declinat ad corpus. Vita uero oīo exꝑs intelligētiæ tota declinat/ sequi putāt/ ut ītellectualis aīa qua parte intellectualis est/ nunq̄ inclinetur ad corpus/ qua uero parte nō est naturalis ītelligentiæ cōpos/ flectatur ad corpora. Itē si rōnalis aīa uerū est inter æterna & tēporalia mediū & īdissolubile uīculū uniuersi/ quod ī theologia sæpe ꝓbamus: cōsequens esse uolūt/ ut nunq̄ uel hinc uel inde tota discedat: sed simul utraq; tenens/ ambo ī se cōpetenti ꝓportione cōciliet. Quāobrē ꝑ ītellectū in æternitate uigilat semper: ꝑ uim uiuificā quoquo mō semꝑ agit in tēpore. Per imaginationē naturę uiuificę ꝓximā/ plurimū uersatur in tempore. Per rōnem tanq̄ menti ꝓpinquā/ uiuit ī æternitate q̄plurimū. Per imaginationem alterā mox subditam rōni/ pares īter utrunq; uices alternat: & mō æternorū/ mō temporalium nobis imagines offert. Verū q̄ diu ratio foelicem uitam ducit: tā diu & imaginatio: & si temporalium interdū simulacra foelices tamen imagines adducit in mediū. Deniq; (ut sūmatim dicam) si ex uniuerso mundi circuitu quem triginta sex milibus annorū compleri quidam putāt: tercentū annis diuerso tamen tempore aīus tanq̄ exul hic habitet/ uicissim tribus saltem annorū milibus patrias sedes colere putant. Eosq; animos & hic breuius adhuc/ & illic lōgius habitare: qui uel ab initio præstantioribus tum stellis accomodati/ tum dęmonibus fuerint cōmendati: uel ipsi efficaciori uirtute muniti/ caduca cōtempserint: ęterna coluerint. Neq; animos duntaxat humanos: sed dęmonicos etiā multos/ tum aereos/ tum æthereos mutare corpora gradusq; foelicitatis existimant: Sed illos usq; ad crassum aerem tātum/ nostros autem animos usq; ad terrenum corpus descendere/ & utrosq; animos in altioribus regionibus uitam foeliciorem agere/ & admodum longiorem. Sed de his alias:

¶ Quomodo rationalis natura formatur propria mente: & quomodo mens propria/ mente cōmuni.

Cap. III.

Fieri quoq; poteſt ut rō hac in uita præçteris ſe a materia imaginationeq; ſegregās infima/reuocāſq; ad mentē/quodāmō illā alterius uitę deguſtet foelicitatē: & ꝑfecto q̄tenus ea potiť/utpote quæ iā intellectu formata ē/ æterno quodā pacto. i. ſtabili/totoq; ſimul actu/ſua hac foelicitate ꝑfruiť. Id aūt fieri quādoq; poſſe atq; debere: ſic rē altius repetēdo probamus. Quod duo quædam difficile cōflenť in unū/in cauſa ſunt uel dimēſiones utrinq; ſolidę nimium: uel dimēſiones etiā qualeſcūq;: uel repugnātes iſup utrinq; formę. Ferrū cōflatur in ignē: & ſi tam ſoliditas ferri/q̄ frigiditas eius id īpedire uideť. Atq; ita conflatur/ut ferrū igne formatū iā agat ut ignis/potius q̄ ut ferrū. i. caleat: luceatq;: calefaciat: atq; illuminet. Facilius aūt aer igniť/ubi nec denſitas molis/nec tāta diuerſitas qualitatis amplius īpedit. Facilius idē aer ſub ſole fit lucidū: cū nulla ī lumine dimēſio coitū utriuſq; retardet. Facilius etiā atq; arctius corpus naturaliter præparatū formať ab aīa: ꝑ eāq; iam agit/ut uiuēs: facillime tandē aīa formať ex mente arctiuſq; cōiūgiť. Cum. n. formæ ꝓpriū ſit formare/ꝑficereq;/& ſibi materiā ꝓpriā deuincire: Nimirū quo præſtātior forma eſt/eo facilius atq; cōiunctius ſubiectam ſibi accomodatāq; materiā format atq; deuicit. Anima igiť abſolutius mente formatur q̄ corpus aīa: q̄to uidelicet & forma ꝑfectior mēs eſt q̄ aīa: & ſubiectū perfectius aīa eſt q̄ corpus. Cū igitur diuina mens ubiq; ſit: atq; aiæ rōnalis eſſentia ꝑpetuo illinc īfluxu fiat atq; ſeruetur: ideoq; ꝑpetuo eſſentiæ ipſius inſtīctu conuertatur ad mentē/nihil ꝓhiber aīam ita pendentē/& ita cōuerſam ſemꝑ inde formari. Quoniā uero formatio hęc tum ꝑ eſſentialē aię inſtīctum/tū ꝑ eſſentialē mētis actū efficiť: merito eſſentialis undiq; formatio eſt: adeo ut quēadmodū in mēte idem eſt eſſentia quod ītellectus/idem rurſus eſſe/quod ītelligere: ſic in aīa idē fiat intellectus quod eius eſſentia: Idem quoq; ītelligere fiat quod & eſſe: Præſertim quoniā ītellectus ipſe diuinus ipſo prorſus ītelligēriæ actu format aīam. Formari autē actu ītelligendi nihil aliud eſt q̄ intelligere: ſicut & actu uidēdi formari iam eſt uidere. Vel ſaltē ſicut ī aere ſimul eſt oīo fieri lucidū atq; lucere: & ī corpore ſub aīa ſimul eſt uiuū fieri atq; uiuere: ſic in aīa eſſentiali rōne ītellectualem fieri ſimul eſt atq; ītelligere. Nihil. n. aliud eſt aīam intellectu ꝑfecte formari: q̄ ſub intellectus forma eſſe/ſub ītellectus actu agere. In ipſo uero intellectu forma ipſius idem eſt & actus. Anima igitur cum primū ſub forma intellectus exiſtit: ēt ſub intellectus actu iā agit/ac prorſus ītelligit: Hinc illud Iamblici ex mente ægyptiorū dictum: Aię ītellectualis eſſe eſt ītelligere Deū atq; diuina. Sicut. n. tēporario quodā actu ꝓcipimus tēporalia: ſic æterna uereq; exiſtentia æterno ſimiliter eſſētialiq; actu aſſidue cōtemplamur. Hęc ille. Sed de ītellectu ſatis iā atq; nimium.

## Cap. IIII.

Natura rōnalis & poteſt & debet formari quandoq; mente: & tunc actu unico poſſidet oīa.

Facultatē quoq; rōnalē poſſe ferme ſimiliť ītellectu q̄doq; formari ęedē nobis īdicāt rōnes: præſertī cū ī eadē qua & ītellectus eſſētia ſit: debere uero oſtēdimus alibi: ne naturalis appetitio ſit inanis: & cū ī ōi natura rōnali ſit ſēpiternus ad ītelligētiā appetituſ: oēm Platonici uolūt q̄doq; ad fęlicē ītelligētiā ꝓuenire: ac ſi īde diſceſſerit iterū poſſe reuerti: eoq; ſæculo q̄diu agit ut mēs uiuitq; beata ęternā mentis ītelligentiā imitari: ut ſimul actu cūcta cōſpiciat ſiue id ī hac uita deguſtet/ſiue potius ueſcať ī altera. Intellectū q̄dē ipſū ita ſimul uniuerſū rerū ābi

tum cõtueri/ſicut oculus ſperulã quãdã conſpicit ſimul totã. Rõnem uero nõ dũ conuerſã ad ĩtellectũ/ita res ꝑ partẽ/deiceps atq; partẽ aggredi. Sicut cæci homis tactus ĩ digito eãdẽ ſperã paulatĩ attractãdo/iudicat eſſe ſperã/quã oculus ſubito iudicauit. Rõnem deniq; iam cõuerſam/ita cũcta una cũ mente cõplecti oĩo puta mus:ſicut hominis uidẽtis manus ab oculo recta/ſperulã toto pugno cõplectẽs: ſubito ſpherã eſſe ꝑpendit. Iam uero aĩus ſic affectus tantũ momẽto cognoſcit & poſſidet:quantũ longo tẽpore alter. Huic ſimile Propheticum illud. Dies una in atriis tuis domine pluſq̃ mille aliorum anni.

¶ Quis beatus ſit:& quomodo beatitudo conſiſtit in quadam præſentis boni poſſeſſione: cui prorogatio temporis per ſe nihil addit preteriti aut futuri ra tione:ſed tantum rõne præſentis.

¶ Cap. V.

FOelicem ad ſummũ putamus eũ qui cũcta iã uera cõſpicit/cunctiſq; potiť bonis:ſed uera ſimul oĩa uidet ĩ una forma ueri.i.mẽte diuina/cũctis ſimi liter bonis fruiť in uno fõte bonorũ.i.ipſo bono. Cũ igiť ꝑ unã formã/ꝑ unũ fontẽ & uera cõſpiciat/& hauriat bona:nimirũ uno ĩtuitu uera contueť oĩa: uno ſimiliter hauſtu cõbibit oĩa bona. Quiſq; huc nõ dũ ꝑuenit/non dũ eſt foe lix ad ſũmum. Qui uero ꝑuenit hucuſq;/iã nequit ob ſolã tẽporis longitudinẽ fore foelicior. Sed eſto ĩ hoc quidẽ aĩo eiuſmõi foelicitas annua:ĩ illo uero diur na. Nunq̃d hic eſt beatior illo?Nõ certe eo ipſo die quo ẽ & ille beatus. Vtrq;.n. tunc pariter oĩa poſſidet. Reliqs uero diebus nõ eſt alter foelicior altero: ĩmo ue ro alter quidẽ beatus eſt:alter nõ amplius ẽ beatus. Cõparemus deĩde ĩter ſe foeli citatẽ annuã atq; diurnã. Nunq̃d annua maior/uel magis foelicitas q̃ diurna cen ſetur?Diuturnior certe uel lõgior tẽpore:non tamẽ ingẽtior gradibus/ ſicut & ca lor quidã annuus eſſe poteſt. Neq; tamẽ gradu feruẽtior calore diurno. Sed nõ ne magis expetẽda nobis eſt annua foelicitas q̃ diurna?Eſt ꝑculdubio. Sed diu turnitas illa tẽporis non ꝑp ſeipſam magis expetẽda ẽ:alioq̃n diuturnã quoq; fe brem potius q̃ breuẽ eligeremus. Immo ꝑp ipſã foelicitatem/neq; uiciſſim:ipſum nãq; bonũ ad qualitatẽ potius q̃ ad q̃titatẽ ꝑtinere uideť. Iã uero aĩus q̃titatẽ ꝑp bonum expetit:ac ſi cum bono cõiuncta ſit/quo maior q̃titas eſt/eo magis appe tit. Si cũ malo/quo maior/eo minus eligit. Cur nã igiť annuã cũ foelicitate uitam potius q̃ diurnã eligendã nobis exiſtimamus? Certe nõ ꝑp tẽporalẽ ipſam ſucceſ ſionem quæ longior fit ĩ anno:nã nec ĩ diurna quidẽ foelicitate/ꝑp ſimilẽ ſucceſ ſionẽ malumus diem ĩtegrum q̃ horã eſſe foelices. Ipſũ nãq; preſens ĩ foelicitate penitus exoptamus. Hoc.n. eſt dũtaxat & nos eſſe quærimus/ dũ quærimus eſſe foelices. Optamus qdẽ ĩprimis idẽ hoc preſens figi:prorſuſq; manere quod qdẽ ęternitatis ẽ proprium:cuius fruitione beati ſumus:quo & ꝑ ĩtellectũ aſſidue frui mur:& quãdoq; ꝑ rõnem ĩtellectu formatã. Quod ſi diffidamus ipſũ preſens no bis idem firmiter poſſe cõſiſtere: ſecundo iam gradu eligimus præſens aliud mo mentum/iterũq; aliud/aliudq; ſuccedere:ſemꝑ ad ipſum præſens potiusq̃ ad ſuc ceſſionẽ/affectũ & ĩtuitũ dirigẽtes. Siqdẽ in ipſa ſucceſſiõe ſẽꝑ priuationis & ma li aliqd eſt ãmixtũ. Quod qdẽ nobis oſtẽdit/ nos q̃diu ĩ hoc motu uiuimus/ re uera beatos eſſe nõ poſſe:q̃uis q̃tenus ꝑpe ad æternitatẽ accedimus/eatenus bea titudinis aliquid deguſtemus. Hoc Plotinus decẽ huius libri quæſtiõibus agit.

¶ Quęstio Prima.

Vtrum foelicitas tempore augeat̃. Concludit/ foelicitatẽ in quadã affectione siue dispositione uitæ cõsistere: ꝑ quã aliquis re ipsa bene se habeat: hãc uero esse præsentem: Cui pręteriti recordatio nihil addit.

¶ Quęstio Secunda.

CVm omnis homo semper uiuere appetat: Vtrum ꝑseuerantiã hãc perpetuã asseq sit beatitudo præcipua. Cõcludit/ foelicitatem hac successione perpetua non augeri. Alioqn non uirtus: sed tẽpus metiet̃ foelicitatem. Neq; unq̃ foelicitas uel apud deos erit absoluta/ qa semper sic augebitur. Confirmatur idem: quoniã appetitus naturalis optat proprie quod & consequi potest: solum uero quod pręsens sit assequit̃: quãdocũq; assequat̃/ ergo nõ appetit/ quod nõ est: sed quod est dũtaxat. Præsens uero solũ existit. Sed præteritũ non est amplius: futurum nondum est. Solũ igit̃ appetit præsens: atq; mauult hoc ipsũ præsens figi penitus/ idemq; manere/ q̃ aliud huic succedere.

¶ Quæstio Tertia.

Vtrum q diutius cõtemplatus ẽ/ sit foelicior. Cõcludit/ si semꝑ eadẽ æque ꝑspicaciter uidit/ nihil diuturnitate ad foelicitatẽ ꝓfecisse. Si deniq; plura meliusq; nouit/ non ante/ sed tunc demũ fuisse foelicem.

¶ Quæstio Quarta.

Vtrum diuturnior delectatio beatitudinem augeat. Concludit/ si uoluptas hic significat motũ quendã siue actũ ab ipso itelligentiæ actu distictum/ nõ esse cũ foelicitate cõnumerandã. Sin aũt significat ipsum met ĩtelligẽtię actum/ ab omni impedimẽto liberũ. Sicq; expeditũ iam absolutũ nobisq; gratũ/ tunc solum aĩum esse foelicẽ/ quãdo ĩtelligentia talis est: nihilq; ꝑ tẽpus ei maius afferri: præsertim cum iam sit in æternitate potius q̃ in tempore. Voluptatis quoq; motũ/ solum ꝑꝑ id quod in eo præsens est optari.

¶ Quæstio Quinta.

Vtrum qui ꝑ totã uitam est foelix/ sit illo foelicior/ q̀ solum in parte uitę sit foelix. Cõcludit/ si secundũ eandẽ uitæ partem ĩter se compent̃: pariter esse foelices: Si secũdũ alias/ alterũ esse beatum/ alterum nõ beatum.

¶ Quęstio Sexta.

CVm miser longiore tẽpore miserior fieri uideat̃: cur non & foelix simili rõne foelicior. Cõcludit/ malũ ipsũ qa circa subiectũ natura passioni obnoxium & debile accidit: ideo continue illud magis inficere. Quod qdẽ subiectũ si semꝑ ꝑmaneret idẽ/ neq; detrimẽtũ maius accideret: solum ĩ iudicio mali præsẽs ipsum perpenderetur. Sin autem sic in angustia perseueret subiectum/ ut ĩ eo malum augeat̃/ tunc miseria grauior iudicat̃/ non tam quia lõgius sit tempus/ q̃ quia ĩgentior mali gradus accesserit. Foelicitas autem summa certum quẽdam possidet terminum. i. gradum ĩ bono summum. Item terminum semꝑ habet eundẽ. s. ipsum summũ: neq; maiorem uidelicet neq; minorẽ/ q̃ primum. s. & q̃diu est foelicitas. Alioquin nõ est summa fęlicitas. Deniq; mali habitus est in tẽpore temporarioq; subiecto: Cui diuersitas accidit. Foelicitas autẽ in æuo subiectoq; æterno: cui quidem ipsa (ut ita dixerim) identitas statusq; proprie conuenit. Cõuenit etiam parti rationali iam factæ foelici status illic æternus. Alioquin nec facta foelix fuerit/ nec secura uiuet: si illinc se putauerit discessuram.

## Quæstio Septima.

CVm in tẽpore cõnumeremus pr̃eteritũ & futurum/una cum præsenti: atq; ita plus tẽporis spatiũ apellemus: cur nõ ita ĩ fr̃licitate facimus. Cõcludit licere nobis ĩ lõgitudine tẽporis nõ ens cũ ente cõnumerare. Siqdẽ rõ ipsa tẽporis in numero quodã fluxuq; uersat̃. Numerant̃ ãt etiã quæ nõ amplius sunt: sed quæ iandiu pr̃eterierũt. Item ĩ omni fluxu ens. q. cũ nõ ente coniũgit̃ siquidẽ momentum præsens quod ens quodamõ dicit̃/inter pr̃eteritum quod nõ est amplius/& futurũ quod nõ dum est/medium ĩcidit. Negat aũt ĩ ipsa foelicitatis natura idẽ fieri. Siquidem rõ eius ĩ uita præsenti & actu stabili æternitatis munus quodãmõ iam cõsecuto cõsistit. Alioqui si adhuc quodã motu tẽporeq; discurrit: nõ dum ẽ habitus absolutus: nõ dum aĩus cõsecutus est finẽ. Cũ ergo foelicitatis rõ præsẽs ipsum statũq; ĩcludat/nimirum cõputationẽ a se tẽporariã procul excludit. Iam uero cum æternitas sit primæ essentiæ ipsiusq; entis uita/siue ĩ prima mẽte sit/siue iam alicui mẽti cõmunicata/nullo modo aliquid nõ entis admittit. Temporalem itaq; fluxum a se prorsus expellit. In uita igitur æterna actus est unus & stabilis. Sed in tempore siue penes aĩam siue deĩde ĩ corpore actus & multi sunt: & fluxu quodã sibi inuicem succedẽtes: Sicut ĩ medio circulo pũctũ est unũ atq; stabile: a quo diuersa ad circũferẽtiã p̃ longitudinẽ linear̃ p̃ducunt̃ puncta mobilia. Vbi uident̃ & unum ĩ plura dispersum: & status iam p̃gressus ĩ motũ. Sũmatim cõcludit beatã uitam esse uitã optimã. Hanc uero esse uitã ipsius entis/siue (ut dixi) in cõmuni mente p̃ seipsam sit: siue ĩ sua cuiusq; mente semp̃ inde cõmunicata: siue in facultate rõnali: inde rursus cõmunicata quãdoq;. Et ubiq; æternã seruare cõditionem: præsertim cum optimus uitæ gradus qui & finis rõnem habet/non ĩ motu amplius: sed statu sit positus: Deniq; ipsum præsens æternitatis non esse idem quod & temporis præsens. Nam ĩ tempore multa pr̃esentia ĩdiuiduaq; momenta sic se habent/ut aliud sit extra aliud. In æternitate uero præsens ẽ unicum: oĩa præsentia tẽporis simul includẽs: Sicut & signa ĩ circũferẽtia multa inter se distantia. Vnicũ uero ĩ medio signũ cuncta linearũ a circũferentia uenientiũ signa cõcludit.

## QVAESTIONES TRES

QVẽstiones reliquæ tres facile tum p̃ se/tũ p̃ supiores ĩtelligunt̃ atq; soluunt̃. Ex oĩbus tãdem colligitur uitam p̃fecte beatam/ esse uitã nõ actionibus exteriorĩbus occupatã: sed ĩ ipsa mente collectam. Nõ quidẽ ex multis intelligentiæ actibus: siue pr̃eteritis/siue præsentibus congregatã/sed ĩtentã protsus in unum. Pr̃esentẽ stabilẽ propriæ mẽtis actum: actum inq̃ mente diuina formatũ: p̃q; diuinam mentẽ/ipso sup̃ mentem bono fruentem.

## LIBER QVINTVS

### VTrum beatitudo tempore suscipiat incrementum.

### Quæstio Prima.

QVærendum est nunqd foelicitas tẽpore suscipiat ĩcrementũ: cũ beatũ esse semper secundum præsens accipiatur. Profecto neq; foelicitatis pr̃eteritæ recordatio momenti quicq̃ habet. Neq; in dicendo/ sed in affectione quadam beatitudo consistit. Affectio uero ĩ qualitate pr̃esenti posita est: actio quoq; uitæ.

¶ Quęstio Secunda

AT ſi quis ex eo q̄ uiuere atq; agere ſemp appetimus/id aſſeq̄/foelicitatē po tius eſſe dicat/ſic eſt reſpōdendum. Primo quidē ſi ita ſit/fęlicitas craſtina maior erit: & quæ deīceps ſemp antecedēte maior. Neq; fęlicitatem uirtus ipſa ulterius metiet̄. Deīde dii quoq; foeliciores nūc erūt q̄ conſueuerint. Neq; dum p̄fecta foelicitas erit/neq; eſſe p̄fecta poterit unq̄. Prærerea appetitus uoto potitus præſens aliq̄d eſt adeptus: ſempq; ad ipſum præſens annitit̄: & q̄diu eſt/ ita ſemp eſſe ī fęlicitate requirit. Appetitio uero uiuēdi eſſe perquirens/præſens quiddam proculdubio quærit: Siquidem eſſe in præſenti eſt poſitum. Quod ſi futurum & quod deīceps ſequit̄ appetat/quod habet iam/quod ue ē/ deſiderat. Non quod præterīit/neq; quod eſt futurū: īmo quod iā eſt/id exiſtere. Nō ſempi ternam p̄tractionem ſiue p̄ceſſionē quærens: ſed quod iā præſens adeſt: id adeſſe.

¶ Quęſtio Tertia.

QVid ergo de illo dicemus qui plurimū tempus uixit fęlix? idemq; ſpectacu lum diutiſſime eſt ītuitus? Profecto ſi longiori in tempore p̄ſpicacius uidit/ plus aliq̄d ipſi longitudo tēporis attulit. Sin aūt uniuerſo in tempore uidit ſimiliter/certe nihil p̄ficit! & qui ſemel eſt ītuitus/æque reportat.

¶ Quęſtio Quarta.

AT dixerit quiſpiā alterum eſſe diutius oblectatum. Sed hoc ī fęlicitate con numerare nō licet: niſi forte quis uoluptatē nominet actionem intelligentiæ expeditam. Hic.n. idem quod nos quærimus dixerit. Proīde uoluptas longior/ ſemp̄ præſens habet ſolum. Quod aūt ex ea præteritū dicit̄/iā prorſus euanuit.

¶ Quęſtio Quinta.

CAeterum quidnā dicemus? ſi alius quidem ab initio ad finē uſq; beate uixit? alius aūt ī poſterū tantū? alius deniq; olim foelix/nam fęlix eſſe deſierit? Nū quid pariter eſſe fęlices? Profecto huiuſmōi compatio nō inter eos qui oēs fęlices ſint/efficit̄. Sed ī ipſa quidā nō fęlices. s. quādo nō ſunt fęlices/cum fęlici aliquo cōferunt̄. Siquid ergo plus poſſidet/id certe poſſidet/q̄tum fęlix aduerſus homi nes non foelices. Cui quidē id cōtigit/ut præſenti quodā alios ſuparet.

¶ Quęſtio Sexta.

QVid ergo! miſer nōne longiore tempore fit miſerior? Et alia quotcūq; mole ſta nōne tempore longiore maiorem afferūt calamitatē: uelut anguſtię mole ſtięq; diuturnæ: ac cætera generis eiuſdem?. Quod ſi hæc ita tempore malum au gent: cur nō & oppoſita augent quoq; fęlicitatem? Forte uero circa moleſtias & anguſtias licet dicere/augmentū tempore fieri: ut in morbis. Morbus. n. efficit̄ ha bitus: corpuſq; ipſum tēpore magis ificit̄. Alioqn ſi maneret idem/neq; maius ac cideret detrimentū: hic quoq; præſens ipſum ſemp eſſet/quod moleſtū: Niſi quis præteritum annumerarit: reſpiciens uidelicet in id quod actum eſt: atq; quod ma net! adeo ut ī habitu quoq; miſeri malum ī tempus p̄ductius augeat̄/adaucta ui delicet prauitate ī eo quod p̄manet! quatenus p̄manet. Quapp miſeria maior nō productiore tēpore: īmo uero maioris gradus adiūctione p̄uenire uidet̄. Plus aūt ipſum ſimul forſitan nō exiſtit. Neq; omnino plus ē dicendū/dum quod non ē/ ei quod ē ſimul annumerat̄. Ipſa uero fęlicitatis natura certum quendam ſempq; eundem poſſidet terminū. Iam uero ſi & hic ex ipſa tēporis lōgitudine p̄fectus aduenīat/adeo ut uirtute p̄ficiendo/fęlicitate quoq; p̄ficiatur/nō diuturnā quaſi

multos ꝑ annos dinumerantes probamus foelicitatem: īmo eam quæ magis tunc facta dicitur/quando magis exīstit.

¶ Quęstio Septima.

Cæterum cur nam si præsens solum spectare oportet: neq; cōnumerare pacto non ī tempore quoq; idem facimus? sed præteritū præsēti cōnumerātes plus tēporis spatiū apellamus? Cur nō igit̄/q̄tum tēpus ē: tātam quoq; esse dicimus fęlicitatem? Forte. n. secundū temporis ipsius diuisiones beatitudinem partiri licet. Nam si solo pręsenti metiamur/idiuiduam faciemus. Forsan uero haud absurdū fuerit numerare tēpus etiā non dum exīstens. Quippe cum eorum etiā quę præteriere/neq; sunt amplius/numerū computamus: ceu numerum defunctorū. Foelicitatem uero iam præteritā nec amplius exīstentem/siquis uelut præsentē præsenti plurem dixerit: aberrabit. Beatitudinē nāq; contigisse censeret. Tempus autē longius ultra præsens nihil aliud q̄ nō dum esse dicendum est. Omnino aūt temporis īteruallum ꝑductum lōgius disꝑsionem alicuius unius/quod in præsenti est/quodāmō machinaf̄. Quaꝑpter recte dicitur æternitatis imago/disꝑsione sua id quod ī æternitate permanens est/disperdere cupiens. Ideoq; si ab æternitate permanens ipsum tollatur/fiatq; temporis/ protinus euanescet/eatenus uidelicet sal uum: quatenus quodāmodo in æternitate seruaf̄. Euanescens uero/si totum fiat in tēpore. Si ergo fęlicitas ī uita bona cōsīstit: certe uita ipsa bona ī uita exīstentis siue entis ipsius ē collocanda. Hæc. n. optima ē. Non ergo tēpore numeranda est/sed æternitate cēsenda. Id uero neq; plus ē neq; minus: neq; longitudine quadam cōstat: sed ī eo quod & hoc ipsum & indistās & præter tempus exīstit. Quāobrem neq; exīstēs nō exīstēti ī unum decet coniūgere: neq; ęternitati tēpus: neq; quod ī tempore sempiternū æternitati: Neq; quod īdistans ī diuersa ꝑtēdere. Immo id omne si quādo acceperis/totum accipiēdū. Quādo inq̄ accepis nō indiuiduum quiddā temporis ꝑprium: sed æternitatis uitā/nō ex tēporibus multis coaceruatam/sed ab uniuerso sæculo simul totam.

¶ Quęstio Octaua.

Siquis aūt dixerit præteritorum memoriā in præsenti manentē aliq̄d plus afferre ei uiro qui plus temporis ī beatitudine uixit: īterrogādus erit/qdnam de memoria ipsa significet. Vel. n. sapientiæ memoria iam præteritæ hic significatur: quaꝑ sapientiorem hūc appellaret/neq; seruaret ꝑpositum: uel memoria uoluptatis: pinde ac si oblectationibus multis beatus īdigeat: neq; præsenti gaudio sit contentus. Præterea quidnā iocūditatis affert uoluptatis actæ memoria? ceu si quis se obsonium heri cū uoluptate gustasse meminerit. Ac si ante decēnium/magis adhuc deridendus erit. Similiter quoq; si anno præterito sapientiā se habuisse meminerit.

¶ Quæstio Nona.

Si aūt bonorū honestorū ue sit recordatio: cur nō aliquid cōferat? At istud hominis ē bonis honestis ue in præsenti carentis: atq; ꝑpea q̄ nunc minime habeat/quærentis eorum quę pręteriere memoriam.

¶ Quæstio Decima.

Hæc. n. longum tempus multis præclarisq; actionibus prębet occasionē. Quaquidem priuatus erit/qui foelix breui tempore uixerit. Ad hæc utiq; dicendum ē omnino foelicem nō ob præclaras actiones atq; multas. Alioqn quisquis

foelicitatem ex multis tam temporibus q̃ actionibus dicat accumulandã/ex his quę non amplius sunt sed ex transactis/atq; uno quodam præsente foelicitatem coaceruabit. Quãobrem ĩ prędenti quodã beatitudinem collocauimus. Deinde quæsiuimus num id quod magis dicr̃ in quodam pluri consistat: atq; ita maior quoq; cõtingat foelicitas. Hoc ergo quęrendum: nunqd tẽporis multi foelicitas in eo dũtaxat excellat/quod actiõibus multis abũdet. Primo quidẽ fieri potest/ ut qui actionibus nullis incũbit/sit beatus. Neq; minus quidem/imo uero magis eo/qui actionibus fuerit occupatus. Deide actiones nõ ex se ipsis bonũ afferũt/ Sed affectiones ĩ psæ actiones efficiunt bonas. Iam uero sapiẽs bono potr̃ etiã agens/ nõ quia uidelicet agat: neq; ex his quę accidunt: sed ex eo quod possidet. Quãdoquidẽ & salus patrię potest uel a prauo aliquo ꝓuenire. Ipsa q̃ etiã ĩ patria seruãda iocũditas etiã aliud agẽte ꝓcipi potest. Itaq; nõ hoc ẽ/ quod foelicis efficit uoluptatẽ: imo uero habitus ipse & uoluptatẽ eiusmõi parit: & prędstat foelicitatẽ. Acsi quid cõtingit iocundũ/ ꝓ seipsam facit eiusmodi. In actionibus aũt externis foelicitatẽ ponere/nihil aliud est q̃ in his quę extra uirtutẽ sunt & extra aiam collocare. Ipsa. n. propria animi actio consistit ĩ sapientia: adeo ut in se ipso sic agat: idq; est foeliciter agere.

¶ Argumentum Marsilii Ficini Florentini In Librum De Pulchritudine.

A prima essentia uita mente emanant influxus per omnia tanq̃ radii uoces uerba per sex gradus.

INfluxus quidam ab ipso ente ꝓ omnia passim entia manãt: Sed qua rõne in ipso essentia ẽ/ præcipue ꝓ modũ solaris radii ꝓfluunt. Qua uero illic ẽ uita/ꝓ modũ soni & uocis erumpũt. Qua deniq; ibidem ẽ intellectus/ĩ modũ significantis uerbi ferunt̃. Et qua uelut radii quidã sunt/ uisum mouere uidentur. Qua uel uoces aut soni/pulsare aures: Qua tanq̃ uerba/ potissimũ aios prouocare. Vbiq; uero tanq̃ pulchra quædã siue pulchritudines aliquæ nobis occurrũt. Nã ab ipsa pulchritudinis ipsius forma ꝓueniũt. Cum uero ipsam pulchritudinẽ nominamus: ꝓ modũ quidẽ formę. i. tanq̃ formalem pulchritudinẽ ipsũ ens ꝓprie ĩtelligi uolumus: Sed ꝓ modũ causæ. i. tanq̃ pulchritudinis ipsius causam/bonũ ipsum uolumus cogitari. Bonum nãq; lucẽ ipsam siue fontẽ pulchritudinis emicãtis & inde fluẽtis esse putamus. Pulchritudinem uero splendorẽ ab ipsa boni luce manantẽ. i. ipsum ens ab ipso uno bonoq; depẽdẽs. Ab ipso rursus ente sicut dicebã influxus ꝓ oĩa uelut radios: uoces/uerba proficisci nõ dubitamus. Influxus eiusmõi primo quidẽ sunt in ipsa diuinæ mẽtis idea. Secũdo ĩ qualibet inde mẽte suscipiũt̃. Per uniuersalem uero ꝓuidẽtiã in ipsa mũdanę aię mente. Tertio ĩ eiusdẽ aiæ rõne. Quarto in eius imaginatione prędcipua. Quinto ĩ imaginatione sequente. Sexto in uegetali uirtute: quæ & uniuersalis natura uocat̃. Hactenus idealẽ quandã in se retinent rõnem. Hactenus. n. uiui sunt & efficaces & fęcundi atq; sempiterni. Sunt. n. ĩ hoc ultimo diuinorũ gradu seminarię rerum oĩum rõnes: quibus ipsę rerum spẽs ꝓpagant̃. Cum. n. prima uita/primaq; oĩum formalis rõ in ipsa prima essentia sit essentię uniuscuiusq; pricipio: in quo principio & rõ & uita erat. Merito quatenus ĩfluxus ide manãtes uitã simul

rationemq; formalem in se puram & integram efficacéq; conseruãt/ eatenus essen
tiales/ideales/diuini cognominanť. Tantum uero munus etiã in natura.i.uegeta
li aiæ uirtute conseruãt: Ideo í hoc sexto die opa dei propria finẽ accipiunt. Sub
inde uero influxus illi materiã subiectã aiæ pulsant. Sed cum neq; ultra ꝓgredi ua
leant: neq; í ea insup uelut ꝓxima nihilo/ipsã uerę essentię uiræq; retinere naturã/
ex formis í imagines iam euadũt. Imagines inq̃ uerisimiles uerarũ diuinarũq; for
marum. Quæ quidẽ sub genitali aiæ ipsius natura í materiã prorsus agente/ resul
tãt ab ipsa materia patiẽte: & tanq̃ a speculo ꝑ modũ radii repcussæ: & tanq̃ a for
nice reflexę ꝑ modum uocis: & tãq̃ a planiori aliquo pariete ꝑ modũ uerbi reddi
tæ uelut Echo. Huic autẽ infimo gradui formalis effluxus Luna fauere uideť ge
nerationis ultimæ domina. Rõnibus aũt seminariis í natura uigentibus fouenti
busq; materiã/ Venus. Eisdem uero in imaginatione inferiori ꝓperantibus ad mo
tum/ Mars. Eisdem rursum í supiori imaginatiõe regnãtibus/ Sol. Sed í rõne uigẽ
tibus/ Mercurius. At í mente aię dominãtibus/ Iupiter. In mẽte deniq; diuina quie
scentibus/ Saturnus. In quo quidẽ septimo gradu tanq̃ Saturni die mũdi opifex
conquiescit. i. í ipsa idea sibi penitus intima. Non. n. hãc ad alia quę inde fiũt: sed
alia ad hanc refert uelut exemplar.

¶ Ipsa pulchritudo formalis est ipsa mẽs: cuius illecebris admiscetur admiratio:
uis: diffusio: uoluptas.

Exemplar hoc quoniã oĩformis formarũ omniũ rõ est/ ideo forma/ spẽsq;/
prima & uniuersa censeť. Et iccirco prima est pulchritudo formalis: unde
& pulchritudinẽ ubiq; tũ formã/ tum spẽm appellare solemus pulchrosq;
formosos. Cuius oppositũ deformitatẽ dicimus & deforme. Ex quo patet mate
riam natura sua prorsus informẽ: merito deformitatẽ ipsam esse censendã. Sed de
hac alias. Ipsa uero pulchritudo formalis oriť quidem cum essẽtia prima: Adole
scit aũt dũ essentia ꝓdit í uitam: Adulta deniq; iudicať: ubi uita cõpleť in mentẽ.
Nam ꝑ ipsum mẽtis actum essentialis uitæ ꝓfecte formať: ac forma oĩformis eua
dit. Quãobrem in ipso rerũ ordine ibi plurimũ pulchritudinis est: ubi plurimum
est & mentis: siue natura quędã mentis adsit: siue artificiũ eius ꝓprium/ siue uesti
gium/ aut inditium. Atq; id omne illic uehemẽtius mouet/ ubi uiuacius nobis oc
currit. Vera. n. pulchritudinis ipsius forma est ipsa uita ꝑ actũ mentis penitus ab
soluta. Propriũ uero pulchritudinis est allicere simul & rapę. Vnde grẽce Calon:
quasi prouocãs appellať. Et quoniã pulchritudo ĩtellectuale munus existit/ ideo
solos allicit cognoscentes. Cognoscentes inq̃ siue ĩtellectuali aliqua rõne/ siue ui
su/ siue auditu ministris plurimũ rõnis. Miscеť autẽ illecebris pulchritudinis ad
miratio/ & uis quędã acrior/ desiderantẽq; diffundens. Tu ergo memento quod
in theologia ꝓbamus: oĩa quidem appetere bonũ: nõ oĩa pulchrũ/ sed eos dũta
xat/ qui iudicium quoddã pulchritudinis habent: atq; hos quidẽ semp appetere
bonum: non tamen semp pulchritudinem affectare. Cum igiť appetitus tractusq;
ad bonũ cõmunissimus ꝑpetuusq; sit: consequens est ipsum bonũ esse cõmunissi
mum oĩum principiũ atq; potentissimũ: Pulchritudinisq; ipsius formã esse bono
q̃proximã. Et quoniã a pulchritudine & ad pulchritudinem ꝓuocatio quasi no
uum quiddã est: Quippe cũ & quibusdã tantũ & quando q; & post naturã cogni
tionemq; contingat: merito admiratio quędã pulchritudinis illecebris admisceť.

Item & uiolentia(ut ita dixerim) aliqua: q̃uis. n. appetitus boni/qui cõmunis est atq; perpetuus/naturæ sit intimus/trahatq; ab intimis: tamẽ appetitio pulchri quasi ab extriseco rapit/cognitionẽ necessario sequẽs. Ideoq; cũ minus sit naturalis/nõ nihil uiolentũ habere uidet. Deniq; quodãmõ diffundit amãtẽ. Nã cũ semel hũc sibimet surripuerit/ nõ statim restituit redintegratq; ĩ unũ/cum trahat extrinsecus: & cum ꝑ cognitionis modũ qui in discretione uersatur/rapiat: ideoq; diffundat. Deniq; amatorius affectus siue lenior sit/siue acrior/semꝑ cum uoluptate mouet. Quẽadmodũ non solũ in dulci sapore grauiq; sono: sed etiã ĩ sapore quodã acri uocibusq; acutis est oblectatio quædã. Voluptate aĩum affici cõptum habemus: quãdo re quadã sibi cõgrua tangit̃/ducit̃q; ad bonũ. Pulchritudo uero ubicũq; nobis occurrat/accedit ut cõgruens: Et iccirco placet atq; ꝓbat̃: Quoniã ideæ pulchritudinis nobis ĩgenitę respõdet/& undiq; conuenit. Rursus aĩum suaptenatura semꝑ ducit ad bonum. Nam & participatio pulchritudinis apud nos ad ĩtellectualem eiusdẽ aduocat formã: pq; ipsam ad ipsum deniq; bonum. Sicut & splendor ad lumen: & lumen ꝓducit ad lucem. Verum satis sit hactenus pulcherrimũ Plotini de pulchritudine librum liberioribus(ut ita dixerim) pedibus ꝓcurrisse. Deiceps nouem huius libri capita nobis ordine repetenda: & hæc quoq; cursim. Nam de his ĩ conuiuio de amore latius disputamus.

¶ Pulchritudo est gratia quædam: quæ magis est ĩ his quæ uidentur: q̃ quę audiunt̃: Magis etiã quę cogitant̃: neq; est proportio. / Cap. Primum.

PVlchritudinem esse gratiosum aliquid: siue gratiã quandã allicientẽ nos ꝑ uisum uel auditũ uel rõnem cõmuni notione cõcipimus. Quæ ꝓfecto q̃tum ĩ rebus quę uident̃/audiunt̃/cogitant̃ ineſt: pulchritudo uocatur. ac tres nobis gratias repræsentat. Quantum uero ĩ uisu/auditu/rõne cõsistit: delectatio nominat̃ atq; uoluptas. Voluptas inq̃ decora. Rem. n. decorã ꝑ se ꝓprie sequit̃ & decora uolupras. Hanc sequit̃ appetitus quoq; decorus. Ipse. s. amor. Perturbatio uero turpis aliis forte causis accidit. Primum itaq; caput inquirit quid nam potissimum gratia hæc pulchritudoq; sit: quid ue nõ sit assignat. Significat interea tum pulchritudinẽ magis etiã ad uisum ꝓtinere q̃ auditum: Quia uidelicet uisus & lumen similiora ĩtelligentię sunt q̃ auditus & sonus: tum habitus animi pulchriores esse q̃ corpora/quæ formosa dicunt̃: & uoces/qa & mẽti similiter cognatiores sunt: & ipsi habitus animi tam ĩ moribus q̃ ĩ doctrinis non solũ pulchri/sed etiã pulchritudines quædã rite dici possunt. Sunt. n. formæ. Formæ inq̃ mẽti ꝓpinquę. Voces aũt & corpora pulchritudines apellari nõ possunt. Pulchritudo. n. q̃uis nõ debeat nunc pulchra/nunc nõ pulchra uocari: Corpus tamẽ idẽ hodie pulchrũ: cras aũt leui mutatione facta/nõ pulchrum. Similiter & uocis materia ferme eadẽ/mutata ꝓportione/ex pulchra fit turpis. Vetũtamẽ q̃uis pulchritudo magis ad ea quę spectant̃/q̃ quę audiuntur: rursumq; magis ad illa quæ cogitant̃/attineat: Inuestigandum tamẽ/utrũ aliquid his oĩbus sit cõmune: quid ue id ipsum sit/quo hæc oĩa pulchra uocantur. Sed primũ id ĩ corporibus quæ uidẽtur indagat: quasi manifestius ita futurũ. Pricipio cõmunẽ de his opinionẽ cõfutat/dicentem/corporis pulchritudinẽ esse ꝓportionem quãdã partiũ inter se & ad totum una cum coloris cõcinnitate. Idq; quattuor cõfutat argumentis. Primo

quidem ſi pulchritudo ipſa ꝓportio ſiue commẽſuratio quædam eſt/ certe res ſolum compoſita eſt:nulla ergo res ſimplex q̃uis gratioſiſſima ſit/pulchra diceť.Secundo rurſus ſi cõpoſitũ dũtaxat pulchrũ eſt/nulla partiũ/præſertim ſimplicium erit pulchra.Immo uero nulla partiũ.Quippe cũ ī ꝓportione duntaxat ad aliud commenſurata pulchritudo ponať. Ex quo ſequeť:ut ex rebus non pulchris pulchrum efficiať.Comptum tamẽ habemus ex rebus omni carentibus gratia nihil unq̃ cũfici gratioſũ: Tertio facies eadẽ/ſæpe eadẽ figurę ꝓportione manente:mõ pulchra nobis occurrit:mõ non pulchra. Quaſi aliud quidem cõmenſuratio ſit: aliud pulchritudo. Quarto/neceſſariũ eſt pulchritudinẽ in corporibus pulchritudinem nobis referre ſupiorum. Oportet ergo prouiribus hãc illi prorſus accomodare:Ita tamen ut excellentiori admodũ rõne illis inſit q̃ in corporibus. Quo ãt pacto cõmẽſuratio quędã ibi ſit.s.ī animo uel ītellectu facile aſſignari nõ poteſt. Et in aĩo qdem quomõ mores & ſcientię ſint cõmenſurationes quædã ſiue ꝓportiones:ſi Plotinũ ſequimur/intelligere nõ ualemus.Non.n.coaceruari uult in aĩo ex figuris actibuſq; cõplurimis habitus unq̃ aliquos/qui uel morũ uel ſcientiarũ habitus apellenť.Sed moralem qdem uirtutis actũ ſimplicẽ elucere/cum primum cõtingentiũ uitiorum nubes excutiunť/formã quoq; ſcientiæ ſimplicem expulſis tandem falſis opinionibus rutilare. Aĩam nãq; quodãmõ eſſe oĩa:atq; tunc potiſſimum rem ipſã ſcire/quãdo argumentationibus excitata iã actu res ipſa fit:quæ erat & prius:ſed potẽtia q̃dã uiq; fęcũda.Sed de his oportunius alibi diſputabiť

¶Pulchritudo in corporibus eſt abſoluta perfectio gratiaq; formæ præcipue: Quæ & materiæ formiſq; in ea aliis dominať:& expeditam artis rõniſq; diuinæ uictoriã ſup materiã refert:& ipſã ꝑſpicue repræſẽtat ideã. Cap.II.

CAput ſecundũ ſcrutať/quid ipſa ſit in corporibus pulchritudo. Aſſeritq; eſſe aliquid primo aſpectu prompte ſe offerens. Cum.n.pulchritudo & ī mundo ītelligibili formarũ intelligibilium forma ſit:& ī corpore ſimiliter ſit forma formarũ/merito & illic ītellectũ/ & hic uiſum primo & ꝓmptiſſime mouet:Quod Plato teſtať in Phedro.Subdit Plotinus:aĩum uehemẽter & reſpuere turpe:& aſciſcere pulchrũ:Nec iniuria. Turpitudo.n.eſt tetra quędã mali facies: Pulchritudo uero facies blãda boni.Præterea rõnalis aĩa ꝓxime pendet ex mẽte diuina:& pulchritudinis ideam ſibi illinc impreſſam ſeruat intus:Cui qdem congruit/tanq̃ ſibi patriq; cognatũ libenter amplectiť.Congruit ãt ea in corporibus forma/quę ad ipſam ideę normã examuſſim cõpoſita eſt:dum rõ ſeminalis quæ in natura eſt corporũ formatrice/materiæ plurimũ dominať:formãq; in ea reddit materialem qdem minime:maxime uero formalẽ. Profecto quẽadmodum accipimus ex Timeo:Intellectus ipſe diuinus pater ẽ formarũ:materia mater.Sed rõ fomeſq; formarum ī natura uigens rite paternum ſemen & efficax noĩari poteſt. Forma uero inde genita ꝓles.Formoſitas aũt nihil aliud eſt/q̃ ipſa prolis huius ī doles/expreſſius referens patris effigiem.Deformitas contra/tum deficientis formæ diſſimilitudo quædã ad patris formã: tũ ipſa materia defectus huius origo: præſertim quãdo caſu quodã impediente ſubiectũ a rõne formãte minime ſupať ideſt formãtis actũ uel nõ ſubſtinet:uel ineptiſſime ſuſcipit. Proĩde in quolibet elemento & ſi formæ accidentales ſunt multæ/una tamen eſt forma ſubſtantialis

atq; præcipua. Similiter in rebus mixtis/ceu lapidibus atq; metallis ſi plures formæ ſubſtãtiales ſint uirtute: una tamen principalis actu eſt atq; communis. Sic in plãtis & animalibus: ſi multæ in ſingulis formę ſubſtãtiales ſint actu quodã/una tamẽ eſt actu præcipuo pluribus ĩpans. Vbiq; uero formoſitas eſt abſoluta quædam ꝓfectio ſiue gratia: & quaſi flos quidam ipſius formæ præcipue formis aliis dominãtis. Eſt itaq; diuinũ & impioſum aliqd: quia & impium regnãtis formę ſignificat: & artis rationiſq; diuinæ uictoriam refert ſuper materiam: & ipſam ꝑſpicue repręſentat ideam.

¶ Pulchritudo ĩ corporibus eſt expreſſior ideæ ſimilitudo. Ac ſi ſubtrahatur materia ẽ ipſa idea. Item pulchritudo cuiuſlibet ſpẽi iudicaꝫ ab aĩo per inſitã ſibi formulã ipſius ideæ: ad quã eſt ſpẽs inſtituta. / Cap. III.

QVis nam pulcher homo? aut leo pulcher? aut pulcher equus? Certe q̃ pręcipue ita formatus/ita natus ẽ/ut & diuina mens ĩſtituit ꝑ ipſius ideam: & natura inde uniuerſalis ſeminaria uirtute concepit. Iã uero illius ideæ formulam aĩa noſtra ĩ mente habet ingenitã: Habet & ĩ natura ꝓpria ſeminalẽ ſimiliter rõnem. Igiꝫ naturali quodã iudicio de homine uel leone uel equo cæteriſq; iudicare ſolet. Hunc q̃dem pulchrum nõ eſſe: illũ uero pulchrum: quia uidelicet hic prorſus a formula & rõne diſſentit: ille uero cõſentit. Atq; iter pulchros/hunc illo pulchriorem eſſe: quia hic cũ formula rõneq; magis q̃ ille cõſentit. Et ꝑfecto cum naturale ſubitũq; de his iudiciũ neq̃at cõmodius expediri/q̃ ꝑ formulas rõneſq; nobis ĩnatas: ꝓbabile eſt diuinam ꝓuidẽtiam oĩa q̃optime diſponentẽ eiuſmodi nobis ab initio quaſi characteres impreſſiſſe Dum uero de pulchritudine iudicamus: id præcæteris pulcherrimum approbamus: quod aĩatum eſt atq; rõnale: atq; ita formatũ/ut & ꝑ aĩum ſatiſfaciat formulę pulchritudinis/quã hẽmus ĩ mente: & ꝑ corpus rõni pulchritudinis ſeminali reſpõdeat/quam in natura ſecũdaq; aĩa poſſidemus. Forma uero ĩ corpore formoſo ita ſuę ſimilis eſt ideę: ſicut & figura ædificii ĩ materia ſimilis exẽplari ĩ architecti mente: & oratio ĩ uoce/orationi quæ eſt in aĩo ſimilis. Itaq; ſi homini materiã q̃dem detraxeris: formã uero reliqueris: hæc ipſa quę tibi reliqua eſt forma/illa ipſa eſt idea/ ad quã ẽ homo formatus. Sicut ſi uel edificio materiã ſuã ſubſtuleris/interim figura relicta: uel ſi orationi aerẽ fractũ dempſeris/ſignificatione ſeruata: certe & ibi figura reſtans nihil aliud eſt/q̃ exemplar ipſum ĩ architecto cõſiſtens. Et hic conſeruata ſignificatio nihil aliud/q̃ loquentis ipſius excogitatio. Vnde q̃ ſignificationẽ eiuſmõi colligit: mentem loquentis habere dicit̃: atq; cõmentari. Itaq; & nos debemus ĩ rebus pulchris materiam q̃dem poſthabere: formas uero ſeligentes & ordinem/ideas ĩ his rerũ auſpicari: & artem mentẽq; cõmentari diuinã. Exiſtimat aũt pulchritudinẽ corporis ex formis cõpoſiti ĩ eo cõſiſtere/ut & ſingulæ ĩ eo formę ĩformitatẽ materiæ ſupent/ & forma communis oĩo formas ſingulas antecellat Corporis uero ſimplicis pulchritudinem ĩ quo unica ſubſtãtialis forma ẽ actu/ut auri uel argẽti ſimiliumq; in maxima luminis portione ſitam eſſe. Lumen ꝓfecto eſſe uult ignis. i. cæli formã! quæ ſit imago quędam uitæ cęli! adeo ut quod ĩ cæleſti uita ĩtellectuale ineſt: ſit ĩ cæleſti corpore luminoſum. Itẽ lumen ſub luna/eſſe formæ. i. luminis cęleſtis actũ &(ut ita loquar)imaginẽ. Vnde patet/q̃ta ſit cęli uirtus/cum formę ipſius imago

res omnes apud nos efficiat & conſeruet. Ignem quoq; ſub luna eſſe igneum uel ignitum corpus/potius q̄ purū ignē exiſtimat. Verūtamē qa cælo ſimilius eſt exiſtere lucidum: & quaſi formam corporū aliorum: ícorporeiſq; ꝓpinquum/ ideoq; pulcherrimū: eiuſq; participatione cætera pulcherrima fieri. Præſertim quę lumen inde reportant. Talia uero ſunt/quæ uel minimū terræ habēt: uel naturā maxime tẽpatam. Quod.n. uel maxime terreum eſt/uel minime tẽpatum: quaſi a cælo lōge diuerſum ieptiſſimum ē ad lumē lucidumq; colorē/quaſi cæleſte aliq̄d capiē dum. Quod autem ī corporibus quæ pulchra uidenť dictum ē/ſimiliter ſe habet ī his quę audiunť: ut pulchra/ſiue ſit una uox/ſiue grata quędā cōpoſitio uocū. Et ſicut formæ uiſibilis pulchritudo ab ideali & ſeminaria ipſius rōne ꝓcedit: ſic uocis cōcentuſq; pulchritudo tū ab ipſo ſpiritu/tū ab harmonica mētis cōceptio ne ꝓficiť. Et ubiq; formoſitas ē/impium formæ ſup ſubiectū. Formaq; corporea a forma ícorporea proficiſcitur.

¶ Pulchritudo quæ uidetur/mentis pulchritudinē repræſentat: Pulchritudo quę audiť/refert aíæ pulchritudinē. Itē nemo de mentis & aíæ pulchritudine loqui aut debet aut poteſt/niſi eā ipſe poſſideat.

Cap. IIII.

Duplex pulchritudo eſt: incorporea. s. & corporea. Et quēadmodū corporea rurſū ē duplex: Altera q̄dē ī his quæ uidenť: altera uero ī his quæ audiunť: Sic & ícorporea duplex. Altera in intellectu: altera ē in aía. Intellectualis lucis pulchritudo præcipue ab ea quę uideť ī lumine uelut imagine nobis repræſentať. Pulchritudo rurſus aíe ī harmonia quodāmō conſtituræ/ab illa quæ auditur/harmonica pulchritudine tanq̄ imagine rite refertur. Omnino uero quē admodū nemo de corporea pulchritudine loqui poteſt/niſi eā ſēſu cognouerit: Sic neq; de ícorporea/niſi eam ꝓceperit aío. Sed corporeā cognituru extra ſe feretur: ꝓcepturus aūt ícorporeā/ītra ſe referatur oportet. Reuocatus autē ad ſe non ꝓcipiet eā/niſi poſſideat. Eſto itaq; pulcher & ítellectu & aía prius q̄ de ícorporea pulchritudine audeas diſputare. Memento/ſi delectaris ſenſibili pulchritudine/ quæ ſēſibilis pulchritudinis ē imago: multo maiorē ꝓcepturū te uoluptatē. quando ipſam animi mētiſq; pulchritudinē cognoueris: īmo quādo poſſederis.

¶ Materia deformitatem q̄dem habet naturalē: formoſitatē uero ꝓgrinam. Sed aía turpitudinem q̄dem aduentitiā: pulchritudinē uero natiuā. Item pulchritudo diuinæ mētis ē ut lumen. Pulchritudo mētis humanæ. s. ī uirtute ītellectua li eſt ut color aliquis lucidiſſimus. Pulchritudo animæ. s. in uirtute morali eſt quaſi figura.

Cap. V.

Cum pulchritudo. i. formoſitas ſit flos ipſe & uigor & gratia formæ/certe materia ſicut ē informitas ipſa: ſic ē & ipſa deformitas. Huic ergo deformitas quidem eſt naturalis: Pulchritudo uero fit ꝓgrina: quatenus materia formā accipit aliunde. Sed aíę contra/pulchritudo quidē natiua eſt: quoniam ſua ꝓ natura ē uera forma. i. actus aliq̄s ī ſe cōſiſtens. Nā reliquę formæ ſub aía/ formationes quędā potius ſunt/q̄ formæ. i. actiōes aíæ in materiam. Ac uicißim materiæ paſſiones. Aíę igiť formoſitas q̄dem ē naturalis/deformitas aduentitia.

Sicut.n. materia dum formale nō nihil mutuatur ab anima/ fieri formosa uideꝛ: ita uicissim anima dum iforme aliquid accipit a materia/fit deformis. Accipit aūt quatenus & affectu corpori cedit: & cognitione cōcedit. Non ergo noui muneris compatione quadā animus euadit pulcher: sed purgatione sola qua in pristinam restituaꝛ naturā: In qua sua ipsum formauit idea/intellectusq; diuinus. Cuius quidem pulchritudo est q̄si lumen: Intellectus uero nostri pulchritudo inde manās intellectualis uirtus cognominata/est quasi color aliqs lucidissimus. Sed pulchritudo moralis hinc & inde ꝑfecta/est quasi figura.

¶ Virtus & pulchritudo in animo est naturalis: atq; est ipsa sua puritas animo restituta: sic illico & pulchritudine diuinę mentis effulgens: & ipso bono felicissime fruens. Item prima forma: prima mens: primum ens est idem. / Cap. VI.

ANtiqum oraculum & a Platone in Phedone: & a Plotino hic adductum/ tradit uirtutem omnem tā intellectualem q̄ moralem esse purificationem quandam atq; puritatem. Quod de pulchritudine quoq; sub uirtutis nomine dictum puta. Quasi uirtus pulchritudoq; animo sit natiua: Turpitudo uero & prauitas pegrina. Animus itaq; a corporeis sordibus expurgatus/ non solum pulcher fit: sed etiā pulchritudo. i. forma ꝑ se exīstens: idealisq; rō quędā/ & diuini uultus expressio: quādo uidelicet ex aio rōnali intellectualis & itellectus euadit. Prima nāq; formositas est secūdum formā/ubi est prima forma. Forma uero prima est itellectus. Forma.n. prima uniformis esse debet atq; oiformis & reliquarum origo formarum. Sicut materia prima est prorsus informis receptaculūq; formarum. Talis āt solum intellectus primus esse potest. Qui etiā est ens ipsum primum. Si.n. ubiq; fit esse ꝑ formā: certe ens primum cū prima forma conspirat. Præterea sicut ī materia naturale malum cum naturali deformitate cōcurrit: Sic in primo ente in prima mente natiuum bonum. i. boniforme cum natiua formositate cōgreditur. At sup ens & mentem ipsum bonum si quādo ipsa pulchritudo dicitur: tanq̄ fons pulchritudinis intelligitur: ex quo intellectus tanq̄ prima forma pulchritudinis effluit. Sed ab itellectu aīa uelut prima pulchritudinis participatio nascitur: Cætera uero sub aīa secundā pulchritudinis participationem/ tertiāq; deinceps ab aīa nanciscuntur. Deniq; aīam ipsam esse natura pulchrā atq; diuinam inde coniicimus quod in corporibus ibi pręcipue pulchritudo refulget/ ubi seminaria uirtus aīæ siue in uniuersa natura: siue ī natura qualibet sigillatim subiectū sortitur obediens.

¶ Quomodo Dii a dęmonibus distinguantur. Quomō corpora deorum & dęmonum uideantur. Item sex differentias esse inter aspectum deorum & spectacula Dęmonum. Conclude si optas diuinam pulchritudinem cōtemplari: esto pulcher atq; diuinus. / Cap. VII.

CAeterum nihil opus est ꝓlixius Plotini mentem interpretari: quoniam q̄ diuine loquitur: loquitur aūt diuinissime: tam etiā pspicue loquitur: Contendens ubiq; aīum nō tam ad pulchritudinem intuendā ꝓducere/ q̄ possidendam. Quod āt de deorum dęmonūq; aspectu breuiter innuit: sic intellige:

Deos ſignificat ſublunares/dęmoneſq; ſimiliter: & qui corpora inuiſibilia natura liter habeãt: ſintq; benefici. Et nõnunq̃ ſuo quodã erga nos beneficio ſe noſtris oculis patefaciant Deos hic a dęmonibus ita diſtingue. In ipſo quidem deorum deo ꝓuidentia eſt uniuerſalis oĩo. Nã & omnibus & oĩa prouidet/atq; largit̃. Vniuerſalis etiã quodãmõ in mente diuina & aĩa mundi. In diis uero ſequentibus ſiue inuiſibiles ſint/ſeu uiſibiles/ꝓuidentia quodãmõ etiã uniuerſalis eſt/ſed conditione quadã particulari. Aut.n. rebus oĩbus munera dãt: ſed munera quædam/aut dant quidem oĩa: ſed quibuſdã. In dęmonibus aũt ꝓuidentia & particularis eſt/& cõditione rurſum particulari. Nã & certa quædã munera tantũ/& certis quibuſdã rerum generibus regiõibuſq; diſtribuunt. Neq; ſicut dii ſunt ab omni paſſiõe uel ſollicitudine uel affectu penitus ſegregati. Nã ad hęc ipſa quæ curãt/quodãmõ declinare uidentur. Adde præterea quod unũquenq; deorum/ſiue cæleſtiũ ſiue ſubcæleſtium dęmones multi ſecuntur ut ducem. Sed quonam pacto qui natura inuiſibiles ſunt/uidentur? Non.n. puto deum aut dęmonem/ut a tuis oculis cõprehendaſ̃/tenue nimiũ rarumq; corpus ſuum neceſſario in anguſtius aliquando cogere: ſicq; oculorum tuorum radios ad te reflectere: aut ſaltẽ ita quodãmõ terminare. Nõ.n. paſſione ſua interueniente a te ſpici uolunt. Sed forſan præpotenti q̃dã uirtute mouẽdi uiſuales oculi tui radios ad te repellere/uel ĩ ſe termina re: atq; ita tibi ſe notos efficere. Sed de uiſu ex mente Plotini alibi diſputabimus. Potes & tu aliter eos cernere non extimo quidem uiſu: ſed intimo quodam atq; cęleſti: ſi quando ad hunc ipſum undiq; te collegeris. Quæ uero differentiæ ſint inter deorũ dęmonumq; formas: ſiue æthereę ſint utræq; ſiue igneæ ſint uel aereę: Iamblichus ex mente ægyptiorum ſic breuiter aperit. Spẽs quidem dei cuiuſlibet ſimplex figura mõq; nobis offert̃. Dęmonis uero multiplex. Dei rurſus ſpẽs ĩmutabilis: Dęmonis autẽ cita uarietate mutabilis. Itẽ dei forma uenerãda ſimul atq; ꝓpitia prorſuſq; benigna: Dęmonis non reuerenda ſolum: ſed uerenda. Præterea diuinum ſpectaculum mundum ſubito totum ĩplere uidetur. Dęmonicum certo loco ſe monſtrat. Rurſus diuina (ut ita dixerim) coruſcatio ictu etiã intelligentiæ uelocior eſt/agitq; celerius. Dęmonica uelox quidem: ſed mentis uelocitatem nõ ſatis exſupat. Deniq; q̃ta uel qualis uel cuiuſmõi forma/pulchritudoq; dęmonis tibi occurrerit/quodãmõ exprimere potes: Dei uero nequaq̃. Quã uero uenerãda q̃ gratioſa ſit utraq;: Plotinus ipſe/q̃uis non explicet/tamen quandoq; ẽt ipſo ſenſu ꝓcepit: Quod quidẽ Porphyrius qui forte interfuit/ĩ Plotini uita teſtatur.

Librum deniq; totum ita conclude. Sicut oculus ut ſolẽ uideat/debet eſſe fieriq; ſolaris: ſic tu ut ipſam ſuſpicias pulchritudinẽ/quę diuinus ipſe ĩtellectus exiſtit/dimitte materiã/dimitte ſenſum/dimitte rurſus & rõnem: Intellectualis eſto: atq; intellectus primo tuus: deĩde diuinus. Tunc demũ ſicut oculus aq̃linus ĩ cælum uolãdo ſublatus/ſplendorẽ ſolarẽ atq; cæleſtem penes ſolis lucẽ intimam circũfuſum uelut unam cum ipſa luce ſimul pulchritudinem contuebitur: Sic & ipſe ꝓ intellectum tuum ad diuinum intellectum iam progreſſus mira prorſus idearum ſene coruſcantem/atq; ex paterna boni ipſius luce manantem primo quidem aſpectu/intellectualem ſplendorem paternę luci continuum/uelut unum idemq; conſpicies. Mox uero lucem quidem animaduertens eſſe penitus uniformẽ: ſplendorem uero quodãmodo multiformem. Item lucem quidem effundere: ſplendorem uero effundi profecto diſcernes (ut Platonice loquar) ipſam mentem/formam

ipſam pulchritudinis eſſe/ipſum uero bonum/mẽtiſq; patrem eſſe pulchritudinis genitorem. Sic & in patre filium ammiraberis/& patrem amabis in filio/mutuoq; utriuſq; amore gaudebis.

## LIBER DE PVLCHRITVDINE SEXTVS

Pulchritudo eſt in his quę uidentur: quæ audiuntur: quæ cogitantur: neq; eſt proportio. Cap. Primum.

PVLCHRITVDO eſt ī aſpectu plurimum. Eſt ãt in auditu ſecundum uerborum cõpoſitiones: muſicã quoq; oẽm. Nam cantus & numeroſi concentus pulchri ſunt. Præterea ſi a ſenſu ad id quod ſupra ſenſum eſt aſcendamus/inueniemus ſtudia quoq; & officia pulchra: & actiones & habitus atq; ſcientias: uirtutumq; pulchritudinem. Vtrum uero & ſuper hęc ulla ſit pulchritudo/ res ipſa ꝓcedentibus declarabit. Quid igit̃ eſt quod efficit/ut corpora pulchra uideañ̃: atq; auditus uoces approbet tanquã pulchras: & quæcunq; deinceps ad aĩam attinẽt. Quonã igit̃ pacto pulchra hæc oĩa fiunt? Nunquid una quadã atq; eadẽ pulchritudinis rõne pulchra ſunt omnia? aut aliud quiddã eſt pulchritudo in corpore: ī alio uero aliud? Rurſus quænã hæc ſunt/ſi duo ſũt? Quid ue id exiſtit ſi eſt unũ? Quędam.n.ꝓculdubio nõ ex ipſa ſubiectorum natura ſunt pulchra: uelut corpora: ſed participatiõe potius aliq̃. Quędã uero/pulchritudines quædã ipſa ſunt: ut uirtutis ipſius natura. Corpora quidem eadem alias quidem pulchra: alias uero non pulchra uideñ̃: quaſi aliud ſit eſſe corpus: aliud eſſe pulchrum. Quid ergo id eſt potiſſimum quod pulchra corpora ſua preſentia facit? Imprimis enim id eſt nobis cõſiderãdum. Dic age quid potiſſimum ſpectãtium allicit oculos: conuertitq; ad ſeipſum atq; rapit: ſpectãtemq; delectat? Si.n.id inuenerimus/forſan quaſi ſcala ad cætera ꝓſpicienda uti poterimus. Tradunt.n.ferme oẽs cõmenſuratione quandã partium & inuicem & ad totum una cũ coloris gratia pulchritudinem ꝓtinentem ad oculos ꝓcreare: atq; ī eo pulchritudinem oĩum eſſe ſitã: ut moderata cõmenſurataq; ſint? Sed apud eos qui id opinañ̃/nihil ſimplex/ſolum uero cõpoſitum neceſſario erit pulchrum: Ipſumq; totum formoſum erit. Partes uero ſingulæ nullam habebunt ꝓpriã pulchritudinem. Solum uero quatenus ad totum cõferunt pulchra dicenẽ. Quãuis oporteat/ſi mõ pulchrum eſt totum: partes quoq; eſſe formoſas. Nõ.n.ex turpibus conſtat pulchrum. Oportet ãt partes oẽs pulchritudinem accepiſſe. Colores inſup pulchri: ſicut & ipſum ſolis lumen/cum ſimplicia ſint: neq; ex cõmenſuratione habeant pulchritudinem/apud illos exclusa a pulchritudine relinquenẽ. Aurum quoq; quonã pacto illis erit pulchrum? Coruſcatioq; nocturna: ſyderũq; ſpectaculũ? Similiter in uocibus/quod ſimplex fuerit: id erit a pulchritudine alienum. Quãuis tonus quilibet ī his cãtibus qui ex toto pulchri ſunt/ſit ipſe pulcher. Proĩde quãdo eadem proportione manente facies eadem alias quidem pulchra: alias uero nõ pulchra uideñ̃. Nonne aliud in eo quod cõmenſuratum eſt/pulchritudinem oportet dicere/cõmenſurationem uero aliud? Ipſumq; cõmenſuratũ ꝓp aliud eſſe pulchrum? Si ãt illi ad ſtudia pulchra pulchroſq; ſermones ſe tranſferentes menſuræ ꝓportionem in his etiam in cauſa

pulchritudinis assignauerint: quænã dicet̃ in studiis pulchris uel legibus uel disciplinis sciẽtiis ue cõmẽsurata ꝓportio? Quinetiã speculatiões ipsę quonã pacto iuicẽ cõmensuratę dicent̃. Quod siqs id ipsũ assignet/quoniã uidelicet cõcordes sunt: dicemus utiq; malorũ quoq; cõsensionẽ quandã esse atq; cõcordiam. Duo nãq; hęc inter se cõueniunt ut fert̃ uidelicet & tempantiã esse stoliditatẽ/atq; iustitiam esse iscitiam generosã. Pulchritudo itaq; aĩę est uirtus oĩs: atq; hæc ipsa spẽs supioribus ẽ admodũ uerior. At quonã pacto hic cõmẽsuratio erit? neq;.n.q̃lis ĩ magnitudine neq; qualis ĩ numero. Atqui cum plures sint aĩæ partes in quali nã rõne cõpositio uel tempatio partiũ uel speculationũ sita erit? Deniq; pulchritudo intellectus ipsius uidelicet segregati soliusq; secundũ se quidnã erit.

¶ Pulchritudo ĩ corporibus ẽ flos formæ materiam supantis ꝑꝑ impium idealis rõnis sup materiam

Cap. II.

REpetamus iterũ a prĩcipio quęrẽtes qdnã sit ipsa ĩ corporibus pulchritudo. Prĩcipio qdẽ ẽ qddã primo ĩtuitu sẽsui se patefaciẽs: idq; aĩus apprehẽdẽs familiariterq; agnoscens suscipit: & q̃si accõmodatissimũ approbat & ãplectit̃. At uero ĩ turpe ĩcidens sese recipit: & uelut abhorrẽs ob discordiã respuit ut alienũ. Existẽs nimirũ aĩa id quod naturaliter ẽ: ac ꝓpe & secũdũ essẽtiã in rerũ ordine præstãtissimã: quãdocũq; aspexerit cognatũ qddã/cognatiq; uestigiũ cõgratulat̃ & stupet: refertq; ĩ seipsã: suiq; recordat̃ atq; suorũ. Quænã igit̃ similitudo his quę apud nos pulchra uident̃: ad illa quæ sup nos sũt pulchra? Et.n. siqua similitudo est/similia qdẽ sint. At quonã pacto pulchra simul & hæc & illa? Participatiõe utiq; spẽi nostra hæc dicimus esse pulchra. Oẽ nãq; ĩforme aptũ natura ad formã ac spẽm capiẽdã/q̃tenus rõnis & spẽi est exps/turpe est/ atq; a diuina rõne semotũ. Idq; oĩo turpe est/quod oĩo semotũ. Turpe qnetiã quod a forma rõneq; minime supat̃: materia uidelicet formationẽ integrã minime sustinente. Accedẽs itaq; spẽs/id quod ex multis partibus unũ ẽ compõne futurũ/simul ordinat cõciliatq; ĩuicẽ atq; ipsa cõsensiõe cõficit unũ: quãdoqdẽ & ipsa erat unũ: ideoq; unũ oportuit esse formatũ/q̃tenus quod ex multis cõponit̃/unũ effici põt. Fundat̃ ergo pulchritudo ĩ ipso quando ĩ unũ fuerit iã redactũ: atq; seipsã partibus totisq; imptit. At quãdo spẽs unũ qddã similibusq; ptibus cõstitutũ nanciscit̃: seipsã & idẽ tradit ĩ totũ. Aliquãdo.n. exẽpli gratia toti se ędificio simul ptibusq; cõicat: aliquãdo uero unico lapidi. Et tunc qdẽ id arte fit: alias uero fit natura. Hac itaq; rõne formosũ corpus efficit̃ cõione uidelicet rõnis a diuinis desup uenientis.

Aĩus ꝑ ĩnatã sibi formulã pulchritudinis agnoscit pulchritudinem ĩ corporibus. Quæ foret ipsa idea si auferret̃ materia. Ac siue sit ĩ simplici siue cõposito corpore/ ꝓuenit ex uictoria diuinæ artis ĩ materiã

¶ Cap. III.

COgnoscit ãt ipsã uis quædã ad eã ĩstituta: q̃ nihil ualidius ad ꝓpria iudicanda q̃do & alia aĩa ĩ iudicãdo cõcurrit. Forsan uero & hęc ipsa dicit uidelicet spẽi quę penes ipsã ẽ accõmodãs: eaq; freta ad iudicãdũ quẽadmõm ad recti iudiciũ regula uti solẽt. At quonã pacto quod ĩ corpore ẽ/ ei quod sup corpus ẽ congruit? Dic age & qũo extrĩsecũ ędificiũ ędificii formæ/ quæ ĩ mẽte est architectus accõmodãs pulchrũ ẽe iudicat? forsan qa si lapides tollas e medio ędificiũ quod erat extrĩsecum nihil aliud ẽ q̃ ĩtrĩseca forma/diuisa qdem ꝑ externã materię molẽ. Indiuidua uero existẽs & si apparet ĩ multis. Quãdo igit̃ & sẽsus spẽm quæ ẽ

ī corporibus aſpicit/colligantē ſupantēq; cōtrariā naturā/quæ ē informis: atq; for mā decenter ī formis aliis emicātē tūc cōgregans ſimul totā: quæ paſſim diſpſa ui debaī/refert ad ſe: atq; ad formā: que ītus eſt/īptibilē introducit: redditq; intimæ formę cōſonā & cōgruā & amicā: Quemadmodū ꝓbo uiro uirtutis īdoles appa rens in iuuene iocūda contingit: ꝓpea ꝙ uerę uirtuti quæ intus eſt conſonat. Pul chritudo uero coloris ſimplex ꝓuenit ubi formaī ſuꝑaturq; quod eſt ī materia te nebroſū/præſentia luminis: quod qdem incorporeū & rō quædā eſt & ſpēs. Qua ꝓp & ignis ipſe præter cętera corpora pulcher/ quoniā ſi cū elementis aliis cōfera tur/ſpēi obtinet ordinem. Nempe & cęteris eminentior eſt/& oīum ſubtiliſſimus: quaſi icorporeę iā naturæ ꝓpīquus. Atqui ſolus ipſe nō ſuſcipit alia: cum tamen ipſum alia capiant. Calefiunt nāq; alia: ipſe uero nō ſuſcipit frigus. Præterea colo rem ipſe primus habet: cætera uero ab hoc ſpēm coloris accipiunt. Emicat igitur atq; fulget quaſi ſit ſpēs. Quādo uero ſubiectū nō ſuꝑatur/uelut luminis exigui particeps/haud ultra prouenit pulchrū: utpote quod coloris ſpēm nō accipit to tam. Proīde harmonias quę ſunt ī uocibus/ aliæ quæ latent ī aīa faciūt/ & ad ſen ſum uſq; producunt: atq; ita faciunt: ut aīa ꝑcipiat pulchri notitiam/idem in alio demonſtrantes. Competit uero harmoniis quæ ſentiuntur/ut numeris menſuren tur non in omni ratione numeri ſeu uocis/ſed in ea dūtaxat: quæ ad effectionem ſpēi/uictoriamq; eius obtemperat. Sed hactenus de pulchris quæ ſunt in ſenſu ſit dictū. Quæ tanquā imagines umbræq; in materiā effluentes ipſā exornauerunt: ammirationemq; ſui occurrentes ſenſibus concitant.

Oportet animum fieri pulchrū/ſi intellectualem ſit pulchritudinem cogni turus. Quę tāto magis fruentem delectat/q̄ corporea pulchritudo/ quan to/& forma illa hac perfectior eſt/& intellectus perſpicacior ſenſu: & poſ ſeſſio nobis interior. Cap. IIII.

A T uero pulchra quę his ſuperiora ſunt: oculiſq; minime patent: Sed aīus ipſe abſq; inſtrumentis cernit atq; ꝓnuntiat/ aſcenſu quodā cōtēplari de bemus/ ſenſum in infimo relinquentes. Quemadmodum uero pulchra quæ ſenſibus offerunt uerbis exprimere nō potuiſſemus: niſi uidiſſemus aliquan do. & tanquā pulchra percepiſſemus. Quo quidem munere orbati ſunt qui cęci naſcuntur: Sic neq; de officiorū & ſcientiarū cæterorūq; eiuſdem ġeneris pulchri tudine poſſumus eloqui/niſi hæc ipſa poſſideamus. Similiter neq; de fulgore uir tutis: niſi quodāmodo excogitauerimus/ q̄ pulcher ſit iuſtitiæ & tēperantiæ uul tus: qua ue rōne neq; heſperus neq; lucifer adeo ſpecioſus. Quinīmo eo dūtaxat hæc oportet uidere: quo aīus ipſe talia intueī. Præterea uidētes admodū oblecta ri & affici uehemēter multoq; magis q̄ corporeā pulchritudinē admirari: utpote q uera iā attīgamus. Tales inq̄ affectus oportet circa pulchrū quodlibet excitari: admirationē uidelicet ſtuporēq; ſuauē. Deſideriū quoq; atq; amorē cōcitationēq; iocūdā. Eiuſmōi quædā ēt circa ea quæ nō uidenī aīæ patiunī. Oēs qdē (ut ita di cā). Magis āt qui ſūt ad illorū amorē ꝓpēſiores. Sicut & circa corporis pulchritu dinē accidit. Oēs. n. æque uidēt: nō tamē icitanī æque ſed maxīe oīum amatores.

Pulchritudo in aīo naturalis tunc nobis effulget/cū primū aduentitiā deformi tatem. i. affectus ad materiam ſꝰpauerimus. Cap. V.

Sic itaq; ſicut quod peraccidēs eſt/ad illud quod ſecundum naturā ineſt referē: ita quod ī alio iacet/ad illud quod ī ſeipſo cōſiſtit. Deniq; memēto mala rerū formis accidere: neq; caſu duntaxat/cōtinue nāq; ꝑpetuaq; ſerie ueniunt: neq; ex ipſa natura formę: quę tandem ꝓuenit a prima forma. i. a mente diuina: ea uidelicet ratione qua mens cōuerſa ē in bonū. Quāobrem & ab extrīſeco ſcito confluere mala: & illo quidē principio quodā determinato. Nō certe prīcipio uelut forma ſiue formali quodā. Igiē a materia. Primū igitur materia malū. Sicut & bona a prīcipio rerum primo. Illud igiē ipſum bonū. Supiora ſic iterū cōfirmanē. Videmus ī rerū ordine ſingula ex potētia quadā actuq; cōponi. i. ex natura formabili/ actuq; formali cōſtitui. Et quæ media rerum tenent ex utriſq; oppoſitis ęqua portione rite cōmixta. Sed ſupra mediū ordinis uniuerſi/formabilē potentiam ab actu formali magis gradatim magiſq; excedi. Infra uero mediū uiciſſim actū quidē decreſcere: creſcere rurſus potentiā patiendi deformēq; naturā. Quāobrē & augumētū ipſius actus ꝑ gradus ordinatiſſimum ad actum deniq; ſūmum ꝓuenit atq; purū! & decrementum eius/ad minimum paulatī actum formę deſcendit. Cui mox ſuccedit ſūma quædā informitas & īfinitas patienſq; oīo natura formis deſuꝑ ueniētibus quaſi menſuris & terminis ſemꝑ expoſita. Sed hic īterim aīaduerte: Sicut ordinis huius deſcenſio ultra minimā formā deuenit ī materiā: ſic aſcēſionē ultra ſūmam formā. i. eſſētiā mentēq; primā ad ipſum ꝓgredi bonum: Viciſſimq; ſicut ſuꝑ ens exiſtit aliqd. i. ipſum bonum/ita ſubeūte ſubſidere nō nihil. i. ipſum malum! medium īter ens & nihil/bono ꝓrſus oppoſitū. Mediū nāq; inter ens & nihil ſiue nō ens! materiā Platonici ponunt! quæ & nō ens dicīē/& nō nihil. Quæ qdem uelut cōmunis potētia origine quadā & generationis ordine uniuerſū antecedit mūdi actū/ſicut & potentiæ paſſim ꝓprię actus ꝓprios ſimiliter antecedunt. Cum uero ob extremum uirtutis defectū materia ſemꝑ egeat ſubſtētaculo: neq; fundamēto uſq; īferiori poſſit īniti! nihil. n. eſt inferius illa! nacta ē tantū deſuꝑ ſubſtentaculū ex quo pēdeat. i. naturā! ſicut & natura ſimiliter aīam. Materia qdē ab eſſētia naturæ depēdet/& ab ipſa mētis eſſētia. Formę uero ī materia genitę ab ipſis naturæ ſeminibus ac mētis ideis/materia uidelicet ſicut umbra tum intellectualis eſſentiæ tū naturæ! formę āt ut imagines ipſius mētis & ſeminū. Subſtineri uero uidēē materia deſuper ferme in ſuſpēdiculi modū/ſicut ferrū a ſupiori magnete ſuſpēſū.

Gradus malorū tres. Qūo ī aīa malum. Qūo materia nihil hēt boni Cap. IIII.

IN quarto capite malorū gradus ꝓſequtur. In primo gradu materiā ponēs In ſecundo corporeā materiæ formā: quā nō eſſe formā uerā & hic Plotinus breuiter indicat: & nos ī theologia latius demoſtramus. In tertio uero ſtatuit aīę malum: dicēs aīam ipſā nō eſſe ꝓ ſe malam. Alioqn & oīs aīa foret mala: & ab initio mala foret/& ſemꝑ. Exiſtimat ſecundā aīam. i. uitā ab aīa prima quandoq; accomodatā corpori/ſtatī in ipſo accomodatiōis initio fieri prauā. Cūeni ſic alligeē corpori/ut ex ea & corpore unum aīal componaē/merito a materia mox inficiē: adeo ut & paſſiōibus fiat obnoxia: & motus īmoderatos more corporis ſubeat in exceſſum atq; defectū. Talē uero fieri oēm eiuſmōi uitā Platonici putāt: poſſe tamē & hanc uix tandē aliquādo tempari. Sed ante moderationis effectum/& paſſiones illas eſſę inuoluntarias arbitranē/ quia uidelicet naturales: &

ſupiorem quoq; aīam: quia. s. libenter cū inferiore conſentiat: falſas inde opinio nes accipe: quibus parū cōſiderate iudicet/ re uera bona ſibi quoq; fore uel mala: Quęcūq; iferior aīa naturali quodā impetu ꝑſequiť aut fugit. Sicut igiť inferior aīa impetu naturali mala fit: ſic ſupior amore/ cōſenſione/ opinione fit mala. Sed inter inferiorem hāc uitā atq; formā corpoream hoc intereſt: q forma hæc paſſio quædā eſt materię: uita uero actio potius eſt uel actus aīę. Ideo formæ q̄dem ma lum inſanabile eſt: uitæ uero ſanabile. Vbi uero materiā ait boni nihil habere/ ītel lige nihil formalis: intrinſeci: abſoluti boni. Cum enī primus boni ipſius effectus ſit formale aliq̄d. i. diuina mēs/ forma formarū/ merito ubi deeſt natura formalis/ deeſt intrīſeca natura boni. Sed materia q̄a primū ſubiectum eſt/ æque ad omnes formas expoſitū/ nullā ſibi propriam uendicat formā/ nihilq; formale. Huic ergo nihil formalis intrinſeci/ abſoluti boni ꝓpriū eſt. Neq; tamen huic deeſt appetitio boni. Eſt. n. materia īdigētia ſūma/ ad formalē copiā capiendā naturaliter paratiſ ſima: Igiť hāc naturaliter appetit. Igiť affectat bonum. Apperitio hæc bonū quo dāmō dici pōt. Nō quidem abſolute: ſed quoniā ſpectat & cōducit ad bonū. Ad bonū inq̄ extrīſecum. Quod. n. accipiť/ nunq̄ euadit materię ꝓprium. Proīde prī cipium efficax/ unde appetitus motuſq; materiæ ad bonum/ efficiť: non eſt ī ipſa materia. Nulla. n. efficacia eſt/ ubi nulla forma. Sed ī natura tanq̄ īſtrumento dei. Neq; tamen appetitus motuſq; eiuſmōi diciť uiolentus. Nā ad hunc tractum ma teria nedum reſiſtat/ ſed & paratiſſima ē/ & q̄ libentiſſime patiť: facillimeq; forma tur. Deniq; ipſa materia quoniā eſt informis/ ē mala/ īmo quia eſt informitas/ eſt ipſū malū. Dici tamē quodāmō bona pōt/ quatenus formabilis ē a bono. Quo niā uero ſæpe formā noīat terminū & menſurā: ſcito terminū apellare: quia natu ram materiæ ad ſpēm quālibet æque indifferentē certis q̄buſdā ſpēi limitibus ter minat: ut ꝑ hoīs quidē formā ſpēm hoīs ſortiať: ꝑ equi uero formā ad equi ſpēm cōtrahať. Menſurā rurſus noīat: q̄a materia ſuaptenatura nullā haberꝓpriam ma gnitudinē uel figuram/ Sed certa quadā forma dum ad certam ſpēm eā terminat: ꝓpriā quandā magnitudinem figurāq; requirit. Sicut aūt corporea forma menſu ra eſt terminuſq; materiæ: ſic ītellectualis forma menſura eſt ac terminus aīæ. Ipſū uero bonum menſura eſt terminuſq; mentis & oīum. Aīa deniq; quæ per omnes ſui uires in mentem conuerſa: eius menſura terminoq; componitur: nihil mali ac cipit aut ꝑſpicit. Quę uero a mente digreſſa materiā uerſus inclinatione ꝓgrediť: iam malum ꝑſpicit/ & q̄ſi quodā intuitu faſcinať. At poſtq̄ ſeminariā naturę ſuę uirtutē quaſi aīę ſupioris imaginē materiæ ꝑſus infudit/ malū iam diciť attigiſſe. Vbi tandē habitū iam cōcepit: per quē materiali corpore patiente compatiať atq; conſentiat/ iam tactu uenefico languere uideť.

¶ In quo defectu conſiſtat malum. Quomodo materia ſit ipſum malū. Qūo fiat malum in anima. / Cap. V.

CAput quintū quæſtiōes duas inducit/ & ſoluit. Prima quæſtio eſt eiuſmōi Dictum eſt uim rōnalem īpfectiorē mente: eiuſq; imaginem eſſe: Similiter uim naturalē rōnali īpfectiorē eiuſq; imaginē. Nunq̄d ergo defectus eiuſ modi uel ibi uel hic ē malū? Nequaq̄. Nempe nō in quouis defectu boni cōſiſtit malū: quando. s. aliq̄d ab alieno ſupioriq; bono ſupari deprehendiť/ eiq; cedere.

Nam hi ſunt certi bonorū gradus ꝓuidentia diuina diſpoſiti. Sed malum ī ꝓprio quodā defectu uerſať: quando aliquid bono aliquo ſpēi ſuæ/uel ſingulari mune re uideť orbatū. Sūmū uero malum ī uniuerſo defectu ꝓpendiť/quod ꝙdem oīs ſpēi bono ſuaptenatura caret: omniq; ītus formali dono priuatur. Qualem dicit eſſe materiā: quæ nullā boni habeat portionē. s. intus & ꝓpriā. Cū. n. ipſū ens pri mo bonū intus accipiat/tanꝙ ipſi bono ꝙ ꝓximū/merito ītrinſecū rebus bonum ꝓ munera ipſius entis. s. ꝓ eſſentiā & eſſe tribuiť. Materia uero neq; ꝓprium habet eſſe cū non ſit forma: uel ꝓpriā habeat formā: Eſt ergo ꝓ eſſe ſubſtātialis formæ/ ſicut accidentalis forma eſt ꝓ eſſe ſubſtantiæ: neq; rurſus habet eſſentiā. Cū. n. pri ma eſſentia ſit aliquid in ſe formale: preſertim ſi ad alias eſſentias competat/iure materia quæ nihil eſt formale/non etiam eſt eſſentia: uerūtamen eſt aliqd eſſētiæ quodammodo ſimile: ꝙuis ipſius eſſe ſimile nihil habeat. Proinde in quo eſt de fectus aliquis qualiſcunq; ſit: id non eſt ipſum bonum: ubi defectus a proprio quodam bono cadens: ibi iam malum aliquod: ubi defectus omnis/ ibi malum ipſū. Id aūt eſt materia. Defectus aūt a ꝓprio bono degenerans/ in quo eſt potē tia & ꝓcliuitas ī malū aliquando cadēs/ deterior defectus eſt ꝙ ſimplex alicuius boni defectus. In hoc. n. conſiſtit minus bonū: In illo uero malū. Nā ꝓcliuitas illa præſertim iā inclinans uergit ad ipſū malū: quod quidē ante ꝓcliuitatē iam ē ma lum: Et ipſa ꝓcliuitas in aīo promor quādoq; facta/iā eſt mala/anteꝙ preципitādi habitus cōfirmeť. Iā uero primū aīæ malum: non eſt uitioſus hic habitus aut ille: ſed ipſa ꝓcliuitas ꝓpenſior ad materiā. Ipſaq; materia circa quā uerſať: uel eā qui buſdam ſui partibus attīgēdo .s. natura uitibuſq; naturæ miniſtris. Vel eam aſpi ciendo. s. quodā tū conſilio rōnis materiā eligente/ tū imaginationis ſuperioris impio. Vel ī materiā corruendo. s. imaginationis inferioris affectu. Vel deniq; pa tiendo. s. infimo ſenſu. Profecto cū oīa ſecūdū aliqd talia/ iudicenť talia/ ꝙtenus ad ipſū tale ſimpliciter referunť/merito Plotinus omnia ꝓ relationē aliquā ad ma teriā quę ipſū malū eſt/mala ꝓpendit/ tū in aīa/quod iā dictū eſt: tū ī corpore atq; fortunis/quod deiceps oſtendit: Vbi ſecūdā quæſtionē mouet & ſoluit. Cōclu dit ex his aīam non eſſe mali prīcipiū: qa uidelicet non ſit ipſa natura mala: Cum intellectualis natura ſit: atq; ipſe ītellectus ſit ipſi bono ꝙꝓximus: Quippe cū ad ipſū bonū & intellectus ꝓxime: & ꝓ intellectū aīa conuertať. Hic innuit aīas non tam certo ꝓpoſito quaſi rebelles a deo deficere: ꝙ ex quadā potius cōſequentia contingenti: quatenus. s. ad materiam & materiale ꝙddam afficiunť. Ex quo la tenter aīus auertať a deo: dū libenter conuertiť ad oppoſitū. Nempe ſi in hoc no ſtro malignitatis loco aīus non diſcedit a maiori bono in malū prēcipuo quodā ꝓpoſito/ſed ſub ſpē boni/multo minus extra id corpus uiuens/manifeſtū malū bono manifeſto præponit.. Initiū itaq; mali aīæ uult eſſe ꝓ accidēs/ quatenus ad aliquid minus bonū. i. ad ipſū generationis miniſteriū ꝓpenſius inclinať. Sed clā īterea malū ſubrepit/quod & aliquando nolentem detinet aīam: tū qa ineuitabili mox impetu fati pulſať/& diutiuſ interdum carcere clauditur. Tū quia neſcit ab initio qd ꝙtum ue damni ſequať ex affectu & habitu circa corpus. Solos āt Plo tinus eos exiſtimat aīos mala quodāmō uitaturos/anteꝙ corporeus habitus cō firmetur/diſcrimine cognito ī mentē ſe oīo receperint. Quoniam uero nō omnes praui ſunt: & praui quidam emendari aliquando poſſunt: patet prauitatē tū non ineſſe natura: tum nō eſſe ipſum malum exiſtimandam. Concludit deniq; aīum

deuitare uel repellere ſupareq; prauitatem ex materia pululãtem: uel ad materiam proruentem/ ea tantũ natura/ quæ ĩeſt aĩo a materia ſegregata/ ideoq; diuina. Et q̃uis diuina ſit/qa tamen eſt proxima naturalibus/ſenſim admittit malum. Non ãt ſicut corporea forma/quę ideo cadit a proprio bono: quia tum materię ĩhærer: tum cõtrariæ formę miſceť:/ideoq; malum eius ſeqtur & ĩteritus. Sed ideo aĩus a ꝓprio quodã bono degenerare/ malumq; uideť admittere: qa nimium init cũ natura ĩferiori cõmertium. Ex huiuſmõi uero cõtubernio ſollicitudo potius & ĩpedimentum melioris officii ſeqtur/q̃ pnities.

Qũo aliquid bono ſit contrarium. i. materia. Quomodo formę a materia ſepatę ſint contrariæ / Cap. VI.

Extum caput exponit quid ſibi Plato uelit/ubi ait ĩ libro de ſcientia: mala oĩo deleri nõ poſſe. Eſſe nãq; neceſſario aliqd ſubcõtrariũ bono. Ipſaq; mala ĩ mortali natura uerſari. Inter hæc intellige/non eſſe quicq̃ ꝓprie ipſi bono contrarium: quaſi id ĩ eodem genere cõtra bonum ex oppoſito diuidatur. Principium nãq; rerum cum nullo põt ĩ eodẽ genere cõuenire: & a nullo p differẽtias ſibi additas diſcrepare. Sed dicit aliquid ſubcõtrarium bono. i. ſub boni ĩperio collocari aliquid ab eo maxime diſtans: ac pęnitus diſſimillimũ. i. ifimã mundi materiã. Pręterea docet ĩ cęteris quidẽ cõtrariis nõ eſſe neceſſarium/ ut ſi unum extat/mox extet & alterum. At uero ſi ipſum bonum eſt/neceſſario eius ſubcõtrarium ꝓuenire. i. ſi primum eſt uniuerſi pricipium/neceſſario dať gradus quidã infimus uniuerſi. Inter hęc contrarietatem accipit aliter q̃ pleriq; eã definientes repugnantiã quandã duarum ĩ eodẽ genere qualitatum. Vnde ſequereť ſubſtãtias ſibi ĩuicem nõ eſſe contrarias: & quæ contraria ſunt ĩ eodem genere collocari. Hic enĩ contrarietatem eſſe uult diſtantiam rerum undiq; maximã oppoſita facientẽ/ ferentemq; oppoſita. Sic itaq; materia erit ſubcõtraria deo. Hęc. n. non eſt eſſẽtia: ille uero eſſendi principium. Hæc malorum origo: ille bonorum. Hæc rurſus ĩformitas/deformitatiſq; cauſa: ille pricipium eſt formarũ. Multoq; magis hæc duo ĩter ſe cõtraria ſũt: q̃ calor atq; frigus & ſimilia. Hæc. n. ĩ nullo cõueniunt. Cætera uero in genere & materia congruunt. Subdit ignem & aquam ſi ſpẽm forte ſuam ſeruarent illis ſubducta materia: inter ſe adhuc cõtraria fore. s. eſſentiã aquę ignis eſſentiæ. Tunc. n. ĩ his calor & frigus nõ mõ proprietates quædã eſſentiales: Sed etiam quodãmõ eſſentię forent/ſiue actus eſſentię: maximeq; ĩter ſe diſtãtes contrariorũq; cauſę uniuerſo. Item nulla tunc alterius portio ꝓpria foret ĩ altero: cũ cõmunis ſit illis materia defutura. Rurſus duo hęc ſe totis ĩter ſe diſcrepabunt: & ipſa (ut ita loquar) alteritate diſtabunt.

Quomõ ſi bonum eſt/neceſſarium ſit eſſe malum: & quomõ uniuerſum ex materia cõſtat & forma/ex mente atq; neceſſitate. / Cap. VII.

POſt hæc in ſeptimo capite mõſtrat: cur neceſſarium ſit/ſi bonũ eſt: fore malum. Profecto mundanũ opus ab ipſo deo factum/nunq̃ præſenti effectu actuq; factũ eſſet/ niſi fieri potuiſſet. Duo igiť cogitãtur tum porẽtia/ tum actus eſſendi. Quę quidem ĩter ſe cõtraria. i. oppoſita ſunt. Nam & qua rõne actu

iam exiſtit/neq; ulterius effici:& qua tõne fieri poterat/nõ dũ erat ĩ actu. Itẽ poten
tia qdẽ eiuſmõi terminus eſt a quo: Actus ãt terminus eſt ĩ quẽ effectio mũdi ꝓgre
diẽ. Actus qdẽ exiſtit iã in potẽtia mũdi. Potẽtia uero nõ ĩ actu qdẽ:ſed potius eſt
ſub actu. Atq; ita hæc hunc ordine quodã antecedit tõniſq; diſcurſu:ſicut in quali
bet rerũ apud nos genitura/potentia hæc aut illa naſcẽdi actũ ꝓpriũ & præcedit tẽ
pore & ĩ actũ ꝓcedit in tẽpore. Si quæras de prima naſcituri mox mundi potentia/
quidnã fuerit reſpõdebo:neq; prorſus aliquid extitiſſe: Iam.n. fuiſſet in actu. Neq;
turſus omnino nihil. Non enim aliquid fundatur in nihilo. Dicam ergo fuiſſe nõ
nihil ipſam inquã exiſtendi potentiam atq; materiam! Non inquã ĩ Deo fundatã:
Deo enim nihil accidit. Non fundatã rurſus ĩ nihilo:ſed ipſum potius fundamen
tum. Non quidem ĩ ipſa diuini architecti ĩtentione primum: ſed potius ultimum.
Primum nãq; ideſt præcipuum ĩ ipſa Dei ſententia eſt forma mũdi:poſterius uero
materia:ſub mundi forma ſe occulens. Viciſſim uero in opis expeditiõe primũ eſt
materia/ſubſequens uero forma. Conſtat igitur uniuerſũ ut Plato inquit ex mente
.i.actu formali:q ſane eſt ĩ diuinæ mentis uoto præcipuũ:Mentiſq; imago. Itẽ ex
neceſſitate..i.materia:quę non tam ĩtentione propria q̃ neceſſaria quadam cõditio
ne ad hoc opus accipitur. Si igitur eſt ipſũ bonum/efficaciſſimũ omniũ/neceſſario
Plotinus uult/opus inde ſeq; mũdanũ. Si mũdus ẽ/neceſſario ẽ materia:quæ malũ
eſt. Si ergo bonũ ẽ/ſeq; neceſſario malũ. Pręterea bonũ ipſũ cũ ĩextimabilẽ hẽat ef
ficaciã/uim ſuã effectũq; longiſſime latiſſimeq; diffundit. Si lõgiſſime porrigit/cer
te graduũ deinceps ĩnumerabiliũ ſeries efficit/ut gradus ultimus uelut maxime di
ſtans ſit primo.i.bono cõtrarius.i.oĩo diuerſus atq; diſſimillimus. Erit itaq; malũ:
Malũ inq̃ ſimpliciter atq; cõe. Itẽ ſi latiſſime uim diffũdit plurimi ꝑ latitudinẽ rerũ
gradus efficiunt/ut aliqs ſit ab aliquo diuerſiſſimus/ſępeq; reuera contrarius. Atq;
malũ nõ qdẽ ſimpliciter malũ!/ſed potius ĩuicẽ. Si ergo bonũ ẽ/cõſequẽter tũ ĩ lõ
gũ deniq; ſurrepit ipſũ malũ:tũ in latus quædã ĩrer ſe mala cõtigunt. Inextimabilẽ
ipſius boni fęcũditatẽ neceſſario bonũ ſeq; iterũ fęcũdiſſimũ. Et huius deiceps fę
cũditatẽ fęcũdũ aliud rurſus & aliud. Cũ uero ſẽp effectus ĩ bõitate cauſe cedat:cõ
tinue magis ſubortiẽ cõminutio boni:hãc uero ſubſeq; deniq; malũ. Effectus itaq;
boni & bonus ẽ/quoniã ẽ ex bono:& minus bonus/quoniã extra & ĩfra bonũ: &
deniq; malũ patiẽ/poſt boni lõgiſſimũ detrimẽtũ. Quoniã uero materia ẽ ipſũ ma
lũ/atq; ex hac totus mũdus cõpoſitus ẽ:ideo ĩ q̃libet mũdi ꝑticula latet malũ/q̃uis
ĩ ſpheris mũdi ſublimioribus ſoliti effectus mali nõ accidãt:quippe cũ ibi defectus
materiæ ꝑfectiõe formæ nimiũ ſuꝑet:nõ nihil tamẽ mali ſimile præſe ferre uideẽ cõ
tinua quædã priuatio/quã ſecũ affert ꝑpetuus mũdi motus ĩ pręteritũ ac futurum.
Materia quoq; cæli ob potẽtiã eius ad formas oẽs idifferẽtẽ ſubſtãtiales formas ali
quãdo cõmutaret/niſi mira q̃dã præſẽtis formæ uirtute tã q̃ freno quodã cohibere
tur:cui qdẽ freno iã mãſuefacta cedit: forte nõ tã qa ſimpliciẽ materia ẽ:q̃ qa talis
formæ maẽia. Hãc ob cãm Plato ĩ Timeo ſpheras mũdi ſtellaſq; iqt diſſolui poſſe
.s. ex natura materiæ:niſi uirtute diuina.i. mira bõitate formæ cõnecterenẽ. Formæ
itaq; ſepatæ diſſolui nõ poſſũt. Nã & ſi hæ quoq; benefico ipſius bõi munere cõſer
uanẽ:tamẽ hoc ipſũ boni munus forma ẽ:q̃ qdẽ dũ ſeruaẽ forma q̃libet a maẽia ſe
gregata/uideẽ iteri ſe ipſa ſeruari/cũ ipſa reuera ſit forma. Siqs ãt ãbigat cur corpus
hũanũ forma ſua .i. aĩa q̃ diuina ẽ nõ ſeruẽ idiſſolutũ:audiat Moyſen docẽtẽ cõti
neri quoq; id corpus idiſſolubile poſſe:ſi mõ & aĩa ſuã ſeruet diuinitatẽ:quod & ꝑ
ſatũ magi ſecuti/ꝑmittũt ꝑpetuã corporis ſanitatẽ aĩo priſtinã ſanitatẽ ſuã recipiẽti.

Quō materia ſit cauſa mali: primo quidē formis ſuis/deīde aīo. Itē q̄ oīa bona ad unū bonū: oīa mala ad unū malū deniq; referanť Cap. VIII.

Dubitat āt in octauo libri capite/utrū materia ſit cā ī aīo tū inſcitię tū prauita tis: an potius forma quędā cōplexioq; formarū. Reſpondet mox: Si forma corporea q̄liſcūq; dicať ſit mali in aīo cā: ꝓpea cām eſſe mali/quoniā forma hęc materię addicta é: ac ꝓrſus materialis effecta: nec uera ſit forma: ſed imago quę dā formæ paſſioq; materię. Cū regionē ſub cælo mobilē iſtabiliter q̄ſi p ſe uacillātē neceſſe ſit regi duciq; a regione cæleſti/mobili q̄dē: ſed ſtabiliť mobili. i. ꝓpetuo eo dēq; ſēp tenore uolubili. Rurſus cęleſtē regionē motui ſubiectā/q̄ſi non dū pfectā a ſupiori ꝓrſus īmobili gubernari merito iferiores in hac noſtra materia formas/ad formas quę ſūt ī cælo reducimus/& cæleſtes iterū formas ad illas quæ ſūt ī ipſo cę li fabro duceq; referimus. Neq; aliud ibi ſūt hę formæ q̄ ipſa fabri duciſq; ītelligen tia: ideoq; ī ſe ipſis exiſtere iudicanť. Formę q̄dē ſub cęlo a cęleſtibus lōge degene rāt. Illic. n. puræ ſūt & itegræ/efficaces/paſſiōis exptes/neq; pugnaces. Hic āt cōmi ſtione aliq̄ inq̄natæ: mācæ. iefficaces: īnumeris ſubditæ paſſiōibus: & ſiq̄d agūt/ad ꝓnitię īter ſe pugnātes. Verūtamē hę cū cęleſtibus tū in ipſo corporeo genere/tū in materia motuq; cōgruūt. Hę igiť a formis pęnitus īcorporeis & ꝓcul a materia ōiq; motu ī ſe cōſiſtentibus multo magis degenerāt q̄ a cæleſtibus: uſq; adeo ut ſi ſubli mes illę ſunt formæ: hæ iā deformes quædā notæ ſint/uel exigua ualde īcertaq; for marū ueſtigia ī materia ꝓrſus īformi: materia inq̄ iā ita ſupantť formas/ſicut & ī cę lo formę ſupant cōiunctā ſibi materiā/& ſup cęlū formæ materiā oēm a ſe ꝓcul eli mināt. Age rurſus lucē ī ſe ipſa cōſidera: Et ī ea uires oēs graduſq; colorū: q̄ tamē ī ipſa luce nihil aliud ſint q̄ ipſa. Aīaduerte ſubīde colores ī herbas traductos. Co gnoſces ſubito/q̄ lōge colores q̄ his materiis iſūt ab illis decidāt/q̄ ī luce īmo ī ſe ipſis exiſtūt. Mitto q̄ hi colores obūbrari iā ſūt: & cōtraria tū luci tū ſibi iuicē natu ra polluti. Nōne uides eos iefficaces ſic euaſiſſe/ut abeunte luce nihil agāt: forteq; ſint nihil. Adeo ut dū pręſēte luce uidenť exiſtere/hoc ipſum eſſe ipſius forte ſit lu cis: certe hoc ipſū agere oculoſq; mouere/ſit lucis ī eis agēris. Talē uero formarum noſtrarū ad diuinas cōpationē eſſe memēto. Materia. n. formas oēs in ipſa iacētes multo magis īficit īformitate ſua q̄ ſubiectū frigidū/calorē debilē accedērē. Maior nāq; diuerſitas eſt ītер formā atq; īforme oīo ſubiectū/q̄ ītер formā quālibet & ſub iectū qūolibet iā formatū. Si ergo nō eſt calor uerus q̄ miſtus ē frigido/certe nō eſt uera forma quæ īmerſa ē ſubiecto ꝓrſus īformi: ſiue (ut uerius loquar) īformitati. Accipe colores q̄ttuor: albū: croceū: & uiridē: & rubētē: Miſce cuilibet horum quēli bet: nō tātū quēuis īficies mutua miſtiōe q̄tū ſiquēlibet horum nigro miſcueris: ni gredo uero ad reliquos cōparata colores/materiam tibi referat ad formas ſimiliter cōpatā. Memēto pręterea formas ī materia/qa factę materiales ſūt/egenas euadere/ ac piculis ſubiecere ideoq; īuicē ad ꝓnitię cōcertare: ut alieno uidelicet detrimento utcūq; poſſūt alanť: & tutiores ſint extīcto cōtrario. Sepatas uero a materia formas quāuis admodum inter ſe diuerſas: tamen inter ſe nullo modo pugnare. Generant tamen in uniuerſo contraria. Idea quidem ignis/ignem. Idea rurſus aquæ generat aquam. Quod enim inter differentes ideas eſt inconfuſa uniuſcuiuſq; proprietas: hic repugnātia fit hoſtilis. Conclude tandem formas in materia pęnitus obumbra tas fieri uſqueadeo languidas/ut materię ueneficio ęgrotantes ueneficę quodāmo do ſint & animo nimium propinquāti. Qua uero ratione pro humorum diuerſita te diuerſa hominum ſint ingenia/ diuerſiq; mores: & utrum & quomodo ſuperari

hæc incõmoda tempari ue possint in theologia sępius disputamus: ubi ẽt nõ ueras esse in materia formas frequenter asserimus. Vt ãt quę Plotinus de bono maloq; & boni maliq; gradibus/& ĩ supioribus & hic adducit: sũmatim teneas/ita cõsidera. Diuersa bona ĩ quocũq; rerũ genere sint/cõi uocamus apellatiõe boni: neq; id q dẽ casu: sed certa q̃dã cõditiõe ad hoc adducti. Vnã itaq; ĩ cũctis cõem sortẽ uaticinamur/nõ unã spẽ aut genere. Nã ĩ oibus generibus q̃uis diuersis bonũ cõspicimus atq; noiamus: Vna igit̃ est hæc apellatio ob quãdã ad idem ordinis unionẽ. s. quonia ab eodẽ pricipio sũt: eiusq; aliq d habẽt: & ad idẽ uelut finẽ ferunt̃ & cõferunt. Similiter p oia genera malũ aliquod repimus: cũctaq; mala eodẽ mali noie nõ casu sed certa rõne noramus. Neq; id uerius fieri põt/ q̃ si adunũ sũmopę malũ oia referamus. s. qa uel ide cõtingãt: uel illius aliq d hẽant siue similitudinis/siue idinationis/siue naturę: uel qa illuc ferãt̃ & ferãt. Ipsũ q dẽ bonũ sũmus ẽ uniuersi gradus. Ipsũ ergo malũ gradus sit ultimus oium: Neq; uero decet mala diiudicare solũ per discessũ ab ipso bono atq; distãtiã: imo multo rectius p accessũ ad ipsũ malũ. Non .n. qcquid statim a primo distat/mox iudicamus malũ: sed lõgo post ĩteruallo mala deprehẽdimus: quæ p accessũ ad ultimũ deformia iã pnitiosaq; sunt. Valde. n. pbabile ẽ/quæ ppinqora sunt ipsi bono/q̃ ipsi malo/bona cẽseri: quæ uicissim ppinquiora malo/mala putari. Sin ãt absq; fine aliquo descẽdat̃/ nusq̃ erit infimũ/& ab ipso bono maxime distans. Quo posito liceat aliq d huic ppinquius existimare q̃ bono: aliudq; alio ppinqus huic ulla rõne ppẽdere. Referre ãt malorum iudicium solum ad quãdã a bono distãtiã: pinde se haberet/ac siquis ad ipsam a malo distãtiam bonorũ omne iudicium referat.

¶ Quomõ quod est informe cognosci possit ab anima/quæ est forma/& per formas solet cognoscere. / Cap. VIIII.

Qveritur ĩ capite nono/qũo quod iforme ẽ cognoscat̃. Cũ & uirtus cognoscẽdi sit forma: & ipsa p formã actura sit: & obiectũ p formã uirtuti sit occursurũ. Respõdet p lumẽ cognosci tenebras. i. fingẽdo q dẽ totũ lumẽ abesse extremas tenebras cogitari: fingẽdo uero deesse hic luminis partẽ/quã alibi uideamus/agnosci aliq d tenebrosũ. Similiter oẽm formã auferendo/aium uaticinari materiã. Sed formas auferendo non nullas aliq d cogitari deforme. Sed mirũ hic aliq d accidit. Sicut. n. neq; sine luce uidemus quicq̃: neq; in luce tenebras: Ita neq; sine forma quicq̃ intelligimus: neq; p formã uel ĩ forma materiã. Aius deniq; sicut ipsũ bonũ supra lumen ĩtellectuale cognoscit: sic materiã ifra lumen eiusmõi fingit. Cognitio ãt utraq; uaticiniũ potius q̃ rõ nuncupãda uidetur.

¶ Quod materia sit mala nõ qa q̃lis sit: sed qa nõ q̃lis: sic deus est sine q̃litate bonum. Itẽ materiã esse ꝑsus iformẽ. Et quid sit forma / Cap. X.

Post hęc ãt in reliquis libri capitulis quæstiões mouet & soluit. Quæstio prima in capitulo. X. Vtrũ materia si nõ sit q̃lis/possit esse mala. Solet. n. ad q̃litatis genus uirtus & uitiũ/bonitas & malignitas pertinere. Respõdet. Quæ mistra sunt ex subiecto quodã arq; forma ira solere uel bona uel mala cẽseri. At uero quæ simplicissima sunt non ita/ sed aliter iudicari. Sic ipsum rerum principium q̃do uel dicitur bonitas/non est qualitas: uel quãdo dicitur bonũ/nõ est q̃le. Ipsũ eni ẽ ipsa bonitas/nõ q̃litate solũ: sed substãtia essẽtiaq; supior: sic rerum ultimũ. i. materia/ubi malignitas apellat̃ nõ est q̃litas. Alioqn & ĩ subiecto alio foret: neq; sic foret ultimũ: & p naturã formalẽ nõ nihil boni formalis hẽret. Itẽ ubi denominat̃ mala: nõ ita cognoiat̃/ qa ipsa sit aliq d exsubiecto & qualitate compositum.

alioqn neq; eēt ultimū: posset. n. in ſpliciora reſolui atq; ſubiectū. Et ipſa eius q̄li
tas neq; cū qbuſdā aliis potiſſimū congrueret q̄litatibus: alioqn materia nō foret
ad q̄ſlibet capiēdas ęque ꝑata. Neq; ēt eſſet q̄litas pariter ad oēs qualitates indiffe
rēs: nā ſic qdē: & ipſa iā ad naturā ſortemq; materię traherēt: & ſiqd forte formale
iudicarēt/ ſaltē id inſup ſeq̄rēt: ut quod oīum ſubiectū dicīt ſit adhuc ex forma &
ſubiecto cōpoſitū. Oportet tamē ne ī infinitū ſit ꝓceſſus/ ad ſubiectū ſiplex & ifor
me pęnitus deuenire. Materia igīt nō qa q̄litatē hēat/ ſed qa nō hēat malum exiſti
mat. Si ergo q̄litas q̄doq; bona dicīt/ nō qa ſit q̄lis/ ſed qa q̄litas: Sic materia/ ma
la/ nō qa q̄lis: ſed qa matia: nullā ī ſe poſſidens q̄litatē. Qualitas. n. & forma ī ſub
iecto nihil aliud ē/ q̄ mēſura determinatioq; ſubiecti & expreſſio quędā ab ipſo bo
no ꝑ formā primā. i. ꝑ mētē quaſi ꝑ ſigillū ſuū īpreſſa/ referēs ipſū bonum. Materiā
uero fingere poſſumus nō nihil ab ipſo bono ēt pēdēs/ ꝑ quēdā ꝓceſſionis potius
q̄ cōuerſionis modū: nec dū ab ipſo bono reſpectū: nec ſigillo q̄ſi peculiare aliq̄d
obſignatū. Sic ab ipſa cōi cæleſtis naturę uirtute regīt q̄q̄d ſeq̄t/ uſq; ad cētrū ter
rę inde depēdēs. Sed cōis ipſa cęli natura ꝑ lumē uelut ſigillū ſibi ſimile ꝓpriumq;
nihil ultra terræ ſupficiē exprimit: nihil ſibi ſimile formar. Quod ergo ſubſeq̄t eſt
īformi materię ſimile. Quod āt ſupius extat/ ē ſimile formis atq; formoſo. Et ipſū
q̄dē lumē ītellectū tibi diuinū referat. Ipſa uero ſimplex priorq; cęli natura referat
ipſum bonum.

Vtrum malum ſit priuatio ſumma: & utrum eſſe ꝑ ſe & ī ſe poſſit. Reſponde
tur diſtinguendo Cap. XI.

Quęſtio ſecunda ī undecimo cap. ita quęrit. Cū priuatio ob defectū ī ſe eſſe nō
poſſit: ſeq̄t ut extrema priuatio ob extremū defectū minime oīum ꝑ ſe & ī ſe
poſſit exiſtere. Quonā igīt mō aut ipſū malū ſūma priuatio ē: aut ſi ē eiuſmo
di: quonā pacto ꝑ ſe uel ī ſe cōſiſtit? Reſpōdemus ad hęc: priationē ſummā. i. for
marū oīum purā uacuitatē: neq; ī alio ēe poſſe: alioqn nō foret illic extrema uacui
tas: neq; reuera ī ſe: qa uidelicet a nullo depēdeat: ſed quoniā a nullo tāq̄ ſubiecto
quodā ſubſtineat. Itaq; nemo dicat uel aīam uel ī aīa eſſe primū ipſūq; malū. Alio
quin nō foret ī aīa intellectus: nō uita: nō eſſentia: nec aīa ipſa foret āplius aīa.

Vtrum ipſum malum nō ſit purum malum ſitq; in aīa. Reſpōdetur eſſe purum
neq; in aīa. Cap. XII.

Quæſtio tertia ī cap. duodecimo tētat utrū liceat ipſū primūq; malum iudicare
nō purū undiq; malū: atq; ita ī aīa collocare. Reſpōdeo primū ſūmūq; malum
apud Plotinū intelligi extremā formarum uacuitatē: quę q̄tum ad formas pti
net/ ſit & pura uacuitas primaq; materia. Quę quidē ſiqd formale hēret intrīſecus/
nō eſſet materia uera: ſicut neq; uera forma ē/ quæ materiale aliq̄d ī ſe ádmittit. Rur
ſus ſi nō eſt uera materia/ ſiqua ītrīſecus formalis euaſerit: ita neq; uera forma quæ
cūq; materialis euadit. Preſerti qa ſi materia dum fingīt ī melius. i. formalē traduci
tē/ deſinit eſſe uera: multo magis forma uera ceſſat exiſtere forma/ dū ī deterius
. i. ī materiā iā trāſfertē. Vt igīt a nō uero ꝑueniamus ad uerū: oportet tū ad formas
ſupra materiā puras aſcēdere: tū ad purā īfra formas materiā deuenire. Quāobrē
materia ſēp eſt pura uacuitas. Nā & dū formas oēs uidet hēre/ nullas hēt/ tū qa nō
uere ſūt eiuſmōi formę: tū qa neq; ullā ſibi ꝓpriā cōtrahit: neq; ſeruat īde ueſtigiū:
& forſan ſpeculi more quæ nō hēt oſtentat habere.

Vtrū ipſū malū ſit īpedimentū ī aīa. Reſpōdet: extra aīam eſſe primū malū/ &
primū bonū. Et aīam ꝑ q̄ttuor gradus dēſcēdere ī malū. s. materiā. Cap. XIII.

Q Vęstio quarta ĩ cap. tertiodecimo. Vtrũ primũ malũ sit ita ponẽdũ ĩ aĩa/ut malũ hoc nõ tã priuatio sit q̃ ĩpedimẽtũ ad bonũ ꝓpriũ cõsequẽdum. Negat ĩpedimẽtũ eiusmõi.s. uitiũ esse primũ malũ: tũ qa ꝑpea dicit̃ malũ ꝙ ĩpediẽdo bonũ deducit ad malũ. Nõ ẽ igit̃ primũ malũ. Itẽ sicut uirtus nõ ẽ sũmũ bonũ: ita neq; prauitas sũmũ malũ. Virtutẽ uero nõ esse ĩ bonitate primũ sũmũq;/ patet/tũ quia & ĩ labore uersat̃: & appetitũ naturæ non ĩplet: tũ qa a potẽtia quadã ociosa ꝓuenit ĩ effectũ: cursuq; tẽporis a minori ꝑgit ĩ maius. Tũ quia cõpositionẽ in se aliquã admittere põt. Hæc ãt in ipsũ simpliciter bonũ cadere nequeũt. Sicut ergo ipsũ bonũ est uirtute pręstãtius: sic ipsũ malum ẽ inferius uitio/lõgeq; deterius. Profecto aĩæ malũ ẽ ad materiã se deflectere: quã Plato ĩ Theetheto nomĩat dissimilitudinis regionẽ.s. diuinitati undiq; dissimillimã. Delabit̃ ãt ĩ letheũ hoc ꝓfundum ꝑ gradus q̃ttuor quasi flumina q̃ttuor. Primo qdẽ gradu hãc corporis fabricã imaginat̃ attẽtius. Secundo: affectat ardẽtius. Tertio: iã cõiuncta fabricat. Quarto: coitus eiusmõi uoluptatẽ ducit in habitum. Hactenus ꝑ flumina q̃ttuor ad ĩferos aĩus præcipitari uidet̃. Ita præcipitatus rursus ibidẽ ꝑ quattuor quoq; reuolui: quãdo uidelicet iudiciũ imaginatiõe pęnitus obcęcat̃. Itẽ affectus ex humano fit ferinus. Hinc coitus eiusmõi cum corpore corporeã reddit aĩam. Deniq; habitus aĩum corporis cõmertio detinẽs fit pęnitus indelebilis: nisi forte diuinitus deleatur. In quo quidem gradu aĩus a Platone dicitur: postq̃ delapsus ad inferos fuerit/dormitare.

Qũo malũ ĩ aĩo sit debilitas. & q̃lis debilitas: & qũo a materia: qũo aĩa corpori cõiuncta sit: qũo sepata: qũo materia depẽdet ab aĩa: & qũo ẽt desup. Cap. XIIII.

Q Vinta quæstio ĩ cap. q̃rtodecimo inuestigat utrum malũ quod fit in aĩa.i. uitiũ/sit ibecillitas. Idq; cõcedit: dicẽs similẽ quodãmõ ĩ aĩo atq; ĩ corpore debilitatẽ fieri/sed nõ eãdẽ. Horum.n. utrunq; tunc debile dicit̃/quãdo & facile patit̃ aliũde: & sua difficile ꝑagit. Sed debilitas in corpore qdẽ fit duplex: aut cũ amittit suũ: aut cũ alieno grauat̃. In aĩa uero solũ ex alieno q̃si põdere debilitas accidit. Accipe ãt dicit̃ alienũ q̃tenus materiã sibi q̃si extrĩsecus ubiq; præsentẽ/aliquãdo intromittit. Pręsentẽ dico: quoniã ubicunq; aĩa est/ibidẽ est materia. Extrinsecus inq̃: quoniam & materia q̃si extra pendet ab aĩa: & aĩa nullo mõ residet in materia/sed in seipsa/dũ pendet inde materia. Hęc ipsa materia/tũ quia inde extat: tũ qa ꝓrsus egena: tũ qa inde sicut ferrũ a magnete quodãmõ trahit̃: affectare uidet̃ in aĩam penetrare: ibi uidelicet formis ꝑficiẽda. Perĩde ac si nubes aliqua ꝓprio quodam flatu/ siue tracta lumine se lumini subigat: atq; inde ruborem accipiat uelut formã. Tunc sane lumen non tam in nube/q̃ in se uidetur existere. Sed rubor in nube/ Neq; diuiditur ibi lumen: ut pars quidem una in se sit: alia sit in nube. Sed lumen in se totum prorsus existit. Vis autem actusq; eius in nube fit rubor. Qui quoniã pro inferiori nubis natura suscipitur/debilior admodum est q̃ lumen: ipsũq; donum luminis quãtum ad nostrum spectat intuitum/ obfuscare uidetur. Nubes eiusmodi materia sit. Lumen uero sit anima. Rubor autem sit uita quædam uel forma iam infusa materię. Que quidem uita quia nõ pro ipsa animæ amplitudine: Sed pro angusta potius materiæ capacitate suscipitur: exigua quædã euadit debilisq; uita/ac tũ inefficax ad agendũ: tum obnoxia

paſſionibus:q̃uis ĩterea ĩtellectus ĩ aĩa fulgeat deſup/ſicut & lumẽ ſplẽdet deſup: dũ & rubor eius ĩ nube ab ipſo ſplendore degenerat:& nubes ſpectaculũ ipſũ no bis uen luminis aufert. Memẽto plotinũ & hic & alibi nobis ĩnuere materiã a natu ra.i.ab ifima uirtute aĩæ generari. Ab aĩa inq̃ ſiue patiente:quẽadmodũ alicubi le gim̃/ſiue pręſente:quod rectius legi puto. Aĩa.n.nihil nõ dũ nata materia patitur: niſi forte pati qs intelligat aĩam/quodãmõ etiã qua parte afficit̃ ad aliquid gene randũ. Cum igit̃ naturalia diuinis ſubiciant̃: ꝓbabile eſt ab ultimo diuinorum.i. natura naturaliũ genitrice/generatiõis ipſius ſubiectũ.i.materiam depẽdere. Et ſi cut ꝓprię nature quælibet ſubiecta ꝓpria opum.i.certo mõ diſpoſita faciunt:Sic & naturã cõem cõmune ſubiectũ: ut architectus idẽ qui cõſtruit ędificium/ etiã ia ciat fundamẽtũ. Quod ſi materiã ſupius etiã q̃ a natura ꝓuenire cõuiceris/cõce demus:Sed hac dũtaxat cõditione:ut ſubiectũ hoc formis oĩbus cõmuniſſimum depẽdeat quidẽ ꝓxime a natura/ q̃tum hęc ipſa natura nõ dũ formata cogitatur: ſed rõnibus formãda ſubiciẽ. Deiceps ab ipſa mẽtis eſſẽtia ueniat/ q̃tum eſſentia illa formabilis ẽ ideis:deniq; a ſũmo rerum prĩcipio deducaẽ.non ꝓprie qua tõne illud bonũ ipſum ẽ.i.ſeſe abunde cõmunicãs:ſed potius qua illud eſt ipſũ unum .i.ab oĩbus mirabiliter ſegregatũ. Sic ergo materia egena pęnitus & informis eua dit/ab oĩbus oĩo muneribus ſegregata. Sic rurſus materia unum aliquid potius q̃ bonũ denominaẽ:Et unitatẽ quidẽ habet intrinſecã:bonitatẽ uero extrinſecus ap parentẽ. Oĩo uero cũ effectus oẽs prĩcipii ſũmi tũ ab ipſo ſint/ tum extra infraq; ipſum exiſtere cõpellanẽ. Certe q̃tum abipſo ſunt/formas inde actuſq; reportãt. Quãtũ uero extra ipſum ĩferioreſq; ſunt/ materialẽ(ut ita dicã ) in ſe ſortẽ quãdã patiunẽ admiſtã:boniq; minoris cõditionẽ. Ac deniq; ĩ materiã extremũ oĩum in fimũq; ſubiectũ deſinunt originẽq; malorũ. Iã uero aĩa cum materiã generat/nõ dũ mala eſt/ſed bona:nec dũ debilis/ſed fęcunda:ideoq; generate poteſt. Verũ cum factã iam materiam nimis ãplectit̃/hinc quaſi onere debilior euadit arq; dete rior:ut ãt materiã amplectaẽ:tũ egeſtas appetitioq; materię/tum aĩę fecunditas ef ficit. Igit̃ hæc ipſa cõplexio q̃tũ ex aĩę fęcunditate cõtingit/bona ẽ quodãmõ/bo naq; producit/uitã. s.aliquã atq; formas:q̃tum uero ex quadã materiæ procacita te conflatur/mala eſt/paritq; mala.i.uitæ debilitatem:cognitionis impedimenta: innumeras animi paſſiones.

Probaẽ materiã eſſe.s.prorſus informẽ. Itẽ eſſe ĩ mundo malũ: eſſe bonũ. Qũo malũ fiat in aĩa. Qũo materia intus mala. ſed extra ẽ adopta bono. Cap.XV.

QVæſtio ſexta ĩ cap.xv. dubitat utrũ ĩ hoc ſũmi boni regno tã bono/tãq; for moſo eſſe queat materia ꝓrſus iformis:ac malũ oĩo deforme. Oportere uero materiã ẽe/nos ĩ ſuprioribus/& ĩ theologia ꝓbamus: & alibi cũ Plotino iterum cõ ꝓbabimus:atq; ſic ipræſẽtia breuiter cõfirmamus. Opum ſinguloñ formę ſiue ar te ſiue natura fiãt/ĩ materias ubiq; ꝓprias reſoluũt̃. Quę qdẽ materiæ q̃tũ ad for mas poſtea cõpandas ꝓtinet:ſũt iformes: q̃uis formã hẽre aliã poſſint: Vniuerſi igit̃ mũdani opis forma/quę forma ẽ uniuerſa/ĩ materiã redigit̃ ꝓrſus iformẽ. Ac ſi fingaẽ materia hęc de q̃ fit uniuerſũ/aliquã adhuc pręter mundanã hẽre formã Forma ſaltẽ eiuſmõi ĩ materiã ꝑ ſe oĩ forma carentẽ deniq; deduceẽ/Niſi qs forte ſub forma hac aliã rurſuſq; aliã abſq; fine ſubeſſe cõfigat:quod qdẽ fieri neq; tũ

quia cū forma quælibet ſubſequens loco materiæ alia ſit forma deterior. Certe p ceſſio hæc paulatim deficiens in deterius in infinitū perdurare non poteſt: tū qa ſi nuſq̄ prima forma nec uſq̄ materia prima daretur/nuſq̄ operi dareť exordium: imo materiarū formarumq; turba ī numerabilis opis conſtruēdi principio. Fini: ordini: unioni prorſus aduerſaretur: tum quia materia cum ob defectū proprium ſeipſam formare non poſſit: ideoq; formetur ab alio: terminū utrinq; formarū/tū primum tum ultimū a ſuperiori quodā formatore ſortitur. Tum deniq; cū ad principium uniuerſi primum finēq; ultimum ueniať/merito non licet p materias atq; formas/quæ ab efficiente pricipio ad finem certum perduci ſolent abſq; exordio terminoq; procedere. Itaq; uniuerſo formarum ordini ſubeſt materia per ſe prorſus informis: Subeſt itaq; malum bonis: quod quidē neceſſario ſequitur boni defectum. Boni uero defectus minorē boni gradum neceſſitate conſequiť. Bonum deniq; minus/boni ipſius effectum proculdubio comitať. Sicut igitur ex ipſo bono malum tandem neceſſario ſequitur neceſſitate naturę: ſic uiciſſim ſi malum tollas/neceſſario. s. neceſſitate conſequentiæ tolles & bonū. Si nihil uſq̄ tanquā bonum aut malū nobis occurrat: ſed oīa indifferentia ſint/ut quidā ſomniāt: Nunq̄ uel proſequēdo uel fugiendo mouebitur appetitus. Ceſſabit & ſenſus qui huius miniſterii gratia eſt a natura tributus. Ceſſabit & intellectus. Sicut enī bono ſenſibili ſeruit ſenſus: ſic intellectus intelligibili ſeruit bono. Ex quo etiā patet/ipſum ſimpliciter bonum eſſe intellectu præſtantius: quandoq̄dē bonū quoq; intelligibile quodāmō eſt intellectu ſuperius. Cum igiť in ipſo rerum ordine uideamus plurima partim bona/partim mala: quæ hinc quidē probes/inde nō probes. Item alia meliora/alia rurſum deteriora: neceſſarium eſt/compoſita hæc ad ſimplex prīmūq; bonum/ad ſimplex primūq; malum rite reſoluere. Poſt hæc aūt cōfirmat iterum aīæ malū aliunde contingere: atq; id uidelicet ex materia. Quippe cū corporis gratia ſolū aīus patiatur: corpori meruit/corpori concupiſcit/ corporis cauſa dolet/impulſu corporis imaginatione turbatur: dum turbatur imaginando falſas combibit opiniones. Deniq; malum animæ ſic accedit extrinſecus/ ſicut extrinſecus accidit materiæ bonum. Rurſus animæ bonum intrinſecus oritur ex ītellectuali aīe forma. Sicut & materiæ malū latet intrinſecus. Ex ipſa ītellectualis formæ imaginiſq; uacuitate proueniens.

## QVAE ET VNDE SINT MALA LIBER OCTAVVS

Quæſtiones q̄ttuor. Prima: quæ & unde mala. Secūda: quæ bona: quid bonū ipſum: quid malū. Tertia: qūo cognoſcamus malum. Quarta: quo pacto malum bono contrarium.

### Cap. Primum.

QVICVNQVE perquirunt unde mala ſiue circa res ſiue circa aliquod rerū genus inciderint cōueniēs inueſtigatiōis exordiū faciēt/ſi prius q̄dnā eſt malū & natura mali p̄ponāt. Sic. n. unde uenerint: ubi fuerint: cui accidāt/apparebit: atq; oīo ſicubi ſunt in rerum natura conſtabit. Cęterū dubiū ē/qua nā potiſſimū ex uiribus quę nobis inſūt mali naturā p̄cipiamus? Quippe cū cognitio ſingulorū p ſimilitudinē quandam p̄ficiatur? Intellectus nāq; & anima cū ſpēs quędam ſint/ſpēs quoq; cognoſcunt: ſpēſq; naturaliter appetunt. At uero malum nemo ſub ſpēi rōne poteſt effingere:

cum in quadã boni totius abſentia cogiteť. Quod ſi ꝙa cõtrariorũ eadẽ ſcientia eſt: & bono contrariũ eſt malũ: Ideo eadẽ boni maliq; notitia erit: profecto neceſ ſariũ eſt cognituros mala/diſcernere bonũ. Quãdoquidẽ præſtãtiora rite deterio ra præcedunt: Ac ſpẽs antecedunt ea quæ nõ ſpẽs/ ſed priuationes potius iudicã tur. Quæſtione rurſus dignum eſt/quonã modo bonũ ſit malo contrariũ. Forte enĩ quoniã illud quidẽ primũ eſt/hoc uero poſtremũ. Aut certe illud uelut ſpẽs hoc ceu priuatio. Sed de his opportunius in ſequentibus.

¶ Deſcriptio boni: & quouſq; bona ſint pura: & qũo intellectus proxime frua tur bono anima uero per intellectũ. Cap. II.

IN pręſentia uero nobis dicendũ eſt/quę ſit boni natura/q̃tũ præſens diſpu tatio poſtulat. Eſt ãt hoc a quo oĩa pendent: quod ue oĩa appetunt/accipié tia ab ipſo principiũ/eiuſq; pęnitus indiga: ipſũ uero nullius egenũ: Ipſum ſibi ſufficiens: nihil pęnitus apperens: Menſura oĩum atq; terminus: Ex ſeipſo ꝓ ducens intellectum: eſſentiã: aĩam: uitã. Rurſus actionẽ circa ĩtellectum. Hucuſq; pulchra ſunt oĩa: ipſũ uero ſup pulchrũ: & ſup ea quæ ſunt optima: In mundo re gnans intelligibili: qui ſane intellectus eſt. Intellectus inq̃ non qualẽ qs forte pu taret/exiſtimãs ſimilẽ eſſe horũ: qui apud nos intellectus eſſe dicunť: qui ex pro poſitione ĩpleri ſolẽt: & quæ dicuntur/ꝓcipere poſſunt. Irem ratiocinanť/quid ue ex quoq; ſequať/excogitãt: Et res ꝓ conſequentiã ſpeculanť: utpote qui antea nõ habuerint: ſed anteq̃ diſcerent/uacui fuerint: q̃uis tunc etiã intellectus extiterint. Intellectus ille inq̃ non eſt talis: Sed habet oĩa: Eſt oĩa: Secũ habitat: Sibi prorſus unitus: Habet cuncta/non habens. Non.n. ea poſſidet tanq̃ alia: Necipſe exiſtit alius. Neq; quæ ſunt in eo/ſingula ſegreganť a ſingulis: Immo uero quodlibet ẽ uniuerſũ: & ubiq; totũ. Neq; tamen confundunť cuncta: ſed rurſus ſingula diſcer nuntur. Quod ergo huius ſit particeps/ nõ ſimul oĩa: ſed quod põt participat. Eſt itẽ primus actus illius/primaq; eſſentia/illo uidelicet ĩ ſe ipſo manẽte. Agit ſa ne circa illum tanq̃ circa illum uiuẽs. Proĩde aĩa extrinſecus circa hunc ſe uerſans ipſum circũſpicit. Quinetiã intima eius ĩſpiciẽs/ꝓ ipſum uidet & Deum: atq; hæc eſt illę ſa fęlixq; deorum uita/a malis oĩo ſemota. Quod ſi hic ſiſteret natura gra dum: nuſq̃ foret malum. At uero ſunt prima bona: ſunt & ſecunda: ſũt quoq; ter tia: cunctaq; circa regẽ uniuerſorum: Ipſeq; rex bonorum oĩum cauſa eſt: & illius gratia oĩa. Deniq; circa ſecundum ſecunda ſunt: & tertia circa tertium.

¶ Malum nõ ẽ in his quæ uere ſunt. Sed ĩ his quæ aut nõ uere ſunt: aut ad illa quæ nõ uere ſunt/ĩclinanť. Itẽ deſcriptio mali. i. materiæ ꝓ oppoſita bono. i. primo re rum ꝓncipio. Cap. III.

SI hæc entia ſunt atq; hoc ẽ quod ſup entia/malum certe ĩ entibus nuſquã erit: Multoq; minus ĩ eo/quod entia ſupeminet. Bona.n. hæc oĩa ſũt. Re liquum ẽ igiť: ſicubi malum ẽ/ĩ his quæ nõ ſunt repiri/q̃ſi quãdã nõ entis ſpẽm. Et circa aliq̃d eorum quę nõ enti miſcenť: uel qũocunq; hẽant cum nõ ente cõmertiũ. Nõ ens inq̃/haud quaq̃ oĩo nõ ens: ſed tantũ ab ente diuerſum. Nõ ſic uero non ens: ut motus atq; ſtatus: quæ circa ens eſſe dicunť. Sed tanq̃ entis ima ginem: aut etiã ab ente remotius. Id ãt eſt ſenſibile uniuerſum: Et quotcunq; ſunt

circa ſenſibile paſſiones:uel aliqd iis poſterius.& quaſi iis accidẽs:uel horũ prin cipiũ:uel eorũ aliquid:quę id ipſum cõplent/tale quidẽ/quale iam dicam. Licet enim id cogitare quaſi quandã ímoderationem ſi ad menſurã referatur:infinitũ quoq; ad terminum/Informe rurſus ad formatorem. Item ſemp egenum ad ſuffi ciens:Semp indeterminatum:Nuſquã omnino quieſcens:omnia undiq; patiens: Inſatiabile:Extremam prorſus inopiam. Neq; talia huic accidũt: Sed tanq̃ ipſius eſſentia eſſe uidentur. Quinetiam quancunq; ipſius uideris portionem /inuenies in qualibet hæc cunta ſũmatim:Cętera uero quęcunq; id participãt/eiq; aſſimilan tur:mala quidem fieri:neq; tamen ipſum eſſe malum. Itaq; cuidam fundamento hęc inſunt:non alia quędam ab ipſo: ſed ipſum. Etenim ſi alteri malum accidit: oportet aliquid prius ipſum eſſe: etiã ſi nulla id eſſentia ſit. Vt enĩ bonum alterũ quidem ipſum exiſtit bonum:alterum uero quod aliis accidit:Sic & malum:hoc quidem ipſũ malũ eſt:illud autẽ ſecundũ hoc accidit alteri. Quænam igitur ímo deratio dicet aliquis niſi in eo quod ímoderatum? Quæ rurſus menſura: niſi in re menſurę participe?. At quẽadmodũ menſura quędã eſt in nulla re menſurata: Sic & ímoderatio extra ſubiectum ímoderatũ. Si.n. ſit í alio:aut erit í eo quod im moderatum eſt:Sed non eget hoc ímoderatione:cum ſit ipſum ímoderatũ. Aut erit i re moderata: Verũ nequit quod moderatũ eſt/quatenus moderatũ/ímodera tionẽ ſubire. Profecto oportet eſſe aliqd ſecũdũ ſe infinitũ atq; informe ſuapte natura/taleq; per ſingula:qualia í ſupioribus cõmemorauimus deſcribentia mali naturã. Præterea ſiquid præter illud ẽ tale/uel ipſum habet admiſtũ:uel ſaltẽ quo niã ad id ſpectat/euadit tale:aut quoniã cuiuſdã talis eſt cauſa. Quãobrem na turam figuris:ſpẽbus:formis:menſuris:terminis ſubditã/ ornamentoq; prædità alieno/nihil præterea boni ex ſe poſſidentem. Simulacrũ rurſus ſi cum entibus cõ feratur/quinetiã mali ipſius eſſentiam/ſiqua modo eſſe poteſt eſſentia mali/hanc inq̃ tõ primũ eſſe malum/& per ſe malum rite conuincit.

¶ Gradus malorum tres. Quomodo í anima malum. Quomodo materia nihil habet boni.

/ Cap. IIII.

An Atura corporum q̃tum eſt materiæ particeps/malum quidẽ eſt/ & ſi non primum: Habet enim ſpeciem quandam q̃uis non ueram: Priuatur & ui ta: Corruptionem infert inter corpora mutuam:concuſſionemq; ex ipſis inordinatam. Impedimenta quinetiã animę ad actiõem propriam affert. Præterea perpetuo fluxu aufugit eſſentiã:ideoq; ſecundum obtinet mali gradum. Anima uero ſecundum ſe mala nõ eſt:neq; omnis anima praua. Sed quędã praua?illa ui delicet ut inquit Plato/quę ſeruit illi:cui prauitas animæ naturaliter ineſſe poteſt: quaſi irrõnalis animę ſpẽs malum ſubeat/ímoderationem/ & exceſſum atq; defe ctum. Ex quibus intempantia & timiditas/aliaq; animæ prauitas uelut paſſiones inuolũtatię oriunt. Exquibus & opiniones falſę p quas bona uel mala qs putet: quę proſequit aut fugit. Verum quidnam prauitatem hanc adducit? Et quomõ in principium illud cauſamq; redigere poteris? Primo quidem dicetur aíam eiuſ modi nõ eſſe extra materiam:neq; ſecũdum ſeipſam talẽ eſſe. Itaq; ímoderationi miſcetur ſpecieiq; ornantis & moderantis expers euadit. Corpori nãq; materiam habenti immergitur. Præterea ſi uis rationalis offenditur diſcernere prohibetur

perturbationibus offuscata. & materię tenebris obruta. utpote quæ annuẽdo pro labit̃ in materiã: Et oĩo nõ ad essentiã/sed ad generationem spectat. Cuius origo est natura materiæ/usq; adeo mala/ut illud etiã quod nõ dum est ĩ ea/solum uero eã prospicit/suo ĩpleat malo. Cũ.n. boni oĩo sit exp̃s/boniq; priuatio sit/purusq; defectus: nimirũ q̃cquid quomõcunq; attĩgit eã/sibi simile reddit. Perfecta igitur aĩa uergẽsq; ad mentẽ/ semp̃ pura est: procul a se materiã eliminans/ & omne ĩter minatum/immoderatum/malum: neq; his ꝓpinquat: neq; ꝓspicit q̃dem. Quãob rem pura p̃manet/ĩtellectu prorsus determinata. Quę uero munus id nõ sustinet/ sed ex seipsa progredit̃ in gradu quodam existens neq; p̃fecto neq; primo uelut illius imago ob ipsum defectum/quatenus deficit/indeterminata sorte replet̃: te nebrasq; prospectat. Iãq; habet materiã/in illud aspiciens quod non cernit: Et ut dici solet: tenebras aspicit.

¶ In quo defectu consistat malum. Quomõ materia sit ipsum malum. Quomõ fiat malum in anima. Cap. V.

CAeterum si boni defectus causa est ut anima uideat tenebras: eisq; merga tur/malum aĩæ erit ĩ defectu tenebrisue sitũ: idq; malũ erit primũ. Secũdũ uero sit tenebrositas ipsa/maliq; natura/non ĩ materia primũ! sed etiã an te materiã. Aut certe non ĩ quouis defectu/sed ĩ defectu uniuerso cõsistit malum. Quod igit̃ parũ a bono deficit nõ dum est malũ. Potest.n. pro natura sua esse p̃ fectũ: Immo quod pęnitus deficit/qualis est materia: Id re uera malũ est/nullã bo ni possidẽs portionẽ. Materia sane neq; esse habet/cuius munere bonũ habere po tuerit. Sed esse de ipsa ęquiuoce dicit̃. Defectus igit̃ sortit̃ ut nõ sit bonum: Defe ctus ãt uniuersus sortit̃ ut sit ipsum malũ. Defectus uero medius est/posse ĩ malũ cadere: quod iam est malũ. Vnde oportet malũ excogitare/non hoc quidem ma lum/uelut iniustitiam uel aliã quandã prauitatẽ! Sed illud quod nõ dum horum quicq̃ est. Sed hæc quasi illius spẽs sunt additamentis q̃busdã distinctæ. Velut in aĩa quidẽ prauitas: Rursusq; huius spẽs uel secũdum materiã circa quã est: uel se cundum quasdã aĩæ partes: uel ex eo ꝙ partim q̃dem aspicit: partim uero ꝓrũpit: partim deniq; patit̃. Siquis ãt extra aĩam quoq; mala posuerit: quęrendũ est qũo ad naturã illam mali reducat: ceu morbum: deformitatem: paup̃tatem. Forte uero morbum dicent esse defectũ aut excessum ĩ corporibus cõpositis ex materia ordi nẽ & mẽsurã nõ sustinẽtibus. Deformitatẽ uero esse materiã forma minime sup̃a tam. Paup̃tatẽ deniq;/egestatẽ/ priuationẽq; eorũ quibus egemus ob materiã: cui cõiungimur/sic natura institutã/ut ipsa sit indigẽtia: Proĩde si hæc recte dicunt̃/ non ẽ dicendum/nos malorum esse prĩcipium/quasi ex natura ꝓpria mali simus: Sed ante nos hæc esse. Quæ uero hoĩes occupãt detinere nolẽtes: attamẽ præstari malorum animi fugã/animis uidelicet id potẽtibus: Non oẽs ãt posse. Positio ue ro materiæ corporum naturæ præsentis malum ẽ: Neq;.n. ipsũ malum est prauitas hoĩum: quandoq̃dẽ non oĩbus inest hoĩbus. Dat̃.n. eius sup̃andæ facultas. Præ stantiores certe sunt: quibus id quoq; nõ accidit. Sup̃ant deniq; eo quod in ipsis est a materia segregatum.

¶ Quomõ aliquid bono cõtrarium sit. i. materia. Quomõ formę a materia sep̃a tæ sint contrariæ. Cap. VI.

O Peræpretium ē intelligere/ qua rōne potissimum a Platone dictum sit/ mala omnino deleri nō posse: sed ex necessitate uenire. Neq; apud deos esse: sed apud mortalē naturā inferiorēq; hunc locū assidue circūuolui. Nunqd igitur ita dictum ē/ quoniā cęlum quidē semp liberum sit a malis? Quippe cum ordine ꝑpetuo moueat̄/ & ornamēto ferat̄. Neq; iniustitia neq; iniqtas alia ibi sit: neq; cęlestia sibi inuicem iniuriam īferant/ ornata moderatione perducta: In terra uero iniustitia ordinisq; exps sit iniquitas. Hæc.n. ē natura mortalis/ locusq; inferior. Verum quod inqt hinc aufugiendum esse! nequaq̄ de terrenis locis ē dictum. Fuga.n. ē inquit! non a terra discedere: sed hoīem etiā ī terra uiuentē iustum & sāctū una cum prudētia fieri: ꝑinde ac si dicatur/ aufugiendā prauitatē esse: quasi mala homini sint tū prauitas/ tū quæ ex prauitate nascunt̄. Tū uero cū Theodorus diceret posse mala de medio tolli! si mō quæ dicat hoībus persuaserit: Socrates fieri id posse negauit: Mala.n. ait necessario euenire. Quippe cū necessariū sit aliquid bono subcōtrarium esse. At uero qua rōne fieri pōt! ut humanū malū idest prauitas ipsi bono cōtrariū sit! Nempe contrariū hoc ē uirtuti. Virtus āt non ipsum bonum ē: sed quoddā bonū: quod qdē efficit/ ut materię dominemur. Ipsi āt bono quomō aliqd contrariū erit? Non.n. ē quale. Pręterea qdnā cogit ubiq;/ si alterū contrariorū extat/ alterum rursus extare? Verū esse quidē possit/ atq; sit contrariū: quādoquidē & cōtrariū eius existat: uelut existēte sanitate/ potest & morbus esse: Neq; tamē necessario ꝓuenit. Forte non putat Plato ī quolibet cōtrariorū ordine eiusmōi necessitatē esse uerā: sed in ipso boni cōtrario. At si ipsum bonū essentia est uel potius sup essentiā: quidnā potest ei esse cōtrariū? Quod igit̄ nihil essentiæ sit contrariū/ id in singulis essentiis ꝑ inductionē satis ē manifestū. Vtrum uero ipsi simpliciter essentię contrariū aliquid sit: nō dū est demōstratum. Sed qdnā ipsi uniuersali essentiæ contrariū esse poterit? Atq; oīo primis uniuersi principiis. Forte uero ipsi quidē essentiæ erit contrariū nō essentia. Boni uero naturæ contrarium siqua est mali natura atq; prīcipiū. Prīcipia.n. utraq; sunt/ id quidē bonorū: illud uero malorū: Atq; oīa quæ ī alterutra natura sunt! īter se cōtraria sunt. Quocirca & ipsa tota contraria: magisq; contraria sunt q̄ cætera. Alia nāq; cōtraria/ uel in eadem spē/ uel in eodem genere collocant̄. Et ī quibuscunq; sunt/ cōmuni quodam cōueniunt. Quæ uero sunt seorsum/ atq; ita se habent: ut quæ naturā īplent alterius! contraria sint eorū: quæ naturā alterius īplent! Quid nā ꝓhibet maxime inter se esse cōtraria? Si mō contraria sunt/ quæ interuallo a se inuicē lōgissimo distant. Termino sane atq; mensuræ & cæteris quæ diuinę naturæ sunt ꝓpria: contraria sunt infinitudo īmoderatioq; & reliqua quotcūq; ī natura mali esse dicuntur. Quapp uniuersū est uniuerso cōtrarium. Alterū ꝓfecto esse fallacissimum habet: ac primo uereq; falsum atq; mendaciū. Alterius āt esse est uere esse. Itaq; illius falsitas huius ueritati repugnat. Rursus quod secūdū illius essentiā ē: ei quod secūdū huius essentiā est/ opponit̄. Quas ob res satis constat: non ubiq; uideri uerum: nihil essentiæ cōtrarium esse: quoniā ignem & aquā confiteremur esse cōtraria: etiā si non subesset illis cōmunis materia. In quibus calor: frigus: humor: siccitas accidentia sunt. Si āt in seipsis essent sola/ essentiā ipsorum absq; cōmuni subiecto complentia: tunc quoq; contraria forent: essentia uidelicet essentiæ. Quę igitur segregata inter se sunt oīo: cōmuneq; nihil habent: ac interuallū habent q̄plurimum: in ipsa sui natura contraria sunt: quādoqdē contrarietas nō fit qua rōne

quale quiddam ſint: neq; oío ſecundum quoduis rerũ genus! Sed qua plurimũ inter ſe diſtant. Item qua ex oppoſitis cõſtituunt̃. & cõtraria faciunt.

¶ Quomõ ſi bonum eſt/neceſſarium ſit eſſe malũ: & quomõ uniuerſum ex materia conſiſtat & forma ex mente atq; neceſſitate. / Cap. VII.

Caeterum cur ſi bonũ eſt/neceſſariũ ſit eſſe malum? Nũq̃d ꝓpea q̃ neceſſaria ẽ uniuerſo materia? Ex cõtrariis.n. uniuerſum hoc neceſſario conſtat. alioqn non foret/non exiſtente materia. Miſta ẽ igit̃ huius mũdi natura ex neceſſitate ſimul atq; mente. Sane quæcunq; ĩ hunc mundũ a Deo ꝓueniũt/bona ſunt. Mala uero ex antiqua natura inquit Plato: ſignificans uidelicet ſubiectã materiã/non dum exornatã: ſi mõ eo ĩ gradu ꝓſpicereť. Sed quomõ naturã dicit mortalẽ? Quod.n. dixit circa hunc locum mala reuolui/deſignare cõcedatur uniuerſum. Num forte ꝓ illud confirmat̃ quod ĩ Timeo inq̃t. Sed quoniã eſtis geniti/ĩmortales quidẽ nõ eſtis: neq; tamẽ unq̃ ſoluemini/mea uirtute ſeruati. Quod ſi ita ſit: recte diceret̃ mala deleri non poſſe. Qua igit̃ uia qs mala uitabit? Nõ loco fugientẽ ait deuitaturum: ſed uirtutẽ ponus cõparantẽ: ſeq; ipſum a corpore ſemouentẽ. Sic.n. ſe a materia ſegregabit. Quippe cũ hęrens corpori/hęreat & materiæ. Separe uero uel non ſeparare qũo ſe habeat/ipſe aperit. Eſſe præterea penes deos ſignificat ĩ mundo ĩtelligibili eſſe. Illic.n. ſunt ĩmortales. Licet hac inſup rõne neceſſitatẽ mali conſiderare. Nẽpe cũ bonum non maneat ſolũ/ nimirũ neceſſe eſt digreſſione quadã ab ipſo ꝓcul tandẽ accidere malũ. Vel ſiqs ita malit dicere/ uidelicet ꝓpetua quadã ſubiectiõe atq; diſtãtia ultimũ ꝓuenire: ultra quod aliud quicq̃ fieri nequeat: idq; ipſũ eſſe malũ. Neceſſitate uero eſſe aliquid poſt ipſũ primum: Ideoq; & ultimũ. Hoc ãt materia eſt/nihil amplius habens primi. Atq; hæc eſt mali neceſſitas.

¶ Quõ materia ſit cauſa mali. Primo q̃dẽ formis ſuis: deíde aío. Itẽ q̃ oía bona ad unũ bonũ: oía mala ad unũ malũ deniq; referant̃. / Cap. VIII.

Obiiciet forte quiſpiã/non ꝓp materiã nos fieri malos. Neq;.n. ignorantiã neq; prauas cupiditates ob materiã ꝓficiſci. Atq; ſi ob prauã corporis affectionẽ quis aberret: nõ materiã/ ſed formã affectus cuiuſlibet eſſe principiũ: uelut calorẽ: frigiditatẽ: amarũ: ſalſum: reliquaſq; humorũ ſpẽs: Præterea repletiones: uacuitateſq;: Repletiones inq̃ nõ quaſlibet/ſed talium quorũdã repletiones/& oío tale quiddã eſſe: quod differentiã facit cõcupiſcendi. Ac ſi uis opinionũ quoq; fallentiũ diſcrepãtiã: quo appareat formã potius q̃ materiã eſſe malũ. Verũ hoc quoq; pacto nihilominus cõpelleť/malũ eſſe materiã confiteri. Nempe quæcunq; facit qualitas ĩ materia iacens/ haud quaq̃ ſeorſũ exiſtens efficit: Quẽ admodũ neq; figura ſecuris abſq; ferro ſecat. Prętерea formę quæ ĩ materia ſũt/ non eædem ſunt/quæ eſſent/ſi in ſeipſis exiſterent: Sed rõnes quædã materiales ſunt ĩ materia iã corruptæ: naturęq; materialis plenę: Neq;.n. ignis ipſe.s. ſeparatus urit: neq; aliud quicq̃ eorũ quę in ſeipſis exiſtunt/talia facit/q̃lia formæ iã in materia factæ dicunt̃ efficere. Materia ſiquidẽ cũ eius quod apparet ĩ ea ſit domina/ deprauat ipſum atq; diſſoluit/ſuã uidelicet naturã adhibens illi cõtrariã: Nõ inq̃

cálido frigus admouens/ ſed ſpẽi caloris ſuam ſpẽi obiiciens orbitatẽ: & formæ informitatem: Exceſſũ quoq; atq; defectũ opponens moderatæ naturæ: quouſq; tandẽ efficiat/ ut forma nõ amplius ſui iuris/ ſed materiæ prorſus euadat. Quẽad modũ in aĩalibus nutriendis quod intus aſſumiẽ/ haud ulterius quale ĩfluxerat/ ꝑmanet. Sed ĩ cane fit canis ſanguis/ & oĩo caninũ. Humoreſq; oẽs pro natura accipiẽtis euadũt. Quãobrẽ ſi corpus cauſa eſt malorũ: hac quoq; tõne materia malorum cauſa iudicaꝛ̃. Dixerit forte aliq̃s oportere talia ſupare. Verum haud putũ eſt quod ſuperare queat niſi fugiat. Iam uero uehementiores cupiditates certa quadã corporũ cõplexione ꝓueniunt. Alię quoq; aliorũ cupiditates: adeo ut nõ facile quilibet ſupare poſſit. Quid uero ꝙ alii qdẽ obtuſiores ſunt ad iudiciũq; inepti/ utpote qui natura ſint frigida/ ad motumq; inepta. Alii uero cõtra effrena quadã leuitate ferunt̃. Teſtanꝫ hæc noſtri habitus pro tẽporum diuerſitate diuerſi. Pleni enĩ cũ ſumus/ aliter cupimus atq; cogitamus: Vacui uero aliter. Quin etiã aliter quidem repleti/ aliter affici cõſueuimus. Deniq; ut ſũmatim dicã/ primo quidẽ malum ſit: quod oĩo mẽſuræ eſt expers. Quod ãt in natura mẽſuræ ꝓrſus expertẽ fit aut exiſtit uel ſimilitudine/ uel participatione/ ſecundo loco ſit malũ/ ꝓpea ꝙ ipſi acciderit. Rurſus primo quidẽ malũ ſit tenebroſitas: ſequẽti ãt gradu ſimiliter ſit tenebroſũ. Tum uero prauitas cũ ſit inſcitia ĩmoderatioq; in aĩa/ ſecũdum obtineat mali locũ: neq; ſit ipſũ malum. Quippe cũ neq; uirtus ſit primũ bonum: ſed quatenus uel ſimilis uel ꝓtinceps boni ipſius euadit/ bona cenſetur.

¶ Qũo quod eſt informe cognoſci poſſit ab anima: quæ ẽ forma: & per formas ſolet cognoſcere.

Cap. VIIII.

QVo nã igitur hæc nouimus? Ac primo quidẽ quonã nouimus prauitatem? Virtutẽ quidẽ mente atq; prudentia ſe nãq; cognoſcit. At uero qũo prauitatẽ? Nunq̃d quẽadmodũ regula quadã rectũ diſcernimus a non recto: ſic & uitiũ tanq̃ uirtuti nõ congruens? Sed nunq̃d uitiũ cognoſcimus ipſũ aſpicientes? Profecto ĩtegrũ uitiũ nequaq̃ aſpicientes aĩaduertimus. Nã eſt infinitũ. Itaq; ablatione quadã dum uidelicet dicimus/ uirtutis oĩo nihil habere. Vitiũ uero nõ integrũ ex hoc pẽſitamus ꝙ deficit a uirtute. Partẽ ergo uidẽtes/ parteq; preſenti quod abeſt reliquũ ſuſpicantes/ quod quidẽ in rota ſpẽ cõtineꝫ̃/ hinc uero abeſt/ hac tõne uitiũ iudicamus in ipſo ĩdeterminato: quod ẽ priuatum derelinquẽtes. Atqui in ipſa materia quaſi deformẽ faciẽ intuentes: quippe cũ ratio ibi nõ domineꝫ̃/ neq; poſſit materiæ turpitudinẽ opire/ nimirũ deformitatẽ ex quodã ſpẽi defectu excogitamus. At uero quod nulla ex parte nactum eſt ſpẽm/ quo pacto cognoſcimus? Forte oĩo ſpẽm adimẽtes/ totũ id quod reſiduum eſt/ cui non inſunt ſpẽs/ aſſerimus eſſe materiã: ipſiq; interim informitatẽ quãdam intra nos admittimus/ dũ uniuerſã ſpẽm auferimus: ſi mõ ſimus materiã inſpecturi. Quapp hic intellectus fit alius: ac ferme non intellectus: dũ quæ ſua non ſunt audet inſpicere. Quẽadmodũ oculus diuertens a lumine ut uideat tenebras/ & non uideat/ ꝓpea ꝙ ut tenebras uideat/ relinquit lumen. Neq;. n. una cũ lumine tenebras uidere poteſt. Neq; turſus abſq; lumine uidere poteſt quicq̃. Quo uidelicet illi cõtingat/ ut quoad põt fieri/ uideat. Similiter intellectus in penetralibus ſuis ꝓpriũ lumẽ occulens: & quaſi extra ſe progrediens/ in illa quę ab ipſo aliena ſunt/ abit: nec ĩterea

proprium lumẽ admouet: ideoq; contrariã nature ſuæ ſubit cõditionem/ut quod ſibi contrarium eſt/inſpiciat.

¶ Quod materia ſit mala/non ꝙ qualis ſit/ſed quia non qualis: ſic deus eſt ſine qualitate bonũ. Itẽ materiã eſſe ꝑtſus informẽ: & ꝙd ſit forma. Cap. X.

HActenus de his ſatis fuerit dictũ. Cum uero materia omnino qualitatis ſit expers/quanã conditione dicĩ eſſe mala? Forſan q̃litate uacua dicĩ/ quoniã nullã ex ſeipſa poſſideat qualitatum quas ſuſceptura eſt/in ipſa uelut ĩ ſubiecto futuras. Neq; tamen ita dicĩ eſſe nõ qualis/quaſi naturã habeat nullã. Quod ſiquã naturã habet: ꝙdnã prohibet/quo minus naturã hanc malã eſſe dicamus? Neq; ſic inq̃ malã/q̃ſi quadã prædità q̃litate. Quãdoqdẽ id ipſum quale eſt/cuius preſentia aliud quoq; quale denoiatur. Quale igĩ accidens eſt/iacetq; in alio: materia uero nõ eſt ĩ alio: ſed ẽ ſubiectum circa quod accidens omne uertatur. Cum itaq; quod quale dicĩ/naturã habeat accidentis/nimirum materia id nequaq̃ ſortita/ dicitur eſſe non qualis. Quinetiam ſi qualitas ipſa eſt non qualis: quonã pacto materia non ſortita qualitatẽ/poterit dici qualis. Recte ergo dicẽ & non qualis ſimul & mala. Nõ. n. eo ꝙ qualitatẽ habeat/mala cenſeãr: ĩmo ex eo potius ꝙ nullã habeat qualitatẽ: Ne ſi foret ſpẽs/forte quodãmõ ꝙdem mala foret/non tamẽ contraria ſpeciei natura.

¶ Vtrum malum ſit priuatio ſũma: & utrum eſſe per ſe & in ſe poſſit. Reſpõdeãr diſtinguendo. Cap. XI.

UErum contraria ſpẽi uniuerſę natura priuatio eſt: priuatio ãt ſemp in alio: in ſeipſa uero non eſt ſubſtãtia. Malũ igĩ ſi eſt ĩ priuatione ſitũ/ certe ĩ eo quod ſpecie priuatũ eſt/erit malũ. Itaq; ꝑ ſeipſum eſſe nõ poterit. Si ergo ĩ aĩa erit malũ: priuatio ĩ ea malũ & prauitas erit: nihilq; extrinſecus oportebit accipere: unde in ea ſit malum. Quoniã & alię rõnes materiã pęnitus auferunt. Hę uero neq; ipſam ꝙdem cũ ſit putant eſſe malã. Nihil igĩ eſt aliunde quærendum quaſi malũ. Sed qui malũ in aĩa collocat/ita collocet/ut ſit abſẽtia boni. At ſi priuatio ſpẽi cuiuſdam eſt ſpectantis ad eſſe: atq; boni priuatio eſt in aĩa: quę ꝙdem prauitatẽ in ea ſua quadã efficit rõne: conſequẽs eſt ut aĩa nihil habeat boni. Iam igĩ neq; habebit uitã etiã dũ eſt aĩa. Quod ſi uita caruerit: aĩa erit inanimis. Itaq; etiã dum aĩa erit/non erit aĩa. Habet igĩ ſua rõne uitã. Quãobrem priuationem boni ex ſeipſa non habet. Eſt igĩ boniformis: utpote quę bonũ aliquod habeat ueſtigiũ intellectus. Neq; ex ſeipſa malum. Neq; igĩ primo malũ eſt. Neq; rurſus quod ẽ primo malũ eſt aĩæ accidens. Quippe cum ab ea nõ abſit omne bonum.

¶ Vtrum ipſum malum non ſit purum malum/ſitq; in anima. Reſponderur: eſſe purum: neq; in anima. Cap. XII.

QVid ergo ſiqs non uniuerſã priuationẽ boni/prauitatẽ/malũq; in aĩa? ſed quãdã boni priuationẽ eſſe dixerit? Profecto ſi ita ſe res hẽat/ partim ꝙdẽ habens/partim uero carẽs miſtũ hẽbit ſenſum: neq; purũ malũ. Atq; ita nõdum primum purumq; malum nobis erit inuẽtum. Et bonum ꝙdẽ aĩæ in ipſa ſui erit eſſentia: Malum uero accidẽs quoddã eſſe cenſebitur.

VVtrum ipſum malū ſit impedimētum in aīa. Reſpondeť extra aīam eſſe primū malum & primum bonum. Et animam per quattuor gradus deſcendere in malum. s. materiam.

Cap. XIII.

In Iſi forte malum huic impedimentū eſſe dicať: quēadmodum oculo ad uidendum. Quod ſi ita ſit: certe malū eius cauſa erit mali: atq; ita cauſa/q̄ſi aliud quiddā ſit ipſum malum. Si igiť uitium īpedimētum aīæ ſit/certe uitium nō malum ipſum erit: ſed cauſa mali. Et. n. uirtus nō eſt bonū: ſed uelut conferens. Quod ſi uirtus nō eſt bonum: neq; uitium ergo malū. Proīde uirtus neq; eſt ipſum pulchrū/neq; ipſum bonū. Similiter ergo neq; uitiū eſt ipſum turpe/aut ipſum malū. Diximus uero uirtutem nō eſſe ipſum pulchrum neq; bonū ipſum. Quoniā ante eā & ſup eā extat ipſum pulchrum ipſumq; bonum. Iccirco participatione quadā uirtus bonum pulchrūq; cenſeť. Quēadmodum igiť aīo a uirtute ſupius aſcendenti ipſū pulchrum bonumq; occurrit: ſic & a prauitate inferius deſcendenti malum ipſum ſit obuiū: dū uidelicet a prauitate facit exordiū. Atq; īde iam intueť malū: ſiquis mō eſſe poteſt mali ipſius intuitus. Deniq; cum iā deſcenderit: ſubit malū. Proruit uero pęnitus ī ipſā diſſimilitudinis regionē: ubi merſus in eā iam ī coenū tenebroſum diciť corruiſſe. Quādoqdē ſi aīa in uniuerſam oīo corruat prauitatē/non āplius prauitatē habebit: ſed naturā aliā ſubibit deteriorē. Prauitas. n. adhuc humanum quiddā eſt/cuidā pmiſta cōtrario. Moritur ergo uitioſus homo ea uidelicet cōditiōe/qua mori poteſt aīa. Mors āt aīæ eſt/& dū corpore mergitur/in materiā labi/ipſaq; repleri. Et poſtq̄ depoſuit corpus/eodē luto reuolui/ donec tādem ad ſupiora reccurrat: atq; a coeno ſurſum tollat aſpectum: Alioqn hoc ipſum fuerit: quod dicitur aīam delapſā ad inferos dormitare.

VQuomō malum in aīo ſit debilitas: & qualis debilitas: & quomō a materia. Quomō aīa corpori cōiuncta ſit: quomō ſepata. Quomō materia dependet ab aīa: & quomodo etiā deſuper.

Cap. XIIII.

Odixerit forte quiſpiā prauitatē eſſe debilitatē aīe. Malam nāq; aīam facile ad modum & a quolibet pati atq; moueri/ & ī malum ōe tranſferri: Ad libidines pronā: Præcipitē ad iras atq; indutias: Leuiſſimis imaginationis īdiciis īconſiderate cedentē. Non aliter q̄ quæ uel natura uel arte facta ſunt debiliſſima. Hæc. n. a uentis turbinibuſq; facile corrumpunť. Opæpretium uero ē ab eo q ita dixerit ſciſcitari: quænā & unde aīæ ſit ībecillitas. Neq;. n. qualis in corporibus/talis oīo eſt in aīa ībecillitas/ſed quēadmodū ibi debilitas eſt/non ualere opus proprium exequi: ac etiā facillime pati: ita ferme & hic ſimilitudo quędā ꝓportionis apellationem debilitatis induxit. Niſi forte materia eadem cauſa debilitatis ſit utriuſq;. Verū rōne ꝓpius accedendū: perſcrutādūq; quænā huius cauſa ſit/quod in aīa īfirmitatis nomen accepit. Neq;. n. natura quędā uel denſa: uel rara: uel extenuata: uel pinguis: uel morbus aliquis: uelut febris infirmā reddit aīam. Pręterea neceſſe eſt eiuſmōi debilitatē aīæ uel in aīabus a materia pęnitus ſegregatis/uel in cōiunctis eſſe/uel in utriſq;. At ſi in ſegregatis nō eſt debilitas/ puræ nāq; ſūt oēs/ &(ut dicitur) alatæ atq; ꝓfectæ/actionēq; ſuā ꝓgunt expeditā. Reliquū eſt in aīabus quę ceciderunt eſſe debilitatē: ſiquidē nec puræ ſunt/nec expiatæ. Harū uero

debilitas non eſt alicuius ablatio: ſed alieni preſentia: uelut pituitæ aut bilis ī cor pore. Proinde ſi cauſam ob quā aīa cadit plane rectęq; cōprehēdamus: comper tum iā nobis erit quod quęrimus. Quæ uidelicet ſit debilitas aīę. Eſt ſane in ordi ne rerum materia: eſt & aīa: ac ueluti utriuſq; locus unus. Nō. n. ſeorſum eſt mate riæ locus: ſeorſum inſup locus aīę. Perīde ac ſi materię locus ſit in terra: aīe aūt in aere. Sed locus aīę qui dicīt a materia ſepatus/ſignificat non eſſe aīam ī materia. Hoc āt indicat eā materiæ non uniri. Id rurſus oſtēdit non fieri unum quiddā ex aīa ſimul atq; materia. Hoc deniq; innuit/nō eſſe aīam in materia quaſi ſubiecto: atq; id ipſum ē: quod dicīt aīam eſſe a materia ſepatā. Vires āt aīæ multæ ſunt. Habet. n. principium aīa in ſe mediaq; iterū & poſtrema. Materia uero preſens af fectat/& quaſi procax efflagitat/intro cupiens penetrare. At locus totus eſt ſacer: nihilq; eſt exps aīæ. Illuſtrāt ergo materia ſeſe illi ſubiiciens: neq; tamen id a quo illuſtrāt cōprehendere ualet. Illud. n. eā q̄uis preſētem minime ſuſtinet: Quoniā neq; etiā uidet ob prauitatē. Illuſtrationē uero lumenq; inde proueniens materia obſcurat pmiſtione: redditq; debile. Quippe cū ipſa generatiōem adhibeat: occa ſionēq;/ut in ipſā fiat introitus. Nunq̄. n. accederet aīa/niſi preſēte materia. Atq; is eſt aīę caſus/in materiā ita labi/debilēq; euadere. Quoniā non oēs aīę uires ad agendum adſunt/cum materia adeſſe prohibeat: ppea q̄ locum quē cōtinet ipſa/ cōprehendit/& quaſi contrahi eā efficit. Quod āt ide ſurripit quaſi furto/reddit malum/donec illinc ualeat aufugere. Materia igīt & debilitatis & prauitatis aīæ cauſa eſt. Quare ipſa prius eſt mala/primumq; malum. Et. n. ſi aīa ipſa materiā ge nuit patiens ſiue præſens/ac ſi cōmunicauit cum ipſa/euaſitq; mala: certe materia in cauſa eſt preſentia ſua. Neq;. n. aīa acceſſiſſet ad eā niſi generationē eius preſen tia adſumpſiſſet.

¶ Probatur materiā eſſe. s. prorſus informē. Itē eſſe ī mundo malum: eſſe bonum Quomō malum fiat in anima. Quomō materia intus mala: Sed extra ē adop ta bono. Cap. XV.

Si quis āt materiā eſſe negauerit/monſtrandum erit illi ex diſputationibus de materia tractantibus q̄ neceſſarium ſit eſſe materiā. Multa. n. illic hāc ſententiā adducunt. Præterea ſiquis malū in ordine rerum eſſe oīo nega uerit: bonum quoq; tollere cōpelleī: Et quicq̄d uſq̄ eſt appetendum: ipſumq; ap petitum: item declinationē atq; rurſus intelligentiam. Apperitus. n. boni eſt: decli natio uero mali. Intelligentia deniq; & prudentia boni ſimul eſt atq; mali: ipſaq; in bonorum numero collocatur. Oportet igitur eſſe bonum: Rurſuſq; bonū pu tum: necnō miſtum ex bono atq; malo. Itē quod plus mali participat/ad id iā de clinate/quod eſt totum malum. Quod uero minus habet mali/hoc ipſum quod minus habet/ad bonum ſpectare. Iā uero quidnā animæ malum erit? Et cuinam animæ? niſi naturam attingat deteriorem! Alioqn neq; cupiditates: neq; dolores: neq; iræ: neq; timores exorirenī. Et. n. timentes compoſito metuunt/ne ſoluatur. Rurſuſq; dolores & cruciatus ubi cōpoſitum diſſoluīt/oriuntur. Præterea cōcupi ſcentiæ inoleſcunt/ubi aliquid cōpoſitionem ipſā diſturbat. uel nequid pturbet/ inſurgunt/quaſi remedio cōſulentes. Phantaſia uero impulſio quædā eſt uuen tis irrōnalis ab externis illata. Suſcipit āt impulſionem p ipſum quod nō eſt imp tibile. Opiniones deniq; falſæ animæ extra ipſum uerum poſitæ accidunt. Extra

uero ponitur/eo q̄ nō est pura. At uero instinctus ad intellectum uergens aliud q̄d dā est. Oportet. n. intellectui dūtaxat hęrere atq; aīam in eo locatā firmiter p̄mane re: neq; ad id unq̄ quod est deterius declinare. Malum uero nō solum malum est/ ob ipsā boni potentiā atq; naturā: quoniam occurrit ex necessitate pulchris quibus dam uinculis cōprehensum atq; optum/ instar eorum qui catenis aureis uinciunt: ne palā in cōspectū deorum p̄deat: ne ue homines nudū malum semp ante oculos habeāt. Et si quādo quoquomō uideant/ tunc pulchris ipsius boni simulachris in boni memoriam reuocentur.

Argumentum Marsilii Ficini Florentini In librū ęnneados primę nonum.

UTrum quādoq; liceat aīam ui a corpore soluere nec ne: quidam inter se Platonici litigāt: Et utrinq; pro causa sua patronos adducunt Platonē atq; Plotinū. Præcipue uero duo/ Olympiodorus atq; Macrobius dissi dere uidētur. Macrobii quidem parti fauent argumentationes quædā Socratis in Phedone: pluresq; Plotini. Argumentatio Socratis auctorita te potissimum Orphica nititur. Orpheus sub uniuersali p̄uidentia Iouis. i. aię mun danæ Dionysii collocat prouidentiā. i. naturam: Cui Titanes. i. Dęmones submini strent. Qui persuasi a Iunone. i. p̄cessionis generationisq; cura laniare Dionysium finguntur: quia commune illius in cunctis ęque gignendis & mouendis officium differentes inter se partiuntur in sortes: rerumq; species ad singula generando de ducunt. Fingit p̄terea Orpheus Titanas q̄ laniatum Dionysium deuorauerit/ fulminatos. i. a Ioue ad alta conuersos. Atq; hoies ex illorum incendio genitos. i. eorum diuino mynisterio p̄creatos. Et quia hoies geniti sint ex Titanibus/ q̄ Dio nysii corpore nutriti fuerāt: ideo eos noīat Dionysiacos: quasi quędā Dionysii mē bra sint ex Titanibus germinātibus/ īde repululātia: Adeo ut & corpus humanū sit pars Dionysiaci. i. mūdani corporis: & humana natura uitaq; sit portio quædā naturæ uitęq; illius. Et siquid ī nobis propriæ formę inest munerisq; proprii/ quod & prorsus existit: debeat obtēpare cōmuni. Quāobrē Dionysii. i. uniuersalis natu tæ prouidentia custoditi/ debemus ī hac custodia permanere: Neq; ante q̄ Deus iu beat hinc abire. Itē seruare quod accepimus inde/ quatenus accepimus cōseruādū. Neq; dissoluere quod deus ipse ligauit: Neq; uim ipsi dei mēbris inferre. Hanc Or phicā sententiā Socrates ī Phedone primo quidē adducit. Deinde Philolai pytha gorici auctoritate confirmat. Ait. n. Philolaus. Ne diuidas in uia lignum. i. ne diui das corpus ab aīa in ipso uitæ spatio uiam adhuc ad finem habente. Rursum cum in sacrum peruenēris/ ne spectes a tergo. i. uitam sūmum contēplationis iā adeptā ne iterum ad īferiora deflectas. In primo quidem p̄cepto iubet ut quēadmodum natura corpus animæ alligauit/ ita p̄mittas naturę soluendum corpus ab aīa. In se cundo uero præcipit: ut sicut uoluntas nostra ligauit intentionem aīæ corpori: ita intentionem hāc uoluntas soluat a corpore: & solutā semel non permittat ulterius alligari: Hæc āt Pythagorica Platonicaq; mysteria Plotinus seq̄tur/ primā clausulā texens carmīe Zoroastris: atq; ita confirmat. Aīa tanq̄ diuina debet diuinorū mo re dignitatem quidem propriam retinere: atq; iterea nulla inuidia uel p̄turbatione alia prohibere/ quo minus quod ei subest. i. corpus nō nihil ab ipsa muneris. i. uitę aliquid utcūq; pōt accipiat. Aīa igitur in seipsa p̄maneat: nec ulla unq̄ p̄turbatiōe

ſocium ſuum corpus a ſe diſiungat. Nã eadem ꝑturbatione mox uel circa corpus idem uel circa ſimile quiddam reuolueretur. Quoniam & motus ipſe trahit ad corpora/& ꝑturbatus motus ad corpora inferiora ꝓcipitat. At ſi anima ſecum prouiribus habitet: nec ĩterea inuideat qualẽcunq; corpori uitã/expectetq; donec ipſum corpus defectu duntaxat proprio uitam amplius acceptam conſeruare nõ poſſit: ipſa ꝑfecto nullo in ſe diſtracta motu: nulloq; inferius impetu rapta in ſe ipſa ꝑ ſe nitus extra corpus extabit/nõ amplius de corpore hoc in illud oberrãs: ſed de animali in intellectualem iam tranſlata naturam. Interrogat poſt hæc Plotinus quomõ corpus deſciſcat ab anima. Reſpõdet hunc in modum. Quãdo corpus certam quãdã amittit ꝓportionẽ/ꝑ quam ſub anima uitam ſibi conciliabat: tunc ab anima deficit. Sicut lignum aliquod ſolidum uirideq; cui ex ſpeculo concauo ad ſolis radios flãma quædam ꝑ oleum adhibita fuerat: interdum oleo iam cõſumpto/mox amittit & flãmam: lumẽ uero ſolis ſicut aĩa remanet ĩ ſe ipſo. Vniuerſalis profecto natura ĩ ſeminalẽ hominis generãdi materiã uniuerſalis cauſæ more magis prius/diutius agit/q̃ particularis hæc humana natura. Natura enĩ hæc ꝓpria. s. uirtus humana/agit in ipſa cõmunis naturæ uirtute. Ac natura uiciſſim uniuerſalis ad humani operis huius ꝓprietatẽ a ꝓpria hominis natura dirigit̃. In fętu igit̃ huius hominis naſcituri natura uniuerſalis ꝑ propriã patrẽtum directa naturã agitat materiã ſeminalem atq; format. Proportione quadã humorũ & qualitatũ uitaliq; ui afficiẽs: ꝑ quam uelut eſcam fętus/uitã quandã ab aĩa rõnali iam præſente ſibi cõciliat: ꝑq; uim eãdẽ retinet/& eãdẽ. Retinere ãt poſſe ad certũ ſpatiũ ferme eſt ab initio datũ: quatenus uidelicet uis illa cõciliatrix uiget ĩ corpore. Quæ quidẽ iccirco ab uniuerſali natura inſerta eſt: ut ad hunc tẽporis curſum congruũ uniuerſo/uita illic hominis prorogeꝛ̃. Siquis ĩterea uirtute hac ꝑ ſe ulterius regnatura/ ſeruaturaq; adhuc ĩ corpore uitam/uinculũ hoc uiolenter abrumpit/q̃tum ĩ ſe eſt/cõſiliũ uniuerſalis naturæ fruſtraꝛ̃: dum mediũ naturæ ĩtercipit curſũ/certo quodã ordine ulterius ꝓcurſuræ. Peccat igit̃ ĩ Dionyſium deum. i. ĩ ipſam uniuerſi naturã: & ĩ Iouẽ mũdi aĩam Cõmunẽ. s. cõis naturæ rectorem. Peccat & ĩ Saturnum. i. diuinã mẽtem/quæ aĩum noſtrum iubet eſſe tranquillum. Hic uero cõtra ꝑturbatione aliqua cõcitus ſęuit in corpus: uel ſaltem dũ circa miniſterium eiuſmodi occupaꝛ̃ a ſimplici & excelſa cõtemplatione diſtrahit̃. Peccat turſus ĩ Cęlium Saturni patrẽ. i. in ipſum bonũ: dum corpori ſibi cõmendato corporeum iuidet bonũ. Peccat deniq; in ſe ipſum/tũ quoniã aĩal hoc aĩa fabricauerat: ac ſubinde hãc ſuã fabricã diruit/nõ dum ꝓprio uitio ruituram: Tum ꝙa longo nobis tẽpore opus eſt ad expurgandas ab aĩo uitiorum maculas/a teneris annis inuſtas/ut purus decedat a corpore: purumq; ſic deinde uiræ ſtatum adipiſcaꝛ̃. Nemo itaq; debet ſpatium ſibi met adimere: quo purgare animum/& probare magis magiſq; poſſit/moraliq; uirtute & diſciplina proficere. Tradunt. n. antiqui Theologi ĩ arcanis de aĩæ reditu/aĩos ĩ hac uita peccãtes eorũ eſſe ꝓſimiles: qui ſup ſolum æquale ceciderint. Quibus denuo abſq; difficultate ꝓſto datur ſurgendi facultas. Aĩos ãt qui ex hac uita delictorũ ſordibus grauati receſſerint: his potius compandos: qui in abruptum ex alto præcipitiq; delapſi/facultate careant reſurgendi. Monent itaq; cõceſſis uitæ ſpatiis uti/ne deſit ꝑfectæ purgationis occaſio. His ergo Platonis Plotiniq; rõnibus Macrobius perſuaſus ſic utriuſq; mentem interpretaꝛ̃: ut nulla cõditione cuiq̃ conceſſum ſint/ſibimet manus inferre. Idem Porphyrius in libro de abſtinentia ſentire uidetur: Eaſdem Olympiodorus

rationes ītelligit atq; comprobat. Sed ex eotūdem uerbis & hic & alibi uult id ali quando posse permitti. Ad id uero cōuincendū adducit in medium uerba quædā Socratis in Phedone. Primum quidem quod inqt. Philosophus uim sibi forte nō inferet. Vbi hoc ipsū forte dixit/suspitionē reliqsse uideť:id quādoq; licere. Deide q̄ subiunxit hunc ī modum. Philosophi nō debent sibi mortē cōscīscere/nisi deus ingentē necessitatē iniunxerit/ qualem mihi ī præsentia ītulit. Quasi dicat Philoso phus in simili quadā cōstitutus necessitate iure se ide obitu potest eximere. Addu cit rursus Platonis testimonium ī repu. ubi p̄mittere uideať homini diuturno incu rabiliq; morbo p̄rsus oppresso se hinc absoluere: p̄pea q̄ sit inutilis ciuitati. Opor tere.n. ciues ait non sibi/sed ciuitati uiuere. Item subiungit Platonis ī legibus testi monium dicētis hominem insanabili scelere cōprehensum uelut libidine in matrē uel cōcupiscentia sacrilegii/uel īpetu simili:quē uideat cohibere nō posse/decere se ipsum hinc e medio tollere. Similiter nō nulla Plotini uerba Olympiodorus acce pisse uideť/Primū quidem ubi ait Plotinus. Siqs īsaniā persenserit īminentē/eliget tunc hoc ipsum nō tanq̄ per se expetendū: sed hac cōditione necessaria eligendū. Hoc ipsum Olympiodorus accepisse uideť quasi dicat aīum hinc abigere potius/ q̄ cum īsania uiuere. Qua q̄dē p̄seuerāte/neq; uiuat hō:sed brutū: Neq; ulla p̄ficiē di deť occasio. Cōfirmabit hęc insup aliqs p̄id quod Plotinus ait ī libro de beati tudine hunc ī modū. Si uir fęlix captiuus forte ducať/parata uia est ad exitum. Si nō dať ibi fęlicem uiuere.. Poterit ad hęc ita Macrobius respōdere. Prīcipio q̄dem Platonem ea dictione forte(ut solet) modestię gratia usū: Deide q̄ ait nisi necessi tatē deus iniunxerit. Tūc dicet licere philosopho non necare seipsū:sed e pluribus cedis cōditionibus ī sua optione positis/quam malit eligere. præterea Platonis uer ba ī repu. & legibus sic exponet. Vt Plato nō tam sui cuipiā cedem p̄mittere uelit/ q̄ & ad īgētem charitatem patrię prouocare: & ab īpio scelere acriter reuocare. Plo tini quoq; uerba sic accipiet: ut ī libro de beatitudine soluat fęlicē hoiem e cōpedi bus/mentē potius a sensibus seuocādo q̄ a corpore uitā. Deniq; quod hoc ī libro ait:tanq̄ necessariū eligendum:exponet:aliqs.s. insaniā p̄peti/tanq̄ rem necessario p̄ferendam/potius q̄ uim īferre naturæ. Cōfirmabiť hæc sentētia rursus Plotini uer bis īfine disputationis cōtra gnosticos:ubi p̄hibet:ante naturale tempus hinc exi re. Afferet cōtra hæc rursū Olympiodorus extorqueri sic nimiū Platonis Plotiniq; uerba: īmo uero decere pro salute patriæ: pro honestate: pro ueritate seruanda cer tam subire mortē:uel p̄pria manu. Itē inedia quādoq; aīam a corpore segregare po tius q̄ p̄mittere ut per īsaniā diuturnā morbumq; p̄nitus īsanabilem iutiliter īmo cum detrimēto sui cæterorūq; & p̄cul ab omni rōnis officio uiuat. Sic.n. q̄uis aliqs inferioris naturę ordinem nō sequať:superioris tamē ordinē secuturū/semp aūt imp fectiori perfectius: & id q̄dem nō impetu:sed cōsilio præferendū.. Hęc illi ultro ci troq; afferūt: & adhuc sub iudice lis est.

## NONVS LIBER DE EDVCTIONE ANIMAE A CORPORE

AEMO extrudat per uim e corpore aīam: ne forte exeat in locum simi lem migratura: Alioqn exibit corpori non nihil deferens: quo p̄ simi lia emigrabit. Emigrare.n. est a loco ī locū aliū p̄trāsire. Sed expectare debet quoad corpus totū ab aīa ipsa deficiat. Quādo trāsmigratione

non indiget aĩa ſed extra eſt oĩo. Quo igiť pacto corpus ab anima deficit? quãdo uidelicet nulla uis animæ amplius in ipſo ligať. Quippe cum corpus iam ipſam li gare nõ poſſit/Perdita uidelicet harmonia/quã olim habẽs habebat & aĩam. Quid ergo/ſiquis det opam ut corpus diſſoluať ab anima? Verũ ſic uim inferret: neq; cor pus tunc dimitteret animã: ſed ipſum anima deſtitueret. Accedit ad hæc ꝙ quãdo quis diſſoluit corpus/nõ eſt a paſſione liber: Sed uel anguſtia uel dolore uel ira cõ pelliť. Nihil uero eiuſmõi eſt agendum. At ſi inſaniã qs ꝓſenſerit iminentẽ/qdnam aget? Forte uero id probo nõ accidet. Quod ſi acciderit/reponendum erit i eorum genere quæ neceſſaria nuncupãtur: atq; ob ea quę circũſtant/nõ ãr ſimpliciter eligẽ da. Et. n. uenenorum excogitatio ad exitum aĩe cõpellentium/ forte non expedit aĩæ. Atq & ſi fatale tempus unicuiq; datum eſt/ante ipſum haud fęliciter id fiet/ni ſi (ut diximus) id tanq̃ neceſſarium habeať. Si deniq; q̃lis qſq; exit/ talẽ ibi quoq; retinet ordinem/ non eſt e corpore aĩus extrahendus: cum adhuc proficiendi eſſe poſſit acceſſus.

Argumentum Marſilii Ficini de Cælo. Summa totius libri

Diſputatio Plotini de cælo octo habet capita. In primo qdem & ſecundo du bitationes nõ nullas mouet: & iterim adducit quædam ſoluendis quæſtiõi bus cõferentia. In tertio dubitationes reſumens: dubia paulatim incipit eno dare: ſimiliterq; i cæteris: ſummatimq; cõcludit ex oĩbus/cælum eſſe ignẽ: & hunc qdem purum atq; ſolum. Cuius forma ſenſibilis ſit. Primo qdem lumen: deide ue ro calor inoxius & uitalis. Sed geminã hanc formã uult ab inſenſibili proficiſci eiuſ dem cæli forma. Calorem qdem a uita. Lumen ab intellectu. Eſſe huius ſubſtantiam ſempiternã/motumq; perpetuum. Immortalitatis huius cauſã eſſe uult uitã illã intel lectualem. i. aĩam eius a diuinitate nunq̃ digredientẽ. Ipſam uero corporeã cæli na turã q̃uis nõ ſit imortalitatis proprię cauſa/tamen accomodatione quadã ad perſe uerantiã conferre ꝓpetuam/dum cõſeruanti ſemꝑ cauſæ/apte: oportune: libẽter ob tempat. Hæc hactenus totius libri ſit ſumma.

Mundus quoniã eſt corporeus neq; ex ſe eſt: neq; per ſe ſempiternus: Sed per cãm penitus incorpoream.

Principio igiť mirari uidetur/quo pacto mundus cum ſit corpus eſſe ualeat ſempiternus: quẽadmodum ſapientes plurimi cõſenſerunt. Neq;. n. põt uni uerſum corpus hoc per ſe eſſe ꝓpetuum: quandoqdem neq; ꝑ ſe eſſe poteſt: quod ſatis i theologia probamus. Neq; facile cõuinciť/quomõ ꝑ aliã ſit cãm ſem piternũ: præſertim ſub eiuſdem ſingularitate ſubſtãtiæ/ quod dimenſione motio neq; ſua uideri poteſt/diuiſionem deniq; mutationẽq; ſubſtãtiæ ſubiturũ. Vna prę terea totius mũdi materia eſt. Vnius. n. opificis eſt opus unum. Vnum inq̃ ꝑ unã materiã atq; formã/& undiq; ſibi conſentiens atq; compatiens. Quã qdem agẽdi patiendiq; oĩum iter ſe cõmunionẽ unitas ipſa formæ ac materiæ cõficit. Deniq; cum ipſa natura materię ſit prorſus iformis: atq; ꝑ formas diſtinctio fieri ſoleat: nul la uideť rõ cur a materia uſq̃ materia diſtinguať. Materia uero quoniã infimũ oĩum eſt ſubiectum: oĩo informe: formarum oĩum eriã inter ſe repugnãtium pariter aui dum/eſt ꝓpetuo permutabilis. Quamobrem ſicut ſub luna/ſic & in cælo potentia quædã ad mutationem formæ ſemꝑ in materia latet: cum eadem ſit ubiq; materia.

Quod qdem ita coniicimus. Cum motus q̃ uiget in aĩa ſit motus primus: ideoq; ibi ſit actio: Motus autem in corpore ſit ſecundus: ideoq; paſſio/ nimirum paſſio hæc corpori minatur interitum. Præſertim quia motus in anima tanquam in re in diuidua nõ tendit ad diſſoluẽdum. In corpore uero uelut diuiduo quodãmodo tendit. Neq; licet alicui more Auerois/ dimenſiones in cęlo ſine materra ponere. Nã ſi formæ oĩum primæ. i. ideales q̃ſi materiale nõ nihil hẽnt adiunctum/ forma bilem inq̃ mentis eſſentiã/ multo magis formæ oĩum ĩfimæ. i. dimenſiões materiale aliqd: imo ꝓrſus materiale ubiq; ſecũ hẽnt. Ac ſi formæ ſubſtãtiales ĩ ſubiecto ponunt̃/ multo magis ĩdiget ſubiecto dimẽſio: quæ potius accidẽtalis ẽ/ ac ꝓrſus ieffícax. Iã uero neq; forma quælibet corporalis eſt aliud/ q̃ materiæ paſſio/ dũ materia hęc afficit̃ aliũde. Neq; dimẽſio rurſus aliud q̃ maſſę ipſius extẽſio: dũ ab eo dẽ extẽdit̃/ a quo format̃: ut diſtíctius uberiuſq; formari queat. Eſt igit̃ fundamẽtum mũdi materia ſimul atq; dimẽſio: a materia qdẽ mutabile: a dimenſione diuiduum: ab utroq; ieffícax & paſſiuũ/ neceſſarioq; aliunde depẽdens. Mundus igit̃ nõ ẽ facultate ſui corporis ꝓpria ſempiternus/ Sed tũ ab aĩa uelut a cauſa ĩmortalitatis ĩtríſeca: tũ a uoluntate diuina uelut ab extríſeco principio atq; fine. Si ĩ deo cõſideraſſ̃ natura eius ĩ actu ſemꝑ eodẽ exiſtẽs/ ac pęnitus ĩmutabilis/ mũdus uidetur inde fuiſſe ſemper & fore. Hinc Mercurius & Plotinus quia diuinorum eſſe ſit idem atq; agere/ & actionem illam ſtatim ſequatur effectus/ mundum omnino iudicant ſempiternum. Sin autẽ conſideratur libera in deo uoluntas/ atq; hęc mundi principium iudicatur/ quod Mercurius: Plato: Plotinus exiſtimant/ uideſſ̃ mundus a deo nouus ſine nouitate diuinæ naturæ/ ſine uolũtate noua fieri poſſe. Sic ergo Plutarchus & Seuerus & Atticus nouum mundum exiſtimant/ hoc ſenſu Timei Locri dictũ accipientes. Vbi ait. Deus animã mundi creauit/ ſuo corpore prio rem tum poteſtate tum tempore: Vnde Plato etiam in Timeo dicit: animam mundi/ corpore ſuo priorem tum uirtute tum generatione creatam. Quãq̃ hęc Timei Platoniſq; uerba Plotinus & Porphyrius Proculuſq; & alii ſic exponunt: ut tempus & generatio quibus aĩa pręcedit corpus non ſit extrínſecum ĩteruallum: ſed ut ſucceſſio quędã in aĩa ĩ ipſa formatũ diſcurſione/ antecedat origine mundi mo tum: ut hic ſit motus ab illo: atq; ille ſit ſæculum ſæculorum. Mitto nũc opinionẽ Heraclíti. Quodlibet mundi corpus etiam ſpherarum ſtellarumq; effluere ſemper atq; refluere: Ideoq; uel deſinere/ uel perpetuo renouari: quod & Plato tetigit: ubi mundum ait fieri quidẽ ſemper/ eſſe nunq̃: & Plotinus hic & Proculus in Timeo: quod & Plethon non negat eſſe probabile: noſq; idem ĩ theologia fieri poſſe probamus. Quod ſi ita uniuerſũ mũdi corpus fluat ſẽꝑ & refluat: aĩæ uero ſubſtãtia maneat/ nõ ĩmerito ſic quoq; aĩa tẽpore generatiõeq; prior erit nouo quolibet mũdi corpore: ſi mũdus ſẽꝑ fiat ex uetere nouus. Hinc forte Propheta & Euãgeliſta dicit. Vidi cęlũ nouũ & terrã nouã. Itẽ Euãgeliſta. Mũdus qdem trãſit. Sed redeamus iã ad Plotinũ. Cũ eadẽ ſit ĩ cælo quę & ſub cælo maſſa/ querit Plotinus utrũ cęleſtia ſicut & alia ꝓmutenť/ ac ſpẽs qdẽ ſpherę ſtellęq; cuiuſlibet ſẽꝑ maneat/ dũ ſingularis cuiuſq; natura ꝓmuteť paulatim/ & quodãmõ renoueť/ q̃ſi ſicut accidit infra lunã. Ad hec ſiqs reſpõdeat/ uniuerſũ ob id eſſe ꝑpetuũ/ q; neq; ex eo qcq̃ efluere neq; ifluere poſſit cũ oĩa cõplectaſſ̃: is q̃re ſpherę qlibet & ſtellę ſẽpiťnę ſint/ non dũ ſatis ĩuenerit/ nõ. n. ſphera & ſtella qlibet oĩa cõtinet: Sed neq; ẽt ſufficiẽtẽ ętternitatẽ toti mũdo tradiderit. Poterit. n. forſã adhuc mũdus & ſi nõ extra tamẽ

intra ſe adeo cõmutari: ut quaſi animaliũ noſtrorũ more ſingularem ſæpe ſubſtã tiam mutet: dũ tamen ſpẽi ſuæ naturam retineat ſempiternã. Deniq; dubitatio re ſtat! Vtrum uel totũ hoc uel ſaltem cęleſte aliquid ſit ſempiternum. & quã ob cau ſam: & cur in cælo ſpecies ſimul & indiuiduum! ſub cælo aũt duntaxat ſpẽs ipſa maneat: dum ſingula permutantur.

Anima quidem cauſa eſt/ut cęlum ſit īmortale. Cęlum uero ad hoc animę non repugnat. Cap. II.

INecũdo itaq; capite dubitat idem: innuens ubiq; mundanũ nihil ſuapte natura perpetuũ poſſe manere: ut memineris oĩa hæc aliũde fieri atq; ſeruari. Quod ãt pipatetici dicunt/ſempiternũ eſſe cęlum: ꝙa ſit quintũ corpus p ręter quattuor elemẽta hic præterit negligenter. Eo. n. ipſo ꝙ corpus eſt/cũ neq; p et ſeipſum ſimpliciter ſit: certe neq; ẽ per ſeipſum ſemper: præſertim cum ſua ſit natura diuiduum atq; mutabile. Deniq; ſignificat īmortalis uitæ cauſam eſſe cęlo animã ipſam/quæ & ſimpliciter eſt uitæ cã: ſed ad īmortalem uitã & ſi non efficiẽ dam/ſaltem ſuſcipiendam cęleſte corpus & uniuerſum eſſe naturaliter pręparatũ: aut ſaltem quo minus accipiat minime repugnare.

Cauſę ꝙbus mũdus ſit ſẽpiternus: atq; elemẽtorũ q̃ttuor diſtributio. Cap. III.

SEd in tertio quærit quomodo corpus hoc conducat ad ſtatũ: quod natu raliter ĩclinatur ad motum. Reſpõdet autem: quia non extra profluit: ſed refluit ĩtro. Iccirco ꝓpetuę ĩ eiuſmõi motu perſeuerãtię nõ repugnare qui dem: īmo conducere. Quod ſi quodlibet animal q̃diu uiuit/dicit̃ eſſe idem ꝓpea ꝙ ſub eadem anima ferme ſimilis natura & figura ſeruatur. quãuis inde quotidie fiat effluxus: multo magis & mundus permanere idem in ſubſtantia dici poteſt: q̃diu ſub eadem anima figura eadem perſeuerat/ cum nihil profluat extra: etiam ſiquis fingat ĩ qualibet mundi parte effluxu uiciſſim atq; refluxu ſubſtantiã pro priam cõmutari: dum uidelicet neq; quicq̃ extra totum fluit: neq; influit aliunde Sic ergo totum mundi corpus ad ſempiternam perſeuerantiam confere uidetur. Videntur ad eandem partes quoq; cõducere. Nã ipſe etiã elementorũ ſpheræ mo le ſua ſaltẽ permanent & figura.. Conducũt ad idẽ q̃ttuor ipſæ elemẽtorũ ſedes ſingulæ ſeorſũ in mũdo diſpoſitæ: ad quas natura duce diffugiũt: adeo ut elemẽ ta q̃uis cõtraria: tamẽ ita ſecreta nunq̃ inuicẽ ſe diſpdãt atq; cõfundant. Eſſe uero quattuor elementa mũdi: & ignẽ purũ eſſe cęlũ: & qualis ibi ſit ignis ĩ compendio Timei: & in theologia libro quarto & iterum quartodecimo abunde tractamus. Cum igitur ignis plurimis a terra qualitatibus diſtet/ merito ab eadem diſtat lo co quãplurimum. Sicut igitur in ſpera mundi terra in medium cogitur: Sic in am bitum totius extimum ignis extenditur. Ac ſi terra eſt ſemper ſtabilis: ille profec to maxime diſtans ſemper eſt mobilis: nullus autem in rectũ motus ſempiternus eſt. Ignis ergo natura ſua mobilis eſt ſemper in orbẽ. Deniq; ſi igni propria ſunt/ maxima a terra diſtãtia: & ꝓpetuus circuitus atq; lumẽ: eſt ꝓculdubio celũ. Proin de ſicut ipſa mũdi natura uirtuſq; ſub cauſa quadã ſupiore terminata ẽ! ſic & ãpli tudo eius atq; figura: quæ ab īuiſibili mẽtis & aĩæ circulo coacta ſimiliter ẽ ĩ circu lum. Sic & figura ſibimet ęqualior & ſimilior eſt itẽ capacior aptiorq; ad motum.

Ignis igiť dum uideť aſcẽdere/ímo dum ſeipſum undiq; a medio porrigit: cogiť alicubi ſurſum .i. ꝑ ãbitũ ſiſtere gradũ/ibiq; ĩ circum ꝓtendi atq; reuolui: ut figura motuq; referat cauſæ ſuæ circuitum. Figura q̃dem circuitum ĩ eſſentia cauſæ cõſiſtentẽ: motu uero circuitum ĩ cauſæ actione ꝑactum. Cõducit ãt ignis ad mũdi ambitus faciẽdos ꝑ naturã eius amplificabilẽ: facultatẽ uero ãplificabilẽ ſibi uẽdicat uis ignis admodũ efficax: naturaliter rara: lucida: mobilis a reſiſtẽte & cohibẽte ſoliditate admodũ aliena. Soliditas uero maxima/quæ terrę ꝓpria ẽ/ãplificationi obſtat q̃maxĩe. Vnde terra cõfert ad mũdi mediũ faciẽdũ. Aer uero & aqua tã q̃ ꝑ naturã media mediũ cõpleuerũt. Nemo uero diffidat/ignẽ q̃a maxĩe cedat/ iõq; pati facillime uideať/cõficere cælũ paſſiõibus nullis obnoxiũ. Quod. n. agilitate mirabili cedere uideť ad ſũmũ/ dũ diuidi uideť/penetrat atq; diuidit: & omẽictũ ꝓtinus aufugit. Memẽro deniq; diuinã mentẽ formas ĩ opę ſuo plurimas uoluiſſe: tũ q̃a & ipſa eſt oĩformis: tũ uero ut ex multis/nõ materiis dico/ſed formis opus unũ maxime formale ſũmatim cõficereť. Voluiſſe ĩ hoc formas lõge ĩter ſe natuta diſtãres: ut ex earũ cõflatione uarii admodũ formaleſq; rerũ gradus ĩ longo ſpatio coaleſcerẽt. Cogita igiť hæc tũ raritate tum q̃litate ĩter ſe diuerſa ſimul ab initio facta. Hæc ergo repente ſe fugant ĩuicẽ atq; fugiunt. Tunc ſubtiliſſima quæq; prius citiuſq; effugiunt: tũ q̃a ad motũ penetrationẽq; agiliora ſunt: tũ q̃a liq̃diora ſuꝑ ſolidiora cõmodius poſſunt enatare/q̃ cõtra. Sic rerũ ꝓtinus ẽ facta diſtinctio/cõſilio uidelicet auctoris obediente maťia. Sed interĩ ſpiritalis ſubtiliorum portio ĩtra dẽſiſſima quæq; ẽ ubiq; ſeruata/nõ tã dẽſitudine cohercẽte: q̃ ipſa totius aĩa ſuũ ubiq; ſpũm cõtinẽte/ aĩabuſq; cæteris ad idem ſpirationis officium conſpirantibus.

¶ Cælum eſt ſpiritus & flatus & uerbum animæ mundanæ: atq; eſt ubiq; q̃uis occultum.

ITa Atius hic nos ſpũs eiuſmõi ꝓuehit. Prĩcipio cęleſtis aĩa nõ cõiũgiť cęlo q̃ſi iam facto/ſed ipſa potius fęcũditate ſua/ quæ & ſupior eſt/ & ꝓxima cælo adhuc ĩde futuro/parit ubiq; cęlũ/dũ ipſa tanq̃ maxĩe uiuens ſpirat ubiq;. Sed q̃dnã ſpirat? Vitalẽ. s. flatũ atq; ſenſualẽ: nõ q̃ neceſſario ſentiať ab aliis: ſed quo ipſa tũ uiuificet/tũ ſentiat alia. Flatus eiuſmõi quoniã ꝓdit ex aĩa/ imitať & uirtutẽ aĩæ penetrantẽ/quatenus ipſe penetrãs uniuerſum/oĩbus eſt ĩfuſus. Hinc illud. Spũs ĩtus alit. Imitať rurſus & uirtutẽ aĩæ continẽtem: q̃tenus ipſe ſuo quodam (ut ita loquar) uiſco/uelut oleum ſuꝑ alia natat & ambit. Huc forſã tẽdit & illud. Spiritus Dei ferebať ſuꝑ aquas/uel incubabat aquis: fouens uidelicet materias ꝑſe frigidas: quæ ipſo uitaliter q̃uis occulte calent: atq; hinc calefaciẽdi uim ſortiunť q̃uis occultam. Hoc flatu hoc animæ primæ uerbo (quantum Platonice loqui licet) factum eſt cælum/ímo eiuſmodi ſpiritus eſt ipſum cęlum. Spiritus. i. ignis/tanto ſaltem noſtro hoc igne ſubtilior atq; efficacior/ q̃to noſter ignis acutior & ualentior aere: Spũs hic quaſi uiſus q̃dã eſt tactuſq; naturæ/nullã habens ad uiſum tactumq; noſtrum ꝓportionẽ. Eſt & ipſius aię uerbum iã extra ꝓlatũ. Primum. n. aĩe uerbum eſt ĩ mente/ſimplex oĩo. Secundũ in rõne/iã ibi diſtinctũ. Tertium ĩ imaginatione naturaq;/motũ iam affectũq; accipiẽs. Quartũ in ꝓlatione. i. cęlũ admittens iã una cum motu dimẽſionẽ. Magnitudo ſiq̃dẽ uirtutis ĩ aĩa in uiribus eius ĩterſe longe diſtãtibus magnitudinẽ dimenſionis facit ĩ cælo. Motio aię facit in cælo motũ. Affectus efficaciã ad effectũ. Virtus q̃dem rõnalis alias

gignit formas in cælo. Intellectualis ãt claritas pręſtat lumen. Eſt ergo cælum q̃ſi ſpũs efflatus ex ore diuinioris aię. Ideoq; oĩa uiuificãs atq; nutriens. Eſt iterũ q̃ſi oculus qdam uiſuſq; aię: quo ſæpe affectus aĩæ nobis & cõſiliũ indicať. Cuius radiis & intuitu oĩa coaleſcunt. Lumẽ in cęlo q̃tũ eſt in pſpicuo intellectũ aię repræſentat/q̃tum in motu letitiã. Solũ qdem lumẽ eſt intelligẽtiæ ipſius imago. Cæterę uero formę ſiue in cęlo ſint/ſiue in aliis ſint p cælũ/alias ideas referunt in ipſo intellectu cõceptas/quæ ita p intelligentiã illic cõcipiunť & diſcernunť/ſicut p lumen hic cærere q̃litates. Et ſicut p totũ mundũ intelligibilẽ eſt idẽ actus intelligẽtiæ/ita p hunc totũ pſpicuus qdã luciduſq; ſpũs/illius imago/formas paſſim efficiens atq; diſcernens ſicut ille. Hinc Iulianus Platonicus ait ex theologia Phęnicum diffuſã eſſe p uniuerſũ & oĩbus inſitã/naturã quãdã tralucidã atq; lucentẽ in ſeipſa quaſi ex diaphano & lumine tẽpatã: neq; mixtiõi unq̃ alienæ/neq; paſſionibus ullis obnoxiã: quæ ſane ſit actus qdã puræ intelligentiæ/purus qdem/ſed quodãmõ extra pcedens habeatq; inuiſibile lumẽ & ĩcorporeũ luminis huius uiſibilis qdem/ſed incorporei cãm. Hæc ille. Eiuſmõi ferme lumẽ aĩa mũdi ſub actu mentis primæ ppria mente cõceptũ patit ĩ natura ſua: ibiq; cũ motu copulat & affectu: atq; ide q̃ſi ſpũm foras efflat/ & iã dimenſione ptendit/neq; diſpgit tamẽ/ſed ſuo quodã circuitu in orbẽ penes ſe cohibet: & q̃tenus ipſa ſe fundit/eatenus circũfundit: Atq; pmit origine prima cõtinuũ q̃ſi ſpũm unũ ſpirantis unius. Sed aliæ aĩam hanc ſubinde comitãtes aię/ſua quæq; ſimiliter ſpiritali uirtute ſpirãtes in ſpũm hunc iã ubiq; uigentẽ/ſingulę ad intimi ppriiq; circuitus formã redigũt & figurã. Quãobrem aliæ deiceps alibi inter ſe diſtinguńť ſperæ/ſic ferme diſpoſitę ſitu/ſicut ſpirantes aĩæ diſpoſitę ſunt natura. Sed cunctæ ſemp aĩæ in cõi ppetuaq; primę aĩæ ſpiratione cõſpirãt: Eiuſmõi uero ſpiritales orbes ppe mundi medium anguſtia ſitus dẽſiores euadunt: & dẽſiora rurſus circa ſe generãt. Et q̃ denſiſſimus eſt/orbi terrę reſtat infuſus. At ſi cõpareť ad terrã/ tenuis admodũ iudicabiť: & ad motũ agilis/ac denſa uiuificãs. Ne quæras igiť quã ob cãm ad medium denſa denſcendãt. Hæc. n. ideo denſa ſunt/quoniã ab initio ſortita ſunt mediũ. Rurſus q̃tum rarefactio & cõdenſatio ĩ gignẽdis inuicẽ ualeat elementis conſidera: ne forte neges/pro uaria primi ſpũs denſitate/uaria præter ipſũ elementa cõtingere. Sed iterim memẽto raritatẽ & denſitatẽ in rebus generãdis idearũ actiõibus formationibuſq; ſeruire. Cõclude aĩalem quẽdã ſpũm ſemp ab aĩa mũdi q̃ſi interioris uitę ppagine pululare: Ignẽq; hunc eſſe/& quaſi aĩale lumen ipſũ in dimenſiones iã porrectũ/ſpũm actu lucidũ/potẽtia calidũ. Generationis oĩum ubiq; fomitẽ: cęlũ inq̃ nõ circũfuſũ ſolũ: ſed etiã cũctis infuſũ/cęlũq; cęlorũ. Flatũ diuinioris aię/ſub forma quadã aĩæ pxima. i. cęleſti. i. ignea: hoc eſt tralucida: lucida: calida ptinus euolantẽ: mox ĩ aerẽ aliq̃to diſſimiliorẽ aĩæ/tumeſcentẽ. Subide ĩ aquã terrãq; cõpactũ. His ãt tribus cæleſtem ſpũm paſſim ineſſe effectorem omniũ atq; ſeruatorem: Proximũ quidem flamen & uelamen aĩæ/& oĩum alimentũ. Vbicũq; igitur alia ſunt/ibidem cęleſtem ſubeſſe ſpũm: non tamen ubicunq; hic eſt alia ſratim adeſſe. Sic itaq; cælo proxime reguntur omnia ipſa inq̃ cæli ſubſtãtia non ſolũ uirtute cęleſti: quę ſuã ubiq; ſubſtãtiã neceſſario poſtulat. Sic etiã ſub terra quędam quaſi cęleſtia generantur. Sic ſolo calore uiuũt oĩa: & occulto quodam calore uiuunt quæ manifeſtus calor deſtituiſſe uidetur. Sic ubi extremum apparet frigus ignis accenditur: & in frigidorum colliſione mutua procreatur/cęlo uidelicet

procreãte. Similiť in quolibet aĩali aĩa cõtinue ꝓfert ſpũm mẽbris qdẽ cũctis infuſum: ſed alicubi ẽt ſolũ: alicubi uero humoribus: alibi mẽbris ĩſup inuolutũ. Sed aĩę particulares ſpũm hunc q uapor ſãguinis eſt quo regunt corpus ex ſanguine calefacto ꝓducunt: Spũm uero cęleſtẽ rõnales aĩę quo q̃ſi ꝓxime ſe ĩuoluunt/ab ipſa cæli ſubſtãtia ubiq; præſente ſuſcipiunt: quẽ Plotinus alibi confiteť accipi ẽt ab aĩa terrę: quo & hic noſtras ĩuolui Ariſtotelem ẽt putauiſſe teſtis ẽ Plutarchus Ioannes grãmaticus: & Proculus: atq; Plerhon. Ex quo patet ubiq; cęlũ eſſe: ut & totũ ſingulaq; ꝓfecte cõtinuataq; ſerie ac mira facilitate regãť a cælo: & aĩæ rõnales ubicunq; cæleſte corpus accipiũt aut poſſidẽt/ĩ loco cęleſtibus naturali hẽant atq; poſſideãt. Verũ cæleſtis hic ignis/de quo ille ĩqt. Igneus ẽ ollis uigor: & cæleſtis origo. q̃uis cũctis ĩfuſus/nullis tamẽ ẽ mixtus: q̃do neq; uiſibile lumẽ ĩde ꝓcedens alicubi cõmiſceť: neq; manifeſtus ignis facile patiť mixtionẽ. Eſt ãt cęleſtis ignis/ſolus purusq; ignis: neq; uim patiens/neq; ĩferens: mirifice lucens/ſed ſup aſpectũ/ſuauiſſime calens ſiquo mõ tangať. Manifeſtus ãt ignis atq; cõburẽs nõ ignis ẽ purus: ſed ignitũ potius elementũ. Qui ſane ꝙ facilius q̃ alia genereť/generetq;/& ãplificet ſemetipſum/& lõgiſſime luceat/& ad ſe oĩa trahat/ & naſcatur ubiq;/totũ hẽt a cælo quod uiget ubiq;. Hĩc Theophraſtus ĩtegro libro ignis potentiã admirať: Hinc forſan ẽ ille ſpũs quẽ Aegyptii rebus ĩfuſũ oĩbus apellãt naturaliũ genitorẽ. Maxime uero q̃lis ſit hic ſpũs apparebit/ſiqs finxerit/ quod & forte licet nõ multas eſſe cęlorũ ſpheras/ſed unicã: tum ĩplẽtem oĩa: tum ẽt circũfuſã: quæ motũ illũ hẽat: quẽ primi mobilis eſſe uolunt. Stellæ uero oẽs tũ huius motu ducanť: tum ẽt ꝓpria ꝓgreſſiõe pcurrãt/cedente ubiq; ſine ulla offenſiõe cęlo: ſi mõ ceſſiõe ſit opus. Sic potiſſimũ ſtellæ habere uitas ꝓprias uidebunť/ſi aĩa lium more ꝓgredianť: nõ plantarũ mõ figanť. Sic & præter illarum aĩas unica erit ſperę totius aĩa. Ego uero hęc forte defenderẽ ut ꝓbabilia/niſi me magnorum uirorũ auctoritas cõtineret.

¶ Cælum eſt imago animæ: & ſingula quæ ſunt in cælo ſingula referunt quæ ſunt in anima.

Deinceps considerandũ restat utrum solus i cælo sit ignis:& nunqd inde de fluat aliqd/unde indigeat nutrimento. Cũ igiť Timeus mundi corpus ex igne primum terraq; cõponat/ut p ignẽ quidẽ uideri:p terrã uero solidum esse tangiq; ualeat:consentaneum esse uideť/ut & astra non totum qdem/sed plu rimum habeãt igneum:quandoqdẽ astra soliditatẽ habere uidentur. Forsan uero recte se id habebit. Quippe cum Plato sententiã hãc probabili & apparenti rõne cõfirmet. Nẽpe ab ipso sẽsu tũ peraspectũ/tum p tactũ/plurimũ uel totũ igneũ ap paret habere:Per ipsã uero rõnẽ cõsiderantibus/terrã insup habere putabiť: Siqdẽ solidũ absq; terra esse non possit. Sed cur nã aqua & aere indiget?Absurdũ.n.uide ri potest in igne tanto esse aquã. Aer ãt si illic insit/ i naturã ignis subito pmutabi tur. Verũ si solida duo rõnẽ habentia extremorũ/duobus idigẽt mediis: Ambiget forte qspiã nunqd i rebus etiã naturalibus res ita se habeat. Quãdoqdẽ terrã qs aquæ pmisceat/nullo ad hæc conciliãda medio indigens. Quod si dixerimus ter ræ & aquæ inesse iam reliqua/nõ nihil forsan afferre uidebimur. Sed obiiciet alius reliqua illa ad duo conciliãda minime conspirare. Verũtamen dicemus iã inuicem colligari:quoniã utrunq; possideat oia. Cęterũ considerandũ est/an absq; igne ter ra uideri nõ possit:& rursus sine terra ignis solidus esse nõ ualeat. Si.n.ita natura sit institutũ/forsan nihil i seipso suã habebit essentiam. Sed erunt cuncta cõfusa. Apellabiť aũt quodlibet ex eo quod prævalebit in ipso:Siqdem aiunt terrã absq; humore sibimet cohærere non posse. Aquæ nãq; humorẽ terrę glutinũ esse. Verũ si & ita id concesserimus/attamen absurdũ fuerit/dicere quidẽ quodlibet aliquid esse:neq; tamen in seipso constitutionem sibi ipsi suppeditare: sed duntaxat una cũ cæteris/ubi uidelicet nullũ in se aliquid sit futurum. Quo.n.pacto terrę natura erit/atq; ipsa essentia terrę?cũ nulla terræ portio sit id ipsum:quod terra est/nisi & aqua insit ibi pro glutino. Præterea quid nã ibi cõglutinabit/ubi nulla sit magni tudo:quã ad proximã partẽ continuatione cõnectat?Si.n.quãtalibet terræ ipsius fuerit magnitudo/ licebit terram suaptenatura sine aqua consistere: Alioqn nihil amplius erit quod ab aqua conglutinetur. Item terrę moles quidnam ad hoc ut

ſit/aere îdigebit?aere adhuc manente anteq̃ trāſmutetur?Igne uero terrā ad hoc ut terra ſit/egere non eſt dictū.Sed ad hoc ipſū ut & hæc & alia ſpectari poſſint/ igne indigere conceſſū. Rōni nāq; cōſentaneū ē concedere aſpectū a lumine fieri.Neq;.n. uideri tenebras:ſed non uideri dicendū/quēadmodū ſilentiū non audiri. At uero ignē ineſſe terræ nequaq̃ neceſſariū eſt.Sufficit.n.lumen.Siquidem nix & frigidiſſima multa abſq; igne ſunt lucida:Quāuis dixerit aliquis affuiſſe illic ignem: & illa anteq̃ diſcederet/coloraſſe. De aqua inſup eſt ambigendum: An nequeat eſſe aqua/ niſi terræ ſit particeps. Aer item qua nam rōne terrę particeps apellabitur?cum ſit molliſſimus:& penetrātibus q̃facillime cedat. De igne aūt dubitatur:num ipſi opus ſit terra/quaſi uidelicet cōtinuitatem ex ſeipſo nō habeat:neq; trinam dimenſionē:quatenus corpus eſt naturale.Soliditas uero in ipſo nō per trinā dimenſionem:ſed p quandā repcuſſionē forte ponet.Duricies autē aſpera tantum cōuenit terræ:quādoqdem denſitudo auro:quod aqua eſt/ cōperit:nō ob terrā qdem:ſed pp denſitudinē glutinūq; concretū.Proinde ipſe qdem in ſeipſo ignis cur nō præſente aīa ſe cū ipſo ad aīæ potentiā connectat? Sunt.n.& ignea dęmonum aīalia. At ita īmutabimus id quod dicit uniuerſum aīal ex uniuerſis eſſe compoſitum.Forte uero quis animalia terrena cōpoſita ſic eſſe conceſſerit. Terrā uero ī cęlū attollere/contra naturā eſſe dicet. Cōtrariumq; his quæ in naturæ ordine diſponunt.Iā uero nulla rōne uideri ꝓbabile/ ut celerimus cęleſtium curſus terrena in ſe corpora perferat.Deniq; terrā nitori ſplēdoriq; cęleſtis ignis impedimento futuram.

## ¶ Confirmat idem auctoritate Platonica Cap. VII.

HOrte opępretium eſt audire Platonē dicentem/oportere ī uniuerſo eſſe tale qddā ſolidū quod uidelicet ſit reſiſtēs/ ut terra ī medio collocata fūdamentū ſit oībus p eā incedentibus ſtabiliſſimū. Aīaliaq; terrena neceſſario talē quādā habeāt ſoliditatē. Terra uero hoc ipſū q̃ continua ſit/ex ſeipſa poſſideat. Illuſtret aūt ab igne/particeps quoq; ſit àquę ad ariditatē nimiā deuitādā. Habeat inſup facultatē/qua nō ꝓhibeant partes eius cū partibus cōſpirare. Aer deniq; terræ molē quadā leuitate ſuffulciat. Meminiſſe uero oportet terrā nō ita miſceri igni ſublimi:ut ī ipſa ſtellarū compoſitione cōnumeret.Sed cum in uno mundi corpore ſingula collocentur/ nimirum & ignem aliquid habere terreni:/ quēadmodū & terra ignei aliqd habet. Ac ſūmatim ſingula habere aliqd ſingulorū nō adeo qdē/ut quod dicit alia poſſidere/ex utriſq; cōſtituat/ uidelicet ex ſeipſo atq; ex eo cuius eſt particeps. Immo ī ipſa mūdi cōione tute ſitum nō tam alterum q̃ alterius nō nihil accipiat. Velut non ipſum aerē/ſed aeris ipſius liqditatē.Sic & terra nō tam ignem/q̃ igneam claritatem. Mixtio autem ipſa adhibet omnia:& utrunq; conflat in unum. Non terram qdē tantū/atq; naturā ignis/uel ignem tantū/atq; terrę naturam/uidelicet ſoliditatem quandā dēſitatēq; eiuſmodi. Teſtimonium his Plato ipſe perhibet dicens. Accendit Deus lumen circa ſecundam a terra ſphæram.Solem certe ſignificans: quē alibi nūcupat ſplēdidiſſimū/eundēq; nitidiſſimū. Quibus ī uerbis oēm a nobis opinionē abigit ſuſpicātem aliquid illic eſſe aliud prętęr ignē.Significat quoq; nullā adeſſe ignis aliam qualitatem præter lumē:quod qdem eſſe ait a flāma diuerſū.Calorē uero lenem

tantum atq; ſuauem. Item lumen hoc eſſe corpus: Emicare autem ab ipſo lumen æquiuocum: quod eſſe dicimus ĩcorporeum: quod q̃dem ab illo lumine p̃deꝛ/ ex illo micãs quaſi flos eius atq; nitor: quod utiq; uere dicit̃ corpus albũ exiſte re. Nos ãt quod terrenũ dicit̃ in deterius accipe conſueuimus. Quippe cum Pla to terrã pro ſoliditate quadã accipiat. Nos uero unum aliq̃d tãtum terram apel lare ſolemus: Cum tamẽ ille differentes ĩ terra conſideret q̃litates. Cum igit̃ talis ignis puriſſimum præbeat lumen: ipſeq; ĩ ſede ſublimi reſideat: ibiq; naturaliter habitet: nõ eſt purandũ noſtrã hanc flãmã ſupioꝛibus eſſe ꝑmixtã. Sed ad certũ ſpatium ꝓcurrentẽ prorſus extĩgui/aere q̃plurimo uidelicet occurrẽte. Procedẽ tem uero ſæpe cũ terra deorſũ pręcipitari. Quippe cũ ſupius tranſcẽdere neq̃at: ſed ſubſideat ĩfra lunã: ubi aerem extenuat ꝓximũ: Ac ſi maneat ibi flãma/certe facta ſubtilioꝛ/euadit & mitioꝛ. Splendorẽq; habet/non quoad feruorẽ ſpectat/ ſed quatenus a ſupioꝛi lumine pluſtrat̃. Lumen uero cæleſte partim quidẽ uaria tõne diſtributum eſt ĩ ſtellis/ ĩ quibus tam colorum q̃ magnitudinũ differentia diſcrepat: partĩ uero ĩ reliquo pręter ſtellas cęlo ſimili tõne uiget. Et ſi oculis nõ apparet ꝑꝓ corporis tenuitatẽ ꝑſpicuitatemq; aſpectui minime reſiſtentẽ: quẽad modum ĩ aere quoq; puro contĩgit. Accedit ad hæc ĩterualli ẽt longitudo.

## ¶ Quod cælo nihil effluat/nihil ifluat. / Cap. VIII.

QVm itaq; tale lumen uigeat ĩ excelſo/ubi eſt naturaliter conſtitutũ/purum uidelicet ĩ ſede puriſſima/ qua nã uia poteſt defluxus ĩde ullus accidere/ Neq; n. natura talis tamq; ſublimis ſua ſponte defluit. Neq; rurſus eſt ibi q̃cq̃/quo ĩpellente deorſum præcipiteꝛ. Adde q̃ omne corpus longe ſe aliter ha bet/quando aĩæ coniunctum eſt/q̃ ſi eſſet ab aĩa ſepatum. Corpus uero cæleſte nullo modo ẽ a b aĩa deſtitutũ. Item q̃cq̃d propĩquat cælo/aut aer eſt aut ignis. Primo q̃dem ſi aer eſt/non uideo quo pacto agat ĩ cęlum. Deinde ſi eſt ignis/ne quaq̃ ad id congruit/tangitq; cælum/ut agat ĩ ipſum. Accedit q̃ repente ad cęle ſtem permutatur naturam prius q̃ cælum patiatur ab ipſo. Item & magnitudine admodum minor eſt: & robore longiſſime cedit. Præterea ignis actio potiſſima eſt calefactio. Oporꝛet autem quod calefaciendum eſt/nõ eſſe calidũ ex ſeipſo. Siquid uero diſſoluat̃ ab igne/calefieri oio prius oporꝛet. Atq; ĩ ipſa calefactiõe ex naturali eius habitu dimoueri. Quamobrem nullo ꝓrſus alio corpore ad id opus eſt cælo/ut ſuam ſeruet naturam. Neq; rurſus ut circuitus eius ſit naturalis Quãuis nondum de hoc ſit demõſtratum: Neq; ĩ rectum uergit cęli motio natu ralis. Nẽpe uel ꝙeſcere uel reuolui natura ꝓpria cæleſtia iubet. Reliqui uero mo tus ad uiolentiam ꝓtinerent. Neq; igit̃ alimonia cæleſtia ĩdigent· Proĩde non de cet ex noſtrarum rerum conditione ſublimia iudicare. Quippe cum neq; aĩam prorſus eandem habeant continentem: neq; ſimilem regionẽ: neq; illic ea ſit cau ſa/ob quã ĩferiora compoſita continue profluentia nutrimento ĩdigere cogunt̃. Abſit ergo ꝓmutatio ab illis ea quæ ĩ his corporibus dominãs ex habitu naturę deturbat. Quippe cũ alia quędã his natura præſideat/quæ ꝑꝓ debilitatẽ in ipſo ſuo eſſe continere non poteſt. Imitat̃ tamen in eo quod generari eſt atq; genera re naturam quoad põt ſupioꝛem: De qua dictũ eſt alibi/nõ poſſe & ipſam eodẽ prorſus modo/quo ĩtelligibilia/ſe ſemper habere.

Summa libri. Cęlum mouet̃ ab anima ꝓpria: rõnali: intellectuali: & in orbem agit̃: quoniã anima & intellectus in se ipsis circuitus agunt.

Moueri cęlũ nõ a natura quadã tanq̃ elemẽtali uel simili: sed a uita: nõ a uita qdẽ externa: sed ĩterna: ꝑ quã cælũ uiuat: uita inq̃ rõnali/ ĩmo etiã intellectuali. Itẽ cur moueat̃ in orbẽ: atq; quo pacto! & Plotinus ĩ præsẽtia disputat: & nos ĩ theologia latius ꝑtractamus. Satis igit̃ nunc fuerit/ breuiter attigisse. Cælũ uiuere demõstrat materia formaq; illius uiuentiũ omnium præstãtissima. motus maxime sibi naturalis & ĩtimus/ nunq̃ deserẽs semetipsũ. Actio ꝑpetua naturaliter cuncta uiuificãs. Itẽ rõnali uita cęlũ uiuere/ ordo ĩ motibus rebusq; oĩbus inde genitis mirabilis indicat. Rursus intellectuali uirtute uigere declarat cõstãtia in rebus motibusq; tam diuersis efficiendis sẽp ĩmobilis. Neq; igit̃ uel temerario quodã casu opus tã mirãda ꝑpetuaq; rõne dispositum agi moueriq; putabis. Vel forte rõne qdẽ agi regiq;! sed quasi cęca quadã tantũ nudaq; rõne naturæ. Quẽ admodũ a uegetali uirtute ꝑ seminarias rõnes tũ in aĩali mẽbra/ tũ partes ĩ planta formant̃. Eiusmõi. n. rõ naturalis dũtaxat irrõnalis ut ita dixerĩ est/ & cæca: cũ nullam sui ipsius hẽat rõnẽ: neq; seipsã aliq̃do se aĩaduertẽdo possideat. Tanq̃ igit̃ ĩꝑfecta regit̃ a rõne q̃dam ꝑfectiore: quę ĩ uirtute aĩæ uiget si opus sit rõnaliter discurrẽte. Atq; hæc rursus uelut mobilis a ꝑfectissima regit̃/ quę ĩ mente regnat ĩmobilis. Illa tandẽ rõ est uerbũq; Dei/ quo tanq̃ primo quodã cardine cęlũ agitatũ simul est atq; firmatũ. Sed iã redeamus ad aĩam. Aĩa mũdi mater/ ex intellectu diuino mundi patre per intellectum prægnans/ mundũ ꝑ rõnem concipit ĩ natura. Ex naturali deniq; fętu dũ ad partum confert imaginatio quædam affectusq; simul mundus nascit̃/ imago mẽtis/ rõnis expressio/ uitæ ꝓpago necessario uiuẽs. Hinc Orpheus Iouẽ mundi fabrũ & masculũ apellat & fęminã. Plato ẽt mundi architectũ alicubi mentẽ intelligit simul & aĩam! tanq̃ patrẽ simul matrẽq; mundi. Aĩam esse qnq; rerũ generibus cõstitutã: & qua rõne ĩ Theologia Timeoq; diximus/ & dicemus: essẽtia uidelicet & eodẽ & diuerso statuq; & motu. Essentiam igit̃ animę mũdi essẽtia refert. Ipsũ quoq; aĩę idẽ/ eadẽ ĩ mũdo materia cõis & forma. Rursus diuersũ aĩę repręsẽtat hic materię huius extẽsio/ distinctioq; formarũ. Motũ aĩę similit̃ mundi motus. Aĩæ quoq; statũ mundi status ĩ motu. Cũ. n. mũdi motus sic stare debeat/ ut neq; substãtiã mutet: neq; naturalẽ relinquat locũ/ merito reuoluit̃ circa idẽ. Ita ꝓrsus etiã dũ mouet̃/ minime discedit a statu! & reuolutionem aĩę repræsentat. Aĩa. n. exordiens a bono simul atq; ĩtellectu/ ad idẽ rursus ꝑ intellectũ uoluntatẽq; reuoluit̃. Ac si rõne discurrat/ ad easdẽ formas unde discurrere cepit/ per easdẽ deniq; redit. Genitalis quoq; natura imaginatioq; naturę comes! sic ex potẽtia ĩ actũ ĩ se rerũ motionũq; generãdarũ semina promit! ut & ordinatissima ꝑpetuaq; successio fiat/ & tandẽ ad eadẽ uel similia certis tẽporũ curriculis redeat̃. Hãc reuolutionẽ tã facile saltẽ mũdi reuolutio sequit̃/ q̃ facile motio formatioq; ĩ spũ nostro/ seqtur efficacem naturę præpotentis instinctũ/ similisq; imaginatiõis affectum. Hæc ãt libri totius est summa.

Cælum dũ mouet̃ in circũ q̃tum põt in qualibet sui parte fit totũ: atq; ita ubiq; totã asseqtur aĩam. Manet aũt ꝑ indiuisibile centrũ/ sicut aĩa manet ꝑ intellectũ atq; substantiam.

Cap. Primum.

TRADIT uero Plotinus in capite libri primo ex Platonis noſtri ſententia/ cælum moueri per orbem/ quoniam intelligentiam imitetur: proxime quidem intelligentiam cęleſtis animæ: altius ĩſuper diuinę mentis intelligentiam. Hæc enim primus circuitus eſt tum a bono retortus in bonum per ipſam boni lucem: tum ex intellectu in eundem ĩtellectum/ per formas proprias reuolutus. Circuitus ergo & in aĩa fit uirtute mentis: & ĩ cælo mẽtis imitatione pagiť. Sed in mẽte quidem & quauis ĩtelligentia momento fit ętherno. In diſcurſiõe uero aię ppria ſaltem particulari/ fit tempore: In cælo tandẽ non tẽpore tantũ: ſed loco etiã cogiť indigere/ q̃liſcũq; ſit locus. Quęritur ãt qdnã edat eiuſmõi motũ. Nõ corpus ipſum cæli. Corpus. n. qua rõne corpus/ nihil agit. Aĩa igiť motũ ex ſe producit ĩ corpus. Neq; tamẽ generis eiuſdẽ eſt motus in aĩa ſimul & corpore. Nã & in corpore noſtro ſpũq; p uoluptatem qdem fit dilatatio/ contractio p dolorẽ/ ad quẽdã animi motũ: q neq; dilatatio neq; cõtractio in animo tanq̃ in diuiduo eſſe põt. Eſt autẽ aĩa. s. ſecũda ex qua fit pxime motus ita q̃ſi continua corpori/ ut ex ea & corpore aĩal unum. s. cælum efficiať. Ac dum ipſa quodã motu formali. i. ab actu quodã formæ ĩ alium formæ actum affectũq; uoluiť iterumq; reuoluiť/ interĩ cęlum motu q̃ſi locali aliter & aliť figurať. Si ergo ſtaret aĩa/ ſtaret & corpus: q̃uis ad motum aĩe corpus aliter mouea tur. Iã uero corpus qua corpus eſt/ q̃tenus pdiuerſas dimẽſionis partes extendiť/ id nactũ eſt: ut per diuerſas quoq; partes tẽporis pducať. Haberet ẽt ut trahereturĩ rectum/ atq; ita forſan diſſipareť: niſi ĩ figuram ſpericã fuiſſet ab aĩa intellectuali redactum. Vnde factum eſt ad circuitũ natura ppenſum. Itaq; corpus cæli cogita q̃ſi ſpũm ab exſpirante aĩa proſilire uelut ĩ rectum/ diſperſiõi ſic prorſus obnoxium/ ſed uiciſſim aĩa reſpirante protinus cohiberi. Atq; cum flante aĩa qeſcere nequeat/ in orbem circa animam ĩmo intra animã neceſſario retorqueri. Huius ergo motum non omnino localem eſſe memento: Locum enĩ quem nactum eſt ab initio/ nunq̃ mutat. Neq; totum hinc illuc aliquando trãſit/ ſed partibus quodãmodo trãſeuntibus totum interea conquieſcit. Motus ergo circularis cæli localis eſt per accidẽs: ideſt ſecundum ſui partes pertranſit loci partes per accidens: ideſt non ex propoſito animæ principali. Quidnã eſt principale propoſitũ animę ſimul/ & præcipuus corporis huius inſtinctus? Motus certe in anima eſt tranſitus quidam de alio ſem per in aliud. Cum enim pars eius inferior nõ ſit adeo potens ut ſicut ſuperior cuncta ſimul ĩ ſe promat in actum/ uelit autem in actum ſua omnia promere ſucceſſiõe perpetua facit quod ſemel conſequi nequit. Cum uero terminatæ ſint ſpẽs actuũ/ omnes poſtremo conſumat. Sed cunctas adhuc ſimiliter appetens/ uiciſſim replicat omnes: Idq; q̃celerrime peragit: ut ipſa reſumendi celeritate uideatur quaſi non dum amiſiſſe. Eadem ratione atq; ſimilitudine cælum configurationes omnes perpetua ſucceſſiõe uiciſſitudineq; commutat. In hoc itaq; tum animæ/ tum cæli nixu præcipuum uotum non eſt tranſire: Sed ſemel quoad fieri poſſit actu cuncta complecti. Ac ſi pertranſeant q̃primum tranſacta reſumere: actumq; cunctorum continuare. Eſt igitur animæ motio uitalis ſentiens/ excogitans. Sed ita ſimul/ ut affectet omnes uiuendi: ſentiendi: cogitandi actus: & formas ſimul habere/ & abſolute omnes animaduertere. Item ſimiliter per totam ſe conuiuere ſimul undiq; ſua mutuo omnia perſentire: ſimul quoq; cognoſcere: ut ubique totius ſit uita/ ſenſus/ conſcientia ſui/ non extra/ ſed intra procedens. Similis huic fit motio cæli.

Finge ſpatiū quoddā æquale cęlo/ī quo roteť: ſiue ſpatium hoc ſit aliud præter cælū: ſiue potius id ipſa ſit cęli natura. Idq; ſpatiū ſicut & cælū in cērū diuide portiones a circūferentia. s. ad mediū productas in longum: lineis undiq; deſignatas/ab amplo uidelicet ī anguſtū paulatim ordine deſinentes. Hoc itaq; tanq̄ fundamentum naturā ue ſuā cęlum ſe toto/totum appetit poſſidere: Se toto inq̄. i. cunctis undiq; partibus ſuis unāquāq; partē eius attīgere. Nequit āt contingere ſimul. Id. n. ſpatii protenſio ꝓhiber: propat itaq; celeriter ſuccedendo per oēs ſui partes/ mox partes eius attingere ſingulas/ut totū ubiq; toto naturali ſpatio: īmo tota ſui natura pariter pfruať. Atq; hoc eſt q̄ſi cōis & mutua ubiq; cōſpiratio uitę: & q̄ſi quędā intimi ſenſus cognitioniſq; cōmunio. Iam uero & ita uideť aīam quæ ꝓ hoc ipſum ſpatiū tota eſt ſimul ubiq; pro uiribus imitari: dū ipſū quoq; q̄ celerrime ubiq; fit totū: totāq; ubiq; ſic aſſequtur aīam/ motu. s. quodā aīam/quæ moueť: moueť inq̄ aīa non ſolum formali: intimoq; ſicut dixi motu: ſed quodāmō etiā motione locali/q̄tenus ipſa nō reſidet ī āguſto: Sed ꝓ totū undiq; ſpatiū ſe diffundit. Nō. n. poſſet corpus & extenſū & mobile aliter uita formare/ q̄ ſui quadā diffuſiōe motuq;. Eſt. n. uita corporis motio quędā. Nā & corpus ſolidum uiuit eatenus/q̄tenus per ipſū ſpūs ſe diffundit/& agit: & ſpūs ipſe uiuit/q̄tenus ꝓ ipſum ſimiliter aīa ſe propagat. Quod igiť in aīali ſiue particulari ſiue mūdano prędpuū eſt. i. aīa/ cōnectit reliqua. i. ſpūm ſuum proxime. i. cælū: Cōnectit inq̄ tum ſibimet aīæ/tū ſibi ipſi cælum: per cęlum quoq; uelut ſpūm cōnectit ſimiliter reliqua inſup elementa ſimul & mixta. Vult āt Plotinus circuitum igni ex ꝓuidentia natura neceſſitate competere. Mens. n. diuina prędpuidēs/ignē fore corpus/& corpus qa ꝓ ſubſtātiā in partes extē diť extra partes: ideo ꝓ actionē in momenta ſecundum prius atq; poſterius ꝓceſſu tū/quod qdē eſt moueri: & id qdē ex prima corporis natura/recte moueri/ & iccirco igneum corpus diſſipabile fore cognoſcēs/merito ut caueret interitū/primæ corporis naturę. i. dimenſioni naturaliter mobili/mox q̄ſi ſecundā adiunxit naturā. i. ſpericā dimēſiōi figurā. Tota igiť igni natura a ꝓuidētia tributa ē ꝓ primā/ſi quando extra naturalē locū fuerit cōſtitutus/ recto uelut breuiori tramite ſedē ꝓpriā repetit ꝓ ſecundā ſimul & primā/poſtq̄ in ſedē ꝓpriā ſe recepit/libērtiſſime cōqeſcit. Cū uero dū in loco ꝓprio ꝓmanet/ ꝓmaneat ēt in natura: quæ qdē eſt moueri: merito illic qeſcit ī motu. Quod ſane nihil ē aliud q̄ circa idē cērtū ambitūq; reuolui: cōferente uidelicet ad hoc tū hac ipſa natura/quæ eſt moueri/ & ī loco ꝓprio ī motu qeſcere/tū etiā circulari figura. Ad idē prędterea cōfert ipſa neceſſitas naturā & ꝓ uidentiā ſequēs. Nēpe cū ibi quoq; moueri appetat naturaliť: uel ēt ſi forte uelit in rectū ex natura uidelicet prima/neq; tamē poſſit ī rectū/ꝓ eadē neceſſitate relabiť. In rectū inq̄ nō poſſe. Neq;. n. dať eiuſmōi ſpatiū ifinitū. Nā in eiuſmōi ſpatio in rectū ſparſo ꝓ partes extra partes naturalis paulati ſpatii uirtus debilitata ꝓ imenſū uigere non poteſt. Neq; putādum eſt ꝓ certum quoddā ſpatium ī lōgum recte productum corpus cæleſte uices hinc ide repetere. Oppoſiti. n. motus illi iter ſe forēt. Ideoq; iter illos undiq; media qes interueniret. Primus itaq; motus nō uniformis perpetuusq; foret: ſed difformis ſtatim & interruptus. Ignis ergo cæleſtis in loco ꝓprio poſitus perfecto ſemper ꝓpetuoq; orbe rotatur. Præſertim quoniam motu huic in loco nō eſt aliud q̄ in ſe ipſo moueri. Partes. n. uniuerſi corporis in alio prędter ſeipſas loco ſūt. Vniuerſū uero corpus præcipue ꝓ extimū eius ambitum locus eſt uniuerſus. Quemadmodum ſinguli quidem motus in temporibus certis

aguntur. Primus aũt uniuerſuſq; motus/idẽ ferme eſt atq; tempus. Sicut & ſtatus primus æternitas. Proinde q; in hoc orbe perfecto continuoq; & perfecte moto per orbem aliqd ipſius maneat/ inde paret/qa neq; qcq̃ recte motiõis habet: neq; totum ipſum alicunde mutat locũ. Item non poſſe aliquã huius orbicularis & ſolidę dimẽſionis partem/quæ dimenſionem habeat permanere/ dũ tota moueaṫ/cõ ſtat ex eo/q; motu non frangiṫ: ſed ubiq; ꝑmanet integra ſimul atq; cõtinua. Hoc ipſũ ergo quod manet ĩ orbe/dũ agitaṫ/eſt indiuiduũ. Et id qdẽ orbis eſt mediũ. Nam cũ medium uerſus creſcat tarditas paulatim/cõſtat ipſum mediũ pęnitus cõ quieſcere. Ac ſi fingas dimẽſionẽ aliquã in medio poſitã eſſe centrũ: certe hæc cĩ comprehendaṫ in ſpera ſperice figurabiṫ. Tum uero quærã: utrũ ſperula hæc tota maneat nec ne. Si totã dixeris permanere/uniuerſus iam fractus ẽ orbis. Sin ꝑ circũferentiam qdem uolui/ꝑ centrum uero qeſcere/ de centro turſus ĩterrogabo. Si diuiſibile dixeris/redibit quæſtio prior: atq; infinite cogeris errare: neq; medium ĩuenies unq̃. Sin indiuiduum cõfiteberis/ fatearis oportet/ſolum ĩdiuiſibile aliqd in ſpera continua qetẽ agere. Idq; non tã ſignum eſſe aliquod atq; punctũ/ q̃ ipſum ſperę cor: aĩæq; uirtutem/aut ipſã potius aĩam. Cum uero ad hoc indiuiduum/q̃ſi uiuificum fundamẽtum totus orbis naturali deſiderio propet: neq; ad indiuiduũ cogi uelit/ne naturalẽ ꝑdat figuram/ merito circũuoluiṫ. Sic. n. ꝑ omne pũctum lineãq; in ſpera ſignatam tota ſpera ſe inſerit paulatim/ut ſic ſaltem q̃ſi uideaṫ ĩdiuidua fieri/& tota ubiq;/ſicut & aĩa: atq; undiq; tota totã aĩam cõtueri. Iã uero nõ negabis ut arbitror totum hoc uiuere/dum conſiderabis ĩ huius aluo/ huiuſq; uirtute minima quæq; uiuere. Si aũt totum uiuit/uiuit maxime cælum/ quod pars totius maxima eſt/& totum. Quod ſi cælum uitæ diuinioris dixeris inſtrumentum ad uiuentia generãda: confiteberis adhuc naturale hoc & ꝓximum uitæ diuinioris quaſi genitale/ut ita dixerim/ inſtrumentum/uita iam ꝓpria uiuere/cuius fomẽto/in cuius utero ĩ uitam oĩa coaleſcunt. Siqdem non aliter q̃ per hoc iam factum inde uiuum/in reliqua beneficium uiuendi traduciṫ. Vita hæc cælo propria/ẽ ipſa cæli & uniuerſi natura: ꝑ quam cæli motus uelut primus & naturaliũ motionum ductor/eſt maxime naturalis & intimus/ uoluntariuſq; q̃maxime/ut tam libenter cęlũ ita moueri uelit/q̃ ſtudioſe uel uita ſuperior uel ꝓpria cęli uita cum ſuperiore conſentiens mouere decernit. Hinc fit/ut motio hæc facillima ſit/atq; ꝓpetua/ rũ qa ĩ ſpera eiuſq; motu quodcũq; ſignaueris quaſi finem/ erit ſimiliter ut principiũ: tũ qa uirtus actuſq; mouendi in aĩa/ eſt ipſamet naturalis aĩę uita. Hac itaq; uita/ hac aĩa quę ubiq; tota eſt/& q̃ſi moueaṫ/ reddit totam ſe ubiq; præſentem: ſicut ĩ momento lumen: cęlũ quoq; utcũq; poteſt reuolutione dũtaxat ubiq; fit totum: perq; motũ fruiṫ aĩa mobili: neq; aſſecuturũ eſt quã ſequtur animã: aliq̃do aliter q̃ momento quolibet aſſequaṫ. Itaq; ad aĩam imo etiã intra aĩam ſuo quodã pacto perpetuo reuolutam/cælũ ſuo quoq; modo ſempiterne conuoluiṫ. Sic & totus orbis per quaſlibet ſui partes quibuſlibet fruiṫ ſui ſpatii naturæq; partibus: & quęlibet ſpera minor per totũ undiq; conuexum toto ſuperioris cõcauo aſſidue fruiṫ: dum reuolutione perpetua cũctas ſui partes ad partes ãplioris ſingulas adhibet: idq; ſemꝑ agit amore. Sic & ampliores orbes ꝑ oẽs ſui plagas quaſlibet ĩferiorum plagas aſpiciũt atq; fouent. Sic tandem uariatis ſupne motu figuris/apud nos uarianṫ & formæ: multiplicanṫq; ſingula: & ꝑ ſimiles reuolutionũ reditus/ſimilibus apud nos redeuntibus/cũctæ rerum ſpẽs conſeruantur.

Aīa rōnalis libero motu mouet̃: Irrōnalis sequit̃ uniuersum. Item ī uniuerso circūferentia desiderat centrū: eoq; fruit̃ ꝑ circuitū. Itē ex circuitu aīę mētisq; circa deū prouenit ī cælo circuitus.

Cap. II.

IN secūdo capite quęstiones circa supiora mouet & soluit. In prima quæstiōe notabis cælū qdē ꝑ oīa esse diffusū: corporaq; oīa uel ꝓprias cęli partes esse/ uel partibus eius annexa: iōq; cæli tractu moueri. In quęstione secunda cōsiderabis oēm rōnalē aīam existere aliqd ī se totū: nec esse uniuersę aīę partē. Quod qdem præcipue patet ex tribus. Primo qa nulla pars toti continua motu ꝓprio reflectit̃ in seipsā. Nulla rursus toti æquare se pōt. Nulla deniq; toti repugnat. Aīa uero rōnalis ī seipsā sui ipsius aīaduersione cōuertit̃. Ordinē uniuersi metit̃: ipsūq; transcendit ad cām uniuersi ꝓcedens. Se ipsam aliter sępe ducit q̃ trahat natura totius: siue surgat ī melius/ siue labat̃ in peius. Quod āt apud nos est siue corpus/ siue uita ꝓpria corporis/ pars quædā est mūdani corporis mundanęq; uitę: iōq; plurimū tractū seqtur uniuersi. In tertia quæstiōe tractat̃/ mūdi corpus iccirco ꝑpetuo ꝑuagari: ut pro uiribus ubiq; sit totum: sicut ubiq; tota simul est aīa: & ubiq; similiter aīa ꝑfruat̃. Hinc cōclusiones quædā in mediū adducunt̃. Prima eiusmōi: cū potestas aīæ. s. uitalis in centro mundi uelut in aīalis corde maxime uigeat: atq; inde ꝑ totū undiq; se diffundat/ merito corpus hoc mundanū uitę cupidū circa mediū sese uersat. Ad idem uidelicet ab aīa ductū. Sic. n. ad quaslibet lineas a circūferētia deductas ad cētrū sese totū cōferens: ꝑ easdē centrū undiq; uidet̃ attīgere. Neq; uero iniuria a centro fit/ tū molis extēsio: tum propagatio uitę. Hoc. n. est necessario primū quoniā indiuiduū est ac ꝓrsus immobile. Vnūquodq; uero prius in se hoc ipsū quod est/ cogitat̃ esse q̃ extendat̃. Atq; quod est īdiuiduum atq; stabile diuidua oīa mobiliaq; præcedit. Secunda cōclusio: sicut ī corpore mundi mediū est/ a quo cætera pendent: sic ī aīa medium est ītellectualis ipsa substātia: a qua tum reliqua uirtus omnis/ tum uita secūda procedit. Atq; sicut in anima quod reliquum est/ circa præcipuum eius uelut medium retorquet̃: sic tota machina circa centrum. Vbi notabis ipsam cæli substantiam non minus īmo magis in cētro ac penes ipsū q̃ in circūferentia esse ponendam. Conclusio tertia: sicut corpus circa animam/ sic anima uoluitur circa deum: uoluitur inq̃ tum perpetuo quodam naturaliq; instinctu/ q̃uis nobis occulto: tum meditationis studio & amore: tum uero & si non assidue quęlibet aīa ꝑmanet penes Deum/ quælibet tamen certo circuitu quandoq; redit ad deū. Itē siqua nō possit unico/ uel ītuitu cōtueri/ uel tactu tāgere deum saltē ītuitu tactuq; multiplici uicissim se uersat ī deū. Post hęc quærit̃: utrū idē rōnales aīę oēs efficiāt. Respōdet statī oēs semꝑ efficere: Oēs. n. ꝑpetuo quodā ītelligētiæ actu: q̃uis nobis occulto diuina mēte deoq; fruunt̃. Oēs rōnali quadā discursione idē uel agunt uel agere moliunt̃. Hic āt aīaduertes oēm actū ab alio termino ī aliū ꝓcedentē: etiā si fiat subito ac sine medio: motum posse uocari: Sic intelligētiā ex mēte diuina procedentē in ipsum deum/ motum/ & circuitum quodāmō noīabis. Actum uero ab alio ī aliud subito qdē: sed ꝑ medium ꝓcedentē: motum noīe magis proprio poteris apellare: hoc inq̃ motu intellectus animę per diuinum intellectum q̃si medium uertitur circa deum. Actū deniq; ab alio in aliud tū ꝑ mediū tū tempore trāseuntē: noīne maxime ꝓprio motum rite uocabis. Hoc rōnalis natura circuitu: tum in se uoluitur circa formas: tum ex se ad ītellectum suum: perq; hunc

ad diuinum: perq; diuinum ſe uertit ad Deum. Queriť deinde utrum corpora no
ſtra ſic ad reuolutionē animæ noſtræ/ ſicut mūdi corpus ad aíæ ſuæ ambitū reuol
uanť. Reſpondeť: corpus quidem ſolidū & cōpoſitum id minime facere: quia po
tius moueatur in rectum: tū quoniam quæ in eo ſunt/ extra locum ſūt poſita natu
ralem: tū quoniam ob indigentiam trahiť ad externa. Corpus uero cæleſte quod ē
in nobis occultū/ orbicularem ſui figuram ad figuram terreni corporis cui inſinua
tum eſt ab initio redegiſſe: cū hic exierit eam ſubito recepturum. Interea uero orbi
cularem motum quodāmō impediri. Poſſe q̄netiā tentari pro uiribus atq; agi: qua
tenus fert corporis terreni figura. At cum primum aía terrenū exuit corpus: quoli
bet aíæ nutu corpus illud agillimū ſimiliter agitari. Eſt. n. quaſi quidā aíę oculus:
ſed facilius aíæ nutu rotatur/ q̄ oculus noſter uiſualis uirtutis aſpectu. Subdit deū
cunctis ineſſe uelut centrum: ſuaq; uelut eſca mentes & aías ad ſe prorſus allicere.
Atq; has quidē nō tam notitia/ q̄ affectu ſe uertere circa deū: eodemq; affectu pro
uiribus ad idem conuertere corpus. Nō. n. notitia: ſed affectus eſt mouendi princi
pium. Illa. n. quaſi imaginaria: hic āt ſubſtantialis potius eſſe uidetur. Illa rurſus ī
ſe potius requieſcit: hic uero tranſferť ad aliud. Inter hęc ſi de motu ſtellarū quæſi
ueris: Plotinus cū Platone reſpondet: eas nō tantū a ſphæra moueri: uerū etiā pro
prio circa ſuum centrū motu uerſari. Quoniam quæ q̄ſi ſeiūctæ propriam ſubſtan
tiam uitāq; poſſident: motū quoq; propriū habeant. Moueri quidem ſtellę globū
ad aíę motum: ita ut quēadmodum aía circuit circa deum: ſic & globus circa ſuam
aíam reuoluatur. Vbi. d. aíam deo fruentem gaudio protinus exultare/ ſignificat
globum ibi cæleſtem nō tam aíæ cupiditate/ q̄ gaudio uolui. Sicut & animi noſtri
gaudio ſpūs dilaranť: mēbraq; geſtiūt. Quod autē dicit circuitum ibi fieri nō cōſi
lio: ſed neceſſitate naturæ: intelligе tū ipſū bonū neceſſario quodā tractu rapę aías
ituētes. Quoniā ipſū bonū quod oē bonū ē: íquo oís uolēdi rō cōtineť nolle nō
poſſit: tū quoniā aíæ id ituētes: nō cōſultēt/ deíde utrū eligāt nec ne/ & utrū ſic cor
pus aliter ue moueant: ſed primo ſubitoq; íſtictu appetant/ gaudeātq;/ & mouean
tur/ & moueant. Præſertim quoniam in qualibet mēte idem eſt eſſe naturale ſuum
atq; íntelligere: idē ferme íntelligere quod & uelle. Similiter ī uegetali natura quæ ibi
mētē ſeq̄ť/ idē eſt uiuere/ uiuificare/ mouere. Triaq; hæc tria illa neceſſario comitāť.

¶ Quot uires ſunt in aía mundi: & qūo ad orbem ſupiorum íferiores orbe mouē
tur: atq; ad circuitum infime cęlum deniq; circuit. / Cap. III.

Tertium libri caput hunc in modum ſupiora confirmat. Aía prima ī mundo
tanq̄ aíali ſuo regnās/ uitalē quidē uirtutē a centro uelut corde p totum pro
pagare uideť. Senſualem uero motricemq; a ſphæris ſupioribus uelut a capi
te incohans cæteris inde cōmunicare: rōnem exercere in ſe: mentem in mente diui
na. Quod quidem myſterium ab Orpheo uidetur acceptū. Iā uero quēadmodum
ſphęrā uidemus ſupiorē cōtinere íferiorē atq; mouere: ſic aíæ mūdanæ ſubſtātia ui
tā corpori ſuo cōícatā cōplectiť atq; circūducit. Similiť uires ī ipſa ſubſtātia uires ī
hac uita cōuoluūt. Eſt ī ipſa ſubſtātia íntellectus rō: imaginatio prima/ quę ſēſus pri
mus ē & cōis & oís. Quæ rōni cōiuncta ſæpe noíať opinio: ſicut & rō imaginatiōi
cōiūcta uiciſſim opinio nūcupať. Hęc rō hæc imaginatio ſua p tenatura tales ſunt/
ut officia ſua diſcurrēdo tēpore trāſigāt: niſi mēte corroboratę reganť. Suos tamē

q̃uis momento circuitus agunt: ſicut & radius uiſualis & quilibet momẽto ferme eodẽ foras emicat atq; reflectit̃. Ab hac igit̃ aíę mũdanæ ſubſtãtia/quę natura ſua dignitate naturæ ſepata ẽ a corpore/ nõ aliter mũdanũ corpus alitur atq; ducit̃ q̃ p uitã(ut diximus) inde corpori ꝑrſus addictã. Quæ qdẽ uita a ſupiori ſubſtãtia q̃tum ſubſtãtia eſt/hẽt ut alat/moueatq; alendo. Quãtũ uero illa ſubſtãtia eſt cognoſcẽs: hẽt rurſus ut imaginãdo cognoſcat. In hac itaq; uita officiũ genituræ ita cũ imaginatione cõcurrit/ut ſeſe mutuo moueãt. Sicut ad genituram parata eſt: ſic prorſus imaginat̃. Sicut uiciſſim imaginat̃/ita fit prõptior ad gignendũ. In nobis qdem uirtus eiuſmõi neq; paret ſupiori uirtuti noſtræ: eãq; laret agendo. Siquidẽ nõ tam inde q̃ a mũdi natura dependet: tũ qa cũ aía noſtra primũ deſcendit í corpus/corpus iam alia uita uiuit: tũ qa hæc uita corporis etiã ſi ab aía noſtra dependeat: cũ tamen euadat ꝑpria corpori/corpus uero noſtrũ ſit pars corporis uniuerſi/merito & ipſa uitã ſequit̃ uniuerſi. At uero í mundi uita & natura comitat̃ imaginationẽ ſibi cõiunctã/atq; uiciſſim: & uita hæc cũ uirtute ſimul utraq; ex animæ ſubſtantia prodit: & micat ex animę uiribus: atq; inde moueť. Sed quoniam uita hęc ſingula genitura eſt/imaginatur & ſingula. Atq; ut ipſum uniuerſi ordinem rite queat imaginari ducitur ab imaginatione priori rõnaliter ſingula cogitante: ut pote quę proxime ſit rõni coniuncta. Ratio uero uniuerſa uiciſſim cõtuetur/& ſingula. Intellectus deniq; in uniuerſis ſingula comprehendit. Quãobrem cæli motus in orbem ſequitur ſuæ uitę motum: quatenus eiuſmodi uita a ſuperiori uirtute ſubſtantiaq; uelut orbe comprehenditur & retorquet in orbem. Siquidẽ in qualibet ſphæra corporea/quęcũq; pars toti continua moueatur/ſecũ trahit & rotam/dum partes quidem âteriores motu propellit: & poſteriores interea trahit. Itaq; & ſphęra nimirum ſuperior motu ſuo uibrat inferiorem. Deniq; ſicut dũ animus noſter lętatur/ſuoq; modo mouetur opinione boni ſubito corpus pręſertim ſpiritus ſuo etiam modo q̃uis alio. s. locali mouetur: ſic & genitalis í mundo uita per imaginationẽ ſuã ab imaginatione rectam ſuperiore bono fruẽs atq; geſtiens & exultans: corpus ſubito ſuũ cõcitat ducitq; tripudio. Imaginatio quoq; ſuperior tum a rõne directa in bonũ: tum ipſa bono iam reperto congratulans: exultatione mouetur: cũq; circa bonum ſe uerſare deſideret: ipſumq; bonum ſit ubiq;: nimirũ chorcam agit ubiq;. Similiter agit & ratio ab bonum intellectu directa. Similiter intellectus bono proxime concitus. Sed quoniam bono proximus eſt: neq; dum agit ad ipſum formali quopiam ĩdiget medio/multoq; minus medio temporali: iccirco dum mouetur ideſt agit circa bonum/dicitur & parit̃ conquieſcere. In quo certe primus eſſe ſtatus exiſtimatur: per quem conſiſtit in primo: & iccirco quæcũq; dum mouentur/ſtare ſimul dicuntur in motu: quod eſt orbe moueri/id muneris ab intellectu nacta cenſentur. Sed argumentum iam hac animaduerſione concludet/ut memineris ſubſtantiam & uirtutem animæ ſuperiorem ſi cum inferiore uita uirtuteq; comparetur/tum centrum/tum circũferentiam iudicari. Cẽtrum quidem quantum ſuperior hæc ſtabilior eſt/atq; ſimplicior ab hac reliqua prodit/ad hanc appetitu reuertitur. Circũferentia uero quantum ſuperior/ proculdubio multis inferiorẽ gradibus uirtutis excedit. Quo quidem uirtutis exceſſu uelut ambitu quopiam ampliore ĩferiorem illam/ uelut angu ſtiorẽ ſupereminet/ & complectit̃ atq; conſeruat & ducit pariter atq; reducit.

# LIBER SECVNDVS DE MOTV CAELI

Motus cæli fit ab aĩa intellectuali/& fit in circulum:tum quia & aĩa & ĩtellectus circuitum quendã in ſeipſis faciunt:tum quia ad circuitum confert circularis figura cæli.

Cap. Primum

QVARE cælum mouet circulo? quia mentem imitat. Sed cuius nã eſt ille motus? aĩæ ne an corporis? Quid ergo? num quoniã aĩa in ſphæra eſt: atq; hæc circa ipſã ꝓcedere ꝓperat? Item nunqd eſt in ea quaſi non continua: an potius ita ut ipſa mota cõmoueat? At forſitan oportebat aĩam cõmouentẽ haud ultra mouere: ſed iam mouiſſe. Id ãt eſt efficere potius ut ꝓmaneat: neq; agitare ſemp in gyrũ. Forte.n. & ipſa ſtabit: aut ſi moueat non tamẽ loco mutabit. Quo igit modo mouet loco/cũ ipſa modo quodã alio moueat? Forſitan circularis motus nõ uideat alicui eſſe localis. Quod ſi ſecundũ accidens ſit motus eiuſmõi/qualis nã igit ꝑ ſe eſt hic motus? Profecto cõſpiratio quædã in ſeipſã conſentiens/ſuorũq; conſcia atq; uitalis/nec extra ullo mõ uel uſq; nec alio uergens: ĩ qua oportet cuncta cõprehendi. Quod.n. ĩ aĩali principale eſt/conprehẽdit ĩ ſe cuncta/ & cõflat in unũ. Nõ cõplecteť aũt uitaliter ſi quieſcat: neq; cũ habeat corpus ĩteriora ſeruabit. Et.n. uita corporis eſt motio quædã. Quod ſi motus eiuſmõi etiã ſit localis/ utcunq; poterit agitabit: Neq; tanq aĩa ſolũ/ſed tanq corpus aĩatum atq; uiuẽs: Adeo ut agitatio talis ex motione corporea ſimul & aĩali ſit mixta. Quippe cum corpus quidẽ ſuapte natura ferať in rectũ: aĩa uero cõtineat. Atq; ita ex utriſq; cõficiať motio quædã: ĩ qua ferri ſimul ſit atq; manere. Si ãt circuitus motio corporis eſſe dicatur/quo nam modo rite dicetur? cum omne corpus uel ipſe ignis recta motione feratur. Forte uero dicendũ eſt uia recta procedere: donec eo perueniat/ ubi eſſe eſt naturaliter iſtitutum. Vt enim ordine inſtitutum eſt/ita uidetur & manere ſecundum naturam & ferri in quod eſt ordinatum. Cur nam igit non ꝙeſcit ignis/poſtq; fuerit ſedem propriã cõſecutus? Nunqd quoniam ipſa natura ignis eſt in motu uerſari. Itaq; niſi uoluatur/nimirum diſtractus in rectum ꝓtinus diſſipabit. Reſtat igit ut agiteť in orbẽ. Ar uero id iam eſt ꝓuidentiæ munus. Eſto id quidẽ: Nã & ipſe ignis in ſeipſo eſt ab ipſa ꝓuidentia poſitus. Quapp ſi ibi fiat/ ex ſe circulariter reuoluetur. Aut forſan ſi rectũ cupit motũ/ubi non habeat ultra locum ad quẽ ferať: neceſſario quaſi circũlabẽs/quibus ĩ locis põt/ iam reuoluit. Nullus.n. huic ultra ſeipſũ patet locus. Hic nãq; ẽ locus extremus. Itaq; circũcurrit ea ĩ ſede quã poſſidet: imo ipſe ſui ipſius ẽ locus/ ſic naturaliter inſtitutus/nõ quidẽ ut maneat/ſed ferať. Proide ĩ circulo centrum quidẽ natura quieſcit: Exterior uero circũferentia ſi quieſcat: centrũ erit ingens. Potius igitur aderit circa centrum/corpori uidelicet uiuenti/atq; naturaliter ſe habenti. Sic.n. ad ipſũ mediũ nutu continuo conſpirabit: non uidelicet conſidẽdo: alioqn orbẽ ꝓderet/ ſed quando id nõ ualet/ſaltem circũuagãdo. Hac.n. rõne dũtaxat appetitum ꝓrſus exple bit. Quod ſi anima circũuoluat: nũq; defatigať: neq;.n. uel ipſa trahit: uel corpus ꝓter naturã agitur. Id nãq; ipſũ natura eſt quod ab aĩa uniuerſi eſt ordinatum. Preterea mundi aĩa ubiq; exiſtens non diuiſa ꝑ partes/ſed ubiq; tota/dat & cælo ut & ipſum quoad poteſt ſit ubiq;. Põt ãt duntaxat ex eo ꝙ ꝓtranſeat progredia

turq; ꝑ oĩa. Quieſceret ſane ipſum/ſicubi quieſceret aĩa/cum tandem ad aĩam ꝑue niſſet. Nũc uero cum aĩa ipſa quã appetit/totã ſe ꝑ totũ fũdat:nimirũ ipſũ quoq; paſſim ſequitur aĩam: Quid igitur an nunq̃ aĩam aſſequetur? Forſan uero ſic eam ſemꝑ aſſequitur:ĩmo ipſa potius cælum ad ſe ſemꝑ agens: ſemꝑ agendo/ mouet & ſemꝑ. Nõ alio quidẽ mouẽs/ſed ad ſeipſã & ĩ eodẽ/nõ quidẽ in rectũ:ſed circulo ducens. Ideoq; tradit illi/ut quocunq; ꝓuenerit/ibi repiat ipſã. Quod ſi quieuerit aĩa/tanq̃ hac dũtaxat illic manente/ubi quodlibet requieſcit/conquieſcet & cælum. Si ergo non alicubi tantũ ẽ aĩa:ſed ubiq;:nimirũ ꝑ omnia mouẽ cælũ. Cũq; non feratur extra/merito retorquetur in orbem.

Soluuntur quæſtiões: quomodo moueatur anima & corpus hominis. Rurſus quomodo cælum in circulum. Cap. II.

CAetera uero quanã rõne mouenẽ? Profecto nõ quod quodlibet ẽ totũ:ſed pars unũquodq; & ꝓprio loco cõtentũ. Cælũ uero totũ ẽ ac ueluti locus/ neq; qcq̃ ꝓhibet. Ipſũ.n.ẽ uniuerſum. Quo igiẽ mõ mouẽtur hoĩes? Forte qua rõne a toto depẽdẽt/pars ẽ unuſqſq;. Qua uero ipſi nos ſumus/qlibet totũ eſt ꝓpriũ. Itẽ ſi ubicũq; ſit corpus/repit aĩam: qdnam cogitur ꝓuagari? Forte quia neq; ſolum alicubi uiget aĩa: neq; ſolũ alicubi eã aſſequi corpus affectat. Si ãt potestas aĩe circa medium uiget/hac etiã rõne fit motus ĩ circulum. Medium uero non eadem rõne in aĩa: qua & in corpore ẽ ponendum. Sed in aĩa quidem medium eſt a quo alia dependet uita. In corpore uero mediũ eſt conditione locali. Quãobrẽ proportiõe quadã mediũ hic eſſe oportet. Vt.n.ibi: ita & hic medium eſſe debet: Quod quidẽ dũtaxat mediũ eſt corporis atq; huius q̃dẽ ſpheꝛici. Nã ſicut illud/ ita & hoc circa ſe ipſum. Quod ſi ita eſt/anima rurſus reuoluitur circa deum: affectatq; complecti: & utcunq; põt circa ipſum ſeſe habet. Cuncta.n.a deo depẽdẽt. Quoniã uero nõ ꝓmanet penes ipſum/ſaltẽ ſe uerſat circa ipſũ. Cur nã igitur nõ oẽs id efficiunt? Immo uero quælibet ubicũq; ẽ/id agit. Sed cur nã corpora quoq; noſtra idem minime faciunt? Quoniã uidelicet adiunctũ eſt quod recta motione progrediẽ: Et impetus inſup ad alia uergunt. Quod rurſus ſphæricum ẽ ĩ nobis/ in orbẽ facile retorqueri nequit. Terrenum nãq; iã euaſit. Ibi uero cõſequiẽ quod tenue ẽ & facile mobile. Qua.n.rõne quieſcat nõ ſatis uideo/quocunq; motu aĩa moueaẽ. Forte ĩ nobis etiã ſpiritale corpus quod circa aĩam ẽ diffuſum: efficit idẽ. Si.n.ẽ deus in cunctis: oportet aĩam cum illo cõgredi cupientẽ/ſeſe fundere circa ipſum. Non enim ẽ duntaxat alicubi. Proĩde Plato ſtellis non ſolũ attribuit motum una cum toto orbicularem/uerũ etiã ſingulis motionẽ circa centrũ ꝓprium reuolutam. Quilibet.n. globus ubicunq; ẽ deum quodãmõ circumplectens/ꝓſus exultat/nõ utiq; cõſilio quodã: ſed naturali quadã neceſſitate cõmotus.

Confirmantur ſupiora: quoniã aĩa mundi ꝑ ſupiorem eius uim in orbem retoquet inferiorem: Rurſuſq; ꝑ inferiorẽ rotat cælum. Cap. III.

IDem hac inſup rõne conſidereẽ. Poſtrema q̃dem uis aĩę a terra exordiens/ ſeſe fundit ꝓ uniuerſum. Vis ãt aĩæ ſẽſualis/& quę opinantẽ poſſidet rõnẽ penes ſuperiora uiget ĩ ſphæris/incubans inferiori potentiæ: atq; ex ſeipſa

uim huic porrigẽs uitalẽ magis atq; uiuificã. Agitaẽ igiẽ hæc ab illa circulariter cõ plectẽte totiq; insidente/q̃tũ ipsius recurrit ĩ sphæras. Itaq; cũ illa hanc circulo cõ prehendat/merito hẽc connuens reflectiẽ in seipsam. Huius uero reflexio corpus una cui est ifusa/contorquet. In sphẽra. n. q̃tacũq; pars moueaẽ/si mõ permanens moueaẽ/sphærã in qua est/necessario concutit: Vnde motus sphærę ꝓcedit. In nostris. n. corporibus quãdo moueẽ aĩus/ & si lõge aliẽ moueaẽ/ uelut letitia gestiẽs opinione boni/motus inde corporis etiã localis efficiẽ. Illic igiẽ aĩa euadẽs bono proxima/effectaq; sensu sagacior moueẽ circa bonũ: corpusq; pro natura sua secũ dum localẽ concitat motionẽ. Sensualis uirtus a supiori rursus cõcita/ipsaq; suum ꝓcipiens bonũ: secũq; congratulans id prosequiẽ: cũq; id ubiq; sit/merito se ꝓ oĩa confert. Intellectus aũt quidnã agit? Sic certe moueẽ. Manet. n. simul atq; moueẽ. Nã reflectiẽ in se ipsũ. Rõne itaq; simili uniuersũ circulo moueẽ simul & ꝑmanet.

Summa libri. Spẽs & singula in spẽbus generari ꝓcipue a uirtutibus seminalibus in spẽbus & singulis: Cęlestia uero materiã aliter/aliter ue disponere.

POrphyrius ĩ uita Plotini scribit: eũ cum diligentem opam astrologiæ dedisset/deprehendisse/astrologorũ iudiciis non esse credendũ. Eaq; tũ sermone tũ litteris sæpe cõfutauisse. Quod quidẽ in libro de fato atq; ĩ libris de prouidentia fecit. Sed ĩ hoc deniq; libro/Vtrũ stellæ aliqd agant/diligentius effecisse uideẽ. In quo sane Plotini cõsilium est/iprimis asserere/quęcũq; natura gignunt/ atq; mouent: præcipue fieri atq; duci tũ a seminariis rõnibus uniuersę naturę: tum a rõnibus plurimũ seminibusq; ꝓꝑtiis/uniuersę naturæ minime dissonãtibus. Iõq; disputat: neq; stellarum influxus naturasq; dũtaxat/tanq̃ nimis uniuersales: neq; ꝓsẽtes cęlestiũ inter se habitudines/uelut mobilissimas rursusq; cõmunes singula hæc proprie facere: sed ĩterdũ forte significare/ & id quidẽ ita/ut ex inditis ualde cõibus atq; confusis coniectura sit fallax: & iudiciũ contigat incertũ. Oportet profecto tũ cõia distingui ꝑ propria: tũ mobilia regi duciq; ꝑ firma: aut saltẽ ꝑ firmiora quædã: ne passim res casu contigant. Fatetur aũt ꝑ quotidianũ cõcursũ cęlestium inferiorũq; causarũ/res dũ sunt qualitate mutari nõ spẽ. Similiter quoq; per artem atq; usum. Rerũ uero nostrarum cãs partim ĩ supiora: partim in ea quæ circa nos sunt: partim ĩ consiliũ & usũ occasionemq; refert. Existimat ꝓterea: sicut corpus ab aĩa regiẽ/sic aĩam ab intellectu regi: possecq; hanc intelligentiæ munere a cõmunibus fati fortunæq; impulsibus liberari.

Natura planetarũ nõ est malefica: neq; mutabilis mutatione loci: Neq; ex eorũ radiis & moribus naturalia ꝓcipue generantur: sed ex propriis ubiq; naturis & cõmuni natura.

Cap. Primum.

IN primo igitur capite narrat quẽadmodũ astrologi/nõ oẽs inq̃: sed multi putant a uiribus moribusq; stellarum & significari & fieri singula: tum ad externa tũ ad corpus/tũ ad aĩum actionesq; animi ꝓtinentia: siue bona honestaq; sint: siue mala rursus & turpia. Tu uero memẽto nõ auctores quidẽ ipsos astrologię ꝓcipuos hęc tradere: sed plebeos quosdã astrologos astronomiæ prorsus ignaros/talia diuulgare. Aĩaduerte ꝓterea Plotinum stratim

a principio forſan gratia diſputandi concedere/ ſignificari quædam motu cæleſti non oía: fieri quoq; inde multa/non oía: & quæ ſignificanť uix poſſe diſcerni. Inter hæc dū narrat/in duobus deridet aſtrologos. Primo q̄dem quod aiunt: ſtellas pro mutatione locorū & aſpectuū mutare naturas. Qualis certe mutatio nec in rebus quidē terrenis quæ mutabiliſſimæ ſunt ex ſola mox mutatione locorū atq; intuendi diuerſitate ſolet accidere. Secūdo q̄ aiunt ſtellas & quę optimæ ſunt effici malas: & quæ benefico fungunť prouidentiæ munere hominibus īnocentibus ſæpe nocere. Deteſtatur īprimis/q̄ cū ſtellę oēs aīatę ſint/& ītelligētia præditæ deoq; obſequanť ad nutū: quod Ptolemeus ipſe fateť: alias tamen bonas: alias uero malas apellare nō dubitent. Item quod planetas etiā quos apellant malos: tamen aſſerant ſępe bona largiri. Ceu Saturnum quidē & nónunq̄ ſtabilire bona quę tribuūtur ab aliis: & ipſū in ędē uel exaltatione ſua poſitū prodeſſe Saturniis. Et Martem animi magnitudinē fortitudinēq; præſtare: & cū aliis noceat: parcere ſuis. Deridet iterum q̄ planetas quos apellant bonos nocere aliquādo fateanť. s. & Venerem Mercurio mixtā obeſſe prudentiæ. Et Iouē Marti coniunctum tyramnidē cōſtituere. Tum uero planetas ſic aiunt uel ſe uiciſſim aſpiciēdo uel nō aſpiciēdo mutari/ ut mirū ſit res ętternas uſq; adeo ex actu tam exiguo p̄mutari. Sic opinanť/ Lunam ſi Mercuriū aſpicit/appetitū præbere rōnis legibus obſequentē: ſi nō aſpexerit cōcupiſcentiā effrenatā: præſertim ſi Venerē aſpiciat īterim aut Martem. Deridet q̄ Mercuriū dicant dum aſpicit Saturnū aut Martē. Martiū Saturniūq; euadere: mox aſpiciendo Iouē/ effici Iouialem. Quaſi Cameleontis inſtar nihil habeat p̄prię conſtantiſq; naturæ: cum tamē res apud nos nulla adeo ſit incerta p̄ſusq; mutabilis. Mirať præterea quo pacto uerum ſit quod tradunt: intuitum quoq; inter ſe planetarum adeo inſtabilē eſſe/ ut quotiens alia ſe figura conſpiciunt: intuitus ille cogatur mutare naturā. Quāta certe mutatio ne ī noſtro q̄dem ītuitu p̄uenit: dum nos mutuo nūc ex alio: mox ex alio ſitu conſpicimus. Conceſſurus tamē uideť: pp uarios aſpectus ſiderū & ſi minus ī illis: tamen ī rebus naturalē aliquā uarietatē poſſe contingere. quod inq̄rimus in libro de uita. Deniq; q̄ uolunt ex cūctorum cæleſtiū radiorū confuſione formā uirtutēq; in radiis ipſis ſimul iunctis effici nouam: eāq; aliter/ & aliter differentē pro diuerſitate temporū & locorū. Quēadmodū ex diuerſis ſimul liquoribus forma fit una. Id Plotinus iccirco damnare uideť quod radii neq; corpora ſunt ſicut liquores: neq; qualitates ī corporibus ſicut naturæ liquorū. Sed actus q̄dam ſtellarū uitales atq; ſenſuales: ceu uiſuales q̄dam radii ex ſtellis uelut ex Argi cæleſtis oculis emicantes: & cōſpicientes mirabiliter oía: q̄ in nullo foris ſubiecto qualitatum more ſuſcipiunť: ideoq; neq; inficiunť inde: neq; e priori habitu p̄mutanť: neq; igiť in cōem cūctis formā aliā cōmutanť. Sicut neq; & radii uiſuales aīalium multorū nocte uidentiū uel ſubiecto alicui reddunť pro prii: uel multi ī unam formam inuicē confunduntť. Sed q̄uis Plotinus aſtrologos hucuſq; non probet: p̄babit tamen forte ſi dixerint ex radiis paſſim diffuſis: & ſi nulli uſq̄ ſubiecto p̄priis: q̄litates tamen iam p̄prias p̄creari: ſicut ex lumine calor: eaſq; in unā in ſubiecto redigi formā. Atq; ſicut ī cōmixtione liquorū tanto citius noua fit forma/ q̄to potentior eſt cā quæ cōmiſcet: ita ſubito ex cōi radiorū cōcurſu ſubiectis tribui q̄litates: eaſq; in unū cōciliari: q̄a & cauſę ingentes ſunt atq; potentes: & motus efficaciſſimus atq; celerrimus. Concedet q̄dem Plotinus q̄litates in formam unam eiuſmodi concurrentes ab una quadā cā ſtabili p̄ſus & ubiq;

uigente perduci/uirtute uidelicet seminaria: quæ uiget in mundi uita: ne uel fortui to uel instabiliter ꝑueniat̃ ad unum. Radios ãt aliter uel aliter confluentes/aut materiã aliter aliter ue afficere/aut agentẽ cãm. i. seminariã rõnem ad effectum ꝓpriũ prouocare. Neq; posse tamen ex radiorũ confluxu/q alio momẽto semꝑ est alius/ nouã formam ex pluribus effici/quę certo indiget tẽpore/sed forsitan inchoari: talemq; perfici: non q̃lis duntaxat est ille confluxus/ sed q̃lis etiã præcedens materiæ dispositio. Ac deniq; q̃lem pro eiusmodi conditione decernit rõ seminalis/ tum ꝓpriæ/tum uniuersæ naturę. Deniq; qũocunq; se res habeat de futuris difficile admodum iudicabit̃. Nã si nobis occultum est qd noui ex cõmixtione naturalium oriatur/ quæ quotidie ꝑtractamus: multo nimirũ occultius erit/ qd nouę cõmunionis & formę radiorum iactu cõfletur. Profecto cum fateantur ex duorum cælestium radiorum coitu aliud q̃ ex unius tantũ radii iactu confici/fatent̃ & proculdubio ex quadã planetarũ oĩum copula aliud effici q̃ e duobus. Itaq; & aliud longe diuersum ex oĩum stellarũ confluxu contigere. Sed q̃to plures ad agendũ causæ confluũt/tanto iudiciũ difficilius: qa neq; causę oẽs comprehendunt̃: neq; si comprehendant̃: statim ꝑpenditur/qd noui præterea conficiatur ex cũctis. Præsertim cum ad iudicandum nõ tantũ cęlestium/sed etiã elementalium causarum/ rerumq; contigentium confluentiã oporteat circũspicere: quod etiam Ptolemeus fatetur & pręcipit.

Quomodo cęlestia significent etiã quæ non faciunt: cælestia sunt aĩata. Multa sunt quę nõ possunt cælestibus corporibus motibusq; fieri. Cap. II.

IN secundo capite tractat a cælestibus non oĩa fieri. Siue. n. inaĩata sunt non facere quæ ad animã proprie pertinent: siue sint aĩata: diuina uidelicet aĩa/ non facere mala. Esse qdem aĩata cælestia auctores nobis astronomiæ cõcedunt: præsertim Ptolemeus & Abumasar atq; Zaeles. Quod & Hali cõfirmat deridens illos ex sententia Ptolemei: q diffidũt cælestia uiuere/ꝑꝑea ꝙ nõ more aĩalium nostrorũ uagabunda ꝑerrent. Ait. n. una cũ Ptolemeo: aĩalia cælestia optimũ tenorem motus semel electũ perpetuo cõseruare. Similiter Aratus atq; Mallius arbitrant̃. Intelligebant arbitror illa si mõ in aĩam agant non posse ĩ illam agere/nisi ꝑ aĩam/& eam sane suꝑiorem: rursus si ꝑ illa nobis significent̃ aliqua quæ ad cãm corporeã referri non possunt/non aliter id fieri posse/nisi in cęlestibus aĩs descripta sit rerum series futurarũ: quã nobis quãdoq; stellarum q̃si oculorũ nutibus explicent Quã Plotinus explicationẽ/si quãdo fiat ĩ multis etiã fieri opinat̃: quorũ nõ stellę: sed nos nostriq; cã futuri sumus. Neq; uero ubi signa sunt/ cõtinuo sũt/ & causę: sicut neq; propitius paterni oculi nutus in filium/ beneficii cã est futuri/ sed signum. Sic ergo quãdo per Mercurium certo modo positum astrologi natũ sapientem fore prædicunt: corpus ipsum planetę: non est cã sapientiæ. Quod. n. non facit aĩum/neq; rursus sapientiam efficit animi propriam. Sed & uelut in cã simul atq; signum nobis indicat corpus nascentis fore ad obsequm sapientię tẽperatum. Et tanq̃ signum portendit aĩum (ut Platonice loquar) in corpus eo tẽpore descendentem: familiarem esse Mercurialis animi atq; numinis: & Mercuriali quodam uel simili dęmone gubernari. Porphyrius qdem ait: Qualem qs dęmonem nactus fuerit/cogniturũ/si figurã suæ generatiõis agnouerit/ & qs ĩ ea domiator

extiterit. Qui uero præcipuus ſit dominus in figura & ſi non nulli cognituros ſe ꝑfitenẽ. Porphyrius tamen ĩ quæſtionibus ad Anebonẽ Cheremonis aſtronomorumq; aliorũ teſtimonio eſſe dicit incertũ. Siqui uero negent corpora cęleſtia uiuere: fateri cogenẽ corporeas eorũ naturas nõ aliter aliqd apud nos efficere/q̃ elemẽtaliũ corporũ miniſterio. Iõq; ſolas corporum q̃litates afferre: ultra uero nequaq̃. Sed neq; etiã oẽs corporum q̃litates: Sicut. n. ĩ arte forma opis artificioſa: & ſi fieri uideẽ per iſtrumentũ: efficiẽ tamen ab artificioſæ ĩtelligentiæ forma: quam ſolã & imitaẽ: ſic & formæ rerũ naturaliũ pluſq̃ artificioſa rõne diſpoſitę: non tã cæleſtiũ corporũ uel moles uel q̃litates/q̃ animorũ cæleſtiũ notiones imitanẽ atq; ſecunẽ. Iam uero nec calor ĩ aĩali cibũ redigit in uitę formam/q̃tum calor eſt/cuius officiũ eſt diſſoluere: ſed q̃tum ductus a uita: neq; calor humorq; in mũdo uel alia q̃litas certo quodã ordine opus ad finẽ peragũt electiſſimum! q̃tenus uel ſuapte natura uel cæleſtis molis trahunẽ impulſu: Sed q̃tenus ab ipſa motorũ cęleſtium rõne: in ſe & inter ſe tẽpanẽ: & ad præſcriptum finẽ cõmode dirigunẽ. Quãobrẽ Plotinus ait: ſingulorum cęleſtium defluxum eundem eſſe. s. & qua rõne corpora ſunt: eſſe ubiq; corporeũ: & qua ignea/calore fouentẽ. Quãuis alię pręterea ſtellæ cũ calore adducant humorẽ: aliæ raritatẽ: aliæ aliquã denſitatẽ: aliæ celeritatẽ: alię firmitatẽ: cæteraq; ſimiliter. Hinc ergo & cõi conditione ſtellę oẽs quodãmõ calefaciunt: & rõne propria quæ humefacit: & quę rarefacit: humefacit ſemper uel rarefacit: q̃uis qcqd inde uel cõi uel propria fit rõne/magis minus ue alibi fiat & alibi: Non alia igiẽ inde uarietas prouenit q̃ in qbuſdam materiæ q̃litatibus accidentibuſq; duntaxat & gradibus accidentiũ. Varietas ãt figurarũ ſpecialiũq; formarum atq; uirtutum/non erit præcipue ex naturali intentione cæleſtiũ: Sed q̃tum ad illa ꝑtinet casu contiget: aut ſaltem dabiẽ aliunde. Quod. n. artificioſa fit rõne/ſolum ab arte fit & rõne uiuente: præſertim ſi uiuat & ipſum. Neq; uero concedemus aſtrologis ſiqui dicant: ſtellarum qdem fixarũ corpora ſpeciales rerũ tradere differentias. Planetarũ uero quotidianas conſtitutiones afferre differentias ſingulares: etiã ſi aĩam cæleſtia nullã habeant. Stellarum nãq; fixarũ corpora largiri qdem poſſunt/alias paſſim corporum q̃litates/Sic uniformes quẽadmodum & ipſa ſũt uniformia. Figuras uero ꝑprias ſpeciebus ordinemq; ad finẽ ita demum tribuere poſſunt/ſi animam habeant atq; mentẽ. Pręſertim qa ĩ multis herbarũ lapillorũq; ſpẽbus pretioſorum uires quędã ſingulares inſunt: qbus mirabiliter agant in ſpũm: perq; ſpũm dotes quoq; aĩo miras uideanẽ afferre. Tantũ uero muneris nequeũt corpora hęc a corporibus dũtaxat cęleſtibus: ſed ab eorum animis accepiſſe. Iam uero ipſa ſtellarum corpora multo minus eas nobis differentias iferre poſſunt: quæ ad artes & fortunas & neceſſarios ꝑtinẽt. Sicut. n. nulla tui corporis natura fit: Sic & cæleſtis corporis nulla natura: ut Theologus ſis potius q̃ orator: & certo tempore prætor inſcius deſigneris: & patrem talẽ habeas aut fratrem. Sed horum cauſas alibi prorſus inueſtigare compellimur. Deniq; ſtellæ omnes & a rebus infimis longe ſegregatæ ſunt & inter ſe ualde diuerſæ: & quicquid inde hucuſq; diffunditur: accidẽs eſſe uidetur. Quoniam uero ad generandam apud nos ſubſtantiam/ ſubſtantiali opus eſt cauſa: & ad perfecte generãdam cauſa proxima/ & ad uiuam omnino uiuente. Item ad concilianda in unum agentia inter ſe diuerſa duce cõmuni nimirũ exiſtimamus uitam unam ubiq; regnare/ præcipue faciẽtem oĩa: atq; ad id cæleſtibus & terrenis inſtrumentis utentem.

¶ Planetæ non mutant naturam loco: neq; mali fiunt. Item confutantur quæ astrologi dicũt de angulis/domiciliis/ꝓprietatibus planetarũ. Itẽ tractatur qũo significatio fiat: iudiciumq; fallatur. Cap. III.

CAput tertium eadem ita proseqtur. Admittẽt forsan astrologi planetas quidem uiuere: nec malos esse natura: sed ex quodã signorũ gradu/& quadam inter se conspiciendi figura sæpe maleficos effici: atq; una cum loco mutare naturã. Id aũt quinq; de causis improbatur. Prima: quoniã gradus ille signorũ saltẽ/& ille iterum q sic aspicitur foret natura malus: si planeta uel ĩ eo gradu positus/ uel planetã illum aspiciens malus euaderet. Hunc tamen fatẽtur nullum cælestium naturaliter esse malum. Secunda: si gradus figuraq; eiusmõi malum natura ĩ se hẽret/ planetæ oẽs ĩ eo gradu eaq; figura cõstituti mali similiter redderentur. Quod tamẽ astrologi non concedẽt. Tertia: nẽpe quærẽdum est/quo pacto possit planeta hic aut ille ĩ diuersis gradibus diuersus euadere: adeoq; diuersus: ut sit maleficus. Primo qdem planeta nullus est ĩ gradu zodiaci: sed longissime distat: ut etiã si forte noxius foret ille gradus/planeta non adeo illhic infici possit. Deĩde ubicunq; sit/ est in cælo. Cęlum corpus est optimum: diuinitati q̃ꝓximum. Itaq; pars unaquæq; cæli optima est ꝓrsus atq; diuina. Quarta: cum cælum sit plurimum uniforme: motusq; localis/nõ necessario terrenum mobile soleat natura mutare: ridiculum ẽ planetã in alia rursusq; alia cęli plaga aliã subire naturã: pręserti & subito cum sit substantia potens atq; sempiterna: & ĩ malum cum ubicunq; sit/necessario sit in patria uiuente diuinitus. Quinta: absurdum quoq; dictu est: quod aiunt planetã cum est ĩ angulo/aliã hẽre naturã: aliã cũ declinat ab ãgulo. Eodẽ nãq; tẽpore planeta idẽ nobis est angularis: longinqs uero nationibus est declinãs/atq; e conuerso. Diuersas igitur eodẽ tẽpore naturas hẽret. Quattuor astrologi fingunt angulos in figura cęlesti: ĩ oriẽte: ĩ occidente: ĩ medio sursum cęlo: atq; deorsum. Atq; angularem planetã dicunt/ quãdo ad qnq; uel saltẽ ad tres utrinq; signi gradus tenet angulũ: ut puta ipsum orientis punctũ: uel occidẽtis: uel medii utrinq; cæli. Ipsum inquã punctum/aut certũ spatium ꝓpe punctum. Mox uero cum inde ꝓgreditur/cadere ab angulo dicunt. Martem pręcęteris horrent ĩ angulis: pręsertim ĩ occidente. Saturnum quoq; nõ eligunt angularẽ. Cum.n. noxios opinentur/ne potentiores sint: non censent ĩ angulis collocandos: nisi forte Saturnus ĩ ascendẽte Aquario sit domicilio suo uel Libra exaltatione sua præsertim in natiuitate diurna. Saturnũ igitur ĩ duodecima figuræ domo: Martẽ uero in sexta constituunt. Noĩant uero duodecimã cæli plagã: quæ partẽ antecedit orientalẽ: ipsãq; duodecimã uolũt esse cadentẽ. Cum tamẽ re uera surgat ĩ altũ. Sextã uero nominãt quę uidetur ab occidẽtis ãgulo cadere. Mitto nũc alia. Sed ꝙ Saturnũ qdẽ ĩ duodecima: Martẽ uero ĩ sexta cõstituũt: Sibimet repugnare uidẽtur. Sic.n. eos ĩter se oppositos faciũt. Quorũ oppositionẽ solẽt acriter detestari. Adde/ꝙ ita sextam domũ/q̃ morbi significantur/tum oppositione Saturni: tum præsentia Martis infestant: ut morbi oẽs sint incurabiles. Omnino uero cum a fortissimo ad debilissimum absq; medio transire rõ nõ ꝑmittat: nemo dicere audeat/planetam si in angulo sit fortissimus. mox fore post angulum debilissimum. Pręterea cum sidus quo diutius agit ĩ nos/eo & absolutius agat. Signum uero quod duodecimum nominãt diutiorem sup nos moram/ quã ascẽdens ãgularis particula traxerit: fateri cogentur magis in nos agere q̃ ascendẽs.s. angularis.

Quod tamẽ fateri nõ ſolẽt. Rurſus cũ planetã uel ſignũ ĩ medio cælo Ptolemeus dicere ſoleat potentiſſimum: quo nam pacto Zaelis illud uerũ erit? ſcilicet aſcẽdẽs eſſe fortiſſimũ: quod ꝑcul diſtat a medio. Quinimo duodecima cæli plaga ſimul atq; undecima: quæ inter aſcendens mediũq; cælũ mediẽ ſũt/uidebunt̃ forte potẽtiores: quo ꝑpinqores ſunt medio: ſi mõ mediũ ſit fortiſſimũ. Præterea cũ lumina dicant in duodecima & octaua terræ ſimul & aquæ uaporibus obfuſcari/& iccirco debilitari: ita.n. octaua ferme eſt occidenti/ſicut duodecima orienti ꝑpinqua: dicere etiã cõpelluntur multo magis in angulis orientis & occidentis obtenebrari: magiſq; terrenis paſſim obſtaculis ĩpediri. Sed neq; unq̃ aſſignare rõnem poterũt cur angulũ quẽlibet plurimi faciãt qui & fugaciſſimi ſunt: & uix ad nos ꝑtinere uidẽtur. Cæterę uero partes ad nos diutius attinent. Trigita.n. gradus quęlibet occupat/Quid uero? ꝙ cũ angulos admirenť/ planetas interim quos putãt eſſe benefi cos/alibi q̃ in angulis gaudere confirmant? Solem ĩ nona. Lunã in tertia. Iouẽ in undecima. In qnta deniq; Venerẽ. Nonã uocant quæ cæli mediũ ad nos ſup terrã ꝑpe præcedit/aliquantũ uerſus occaſũ. Vndecimã/quæ mediũ mox ſeqtur uerſus ortũ. Tertiã: quæ cæli mediũ ad nos ſub terrã ad ortũ ꝑpe pręcedit: Quintã quæ mediũ e ueſtigio ſequiť: & occaſui propinqor eſt q̃ mediũ. Nonã qdẽ/magnæ religionis ędem. Tertiã uero minoris apellant/& deũ atq; deã: neq; tamen ſũt angulares. Vndecimã ſpei & amicitię fundamentũ. Quintã gaudii ſedẽ atq; filiorum. Mitto ꝙ dũ ſolẽ quidem in nona: Lunã uero ĩ tertia gaudere uolũt/ iterim oppoſitos faciunt oppoſitionẽ uero formidare conſueuerunt. Mitto ꝙ cũ Mercuriũ dicant gaudere ortu potius q̃ occaſu. Venerẽ uero uiciſſim occaſu potius q̃ ortu lætari. Gaudere ſimul eos ac merere pariter fatebunť. Nã planeta dũ aliis hoĩbus oritur: aliis occidit/atq; ecõuerſo: cũ orientis angulum eſſe uitę incipientis angulum arbitrenť: uitęq; mors ſit oppoſita: Cur nõ angulũ occidentis orienti oppoſitum morti deſignant? Huic.n. aſſignant octauã ſedẽ occidenti ꝑpinquã: eãq; Saturno cõmittunt/Sed cur etiã primã domũ/uitæq; originem Saturno cõmendant? q̃ſi in manu eius ſit mors pariter atq; uita. Sed uideo quo cõfugient. Saturno planetarũ primo primã attribuent domũ. Ioui planetarum ſecundo ſecũdã/aſcendẽti ĩ oriẽte ſigno e ueſtigio ſuccedẽtem. Marti tertiã. Quartã Soli. Veneri qntã. Mercurio ſextã: Septimã deniq; Lunę. i. ſignũ in occidẽte locatũ. Rurſũ igiť a Saturno exordium planetarũ repetent in octaua. Sed cum iterũ poſt Saturnũ nonã Ioui tribuerint. Marti decimã: Soli undecimã: Veneri duodecimã: nihil iam erit reliq/ quod Mercurio Lunęq; ſucceſſione ſimili dedicent. Quorũ tamẽ duorũ effectus manifeſtiſſime oĩum poſt Solem apud nos apparent: niſi forſan aſcendens iterum ſicut Saturno ſic Mercurio/ Lunæq; accomodent. Quod fingentis erit potius q̃ docẽtis. Proĩde cur ætates hominis iã nati nõ eodẽ tenore deſignãt? Nẽpe ordine conuerſo/primã Lunę: ſecũdã Mercurio deſtinãt: ſimiliterq; deĩceps. Verum.n. uero hæc oĩa ꝑbella ſunt: ac pęnitus arbitraria: nullis oĩo rõnibus cõfirmata. Similiter arbitrarium eſt: ꝙ Mercurium quẽ facile ad malũ ſicut ad bonũ cõuerti putant: in loco uitæ exordiẽtis uelut in gaudio collocãt/cur non ſolẽ potius: aut Venerem: aut Iouẽ? Cur item Mercuriũ & rõnis auctorẽ ſimul & ad malũ adeo lubricũ arbitranť? Sed fruſtra ab iis rõnẽ diutius hac in re uel illa requiro: qui nulla unq̃ rõne ſæpiſſime uero ſimilitudine quadã imaginaria & inani cõpatiõe nituntur. Quis nõ uideat eos inepte nimium compare? cum Saturnum ꝙa ſit altiſſimus planetarum

significetq; tenebras & absentiã: signo accomodent ascẽdenti. Nã & ꝑꝑ altitudi
nem cõuenit ei medium cælum potius q̃ ascendens: & ꝑꝑ tenebras & absentiam:
cũ Saturno cõgruunt potius signa sub terra q̃ e terris ascendens. Iã uero puerile
nimiũ est: Saturnũ iccirco portẽdere nobis rei alicuius absentiã: qa ipse sit distãs:
ꝑinde ac si Luna stultitia simili referat rem præsentẽ: qa ꝓpĩqua: mediiq; planetæ
gradu simili medias. Neq; minus insanum est/tenebras assignare Saturno/q innu
meris ingẽtibusq; stellis q̃proximus/mira necessario cunctarum luce coruscat. Po
tius uero fatendum est/oculum ĩ eius lumine iudicãdo decipi/ q̃ minus lucere Sa
turnum. Summatim uero ĩ omnibus (ut dicebam) ad inanem mox similitudinem
confugiunt/nulla causarum habita ratione. Cur nam ascendens ab oriente sidus
prĩcipium uitæ significat? Quia simul & e tenebris terræ sidus emergit: & e tene
bris alui natus egreditur. O uanum ꝓrsus machinamẽtum. Similiter dicet aliqs/
Pater nunc egrediens ciuitate filium significat domo simul egredientẽ: atq; ĩsuꝑ
filio cõducit egrediẽti. Verum siqd ita significãdum sit/sidus illud potius/quod
tunc ascendit cum primum uiuere ĩcipit fętus ĩ aluo/significet uitam/uitæq; prĩci
pium: Quod neq; obseruant: neq; obseruare ulla rõne possũt. Cur item media cæ
li regio portẽdit nascentibus dignitatẽ: num quoniã altissima sedes dignitatis si
gnificat altitudinẽ. Sic & domiciliũ quartum qa sit ãgulus subterraneus: sõniant
thesauros sub terra latentes significare. Si adeo hac ficta similitudine delectant̃:
cõiugium quoq; ꝑ cõiunctũ ascẽdenti signum describere debuerunt. Quod tamẽ
ꝑ septimũ pręnuntiant longe ab ascendente remotũ/ Sed qd nã occidẽti cum oriẽ
te coniugii? Quoniã inqunt e regione utrinq; radii coniũgunt̃. Sit ita sane. Verũ
cur etiã ꝑ septimã hanc domũ inimicos significat manifestos? Planetas aiunt ascẽ
denti ꝓpinquiores iuuenilẽ ætatẽ regere: remotiores uero senilẽ. Sane nimiũ pueri
liter. Quasi localis hic transitus uelut corea ludentium repente ꝑ actus/efficiat/ut
hi qdẽ dominent̃ prius: illi uero differant: & tunc demum agant/quando iã sunt
a priori habitu remotissimi. Dicant præterea quãdoqdẽ similitudini student/ cur
nã duodecima plaga in quã ad lucem ꝑuenit ascendens/significet carcerem & oc
culta/potius q̃ secunda/ex qua uelut e tenebris ẽ emergẽdum. In oĩbus deniq; si
militer ita delirãt: coguntq; cęteros uel credentes illis uel cum eis diutius disputã
tes ferme similiter delirare. Quod Abumasar uel ĩuitus ostẽdit. Vbi.n. cãs/cur ita
duodecim domus una cũ officiis suis distribuant̃/assignare contendit/ait inter se
astrologos dissidere: & alios longe aliter designare. Tũ uero in rõnibus assignan
dis/qbus talia signa taliũ planetarũ domicilia sint: ĩter se lõge dissẽtiunt. Aliter.n.
antiq: aliter Ptolemeus: aliter Aimon: alit̃ Hermes assignat. Quia uidelicet figmẽ
ta sunt potius q̃ rõnes. Abumasar Iouẽ tradit significare diuitias: Mercuriũ sapiẽ
tiã. Quoniã uero harũ rerũ cupiditates oppositæ sunt: ideo ambas Iouis Mercu
riiq; domus oppositas esse. s. Virgini Pisces: Geminis Sagiptarium. O Abumasar
si ita distribuere placet: Cur non ẽt Veneris domos atq; Mercurii ĩter se opponis?
Cum libido Venerea Mercurialisq; cõtẽplatio multo magis opponant̃/ q̃ quæ di
ximus. Sed ĩuicẽ consonantes esse fateris: Librã Geminis: Virgini taurũ. Itẽ cũ Io
uialis æquitas & uiolentia Martialis maxĩe ĩuicem aduersent̃: cur non & horũ se
des pugnare cõcedis? Sed oĩo cõgruere? Arietem Sagiptario: Piscibus Scorpionẽ.
Proĩde ubi alias terræ plagas aliis signis ascribũt: ĩcerta opinione ferunt̃. Non.n.
ita distribuunt/qa signum ad perpendiculum suꝑ talem transeat regionem: qa si

ita ſit/Cancer nihil ī Europa ſignificabit. Quippe cū tota exiſtat ultra Cācrum/ uergens ad aq̄lonem: neq; etiā ob aliquā concordem proprietatem. Virgo.n.ſi gnum eſſe frigidum aiunt: præeſſe tamen hiſpanię iudicāt calidæ regioni. Simili quadam temeritate mēbris ſigna pr̄ficiunt. Nam & calida frigidis ſæpe præpo nunt: & frigida calidis. Coniungunt quoq; planetis eiſdem ſignificata īter ſe ni mium repugnātia. Saturnum unius Dei cultum & uoracitatē ſignificare uolunt. Iouē pietatem & coitus ītempantiā. Mercuriū ſapientiā & oracula ꝓphetarū atq; īſup oblectamēta ſupflua. Mitto q̄plurima temeritate ſimili diuulgata: Vtputa Saturnum pluuiā deſignare: Quē tamē ſiccū eſſe fatent̄. Item maſculinū cogno mināt: Quem aiunt eſſe frigidum. Deniq; portendere tarditatem/ uidelicet quo niam ipſe ſit tardus. Qui certe eſt ꝓ longitudine ſpatii ueloc̄iſſimus. Quid uero q̄ caput Draconis ſōniant atq; caudā? Hęc. n. ſolum imaginaria ſūt. Caput qui dem cogitat̄ linea quędam imaginaria ī aīo noſtro relicta ex motu Lunæ a meri die ī aq̄lonem. Quod q̄dem fingi pōt ī quolibet zodiaci gradu. Et ubi nunc ca put fingit̄: ibi aliquādo finget̄ & cauda. Quidnā imaginaria illa poterit linea? Cum īde luna diſceſſerit: cur cauda mala potius eſt q̄ caput? Cur cauda eſt frigi da atq; fęminina/ cum aq̄lonaris plaga ſit meridiana frigidior. Atq; ita caput in quo luna declinat ad aq̄lonē/ frigidum potius debeat eſſe q̄ calidum. Cauda ue ro contra. Apellant planetā retrogradū/ quādo ī inferiori ſui ępicicli parte ad oc cidentem uergit: directū uero quādo ī ſuperiori ępicicli parte ꝓgit ad oriētem. Ex hac ſimilitudine ſōniant retardari negocia hoīnum atq; rurſus accelerari q̄ſi non æque naturalis ſit motus uterq; planetis. Proinde dicere ſolent: q̄a Taurus aut Leo tales ī ſe uires habent: ideo q̄ ſub his naſcunt̄ ſideribus: naturā ſimilem ſortiunt̄: Tametſi hæc aīalia falſo fingunt̄ ī cælo: neq; ibi eiuſmōi figura uel na tura ſimilis eſt atq; ī noſtris tauris & leonibus. Taurum antiqui inter ſidera col locarunt ī Iouis honorē: q̄a ī bouem ſit fabuloſe cōuerſus. Leonem Hercules oc cidit ī gentem: eum (ut ferūt) īter ſigna conſtituerunt. Arietem ſignorum caput de ſignauerunt ꝓp Iouem Amonem: cuius ī capite Arietis cornua priſci fingebant. Poſt Arietem mox Taurū effinxiſſe ferūt quia tūc terra arabilis eſſet/ apta q; cul turæ. Geminos q̄ tunc germinando oīa germinant̄. Cācrum noīauiſſe: q̄a inde Sol Cancri more regredit̄. Leonē uero: q̄a Sol ibi uehementiſſime calefacit. Virgi nem: q̄a terra tunc exuſta Solis ardoribus nihil pariat. Librā q̄a ſol tunc noctes diebus adęquat. Scorpium: quoniā tunc aer primo frigore pungit. Sagiptarium ꝓp uehementioris iam frigoris uentorūq; aculeos: cæteraq; ſimiliter. Quid ergo ſtultius q̄ certas aīalium naturas ꝓpriosq; euētus hoībus ſub hoc ſigno uel illo naſcentibus aut agentibus attribuere? cum nihil eiuſmōi ſit in cęlo: ſed longe di uerſa rōne confictū? Nō dabis igit̄ medicinā aſcēdente Tauro uel Capricorno: quoniā cū hęc aīalia ruminent/ potio uomitū concitabit. Quaſi uero capra rumi nans ſit ī cęlo: ac non potius Capricornus ibi ſit fictus: q̄a Sol īde ī morē Capræ īcipiat rurſus aſcendere. Et poſt hęc Aquarius atq; piſces/ q̄a tunc uberiores plu uiæ profundunt̄: & tunc piſces maxime generant̄. Fabricabit ergo q̄ſpiā Piſcis imaginem ī argento/ cū fuerit Luna ſub piſcibus aſcendentibus: capturus piſces ad uotum: confiſus uidelicet falſa figura piſcium in cęlo fictaq; natura. // Sed ut ad Plotinū tandē regrediamur: Cęleſtia quidē corpora uult aīa duci: Aīam uero uiuere prorſus ītellectu diuino: neq; affectū ad īferiora ullū habere. Quādoq; dē

neq; corpora q̄dē illa rebus īferioribus uel īdigent/uel turbanť: Neq; igiť uel do lore uel noua unq̄ lętitia tāgi: neq; odio malefacere cuiq̄: neq; ſimpliciter malefa cere: neq; electiōe ſignificare nobis/ſiqua ſignificent. Sed forte ad illorū coreā ſe ipſa contentā ſignificationē nobis aliq̄do cōſeq̄. Si.n. aues nobis natura locoq; propinq̄ores nulla nobis electione ſignificāt. Si forte aliquid eſt ī augurio ueri. Sed ad earū uolatū atq; garritū agentem ſua īterim ſignificatio noſtra contīgit: multo minus aſtra portēdere noſtra deliberāt. Profecto Ni fruſtra auguriū uani docuere parentes: cultu dūraxat dęmonū auſpicia: augutia: aruſpicia: eſta cōſta bant. Dęmones.n. aeris caliginoſi rectores/quōdā cultores ſuos hac uel diuina tione uel fallacia potius detinebāt. Verū ſiqua ad ſiderū motus futurorū conie ctura contīgit/ubi nā ſunt præſcripta futura: ad quorū pręſcriptionē talis/aut ta lis conſequať uel comiteť conſtitutio cæli? Profecto pręſcripta ſunt ī cæleſtibus aīs/cæleſtē. i. ſuā mouentibus faciem: uultibuſq; ſuis aliter atq; aliter indicātibus cogitata. Sed in eorū mentibus notæ ſunt æternæ/non eorū tantū/quæ ipſi uel p ſe uel p cæleſtia facturi ſūt: ſed eorū etiā/quæ cauſæ quoq; elemētales cōſequenť facturæ ſunt ſuaptenatura. Atq; eorum īſup/quę rōnales aīæ animorū germanæ cæleſtium cōmuni uel natura uel ſorte uel cōſilio ſunt acturæ. Cōmuni inq̄: quia non ſunt hæc ī illis pro īferiorū conditione deſignata per ſingula & uſq; ad mī nimū diſtributa. Sed pro cōmuni illorū prouidentia diſpoſita ſūmatim p capita rerū. Quæ deīceps p proprias īferiorū naturas/affectus/occaſiones/conſilia/diui dunť ulterius: & ī qualitatē quodāmō aliā deducunť. Quāobrē ſingula prorſus inde pro cōperto ſciri nō poſſunt: ſed plurimū cōia quædā. Quod & aſſerit Pto lemeus Proprias uero ſignorū conditiones ī ſingulorum naturis imaginationi buſq; oportet iſpicere. Itaq; & īde ſimul & hīc indies eiuſmōi aucupari pręſagia/ (ut Origeni Porphyrioq; credamus) nō hominū eſt ſed dęmonū. Dęmonū inq̄ ſagaciorū. Nā pleroſq; circa hæc dęmones cōiectura ſæpe falli putāt: nobiſq; mē tiri. Quibus ergo de rebus e cælo nobis ſignificatio fiat/ aſtrologi uetetes dubi tarunt. Itaq; Abumaſar ubi de iudiciis agit/nō nullos inqt aſtrologos arbitrari: planetas de rebus tantū uniuerſalibus ſigna præbere. s. de elementis rerūq; natu ralium ſpēbus. At uero de ſingulis & ſingulorū partibus atq; actibus. s. moueri/ quieſcere/ſimiliaq; nihil pęnitus demōſtrare. Alios autē putare ſtellas oſtendere tantū/quæ neceſſaria ſunt. s. ignem q̄dem calidū eſſe: aquā uero frigidā. Non ta men quæ ſint cōtingentia. s. homo loqtur aut tacet. Alios deniq; opinari plane tas portendere tantū mutationes temporū: & quatenus per eas corporibus acci dat. Addit Abumaſar omnes poſteriores aſtrologos ſequi ueteres: nec ulla uete rum dicta intentioni huic. s. iudicādi conducere. Quoniā dicerent īpoſſibile fo re ſapientibus etiā aſtronomis q̄cq̄ de iudiciorū ſcientia īuenire. In his Abuma ſar fateť iudiciorū cās regulaſq; nō dū inuentas: q & Ptolemeo fuit longe poſte rior/& ī iudiciis ipſe nullā affert in mediū rōnem: ſed puerles tantum ſimilitudi nes. Prolemeus quoq; ī libro de iudiciis exiguū q̄d ueritatis eſſe ī iudiciis īuit dicēs. Et ſi cōtingat prædictionē maiori ex parte nos fallere/tamen opę̄pretium fuerit/hæc ſubtiliter indagare: ppea q; ueri aliquid ineſt.

## De quinq; aſpectibus planetarum: & qūo in his errant aſtrologi: & in cæle ſtium qualitatibus actionibuſq; falluntur. Cap·IIII.

POst hæc descendit ad amores & odia planetarum & aspectus quodã modo & effectus. Prolixum foret/ nimisq; absurdum narrare amores ĩter se/& odia planetarum. Et quod turpius est recensere quemadmodum hic quidem amat illum: ille uero non redamat hunc: sed potius odit. Quasi uero non omnes cognati sint & oprimi tanquam ĩ regione unĩformi/diuinaq; collocati. Nempe cum similitudo ĩ rebus nostris mutua amorem æqua utrinq; ratione procreet mutuum/multo magis charitatẽ mutuam procreat in cælestibus: ubi arctior similitudo uiget & copula. Vt autem quę de aspectibus loquitur planius cognoscamus: Meminisse oportet astrologos aspectus quinq; sic afferre/ut coniunctio quidem sit/quando planeta ad perpendicularem fermelineam planetam subit: oppositio uero quando maxime distant: ceu si alter ĩ ariete sit: alter uero in libra septimo ab ariete signo. Sextilis autem aspectus quando sexta inter hunc & illum duodecim signorum portio cadit: idest duorum mẽsurta signorũ. Vt si Sol in medio Ariete: Luna in mediis Geminis uideatur: Vel ille in Arietis principio: illa in principio sit Geminorum. Cadit enim inter hũc & illã Taurus quidem totus: & pars insuper Arietis atq; Geminorum. Aspectus deide quartus: ubi quarta zodiaci pars inter hunc cadit & illum. i. signa tria: ceu quando Sol in medio ariete: Luna in medio Cancro: uel ut diximus. Nam tria inter solem lunamq; signa uidentur: Taurus ĩteger/atq; Gemini/ parteſq; insuper arietis & Cancri. Tria uero signa quartã duodecĩ signorũ possidẽt portionem. Trinus aspectus quãdo similiter q̃rtuor ĩtersũt signa: quę pars ẽ zodiaci tertia: ceu si sol sub ariete sit: Luna similiter sub leone. Ptolemeus cãm cur tot solum sint aspectus hãc esse dicit: Quia ex duodecim signis fieri figura põt sex angulos habẽs: ut in quolibet latere signa sint duo. Vbi aspectus anguli unius ad alterum sextilis erit: sextam continens figurę partem. Potest etiam describi figura quadrãgularis. Item triangularis. In illa quadratus. In hac trinus surget aspectus. Non põt autem figura quinq; angulos habens ex integris signis duodecim fieri. Verum aliter pręterea fieri aspectus posse uidentur. Nam tercentum & sexaginta gradus sunt in zodiaco: qui in partes quinq; diuisi figuram conficient quinq; angulos possidentem. Eodemq; modo angulus aspiciet angulum: quo in trigono aspectu fit atq; tetragono. Igit̃ pentagonus ibi põt aspectus cõsiderari. Rursus ex gradibus zodiaci cunctis fieri figura põt octo angulorũ/aut nouẽ/aut decẽ: atq; ita erit illic aspectus octauus/& nonus/& decimus. Quãobrẽ aspectus quinq; solos afferre fingẽtis est potius q̃ uere dinumerãtis. Continuus profecto est orbis ipse zodiaci: ubiq; stellę: & signa iuicẽ signis inserta. Vt non solum per signa duodecim quasi sint inter se secreta facere possimus aspectus: sed per gradus ubiq; zodiaci. Proinde si uere loquimur nõ dicimus sidus hoc illud aspicere: uel planetam: ob aliam rationem/nisi quia hoc radios iacit ĩ illud. Quælibet autem stella radios iacit in quamlibet: quelibet igitur ubicunq; sit quamlibet intuetur. Atq; ex huiusmodi radiorum intuitu attĩgit magis aspicitq; proximam q̃ remotam. Quod quidẽ in candelis patet accensis. Nemo itaq; dicat signum hoc non aspicit proximum/sed spatio certo remotum: & stellam non proximam aspicit: sed remotam. Hæc enim opinio immo hic error inde contingit: q̃ cęlestia quidã metiuntur/imo mẽtiuntur ex nostris. Solet enĩ homo ĩ chorea propinquum sibi

ad latus hominem difficilius intueri q̃ ſeparatum. Quoniam caput non undique habet oculos: quibus ęqua facilitate conſpiciat undique. At in cæleſti facie quæ cunq; ſunt/ſunt oculi. Et oculus quilibet totus eſt oculus: totus undique uiſus. Aiunt aſpectum quidem ſextilem eſſe mediocris amoris. Trinum uero perfecti. Aſpectum rurſus quadratum odii mediocris: oppoſitum uero ſummi. Cõiũctio nẽ cum bonis bonam: malam uero cum malis. Atqui cauſam ob quam aſpectus alius ab aſpectu in bono differat/ aut malo/ ſolũ ex figura uel numero aſſignare nõ poſſunt. Bonum enĩ malum ue non ad quantitatem pertinet/ ſed qualitatem. Præterea non ad figuram uel numerum actio pertinet aut paſſio: ſed ad formas & qualitates. Has uero figuræ quædam uel numeri uel conſequũtur uel comitantur. Neque rurſus licet dicere Arietem eſſe qualitate quadam cancro contrarium: ideoq; quadratum ex hoc & illo contuitum planetarum eſſe contrarium & hoſtilem. Nulla enim ſunt in cælo contraria! ubi non pugna/ non tranſgreſſio/ nõ interitus. Immo uero ſi figuræ quę ſunt in opere quodammodo inter ſe repugnantes/ in artificis animo non repugnãt. Si formæ naturales inter ſe pugnaces in contemplatoris mente nõ diſſident: ſi membra inter ſe aduerſa non aduerſantur in ſemine: certe in cælo non diſſident inter ſe uirtutes harum efficaces formarum/ quæ certant in uiliori materia: non potente uidelicet conciliare quæ capit/ Iam uero non ſolum non diſſonat Cancer ab Ariete: ſed conſonat. Partes enim utræq; ſunt corporis plurimum uniformis/ & ſuaptenatura quæ apud nos diſſonant harmonice temperantis! neque minus in cælo q̃ in muſico cantu inter ſe omnia conſonant. Sic & nobis forſitan excogitare licebit humanam muſicam ex harmonia cæleſti. Cælum nãq; Pythagorici Dei lyram apellauerunt. Coitum igitur planetarum apud nos octauæ uocis conſonantia referat. Hæc enĩ cum prima coire uidetur: Oppoſitionem uero cæleſtium quæ fit in ſeptimo/ uox quoq; apud nos ſeptima ſimiliter omnium diſſonantiſſima repręſentat. Sextilẽ aſpectũ/ qui fit in tertio ſigno uox tertia: Quadratum quarta: Trinum qui in quinto fit/ quinta. Sicut ergo in conſonantia noſtra inde pendente quarta uox uel interdũ ſeptima quæ per ſe diſſonarent: tamen una cum cæteris ad gratiam conſonantiæ conferũt. Sic & multo magis in harmonia cęleſti aſpectus omnes ad abſolutam concordiam neceſſarii iudicantur. Hinc fit ut ſapientiores Aſtronomi quartum aſpectum adiunctum uel ſextili uel trino/ non ſolum non horreant: ſed exoptẽt: Fit etiam ut per ſeptẽnarios uel dierum in morbis: uel annorum in uita: quibus quadraturæ uel Lunæ uel Saturni mox ueniunt/ mutationes in nobis non ſemp in peius: ſed in melius quandoq; contingant. Interea ridere iuuat Aſtrologos: qui cũ Cancrũ dicant magis q̃ Libr̃ Arieti q̃litate contrariũ: aſpectũ tamẽ oppoſitũ: q̃lis ex libra reſultat ad Arietẽ/ magis q̃ quadratũ deteſtari cõſueuerũt. Sed qd cãcrum garriunt frigidum atq; humidum? ĩ quo ſol cõſtitutus calorẽ nobis exauget? Quid calidũ Sagiptariũ? Sub quo ſol terras a frigore uel imbribus non tueẽ? Ex quo patet ex acceſſu ſolis potius atq; diſceſſu/ q̃ ex ſiderum qualitate/ calorem & frigus intendi uiciſſim atque remitti. Neq; nobis obiciant Lunam uel Mercurium in alio atq; alio ſigno aerem qualitate mutare: quia uidelicet ibi alia ſit & alia qualitas. Nam primo quidem non ubique id efficiunt: neque enim uel æſtus ĩde Scythis oritur unquam: uel frigiditas & humiditas indis. Deinde & ſi

forte mutẽt: non ſtatim conuincit/eſſe illic eiuſmodi qualitates inter ſe æque pugnantes. Alia enim uirtute longeq; a noſtris diuerſa hæc inde proueniunt. Non ne tum ex uariis affectibus animæ/ tum ex contractione & dilatatione quadam ſpiritus/contrariæ ſtatim oriunt in corpore qualitates? quæ non ſunt in animo ſpirituq; uel cõtrarię uel qualitates. Ex lumine nimium repercuſſo fit æſtus! qui non exiſtit in lumine. Ex lumine liquor ī cera ſimul ſiccitaſq; ī luto. Neq; tamen in lumine ſicca eſt uel liq̃da paſſio. Itẽ certa ſtellarum poſitione ſiue impulſione in terris eleuant uapores & uenti: neq; tamen illic aut uenti perflant/aut uapores obnubilant. Quod autem uirtutes in cælo ualde ab his quæ pugnant in elementis alienę ſint/coniectamus ex eo q̃ omnibus in rebus quę ex elementorum qualitatibus commiſcentur/inſunt mirificę quędam uires & præter & ſuper naturas elemẽtorum! quas ſpeciales proprietates apellant/ ſpeciebus his cęlitus attribuitas. Mitto cætera: Innumerabilia.n.ſũt. Sic magnes polũ ſuũ ſeq̃t arcticũ! ferrũ uero magnetẽ. Sic paleę ſuccinum. Hoc uero polũ fortaſſis antarcticũ. Per tales ergo uirtutes quales hæ ſũt/ & quales in ſcamonea purgãt bilem & ī elleboro atrã bilem Abumaſar probat præcipuas cęleſtium actiões expleri. Siue fixę uirtutes eiuſmodi ſint ī ſtellis/ ſiue quotidianis earum aſpectibus ab eis ſibi inuicem cõparentur: atq; inde ad inferiora mittantur. Merito igitur Abumaſar & Albius Ptolemeum ubiq; reprehendunt: q̃ qualitates ſtellis elementales & inter ſe repugnantes ſępe tribuerit. Probãtq; non eſſe tales in cælo naturas. Mitto nunc q̃ nõ ſolum ii quos dixi a Ptolemeo diſſidẽt atq; aliis: ſed Ptolemeus ipſe diſſentit ab aliis: ubi de terminis loquitur planetarum: narratq; alios etiam inter ſe diſſidere. Aegyptios enim a dominis domotũ maxime ſolitos accipe terminos. Caldeos autem a dominis triplicitatum. Idq; latiſſime cõfutat. Mitto q̃ ī aſpectibus exaltationibuſq; diſſentiunt. Ptolemeus enim a ſigno ſimpliciter ad ſignum: alii quī dam a gradu metiuntur ad gradum. Exaltationes quoq; planetarum Ptolemeus in toto quodam ſigno putat accipiendas. Alii uero non nulli a certo quodã ſpatio ſigni. Similiter de ſignificatore uitæ & de annorum datore diſſentiunt. Redeo parumper ad qualitates. Cum Martem eſſe igneum arbitrentur/ cur non ī piſcibus cadere tradũt potius q̃ in libra? An quia libra maxime diſtat ab Ariete domicilio Martis. Sed ꝑfecto maior eſt diſtantia naturæ q̃ ſitus. Magis itaq; diſcrepant ab Ariete piſces/ut aiunt/aquei: q̃ aerea libra. Cur nam in libra uolunt exaltati Saturnum/ quem terreum eſſe putant. Prolixum foret eiuſdem generis cætera recenſere. Redeamus iam ad Plotini concluſionem. Refert quidem primum: Aſtrologos arbitrari unãquãq; per ſe ſtellam ſuum aliquid agere. Ex cũctis uero inuicem conſpirantibus nouum aliquid præter ea confici. Ex quo patet: ex his quid potiſſimum proueniat iudicare neminem perſpicue poſſe. Deinde ſignificat Aſtrologos non habere modum/quo planetæ agant/quæcunq; dicuntur efficere. Neque enī uel proprio quiſq;/uel communi cuncti cõſilio indigent ad agendum: Siquidem naturales infra lunam cauſę/natura ſua ſufficiunt ad agendum: neq; conſiliũ exigũt ullũ ultra naturã. Neq; rurſus cũ ſtellę faciãt hæc more naturæ/aliter uel alia faciũt/q̃ fieri poſſit tenore naturæ q̃uis prę̃ſtãtius atq; præſtãtiora faciãt/uidelicet prę̃ſtãtiore natura. Non ergo propheras efficiũt: nõ miracula: quæ fieri debẽt diuinitate. Nõ Theologos/nõ geometras: q mẽte fiunt/& arte: Nõ diuites non reges/non his oppoſitos: qui prudentia: occaſione: fauore fiunt

uel impediuntur oppoſitis:

## Errata aſtrologorum de Saturno & Marte & Luna. Cap. V.

IN capite libri quinto errores Aſtrologorum proſequitur latius & inſequi tur. Saturnũ tradũt quia ſit frigidus obeſſe naturę: ideoq; ſepant ab aſcen dente (ut aiunt) uitæ principio. Atq; ut ĩde maxime ſeparent: ſtulte nimiũ in duodecima collocant. Quæ quidem ſedes & ſi quodam illorum computan di more uidetur a prima omniũ remotiſſima: reuera tamẽ eſt proxima. Eſt enim orienti continua ſurſum: quod ue aſcendit ſidus mox properat ĩ duodecimam. Itaq; Saturnum ĩ ſeptima tanq̃ omniũ diſtantiſſima probabilius collocaſſẽt. Sed ne id quidem uolunt: ne naſcentibus opponatur. Sed ĩ utroq; ſibi met repugna re uidentur. Nam Saturno & aſcendens alia ratione ſolent accõmodare/ & primi cõceptus exordium. Præterea dicunt Saturnum Martemq; tum cõiunctos tum oppoſitos ĩter ſe nobis obeſſe. Rectius forte dixiſſẽt: ita maxime Saturni frigidi tatem calore Martis: huiuſq; feruorem illius frigore temperari. Adiungunt Satur num quidem ſi die naſcentibus ſit ſuper terram/ aut prope orientem/ diurno calo re temperatum: tunc propitiũ nobis euadere. Atq; etiam ſi ſic aſcendat: præcipue in aquario non obeſſe naturę. Martem uero tanquam igneũ eſſe in nocte ponen dum/ ſiue ſub terras: ne calore ſolis ferueat uehementius. Atqui ĩ hoc ſimiliter ut ſæpe delirant. Cũ enĩ umbra terræ unde nox prouenit: uix ad lunam uſq; per ueniat. Omnia omniũ ſupra lunam ſtellarum lumina cõtinue ſe nullo interueniẽ te contĩgunt. Similiterq; ſemper in die ſunt: nunquã uero ſub nocte. Maxime ue ro omniũ ab umbra & frigiditate/ quæ duo terræ propria ſunt: Saturnus ſepatus exiſtit. Vt nihil abſurdius uideatur/ q̃ hunc obſcurum frigidumq; uocare. Præ terea concurſum lunæ cum Saturno uel Marte uituperare ſolent. Quanquam ſi uel plena lumine Saturnum ſubeat/ uel uacua Martem/ damnare non audent. Nã ſi plena coeat cum Saturno: Tum hanc illum ſuo fouere lumine: tum illum non frigefacere plenam Contra uero ſi plena Marti ſe ſubdat aduri inde ſimul atq; comburere. Si uacua: temperari uiciſſim atque temperare. Hic quoque ut alibi audentius errant. Primo quidem: neque ſe cęleſtia tanquam concordia ſemper/ comburunt unquam uel frigefaciunt. Deinde ſi id forſitan concedatur/ contra foret agendũ. Luna. n. cũ ſemicirculo ad nos ſpectante plena eſt: ĩterim eſt altero uacua atq; uiciſſim: ideo ut incõmodũ illud deuitaret ſubiicere hãc potius Satur no debebãt/ quãdo nobis eſt uacua tũc. n. offert illi ſe plenã. Marti uero q̃do no bis eſt plena: Nã tũc oſtẽdit illi ſe uacuã. Inter hæc expedit admonere multas in codice græco clauſulas uideri trãſpoſitas: uerbaq; ſæpius ꝓmutata: hæc eq̃dẽ di ligẽter ꝓuiribus emẽdaui/ uatis (ut ita dixerim) potius q̃ ĩterpretis officio fretus. Quæ igiť mox ĩ textu ſecunť/ ſẽſũ duplicẽ admittere poſſũt. Aut. n. ſignificãt Sa turnũ nõ admodũ opitulari nobis interdũ/ qa ſit ꝓcul: Ideoq; lunã ſaltẽ eſſe tũc oportere erga nos plenã: ut ſaltẽ illa nos adiuuet/ aut potius ſignificant Saturnũ nõ opitulari Lunæ: qa ſit ꝓcul a luna: neq; illã illi uiciſſim ſi quãdo uacua ſit ad illũ. Ideoq; oportere hãc illi ſe porrigere plenã. Satiſq; nobis tunc illã facere ſuo erga nos orbe dimidio q̃uis erga nos uacuo. Itẽ q̃uis Saturnus ſit ꝓcul a nobis. Primus quidẽ ſẽſus uerba manifeſtius ſeq uideť: quę uereor eſſe ꝓuerſa. Neq;. n.

antecedentibus neq; ſequentibus Plotini dictis ſententiiſq; cõuenire: ſed potius repugnare uidetur.

Quod in cælo ſit tantum lumen & calor & humor. Frigus ãt & ſiccitas circa cẽtrum. Nec aliquid cæleſtium per ſe frigus afferat: uel ſiccitatem: uel aliquid uitæ noxium.

CVm cælum ipſi uitæ ſit proximũ: ideoq; q̃ maxime uiuens/ maximeq; uiui ficũ: putandũ eſt p̧ ſe primoq; calefacere: atq; humectare. Duo. n. hęc p̧prie conducunt ad uitã: nunq̃ uero p̧ ſe frigefacere uel exſiccare: quę ſua p̧tenatura ſunt cõtraria uitę. Atq; ſi cõferant/ ex accidẽti quodãmõ cõferũt. Frigus q̧dẽ ne nimiũ calor excreſcens repente/ diſſoluat humorẽ: ſiccitas ãt/ ne nimiũ diffluat humor. Hęc ãt duo ſatis nobis ſuppeditanť a terra. Id ãt inde iſup cõfirmabiť/ ſi uerum fuerit quod pleriq; putãt. Sicut mors nihil aliud eſt q̃ priuatio uitæ: ita frigus & ſiccũ mortiferas q̃litates non aliud eſſe/ q̃ caloris & humoris priuationes. Quod alibi Plotinus ipſe ſignificat. Probabile quoq; eſt/ ſicut tenebræ i longiſſima a cælo diſtãtia luminis tantũ priuatione contingũt: ita frigus & ſiccitatẽ ex nimia a cælo diſtantia p̧ caloris humoriſq; abſentiã forte cõtingere. Totũ uero cælũ eſſe calidũ/ patet qa totũ eſt ignis. Totũ iterũ eſſe ignem/ oſtendit ſublimitas: mobilitas: lumen: calor uel occultus oĩa fouens. Calor ãt ampliſſimus ſpatio nullam patiens uiolentiã/ familiarẽ habet humorẽ. Profecto in aĩa cæli tria potiſſima ſunt: uita: & itellectus: & motus. Eſt. n. aĩa uita quædã & itellectualis & mobilis. Totũq; hoc eſt unũ. Quod igiť eſt i aĩa uita: i cælo calor exiſtit. Quod rurſũ illic itellectus: hic eſt lumen. Quod tandẽ illic motus uitalis eſt: hic uitalis eſt humor. Itaq; non aliud humor eſt q̃ agilitas (ut ita loquar) ad motũ. Ignis ergo cęleſtis nõ ſolum calidus dici põt: ſed iſup humidus. i. liq̧dus: fluidus: agilis: atq; lubricus: & lenis & blandus. Siq̧dẽ in ſiccitate rigiditatẽ aſperã intelligimus: qualem etiã frigiditas uehemẽtior iſert. Quãobrem nihil aliud eſt i cęlo noſtris ullo mõ qualitatibus ſimile: niſi calor: humor: lumen. Lumen inq̃ illic eſt intelligentiæ loco. Calor illic efficacia uitæ. Humor uitæ motus & pabulum. Nec aliter ibi calor ille ſentiť: q̃ tanq̃ fauor: fomentum: recreatio: uigor. Nec aliter humor: q̃ ut augmentũ: & amplificatio: agilitaſq; ſuauis. Inde hęc & ſimilia quędã apud nos fũt. Illi rurſus calori humido humoriq; tempate caléti. Similis ẽ quodãmõ ſpũs & calor humorq; uitalis uel manifeſtus i aĩalibus uel occultus i plantis paſſim a cælo iſitus: a cęlo inq̃ oĩbus inſito. Siccitas ãt atq; frigus rebus noſtris hic certe nõ ide cõtingit. Siccitas q̧dẽ ob ipſã loci huius anguſtiã/ denſãq; naturã/ aſperã: reſiſtentem: p̧cutientẽ: formatiõi motuiq; ineptam. Frigus autem ob diſtantiam tum per naturam a toto cælo: tum per ſitum a ſtellis q̃maximam. Quantum igitur ad frigus pertinet/ Aueroem ualde probamus dicentem: Cęleſtia nulla frigus inferũt: ſed calorem omnia. Quæ uero dicuntur afferre frigus/ ea ſunt/ quæ calefaciũt minus. Hęc ille in libro de cælo ex ſua Ariſtoteliſq; ſententia Abraham Auenazara apellat Saturnum frigidum. Qui calorem affert noſtro remiſſiorẽ. Cælũ itaq; totum eſt calor lucidus humẽs: ideſt uita quædam efficax cum fauore amplificabilis agilis atq; formabilis. Formabilis inquam facile per humorem tralucidum ab archetypo: rurſus per calorem lucidum inferiora facile formans. Sed alicubi eſt

in cęlo plus caloris aliquantulum q̄ humoris: alicubi uero uiciſſim: alicubi portio eſt æqualis utrinq; luminiſq; ſimiliter. Atq; horum trium diuerſa inter ſe proportione/ſunt ibi diuerſa quemadmodum hic ex uaria caloris humoriſq; mixtione paſſim ſub cæli radiis uaria coaleſcunt: ſiccitate interim atq; frigore magis minus ue forſan ipediẽte: uel ẽt adiuuãte nõ nihil. Meminiſſe uero oportet caloꝝ humorẽq; celeſtẽ eſſe a noſtris genere lõge diuerſũ: multo ẽt magis q̄ uel calor naturalis i uiuo/ab ardore fornacis: uel ab hac ipſa flãma ipſe ſolis tepor i amplo. Ex quo tamẽ i cõcauũ quãdoq; coacto i materia dura i materiã ſiccã flãma ꝓrſus accẽdit. Deniq; humor eſt i cæleſtibus nõ deſtillãs: calor quoq; non edax. Humor ab humore aereo ſaltẽ tantũ differẽs: q̄tũ aereus humor ab aqueo. Temere igit in cælo fingit frigus/& ſiccũ ſiue dura ſoliditas. Quippe cũ dum a terra ſurſum aſcẽdit/ ſiccitas fugiat/& frigus oiſq; duritia: ac ꝓueniat mox i humorem & leniratem/ſi mulq; in auſpiciũ blãdi caloris ex lumine. Frigidũ igit atq; ſiccũ ſimul & durũ ex naturali & extrema ad cælũ diſtãtia ꝓuenit. Et iterea quæ media ſunt ad cæli ſimilitudinẽ humida ſunt atq; tralucida: facileq; mobilia. In cęlo autẽ maxime mobili nihil eſt frigoris atq; ſicci: nihil duri motum impediẽtis & lumẽ. Siq̄d uero fingi ſub cælo põt ſimile ſubſtãtię cęli: tractabile manibus: oculiſq; cõſpicuũ: id argẽtũ uiuũ eſſe uidet. In quo calor uegetus cõ humore multo q̄dẽ ſed tenaci/motum ꝓ creat iq̄etũ. Si rurſũ ſubtiliorẽ & tralucidã huic adhibueris lucidãq; naturã/ hẽbis & cęlũ. Quod q̄dẽ nõ eſſe durũ ex eo cõfirmari uidet/ q̄ iter phyſicos & aſtronomos in eo duritiã aſſerẽtes/ ubi de circulis/ cẽtris/diſtãtiis/motibus diſputãt/multiplex & iſolubilis oꝛit controuerſia. Phyſici q̄dẽ aſtronomos criminant/ q̄ ipoſſibilia fingãt: Aſtronomi phyſicos/q̄ tõnes de his nequeãt aſſignare. Mitto q̄ũ Theologi corpora glorioſa cælis inſerãt/niſi ceſſerint. Mitto uehicula apud ueteres aiarum. Facilitatẽ uero cedẽdi ſubito cõiunctã reditu/ ubi nulla naturalis ſubſtantię uel qualitatis uel ordinis ide ꝓmutatio ſequit/malã apellare nõ decet. Sed ad alias cæleſtiũ q̄litates iã redeamus. Et ſi nihil eſt ibi frigidũ aut ſiccũ/ſtellam tamen quæ calefacit minus/frigidam apellamus. Forſan & q̄a dum illa meatus noſtros radiis repentibus apit/facilius igredit terrena frigiditas. Siccã quoq; ſtellam quę humefacit minus/poſſumus nuncupare. Forte & quoniã humectando parũ: ſæpe pabulũ ſuggerit igni: ide materiam feruentius ſiccaturo. Calefaciunt ãt oẽs ubiq; ſtellę: nõ motu tantũ/ſed etiã ipſa natura: natura ꝓcipue luminis. Quod probat & Auicenna dicęns: Vbi plus eſt luminis: etiam plus eſſe caloris. Hic Hippocrates ait: aerem nocturnum ſtellarum luminibus ſubtiliorem fieri/ & calidum aliq̄tum: generationiq; & uitæ accomodatum. Ariſtoteles etiam ubi de partibus aialium diſputat: ait: noctes in plenilunio eſſe calidiores propter lunæ lumen/ Luna quidẽ minime calida eſt: humida multum. Quę ſi ideo duntaxat dicatur nõ calefacere: q̄a tardius q̄ ſol moueatur: deberet forſan tarditatẽ motus cum ꝓpinquitate ad nos quodãmõ cõpenſare: ideoq; quodãmõ ſicut ſol calefacere motu. Item ſi ſtellę fixæ q̄uis uelociſſime moueant/tamẽ dicant/nõ calefacere motu: q̄a maxime diſtẽt: deberent forſan diſtantiã cum motu celerrimo cõpẽſare: & iccirco ſimiliter calefacere. Verũ ſi motus ipſe ſimpliciter cã ſit caloris: Nec motus ullus caloꝝ extinguet & flãmam: ac ſaltem uelocior q̄dẽ uehemẽtioris: tardior uero repidioris erit origo. Rurſum ſi non motus ipſe ſimpliciter/calorem gignit: ſed certa uelocitas: primo quidem reuera nõ uideo: quid nam diſtãtia ualeat uel propin

quitas: dūmō motus ipſe ſit uelox. Deinde hic ſatis patet caloris effectū in aliam
p̨ęter motum cām referēdum. Et merito: quoniam motus ſiue ſit uoluntatis/exi
git ante ſe imaginationis formā atq; naturæ: ſiue ſit naturalis ĩclinationis/naturæ
formā exigit p̨ęcedentē. Non ergo motus ipſe calorē aliā ue generat formā: Sed
forma quādoq; p̨ motū: taliſq; forma talē: q̄uis forma prior ſit natura p̨ęſtātior.
Deniq; qs nā aſſerat localē motū/ q & omni forma deterior eſt: atq; p̨tinet ad ex
terna/ſuaptenatura generare calorē. Profecto uel excutit calorē ſ̨epe latentem: uel
ex durorū colliſione corporū mediū confringit aerē/ſolūq; rarefacit. Sic extenua
tus aer ad cōpetētem ignis conditionē/ ab idea ſeminaliq; ignis rōne/ quaſi fomi
te formā ignis induit̄. Luna igit̄ calefacit minus q̄ Sol/qa calida minus. Supiores
ſtell̨ minus quoq; q̄ ſol: qa uel calidæ minus/uel minores ſole/ uel longe diſtan
tiores/uel ĩter ſe admodū ſep̨at̨ę. Videt̄ ā ſol ſecūdum accidēs exſiccare. Nō qa ĩ
eo ſit uel ſicca natura/uel uis aliqua deſiccādi: alioqn nec oīa naturaliter augeret/
imo ignis more minueret. Sed quoniā radii ſolis uel ĩ concauis nimium duris ni
miū coartent̄: uel ex directo p̨cutientes fortius ad nos reflectant̄. Tunc. n. uis p̨
eiuſmōi uiolentiā noua contingit. Oio uero qa radii tanq̄ ĩmateriales liq̄diſſimi/
ĩmaculati/neq; collidūt/uel cōfringūt p̨prie/neq; cōfringunt̄: ſed uel cōgregant̄/
uel e regione reddunt̄: apparet calorē illis ineſſe natura: q cōgregatione p̨pria in
tendat̄: ac uehemētius agat/ Luna quoq; frigus ex accidēti uidet̄ afferre. Quia &
meatus lumen eius noſtros apiat: & nocturnū interi frigus extenuet. Quo fit ut
frigus ĩde ſubtilius p̨ patefactos aditus liberius ĩrret. Frigoris q̄dē natura ē interi
mere atq; cōprimere. Lumen uero lunæ gignit p̨rſus & auget/utpote quod hēt cū
humore calorem. Similiter ſolis lumē ex accidenti cauſa frigoris eſt nōnunq̄: ſiue
naturalē corporis noſtri calorē foras p̨uocet: ſiue poſt calorē ſolis mox calori uē
toq; corpus exponas/. Saturnū p̨ęterea nefas eſt frigidū ullo mō: & p̨pea mortife
rum apellare. Nihil. n. ĩ igne tanto tāq; uitali uel ullo modo frigidū uel l̨ętiferum
eſſe p̄ōt. Satis eſto apud Saturnū ab humore uinci calorē. Cūq; talis ſit/& a nobis
inſup̨ remotiſſimus/parū admodū caloris afferre: humoris quoq; nō multum: qa
p̨ęter hęc duo/uis eſt ĩ eo naturaliter cōtrahēdi/ſiſtendi/cōtinēdi/ cogēdi. Vnde
q̄uis exſiccet nunq̄: ſicut neq; luna: uidet̄ tamē quodāmō deſiccare/ dū in ſeipſū
cogit humorē. Sicut & luna dū decreſcit lumine/uel deſcēdit. Difficile uero Satur
num eſſe humidū negare poſſūt: ubi aiunt illū ſæpe pluuias augere: & fluxū alui
citare. Peſtiferū uero hunc apellare non licet: Quippe cū prouidētia cūcta diſpo
nens ſphæra tam ampla hūc honorauerit: p̨xim̄uq; uitalibus ſtellarū innumerabi
liū radiis eſſe uoluerit. Mitto q̄ Theologi ueteres mentem ipſam attribuere Satur
no: ipſiq; menti uitam primam æternitatemq; dicauerunt. Nonne cum hoc Aſtro
logi aſcendens computant uitæ principium? Non ne primum conceptionis men
ſem Saturno cōmendant? nunquid a mortifero uitam auſpicari decebat? Quid er
go? Primum ei mēſē iccirco cōmittunt: ut ſicco frigore ſuo cogat ſemē/ ſiſtatq; ne
diffluat. Siſtit p̨fecto/cogitq; nō frigida poteſtate uel ſicca: alioqn exordiū uitæ
peteret̄ a cōtratio uitæ. Sed mira q̄dam cōtrahēdi/& colligēdi/& cōtinēdi uirtute.
Multa. n. ſūt quæ lac alioſq; liquores alia cogūt uirtute q̄ frigida. Itaq; Saturnus
nō frigiditate uel ſiccitate cōglutinat: alioqn ſtatim ab initio ſemē redderet gene
rationi uitæq; prorſus ineptū! ſed uirtute potius a circūferentia ad cētrum oīa re
digente: nec modo frigoris: ſed more manus/& pugni: uel natura coaguli arctius

cõprimente. Sicut & Mars uicissim ad circũferentiam a centro ꝓtendit. Quod ãt natus octauo mense non uiuat/si mõ ita semp accidat/ accidit.n.aliter ĩ ægypto/ & alicubi apud grẽcos/causa erit non frigiditas/siccitas ue Saturni/sed uiolentia quędam aliunde tunc illata:quæ nasci eo tempore compellit eum/ quo adhuc Saturnus in uisceribus detinebat. Non.n.dum hic retinet/nasciẽ aliqs/nisi uiolenta nimium cã expulsus ex aluo. Nam & Peripatetici mediciq; aliũde q̃ a Saturno rõnes assignant. Et astrologi tradunt ĩ regionibus indię Saturno subiectis uitas esse longissimas. Sed non ne ex accidẽti saltẽ a Saturno siccã frigidã ue naturam non nunq̃ euenire dicemus? Tunc ita forte uideri:si quãdo Saturni radius ĩ frigida & sicca materia capiaẽ. Eam.n.& ꝑ se paulum calefacere põt uel humefacere:& sistit nimium. Vnde cogiẽ materia gelu. Sed tum ĩ humidiore/ tum uel maxime in calidiore q̃plurimum cõferre uideẽ. Nã & humore suo tempat caloris excessũ/ & ipsa conglutinãdi uirtute cohibet humoris effluxum. Mars uero contra:in materia frigidiore uel humidiore moderaẽ effectum. Calidiorẽ uero pręcipitat:nõ tã in caloris excessu/q̃ uigore mouendi. Sed quoniã de seminali nunc materia fecimus mẽtionem: opępretium est admonere uim ĩ fętu Solis & Lunæ uniuersalẽ esse ĩ calorem humorẽq; uitalem. Vim Saturni esse: seminalẽ materiã colligere pęnitus atq; firmare. Iouis officium mouere deinceps/intusq; fouere. Martis actio ad externa mouere. Mercurii munus figurare ad sensum spiritus atq; membra. Veneris ministerium ad affectum & propaginem omnia cõformare: Hæ uero sunt dotes pręcipue ꝓtinentes ad corpus:ex planetarum signorumq; corporibus: ex eorum iterũ animabus/in nostris animis a Saturno contemplatio cautioq; & conseruatio diligens augeẽ. Ab Ioue ciuilis & prudẽs potissimum gubernatio. A Marte magnanimitas malorum iniuriarumq; expultrix. A Mercurio iquisitio quælibet & expressio. A Venere charitas & humanitas. A Sole honestatis cura pudorq; & glorię studium uerioris. A Luna deniq; rerũ uitæ necessariarum cura/ & ꝓuidentia diligẽs.

Sed nequis nos forte damnet planetas/sic ordine platonico disponentes: Memẽto diuinã prouidentiã statuisse solem p latitudinẽ zodiaci minime ꝓuagari. Tota enim huius euagatio sub unius portionis estimationẽ uenit. Quoniam uero Sol planetas sibi nimium & altitudine & latitudine ꝓpinquantes forte confunderet: & uirtutis excellentia pęnitus occuparet: ideo decretum est / Lunã atq; Venerem quarum medius Sol icedit/latius euagari. Nam ad. XII. fere portiones ꝓuagari ueteres uoluerunt. Mercurius tanquã remotior a Sole q̃ Venus angustiori se ꝓuagatione defendit.. Nam fere ad portiones octo percurrit. Mars & Iupiter ad quinq;. Saturnus utpote remotissimus ad tres ĩ latũ portiões excurrit. Sic eorũ opinio cõfirmaẽ/q Veneri Mercuriũ anteponũt? Quãq̃ & q cõtra faciũt/ordine signorum se defendũt. Sicut.n.domus ꝓcedũt:ita planetas disponi uolunt. Cãcer ergo primã ponit Lunã. Leo Solẽ secũdũ. Virgo Mercuriũ tertiũ. Libra Venerẽ quartam. Scorpius quintũ Martẽ. Sagiptarius sextũ Iouẽ. Capricornus Saturnũ septimũ. Deide uersa uice ponunẽ. Sed hęc illi uiderint.

¶ Cõpositiões ĩ naturis planetarũ: ac diuersæ uires & actiões & ex cunctis mira cęli cõtempatio.

SEd redeo ad Plotinum. Cum asserat oĩa in cælo calere: frigere nihil: & ramẽ in quibusdã magis minus ue rẽpari calorẽ: uideẽ humorem illic cum calore

cõiungere. Cuius cõmixtiõe tẽpatio fiat. Nõ. n. illic calor frigiditate repremitur: neq; ſeipſo iſup refrenatur: neq; merus ibi regnat atq; ſolus. Alioqn nõ alibi magis q̃ alibi dominabit̃. Humor igit̃ illic. i. lenis & agilis teneritudo quædã/& uelut uncta liquiditas & alma fęcũditas: humor inq̃ huiuſmõi ibi tũ calorẽ alit ut nectar: ſicut calor alit lumen uelut ambroſia: tum cohercet icẽdiũ/ne uel ex incendio calor iſup ipſe ꝑdatur: tum colliſionẽ ſphæratũ mutuã ꝓhibet: alioqn ex rapidiſſimo motu futurã: ſphęraſq; & alia protinus exuſturã: tum deniq; motus radioſq; lenit & mulcet: quo blandius inferiora cõtingãt. Hæc oĩa perficit humor: humor inquã familiari calori ſuo adeo neceſſarius: ut nunq̃ deſtillet inde uel diffluat: uel calorẽ ipſum obtũdat & ſuffocet. Profecto ſicut in aĩa uitalis motus ab aĩali uita: hæc ãt ab ĩtellectu dependet & ſeruatur atq; uiciſſim. Sic in cælo liquiditas a calore: calorq; a lumine. Ita igitur uel exẽpli cã cõpone cęleſtia. In Saturno calorẽ ualde ſupat humor. In Marte lõge calor humorẽ. Iupiter horũ medius calorem q̃ſi pariter cũ humore contẽpat. Marti deiceps ut more Platonico digeram ſuccedit Mercurius referẽs Saturni naturã. Huic Venus quaſi mixtionẽ Iouiã repræſentans: Dico ãt quaſi: pp eorũ opinionẽ q̃ putant Iouem quidem declinare aliquãtulũ ad calorẽ: Venerẽ uero potius ad humorem. Sed ex ambobus tẽpiem cõfici ꝑfectiſſimã. Sol deide ſicut & Mars calore ualde uincit humorẽ. Luna tandem quẽadmodum Saturnus atq; Mercurius: plus admodũ humoris poſſidet q̃ caloris. Sed horũ triũ humor ita ſe inuicẽ habere uidetur. Saturni qdẽ humor ſẽp recurrit ad centrũ: Lunæ uero ad circũferentiã potius lumine creſcẽte dilatat. Mercurii deniq; mediocriter facit utrunq;. Sed ut lunã repetã/ hãc cum decreſcit lumine aſtrologi doctiores aiunt/nõ minuere qdem humoris ſubſtãtiam: ſed ad centrum potius cohibere/ſicut creſcendo dilatat: quod apparet ĩ mari: cuius dilatatẽ etiã amplitudo/dũ luna mediũ cælum petit ab oriente: dum uero a medio ad occaſum tendit: refluit in anguſtũ. Neq; iterum ueriſimile eſt tã facile tã ſubito ꝑ ſubſtantiã augeri uel minui. Præterea calor ſolis & Martis differenti cõditione mouẽtur & mouent. Martis qdem uelut ĩ pyramidẽ: Solis in orbẽ. In duobus igit̃ i. Iue ſimul & Venere quaſi par eſt humoris portio atq; caloris. Sed. n. cum in duobus uiciſſim. i. Sole Marteq; lõge calor exſuꝑet: Cur nam tria ſunt Saturnus. s. & Mercurius atq; Luna: ĩ quibus humor excedat? Quia & calor efficacior eſt q̃ humor: & Solis Martiſq; ſimul moles eſt ingens. Ideo iure coniuncti duo: e regiõe triũ opera temperantur. Tanta quinetiam caloris eſt efficacia in humorem: ut faber ipſe mundi uoluerit in ipſis ſphæratum molibus/quæ ſtellas cõtinent: humorem librata portione ſuperare calorem: ut portione ſaltem quaſi pondere: naturam humor ſuam ad efficaciam caloris adęquet. Hac itaq; ratione ſphære omnes ſupra terrã aquę uocantur: atq; ſicut mare ad terram aqua eſt & liquor: Sic aer eſt humor ad mare: ſic Lunę circus eſt liquor ad aerem: ſic ſuperiores ad hunc & ad ſe deinceps habere uidentur: ut ſuperiora ſemper inferiora foueant & foeliciter alant. Sunt igitur aquę ſub firmamento. Sunt & in firmamẽto: tum in ipſa firmamenti temperie: tum in ſtellis firmamento nitentibus: eaq; inuicem qua planetę proportione compoſitis. Sunt & aquæ ſuper ipſum etiam firmamentum quas & aſtronomi poſuerunt: ut motus omnino ſimplex duplicem & oppoſitum firmamenti motum regat & ducat. Super has item aquas ignem Theologi poſuerunt ideſt empyreum cælum amplius chriſtallino. Atq; hoc fortaſſis eſt lumen: quod

apud Moyſen Deus ante ſolem & lunam & ſtellas accẽdit. Cęlũ hoc ea rõne chri
ſtallinum præcedere iudicaꝝ: qua & ſtatus motũ: & calor humorẽ. Sed nunquid ĩ
empyreo calorem comitaꝝ & humor? Comitaꝝ quidẽ: ſed abſortus ĩ ipſum. Nun
quid rurſus ĩ chriſtallino calor comitaꝝ humorem? Comitaꝝ ſane: ſed tractus ad
ipſum. Atq; ita deĩceps paulatim creſcit humor ĩ ſphæris: donec ſub media tãdẽ
aeris regione humor & uelut ſuperfluus/ & tanq̃ a calore iam alienus diffluat &
ſpargaꝝ. Supius ãt uſqueadeo eſt alter alteri neceſſarius atq; domeſticus: ut & hu
mor calorẽ nutriat atq; mooreꝝ: & calor humorem foueat atq; conſeruet. Vtroq;
uero cuſtodiꝝ & lumen. Sed ubi plus eſt caloris/ibi lumen eſt efficatius/& oculis
admodum manifeſtius. Vbi uero humor abundat/ lumẽ & minus ẽ efficax/& al
bedinis inſtar quaſi ſpargens intuitũ/minus ſeſe oculis offert. Interea meminiſſe
te uolo: lumẽ & calorem ĩ ſtellis humidioribus/& ſi q̃tum ad ſtellam ſolã ptinet/
nos minus afficiat: tamen paulatim deĩceps afficere plurimũ atq; diutius: niſi for
te aliunde ſupuacuus affluat humor ab initio ſiue frigus: tum ꝙa non fiat ĩ mate
ria reſolutio cita: tũ maxime quia cũ hæc ſtella eiuſdẽ ferme tẽpationis ſit/ atq;
ſpera qua regiꝝ/nimirũ una cum ꝓpria ſui dote cõtrahit ad nos abũdantius ſphę
rę totius influxũ. Atq; ita q̃tum cęterę ꝓpria ſunt uirtute potentes/tantũ hę præ
potentes uirtute cõmuni. Maximæ uero ſtellę quę ĩ ſperis ſũt amplioribus. Semp
eni circus amplior tanq̃ continẽs & ducens præſtantior eſt: uirtutemq; ſuæ ſtellæ
mirabilem iſerit: ſed occultã. Sed ut ad Plotinũ regrediamur: Mars quidẽ nõ no
cet caloris acumine: ſed humidioꝛẽ materiã tempat. Neq; etiã Saturnus ẽ noxius:
ſed quoniã remotiſſimus eſt: iccirco ĩfluxus eius q̃ſi ꝓegrinus nobiscũ nõ facile
congruit præſertim iuuenibus: niſi uel cæteris luminibus tite cõmiſceaꝝ: uel ipſe ĩ
ſidere ſedens humano: ĩ quo uel habeat domiciliũ/uel exalteꝝ quodãmõ ſit opis
auctor. Neq; Mercurius fit aliquando malus: ſed cũ ſit medius oĩum/facile oĩbus
ſit ꝓſimilis. Deniq; ſicut ĩ aĩali ſingula mẽbra q̃uis qualitate diuerſa/ & ĩuicem &
tori cõducunt ad bonum: ſic ĩ cęlo: quod cõmuni etiam uita uiuit: ſol quaſi cor
dis obtinet locũ. Mars uero fellis. Iupiter iecoris. Venus & Luna mẽbrorũ (ut ita
dixerim) genitaliũ. Mercurius linguæ uultuſq;. Saturnus capitis atq; ſplenis &
ſtomachi. Stellę fixæ uicẽ referunt oculorum: & quæ diuerſa uidenꝝ conferũt ad
rempiem. Dixi equidẽ uniuerſũ uita quadã cõmuni uigere: ꝓ quã oĩa mundi mẽ
bra uiciſſim paſſione cõicant. i. ab alio ĩ aliud facile tranſfertur influxus: & occul
tus paſſim excitatur ſenſus & ĩcitatur affectus. Quãdo uero cõem dico uitã: una
cum Plotino irrõnalem ĩtelligo uitã ab aĩa mundi uniuerſo tributã: ĩ cuius cõmu
nione ĩ oĩbus quædã actionis & paſſionis conſenſio naſciꝝ. Sed huic uitæ nõ cõ
fuſas: ſed cõiũctas eſſe uolumus ſimiles quoq; ſtellarũ/& dęmonũ/hominũq; ui
tas: Quaſi uarias mẽbrorũ uitas cum cõi totius aĩalis uita pęnitus conſpirantes.
Vt nõ mirum ſit hæc inuicem ꝓ proportionem quandã fieri ſigna. i. ex aliis mun
dani aĩalis mẽbris ſimili ꝓportione qua ĩ nobis ĩditia nõ nulla præberi ad aliorũ
iudicandos effectus.

## Inditia quinq; ꝙ ſtellæ non omnia faciant. Cap. VI.

Caput ſextum inditiis quinq; confirmat/ſtellas non oĩa facere. Primũ/con
ſtat ſane tum dignitate naturę: tũ ſublimitate loci/tũ amplitudine poteſta

tis quâlibet ſtellarum uel minime bonam/uiro uel optimo meliorem prorſus exiſtimandã. Quãobrem ſcelera quę uir optimus nõ patraret/ſtellę minime ꝑpetrãt. Preſertim qa cęleſtia oía uiua diuini artificis ſunt íſtrumẽta. Quod & aſſerit Ptolemeus:& rõ docet:tum qa ꝑ illa hic ſingula tam artificioſa rõne formanť:ut ars quidẽ oís hæc ꝑ uiribus imiteť. Sed nulla unq̃ aſſeq poſſit:tum qa cęleſtia q̃uis tanta poteſtate prædita ſint:nunq̃ tamẽ liberius ꝑuagari uidenť:Sed íſtrumentorum cõditione certo quodã tractu ac limite ad præſcriptũ directa finem ducunť ꝑ eadem ſemꝑ & ſimiliter reducunť. Quicqd igiť ꝑ cæleſtia diuini artificis inſtrumẽta ꝑagiť/ ab ipſo deo præcipue prouenit. Cũ uero a ſũmo bono malũ ab ordine cadens fieri nequeat: certe quod aſtrologi qdã garriũt ꝑ Martem Veneremq; í ariete uel tauro coeuntes nunq̃ apud nos adulteria cõmittunť. Inditiũ ſecũdũ: Cũ diuina qdẽ cęlo ſupiora neq; natura/neq; mõ mutenť:quæ uero íferiora ſunt cælo/mutenť utriſq;/conſequens fore uideť/cæleſtia tanq̃ media:& ſi mõ quodã ſemꝑ mutari uidenť: nunq̃ tamen natura mutari. Delirat ergo qui dicit planetas hac hora ex hoc ipſo conſpectu talem ſortiri naturã. Hora uero ſequenti/ naturã rurſus aliã ex alio conſpectu ſubire:ſimiliterq; deíceps. Neq; terminũ uel naturę ſuæ propriũ uel ad alios in tempore certũ prorſus ullum habere. Sed more Cameleontis ſemꝑ ad obiecta mutari. Tertiũ:ſtellæ ſunt a noſtris admodũ ſeparatæ/ſũt cõiſſimæ cauſę. Sunt natura & numero terminatæ. Influxus quoq; ſtellarum quacunq; ad nos cæleſtiũ motionũ conſtitutione mittanť/cõiores ad noſtra ueniunt atq; definiti. Incerta igiť effectuũ multitudo & ífinita diuerſitas nequit ex illis ſine medio ꝑagi:ſed inter cęleſtia inferioreſq; effectus oportet cãs occaſioneſq; cadere medias:tũ magis natura diuerſas:tum ſorte quotidie uarias: qbus ad minimos quoſq; & ínumerabiles deſcendať effectus. Stellę igiť neq; conſilio terrenis minima quęq; diſponunt:alioqn tãta forent ſollicitudine miſerę: Neq; naturali conditione/mox ex cõiſſima ipſarum natura ad diſtinctiſſima quæq; deſcendũt. Quartũ:ſolent aſtrologi dicere planetã in certo ſigni termino poſitũ/nõ nulla ꝑmittere/quę nõ antea præſtet/ q̃ uel ad eundem terminũ reuertať: uel totidẽ anni prætereant:per quot gradus aſcenderit. Item quod ꝑmiſit nõ prius abſoluere:q̃ ſignum idem í natali reuolutione nobis rurſum aſcenderit:Et quot ab initio gradibus nobis aſcenderat:annis totidẽ in natali reuolutione aſcendere rurſus. Preterea planetas ſingulos aliaſq; ſtellas prout alibi uel alibi naſcẽtibus íminent:effectum magis minus ue differre. Totũ quidem hoc hominis eſt pro arbitrio numerantis:ac fingentis potius q̃ docẽtis. Et ſi planetã probabilius fingere licet/quando redit ad idem facere ſimiliter idem:tamen quod facere primo nõ potuit/efficere ſecundo nõ poterit:neq; plane ſpicio cur nã ex prima poſitione non faciat quæ fortior admodũ í nobis eſt ſecunda. Quod itẽ de dilatiõe ſimpliciter diciť ad agẽdum pęnitus ẽ cõfictum. Nã ſi cã ipſa dum præſens eſt non efficit/multo minus ꝑagit abſens. Afferent forte certã huius cauſæ uim eo uſq; ſeruari. Ego uero ubi ſerueť exquirã. Aut.n.í cauſis nobis propinquioribus/aut in materia/aut utrobiq; ſeruať. Eſto igiť ita ſerueť. Ita certe ſeruata: pro eorũ quæ ſeruãt cõditione ſeruať:atq; ad ipſorũ naturã trahiť paulatim:& pro eorum diſtinctione diſtinguiť. Quod ergo deniq; fiet/ſub proprietate noſtra potiuſ q̃ cõmuni continget. Quintũ: quẽadmodum í theologia probauimus/ac rurſus alibi repetemus: Oís cauſarum turba ex una primaq; dependet cauſa:adeo ut inde ſit & ſeruetur atq;

ducatur: alioqn diuerſitas cauſarum nō conduceret ad unum: niſi & deducatur ab uno quæcunq; igitur fiunt deſup tanq̄ a ſūmo bono pendentia/ & ordinatiſſime fiunt/ & optima ueniūt. Nemo igitur ſtellas uel ſolas oīa uel mala etiam facere au deat confiteri

## Inditia quinq; qp ſtellę ſignificant potius noſtra q̄ agant. Cap. VII.

PLotinus & Origenes condiſcipuli ſub Amonio Alexandrino ac ſemper amici hac in re ſicut in pleriſq; cōſentiunt. Stellas neq; omnia facere: neq; ubi agunt omnino peragere. Item multa ſignificare: quæ ipſę nō faciāt: Non oīa inq̄ facere: ne ſi mala fecerint/ uel deus non ꝓuideat/ uel ſit iniuſtus/ ſtel leq; ſimul iniuſtę. Neq; rurſus oīo: ne ſi ad exactiſſimū ipſę ſingula ꝓagant: natu ralium rerum actio uacet: & liberū ceſſet arbitriū. Simili quoq; conſenſu freque tem ſtellis ſignificationem uel ubi non agāt: libenter iccirco cōcedūt: quoniā ex hoc diuina prouidentia maxime cōfirmaī. Neq; n. poſſent ī præſenti hac uniuer ſi facie pręferri inditia præteritorū atq; futurorū: niſi res paſſim rebus/ tempora tē poribus certo quodā & conſequēti ordine necterenī. Ex quo ſpicue patet nō in certo qdem caſu cuncta uagari! Sed rōne quadā & ꝓuidentia regi. Si ꝓpetua con ſideres ſtellarū lumina & acceſſus ad nos atq; receſſus! Concedēt Plotinus & Ori genes ex his tātum apud nos effici: q̄tum ordine naturali ꝓcedit/ & ad corporū ſpectat affectiones/ & id qdem cōditione cōmuni: quę ꝓ propiqua nobis ualeat permutari. Si ſpectes iterū ſitus ſtellatū quotidianos mutuoſq; aſpectus/ ſcito ex his apud hos philoſophos noſtra potius ſignificari q̄ agi. Quod qdem Origenes in Geneſis cōmentariis/ ubi dicit/ ſtellas fuiſſe factas in ſigna. Et Plotinus hic ſimul/ & ī libro de fato qnq; potiſſimū argumētanī inditiis. Primū: nō pōt quod poſterius eſt efficiens cā pręcedentis exiſtere. Aſtrologi uero ex natiuitatis hora non ſolum quę euentura ſunt nato! ſed quę iā euenerunt iudicare ꝓmittūt. Vtrū maſculus ſit an fęmina. Vtrū mancus an īteger. Immo uero & altius ī hodierna ſtellarū poſitione multa nobis apire præterita profitenī. Quæ non natiuitatē ſo lum! ſed nati conceptionem etiā anteceſſerint! parentū & auorū naturas atq; for tunas! fratrum quoq; maiorū atq; reliquorū nobis neceſſitudine coniūctorū. Ad hæc āt quaſi priora nō poteſt cā eſſe cæli figura poſterior: ſed eſto ſignū ſiqd mō declarat. Quod ſiqs cōcedat præterita qdem ex his tantū repræſentari: futura ue ro inſup effici. Is cogeī nobis oſtendere differentiā/ & diſcriminis huius cām aſ ſignare. Cur nā ſi ad pręterita figura præſens cā nō eſt: ad futura ſit cā: Ac ſi po ſitio Martis ī quarta demōſtrat & parentes cito mori/ & natū patrimoniū diſſipa re: ſicut neq; poſitura hęc parentes necat: ita neq; dilapidat matrimoniū. Iam ue ro & futura quædā ꝓ hanc aſtrologi prædicere pollicentur: quorū figura hæc cā eſſe non poteſt. s. uxoris & fratrū & amicorū ſortes. Quę ſuas nō in hac figura: ſed alibi cās habent. Deniq; ꝓ præſentē cæleſtium habitudinem/ quę poſt annos triginta contingent/ ſi mō portendi poſſunt/ pfici certe non poſſunt. Merito igiī plerūq; dicunt/ natus hic ipſe ſibimet cā erit icōmodorū ſuorū: alius cōmodorū. Secundū inditiū. Si patibulo moriturū aliquem dixerint non a natiuitate ſua id ſolūmō/ uerū etiā parētum/ fratrum/ filiorū/ aliorūq; neceſſariorū. Immo uero etiā ex natiuitate necantiū intelligi poſſe putant. Siqua uero patibuli huius cauſa eſt

uel una eſt/uel ſi plures certe coniunctæ ſunt/& in ipſo. Vbi uero in diuerſis hæc diſperſa ſunt/nõ cauſæ/ſed ſigna uidenť. Deniq; ſi ꝑ cæli ī natiuitate figurã fatũ pueri iam pridem facti prædiciť:hæc ipſa figura fatũ nõ efficit:ſed declarat. Sicut & puer non tunc efficiť:ſed declarať effectus. Sed & ante cõceptionẽ fatum Platonici dicẽt fuiſſe cõceptũ:quãdo uidelicet aĩa corpus elegit. ¶ Inditiũ tertiũ. Cũ multę præuidendi rõnes eſſe putenť/oraculũ:auguriũ:aruſpiciũ:ĩterpretatio ſomniorum:medicorũ agricolarũq; præſagia:omen:phyſonomia. In qbus omnibus ſigna ꝑpenduntť non cauſę futurorũ. Cur nã in ſola figuræ cęleſtis ĩſpectione nõ inditium tantũ putant eſſe/ſed cãm. An uidelicet nobis eſt illa figura ſupior. Sed auium quoq; uolatus/& tonitrus ſupiores ſunt. Neq; tamẽ ꝑ hæc ut ꝑ cauſas:ſed tanq̃ per ĩditia ſolent aucupari futura. Deniq; qd & qũo efficientis ad hæc cauſæ ſit in cælo/iam conſtitit. Non ne & deus menteſq; diuinæ ſuperiores ſunt. Oracula tamẽ & Prophetarum uerba diuino afflatu ꝓnuntiata uel ſcripta futurorũ ꝓdigia nõ cauſæ iudicanť. Similiter poterit & cæli facies eſſe liber:in quo figuræ ſcriptæ diuinitus præferant uentura non agant:præſertim ſi cõſideratione cęleſtiũ corporũ:prænoſcanť ea quæ fieri nequeũt corporalis illius naturæ tenore. s. certæ certis temporibus hominũ dignitates atq; depreſſiones: ĩuẽtiones theſaurorũ:cogitata conſiliorũ mutationes fortunęq; ꝓpriæ atq; noſtrorũ. ¶ Inditiũ quartũ. Si per præſentẽ ſtellarũ cõſtitutionem uel ĩmania ſcelera uel opa diuinitatis ꝓpria portẽdũtur/probabilius ualde diceť/ſtellas utraq; potius declarare: q̃ uel cum optimæ ſint/peſſima ꝑpetrare:uel cum ſint corpora/incorporea facere:& quæ uel cõtra uel ſupra naturã corporeã ſunt efficere. ¶ Inditiũ qntũ:interrogationes quę quotidie apud aſtrologos fiunt/ſiue de præteritis/nunquid talia facta ſint/ uel de futuris nunqd fient/uel de preſentibus utrũ fiant: de rebus & alienis a nobis/ & lõge diſtantibus/confirmant:qcquid ex præſenti interrogationis hora reſpondeť: nõ ꝑ cãm reſpõderi/ſed ſignum. ¶ Supiora hĩc iterũ confirmanť:qꝓ oĩum quæ nobis accidunt fiunt ue a nobis manifeſtas ſufficienteſq; apud nos cãs repimus. In ꝓpria generis noſtri natura/ĩ conſuetudine/affectu/cõſilio/actione/occaſione/concurſu circũſtantiũ cauſarũ/neq; unq̃ ſine his cauſis e cęlo fit aliqd: ut nil opus ſit horũ ĩ cælo cãs ꝓſcrutari/quę ſæpe ĩ terra patẽt:neq; tamẽ ĩueniunť in cælo. Atq ſi præſentes ſemꝑ in horas cęli figuras aliqd in nobis facere cõcedamus: ad affectiões corporum primoſq; impetus tantũ ꝓtinere dicemus. Atq; id qdem parui eſſe momẽti:ſiqdem ꝑ cãm agiť momentaneã. Rurſuſq; ꝑ natura ꝓpria ſuſcipi: & ad noſtra quaſi firmiora mutari. Ex eo ãt quod cõſtitutio ſiderũ nõ quęcũq; ſignificat/efficit ꝓpria diuinitatis & naturę & artis actio confirmať. Siue igiť Iouis & Saturni cõiunctio nouã portendit religionem/põt nihilominus uel uera ĩterim religio a deo ꝓfici:uel ab homine falſa confingi/Siue ꝑ cæleſtes motus quæ ĩfra lunã natura contíguntur/aliquãdo deſignenť:nihilominus natura talia facit & efficit tenore naturę. Siue per eoſdem motus portendanť actiones humanæ/cõſilio tamẽ humano & ꝓarbitrio noſtro ꝓcedunt. Signaq; interdũ uana fiunt: quãdo efficiens cauſa in ſe cãm permutat ſignificantẽ. ¶ Proĩde quod Plotinus & Origenes aiunt futurorũ quaſi litteras ĩ cęlo uel ſcriptas eſſe ab initio:paulatimq; explicari: uel ꝑpetuo ſcribi:intelligunt ſtellas:figuraſq; tũ confectas ex ſtellis:tum imaginarias. Item ſignorũ gradus parteſq; minutas: deniq; planetarum aſpectus & motus: & quæ conſequunť hæc ubilibet uel comitanť. Tu uero cælũ hic intellige uniuerſũ.

Eſt.n.ubiq; cælum. Et Timeus cęlū nominat uniuerſum. Supra Lunā quidē ſicut retum iferiorum cauſæ ſunt cōes: ita & cōmunia ſigna. Infra Lunā uero ſunt cauſę propriæ/qbus cogniti cōia ī ppria deriuantur inditia. Totumq; hoc q̄ſi aīalis unius corpus exiſtit. Oportet igit̄ in mundano hoc aīali tum ſupra lunā/tū infra circūſpicere cuncta/atq; inuicem penſitare. Sicut.n. diuerſa īter ſe agentia ſunt/tū ſupra/tum ifra/tū ſupiora ad inferiora nōnunq̄: Sic & ſigna paſſim īter ſe ſunt ſæpe diuerſa. Quēadmodum ī quolibet aīali tū naturæ īter ſe cōtrariæ ſunt tum mēbra diuerſa: tū in aliis ad alia repugnātia ſigna. Iubet itaq; Raſis phyſonomū nō uni credere ſigno/ſed cuncta cōprehēdere: inuicēq; librare: atq; ubi cōtraria ſunt/ ſequi plura ſimul atq; certiora. Idem obſeruare debet ī mūdo diuinaturus ex mūdo. Quē in iudicādo cautum eſſe debere Ariſtoteles in libro de ſomno & uigilia his admonet uerbis. Sępe ſunt ī corporibus ſigna etiā cælitus uelut imbriū & uentorum: neq; tamē euenit ſignificatus euentus/cum motus hoc alius uehementior accidit. Quāobrē diuinationē eiuſmōi Origenes atq; Porphyrius hominibus abſtulerunt: cōceſſere dęmonibus. Quibus pateat cæleſtis liber ille legēdus. Nō dęmonibus inq̄ æque oībus. Nā Porphyrius ī libro de oraculis poſtq̄ probauit quę cunq; dii oraculis fatalia nuntiāt/ ſtellarū obſeruatione prædicere: ſubiūgit/deos quoq; ſæpe mentiri: atq; exquiſitā futurorum cognitionē nō hominibus ſolum: ſed multis etiā deorum eſſe p̄ſus incertā: & qbus deorum īnoteſcere pōt: nō q̄libet hora ad plenum eſſe p̄ſpectā. Sic itaq; dęmones q̄tum ſpectat ad preſens/diſponere libet. Aetherei dęmones aerem colētes ſublimiorē/cæleſtia magis q̄ terrena contemplanť oſtenta. Aquei uero dęmones aerē. s. infimum habitantes ex noſtris magis q̄ ex cæleſtibus rerū argumēta uenanť. Medii deniq; cōmodius utrobiq; ſigna cōſpiciunt. Ideo uaticinio apud nos ſunt admodum aptiores. Ab his utiq; Origenes ait homines nō nunq̄ accepiſſe præſagia. Verūtamē ſiue ab his acceperīt: ſiue obſeruatiōe didicerint/cōfuſa p̄ſpicere: & caligine quadā allucinari.

¶ Multis de cauſis iudicium de futuris eſt difficillimum

Quod āt nec homo nec dęmon ſola inſpectione cæleſtiū minutiſſima quęq; apud nos p̄ſpicere ualeat/hunc ī modū argumentamur. Sicut quælibet natura cęleſtis terrena q̄libet natura cōior ē: ita qlibet cęli motus terreno quolibet eſt motu cōmunior. Nō poſſunt igit̄ e cælo ad terrā ad minutiſſimū quodq; reddi ſingula ſingulis: neq; igit̄ poſſunt hic minima quæq; p̄ſpicue īde diſcerni. Semp.n. cæleſtis motio quaſi cōmunior/ ad plures hic eſt motiones indifferēs: ut niſi præter cælum inſup hæc noſtra cōſpexeris: ppendere nequeas qua potiſſimū conditione hic cæleſtis motio capiat̄: & utrā potius ī partem definiat̄. Suſpice ſi placet ī tua geneſi cæli figurā. Definitas quaſdā & numero paucas ī ea notas īſpicies: qbus cōmunes quoſdā/& paucos ī re notare īde queas effectus. Motus itaq; tuos oēs/ qui nō in tota ſolū uita/ ſed anno quolibet atq; mēſe īnumerabiles ſūt: nunq̄ potes īde p̄ſpicere. Nec etiā ſi quolibet anno reuolutionem tuæ natiuitatis euoluas: neq; rurſū ſi quotidie diligēter obſerues. Mitto ī præſentia/ quid dęmones poſſint: hoīes certe nō poſſunt. Sapiēs nemo negabit: ſtellas oēs quæ nobis īnumerabiles ſūt ad effectū quēlibet cōferre nō nihil: ex earūq; cōfluxu cōe aliqd: & id qdem pro natura loci & materiæ cōfici. Aſtrologi uero ſtellas tantum mille uigintiq; & duas: uel ad ſūmum/ſup mille quatercētum ſeptuagintaſex duntaxat

obſeruant. Quo fit ut cū minorem cauſarum numerum teneāt: atq; eas non dum
pfectiſſime calleant: abſolutā effectus conditionē iudicare non poſſint: præſertim
cum ſup planetas ſtellę ſint q̄plurimę tū magnitudine tū ſplēdore mirabiles. Sint
etiā innumerabiles ī orbe lacteo oculis oīo noſtris occultæ. Planetas uero ad ſtel
larum aſpectus aliter atq; aliter affici/negare ex eorū doctrina nō poterunt/Mitto
q̄ Phauorinus philoſophus nō ſolū alias ſtellas prēter notas exiſtere: uerū etiam
planetas alios diſputat eſſe poſſe. Ignotos uel pp ſplēdoris copiā: uel pp exſupe
rātiā altitudinis. Sine quorū obſeruatiōe haberi forſā pfecta rerū notitia nequeat.
Ad hæc ſiquis obiiciat ſtellas quidē emiſperii noſtri agere ī hominē ſub hoc ipſo
orizonte naſcentē: in alios alias. Reſpōdemus: ſtellas ubicunq; ſint/oēs in ſeſe iui
cem coniicere radios: terrę umbra hoc nunq̄ ipediente: eoſq; undiq; ad nos uſq;
trahicere. Item paucas admodū emiſperii ſtellas hoibus eſſe notatas. Immo etiā
ſi ſtellarum numerus ad minimum cōputatus eſſet/ uirtus certe nō oīs adhuc eſt
nota. Immo nec deprehenſæ adhuc ſingulę motiones: nec oculo nec īſtrumento
nec ętate ad oēs ſufficiente. Quid/quod difficillimū creditu eſt/ Mercuri magni
tudinem: altitudinem: motiōem: ad unguem eſſe pſpectā: Siq̄dem & rariſſime ui
deē: & tunc obſcure ſe obicit/ac fere momēto/neq; diligētiā ſuſpiciētis expectat.
Cum ergo q̄d ſit quid fiat ī cęlo nō dū pſpectum ſit: nimirū neq; etiā q̄d fiat e cæ
lo/Præterea non rōne aſtrologi ſed expientia & uſu nitunt̄. Experientia uero/niſi
cuncta quæ utrobiq; circūſtant ſimilia ſint: ſæpiſſime fallit. An uero quia naſcēte
Romulo Mars ī Ariete angulum orientis habebat/talia geſſit/Stellis uidelicet hu
mano notis īgenio ferme ſic eo tempore cōcurrentibus. Quoniā igit̄ talis ſub ta
li quondā cælo Romulus extitit: Nunq̄d & Annibal cui Mars quoq; aſcendit in
Ariete/eundem oīo cōſequeē euentū/Nequaq̄. Quoniā & ſi fingas planetas inſu
per oēs ſimiliter ī utroq; diſpoſitos: aliæ tamen ſtellæ firmamentiq; partes nō eo
dem quo olim habitu ſeſe habent. Signa.n.oculis quodāmō manifeſta a Romu
lo ad Annibalem ſitū ad ortū iam mutauerunt. dum ſub ſignis occultis ſtabiliori
buſq; currentia gradū annis centū unum pagunt. Quo q̄dem ī tempore ſignorū
poſitio p̄mutatur: ſiduſq; uiſibile ad occulta ſigna aliter aliterq; ſe habens/ nimi
rum alia quoq; facit & alia. Nā & aſtronomi cōfitent̄ ad īuiſibile ſignū oīa referē
da: Forſan.n. Aries manifeſtus q̄ tūc cum Ariete cōcurrebat occulto/nūc cū Tau
ro congruit/aut ſaltē cū alio arietis illius gradu ſiue minuto: Sic & cętera ſigna ſi
gnis aliter ordine cōſequenti reſpōdent. Vnde ſi ſigna uires p̄ ſigna p̄mutāt: pla
netæ quoq; p̄ ſigna cōmutant. Quādiu uero mundus cucurrerit: & quo habitu ſi
gna hæc comparent̄ ad illa/ne ſuſpicari qdem homini licet/ Quātū uero diuerſi
tas circa octauā ſperā ualeat/ ex eo p̄ſpicimus: q̄ multis iam annorū milibus pla
netæ frequentius iter ſe reuertunt̄ ad idem. Neq; dū tamen ſimiles oīo reuertunt̄
effectus. Nō dū priſtina mūdi facies renouat̄. Nō redeūt impia eadem & ibidem.
Non leges ſimiles atq; mores. Diuerſitatem āt octauæ ſphærę dicimus/nō ſolum
quæ fit ab occaſu ad ortum/ſed etiam acceſſum eius atq; receſſum per quem ima
gines aliis ſæculis ad ſeptētrionem accedūt: aliis ad meridiem. Nō poſſunt igitur
Aſtrologi certas p̄ experiētia confirmāda regulas poſuiſſe: dum de hoibus tem
pore diuerſo naſcentibus: ſimilemq; tamen quodāmō quarundā ſtellarū habenti
bus poſiturā/ ſimiles opinarent̄ effectus. Nō prius.n. eadem prorſus uniuerſi fa
cies reuertet̄: q̄ annorum ttigīta ſex milia conſument̄/Accedit ad hęc q̄ quemad

modū regulæ medicorū aliter alibi ſūt obſeruādæ/ ſi mō future ſint ſalutares: Sic & aſtrologorū regule mutationem ſub regionibus diuerſis admittūt. Nō. n. pōt obſeruatiōis Caldeorum rō conſiſtere: ſiqs ſub diuerſis cæli regionibus utī eadē rōne uoluerit. Eædem nāq; ſtellæ ſicut non ubiq; pruinas cient: ſimiliter uel calores/uentoſq; & pluuias/ſed mutant & uariāt: tēpeſtateſq; eodē tempore alibi placidas mouent: alibi uiolentas: alibi nullas: Cur nō euenta quoq; humanarū rerū alia Caldeis: alia Getulis: & Scithis efficiunt? Profecto ſicut ſub alio curuamie cæli alius eſt corporis habitus: ita ī cæteris oīo rebus humanis nō idē ꝑſus coniice re pores: ſi ſtellas ex quacunq; terra conſpexeris. Sed eſto: obſeruent in ſingulis Aſtrologi regionibus qd potiſſimū certis ſæculis fieri e cælo cōueniat: quod ad hunc uſq; diē rite nullus obſeruat: Figurā certe cęleſtē quā deſtinare fatalem uni cuiq; ſolent/ad ſūmum explorare nō poſſunt. Primo qdē cū naſcentis fatū nō a figura ꝓpria tantū: ſed parentū atq; auorū figura ſimul & proauorum/& ab ipſo nuptiarū tēpore depēdere cōcedant: neq; tot cōfigurationes explorare licet: neq; fatales nati cās tam late diſperſas & ſigna diſtracta colligere dar: neq; ſicubi ſibi met aduerſentī momenta rerū grauiora ꝓpendere. Ac ſiqs iſta cōprehendat non tamen ex his dūtaxat oēm in nato uidebit euentū. Veniunt. n. aiūt ſæpe uniuer ſales cauſę tā potentes/ut ꝓpria cuiuſq; ꝓmutent ī deterius uidelicet aut melius. Sed redeamus ad figuras quodāmō ꝓtinentes ad natū. Ptolemeus ī quadripar tito inqt: Breue tēpus maximā in re ipſa mutationē facere: ideoq; difficile admodum eſſe iudiciū. Hinc & Abumaſar in libro de iudiciis Neceſſariū inqt eſt ad iudiciū: q̄libet hora optime callere planetarū curſus: & gradus atq; minuta ſignorum tenere certiſſime. Profecto ſigna ſex a Cācro exordientia qa recta ꝓcedunt: horas duas uel paulo plus occupant aſcendēdo. Sex reliqua quæ a Capricorno ſcipiunt/quoniā exoriunt obliqua citra duas horas aſcendūt. Diuidēda igit hora eſt utrobiq; partesq; horæ partibus ſigni diſtribuende. In rectis quidē gradus q̄ſq; ſignorū q̄tādecimā ferme exigit horæ partē. In obliqs ferme uigeſimā. Verum ſicut ī ſignis trigīta ſunt gradus: & ī quolibet gradu ſexagīta minuta: & in quolibet minuto ſexagīta ſecūda. Ita partē horę utrobiq; uel q̄tādecimā uel uigeſimā neceſſe eſt ī partes ſexaginta/& iterū ſexagīta ſimiliter diſtribuere: & ſingula ſingulis ꝓrſus accomodare. Cum igit aſſerant ut & Origenes inqt Aſtrologi/non ſolū gradus/ſed & minuta minutorumq; minuta neceſſario cognoſci debere. In q̄bus planetæ ſint: & quæ aſcendāt ſiue deſcendāt: Nam ī minimo maximum eſſe diſcrimen: quod & Nigidius ī uoluēda figuli rota mōſtrauit. q̄s nā minutias eiuſmōi deprehendere pōt? Iam uero cū ut plurimū media ſigni pars unā aſcendendo occupet horā: quo nā pacto minutū aſcendentis inuenies? cum tam minutā diuiſionē tēporis nequeas obſeruare. Scire nāq; expedit non ſolū quota hora: ſed etiā quotis minutis horæ minutorumq; minutis ex utero ſit puer effuſus. In piſcibus uero atq; ariete ꝓp obliquā horū aſcēſionē: hora. n. & tertia horę parte aſcendere pene uidentī minimā tēporis partē magnā mutationem afferre nō dubitant/ut uel uigeſima horę unius pars gradū aſcendēs imutet. Quoniā igit aſſerūt tēpus uel exiguū quod cadit iter natiuitatē uel geminorū uel duorū quorūlibet hoīum: ex diuerſis q̄dem parentibus: ſed eadem pene tēporis parte naſcentium: diuerſitatē afferre/quę iter illos effectu deprehēdit: Ideo ſic eos Auguſtinus iterrogat: Aut illud exiguum iteruallū exiguā iter illos diſcrepantiam

affert/aut magnã. Si exiguã dixerint obiiciemus Iacob & Heſau geminos ſine ĩ teruallo tẽporis editos in magnis fuiſſe diſſimiles. Si magnã: cũ illę minutiæ nul lo poſſint iſtrumento deprehẽdi .s. ſecũda. tertia. quarta. certe iudicare non poſ ſunt. Magnã uero afferre/ĩ meis neceſſariis ſum exptus. Natæ ſunt ĩ familia no ſtra geminę ſine ĩteruallo ſorores. Alterã poſt edogmadas ſeptẽ ꝑprius ĩteremit morbus. Alterã poſt ſeptẽ menſes nutrix iſcia ſuffocauit. Nati ſũt & gemini ſimi liter. Alterum ĩtra paucos dies ignis occidit. Alterũ aqua poſt annos quatuorde cim ſuffocauit. Nati ſunt & ĩ uicinia mea ſine ĩtermiſſione gemini: q adulti iã ſũt: & corporibus/ĩgeniis/caſibus diuerſiſſimi. Mitto q̃ diuerſa ſit ſors brutorũ una naſcentiũ plurimorũ: præſertim ubi ſimul fouenť in ouis. Profecto ſi tã paruum atq; rapidũ eſt momentũ tẽporis/ĩ quo naſcens homo accipit fatum: ut ĩ eodem illo puncto ſub eodẽ pęnitus circulo cęli plures ſimul uix ad eandẽ competẽtiã naſci queant: ac ſi iccirco gemini quoq; non eadẽ uitæ ſorte ſũt/quoniã nõ eodẽ momẽto ſunt orti: reſpondeãt quæſo/ut cũ Phauorino ĩterrogẽ/ curſũ illũ tẽpo ris trãſuolantis q uix cogitatione animi cõprehendi poteſt/quo nã pacto depre hendant: Cum ĩ tam præcipiti cęli uertigine minima quæq; momenta ĩgentes di cant mutationes afferre. Iam uero maior mora ẽ natiuitatis ĩ uno/q̃ ĩter geminos mox ſibi ſuccedentes ĩ partu. Si igitur ĩ ictu quodã oculi cæleſtis cõſtitutio ꝑmu tať & fatũ/neceſſe iã erit/ut totidẽ fata dicant/quot ſunt & naſcẽtia mẽbra. Hic quoq; ꝑoportune quęriť/utrũ fati ſeries explicet quo primũ momẽto ĩcipit egre di puer ex aluo? An potius quo iã medius exit? An forte cũ totus? Nam & ĩ hoc ĩter ſe diſſentiũt. Verũ altius ab exordio fętus repetenda res eſſe uideť: Et ſi non nulli ipſam tunc cæli figurã inuenturos ſe profitenť: atq; id q̃dẽ ex figura nati uitatis: tamẽ cum hanc ĩcertã hẽant: nimirũ & illã multo magis ĩcertã. Sed condo nemus eis/ut hanc cõptam habeãt: qbus tandẽ regulis ex hac illam aucupari po terunt. Dicent forte non nulli/gradũ Lunæ ĩ natiuitate aſcendẽtis gradũ ĩ cõcep tu fuiſſe: ac uiciſſim gradũ aſcendẽtis ĩ ortu gradũ extitiſſe Lunæ/cũ fętus cõcipe tur ĩ utero. Sed neq; hoc cõptũ firmiter eſſe põt: ĩmo uero arbitrariũ eſt oĩo. Iã ue ro & alii aliunde quærũt/atq; ut refert Iamblichus/ alii q̃nq; ad id legibus uti ſo lent: alii paucioribus: alii uero pluribus. Porphyrius ãt id aſtronomis etiã cõcedẽ tibus ait eſſe prorſus ĩcertum. Sed eſto repiat forte q̃ſpiã primordia fętus: Quę rimus utrum prima illa tẽpatio cæli/quãdo primum ĩcohabať opus humanum/ ſolum cõducat ad opus/an & reliquę deiceps harmõiæ cæleſtes/ quę ſicut & pri ma momentanea fuit/momentis ſingulis uarianť. Si prima ſolũ dicať efficere: mi rum eſt momẽtaneã cæli figurã diuturnum opus abſoluere. Et cũ iã amplius nõ eſt/continue facere. Sed afferent ex prima figura uim quandã ĩ fętu relictã quaſi ſupſtitem & agentẽ. Sit ita ſane/q̃uis etiã ſit adeo mirũ: at certe quę continuo de inceps figurę ſequũtur/num agunt ĩ fętu nihil: ĩmo & agũt hę quoq;/& ſuas no tas inurunt: Et quanq̃ pro natura prioris excipianť: ĩfluunt tamen etiã pro natu ra ſua/ac paulatim priora ꝑmutant: cõfundunt ĩditia: iudicia fallũt. Maxima ue ro & antecedentiũ ꝑmutatio fit/& ſequentiũ incohatio: cũ primũ corpuſculo fę tus iã ad aĩam præparato ĩfluit aĩa. Quod ſane momẽtum uel dęmonibus eſt in certum. Iamblichus ex mẽte Platonis probat ſortem ducẽq; uitæ dęmonem aĩæ tribui etiã ante conceptionẽ ab uniuerſali totius mundi diſpoſitione: prout aĩa cum primum appetit corpus ſe hẽt ad uniuerſum/atq; ecõuerſo. Id ergo tempus

primo ſcire oporteret atq; ꝑpendere. Quod ſola inſpiratione diuina putat poſſe cõprehendi. Pręter hæc ſuꝑ i iudicãdis hominũ effectibus ſiqua tẽpora obſeruã da ſunt/quinq; obſeruãda uidenť. Primo qdem ſerendi tempus/quãdo ſemẽ ia cť in matricem: huius iactus cõditio ſequiť uolũtarium parentũ motum: & ipſã præſentẽ utriuſq; naturã: imaginationẽq; comitantẽ potius q̃ pręſentẽ cõſtitutio nẽ cęli. Principiũ. n. motus fuit utriuſq; uolũtas. Sors uero i eiuſmõi motu potiſ ſimũ pro eorũ natura & imaginatione contingit: interea non nihil fauente cęlo. Quantũ imaginatio poſſit apparet i auiditate pregnantiũ: & i aĩalibus quę alba naſcunť ex genitoribus imaginãtibus alba: ſicut de pauonibus ferť. Secũdo tẽ pus/quo ceſſante iã motu prædicto ſemen in matrice collectũ firmumq; iã ex eo quod erat ĩcipit ꝑmutari/& forſan primo cõglutinari. Exordiũ & ſors cõglutina tionis actioniſq; eiuſmõi ſequr conditionẽ ſeminis & parentũ magis q̃ cæli/ qa admodũ materiale eſt/quod efficiť: & id qdem erat/ſitq; pars parentum. Pars ue ro ꝓpinquũ propriũq; ſuũ ſequiť totũ. Vnde uidemus ex tali ſpẽ ĩdiuiduoq; ta lem ſpẽm & ĩdiuiduũ eiuſmõi ſemẽq; coaleſcere. Cõfert tamẽ interea cælũ. Ter tio: tẽpus quo primũ fętus formať in uitã. Idq; fieri aiũt ſecũdo mẽſe/quo potiſ ſimũ Iupiter agit. Verũ incertũ eſt/utrũ adſit uita/ cũ primũ ſui mẽſis impleuerit mediũ! an aliquot poſt dies! cum ad quadrageſimum nonum a cõceptione diẽ ꝓuenerit: qa natura frequenter ĩ rebus noſtris ſeptẽnario gaudeat. Et oío an fiat aliter/eſt obſcurũ. Forte. n. ſicut ĩ nono mẽſe/quẽ Ioui rurſus attribuũt/ non ſimi liter ĩ lucẽ oís ędiť infans: ita neq; pariter ĩ ſecundo uitã quilibet accipit. Nam & fęminas nõ ſimiliter atq; mares accipe/comptum eſſe ferunt. Sic & mares ĩter ſe & fęminas ꝓbabile eſt nõ eiſdẽ interuallis accipe. Quid/q; rõnalẽ aiam deſcendere alii forte dicent: nõ menſe Iouis! ĩ quo uim uegetalẽ tribui dicent: nõ mẽſe Mar tis! ĩ quo uim potius ſenſualẽ: ſed menſe Solis aut forte mercurii. Sed opinioni bus his obmiſſis cõſideremus ſimpliciter proprię uitæ prĩcipiũ. Auſpiciũ uitę ab hoc die & hora maxime ducť. Nã a conceptione auſpicium potius eſſentię fuit & molis hactenus nõ alia uita uixit q̃ parentũ: parſq; alterius extitit. Nunc uero ꝓpriã ſibi uendicat uitam: fitq; iam totũ/motuq; mox ꝓprio utiť. Eiuſmõi ergo uita uitã iam exteriorẽ. i. uniuerſi ſecuta uideť mentẽ ue diuinã. Sors quoq; uitæ in corꝑore inq̃/ſequr maxime præſentẽ cæli conſtitutionem. Deíde ẽt corporis habitũ: præſentẽ dico habitũ. Alius. n. iam eſt q̃ in conceptione fuerit. Et merito ſicut quod erat materiale magis/materialẽ magis cãm ſequebať: ita quod maxie eſt fitq; formale/cauſam ĩprimis formalẽ. i. cæleſtẽ & ſupcæleſtẽ pręcipue ſequiť. Quarto: tẽpus quo adultus infans ĩ utero ſe a maternis uinculis abſoluere toto impetu nitiť. Solutionis eiuſmõi ſors ſequiť primo qdem præſentẽ uirtutẽ pueri ac matris cõditionẽ: deíde cæli habitũ magis minusue ad id conferentẽ. Quin to: tẽpus/quo ſolutus oío puer erũpit ex aluo. Erũpentis qdẽ conditio pręcedẽ tem conditionẽ ſequiť annitentis. Qualis ãt futura ſit huius conditio: qui ex al uo iã prodiit/ſi mõ iudicať ex conſtitutione cæleſti/qua prodiit: nõ tanq̃ ex cau ſa: ſed uelut ex ſigno perpendiť: probabile. n. eſſe dicent: præcedentẽ cęli proſpe ritatẽ ad cõſequentẽ cæli ꝓduxiſſe proſperitatẽ. Sed memento ſortẽ oío ꝑpendi non poſſe: tum qa ignoranť tempora: tũ qa ignoranť & cauſę quot q̃lesue ſint: tũ qa neſciť qd potiſſimũ ex oíum concurſu confleť. Cõcurſu inq̃ tũ præſentiũ inter ſe tũ conſequentiũ cum præcedentibus cauſarum. Aliud. n. ſtellarũ agmen

fuit: quo primum tempore concipeť homo: aliud poſtea cū infūdereť aīa: aliud cum ederet in lucē. Quod ſi alius atq; alius ſtellarū ſitus & ductus differentes ꝑ mittit fortunas. Quis nā ſortē in iudicando ex his potiſſimū eliget? Quis nā in quauis tẽpatione cæli ꝓſpiciet q̄tum boni uel mali hinc aut inde ex diuerſorū compatiõe afferaťr: auferaťr: augeaťr: minuaťr? Quid deniq; noui ex oīum mixtio ne cõfleť/ī qua uim maximā eſſe nõ dubitāt. Nam & aſpectus q̄ forſan ꝑ ſe diſſo nare putanť/ coniūcti tamē cū conſonantibus cõcentū conficiūt gtatiorē. Cū ue to ex oīum mixtione dico: nõ lumina tantū cæleſtia! ſed etiā īferiorū uires mate riāq; & locū ad miſturā talē arbitror cõferre q̄plurimū. Quæ q̄dē oīa certe cõple cti/diuinitatis eſt ꝓpriū. Hinc Heſaias ait. Dicite mihi uēcura: atq; ego uos deos dicā. Hinc Plato deo q̄dem ſcientiā tribuit/nobis opinionē. Hinc Ptolemeus iu dicia de futuris īter neceſſariū & contingens ait media cadere: neq; pro certo ali quid proprieq; cõpto affirmari debere. Hīc Auicenna ī metaphyſicis negat aſtro logis eſſe credēdum: qa neq; cuncta cæleſtia teneant: neq; naturas īferiorū ad iu dicīū neceſſarias. Neq; nitanť demõſtratione: Sed expientia quadā uel uaticinio ꝓbationibuſq; oratoriis atq; poeticis. Humanū nāq; īgeniū tū cauſarū numerus & q̄litas latet: tum expientia fallit: tū ſigna decipiūt. Sane cū multæ ſępe ad idē concurrere cauſę poſſint: uix diſcerniť a qua potiſſimū cauſa effectus talis/ talis ue ꝓuenerit. Prēterea expimentū non eſt ſimile/ niſi ī materiis temporibuſq; oīo ſimilibus. Auget quoq; ī iudicādo fallaciā. Quod frequenter eiuſdē effectus ob cās differētes multa ſunt & diſſimilia ſigna: Atq; uiciſſim diſſimilis nõnunq̄ euē tus quodāmõ ſigna ſimilia. In diuerſis poſtremo tēporibus rerū uarianť īditia: Sic aſtrologus ſaltem quolibet anno reuolutiõem cogiť obſeruare: Sic medicus quauis hora ęgrotantis accidentia circūſpicere/ futurū prædicturus euentū. Simi liter auſpex & aruſpex ſiqd ī hoc eſt ueri/ oſtēta paſſim & oīa ſingulis aucupari momentis. Similiter & phyſonomus/ ſiqd mõ ī hoc eſt ueritatis/ ſingulis ætatis humanæ ſeptēnariis argumenta ualitudinis morumq; ꝓſpicere. Sicut. n. ſeptimo quoq; die ī ægrotantibus noua potiſſimū captanť inditia: ita ſeptimo quoq; an no noua quædā accidentia & lineamēta nouę figuræ/ noui colores/ & geſtus uel ſubortiunť nobis/ uel ſaltē aptius demõſtranť. Sed memēto quocunq; mõ uel ri tu circa futura/ uel qūocunq; abſtruſa hoībus uera dicanť: Id ſæpe caſu cõtīgere/ apud eos præſertim q̄ plurima dicunt. Sępe etiā quod & huic ſimile eſt/ id eueni re/ qa multa ſūt ī uita oībus ferme cõia: multiſq; undiq; modis quotidie contīgē tia: nõnūq̄ quod uel caſu uel arte uideť eſſe ſpectū: iſtictu potius naturali ſiue dęmonico ſiue diuino fuiſſe ꝓbatum. Naturali īq̄ iſtictu: q̄do natura ī nobis ſic rēpata eſt: ut ab uniuerſali natura facile moueaťr. Dęmonico/ q̄do imaginatio ſic affecta/ ut oportune pulſeť a dęmone. Diuino/ q̄do rō uel ītelligentia ita ſe hēt/ ut accomodatiſſime tunc diuinæ menti ſubdať/ etiā ſi id nos lateat. Quinq; ſūt igiť prædicendi modi. arte: caſu: natura: dęmone: deo. Hīc efficiť/ ut pleriq; uel ī ertes uel minus ī artibus eruditi præſagio doctiores excellāt. Hīc Porphyrius an te q̄ narraret Plotinū uaticinio Socratis īſtar mirabiliter polluiſſe: ait eum aliq̄d ipſa natura mirabile præter cæteros hoīes habuiſſe: nec ſolū dęmonē: ſed et deū habuiſſe magiſtrum. Hīc aſtrologicū illud iudiciū ex ſtellis nõ ſolū fit ꝓ earum īſpectionē: ſed ēt ex ipſius natura q̄ iudicat. Hīc Ptolemeus. Iudicia huius ambi gua ſunt ei/ q̄ rerū naturas ſtellaſq; conſiderat. Illi uero q̄ ex meliori parte futura

cognoſcũt/ꝑpinquiores ſunt ueritati ꝑ uim aiæ ĩ eis dominantẽ q̃uis non mul tam huius artis ꝑtiã habeãt.. Conclude tandẽ ſi agricultores ac medici ĩ re cer tiore ſæpius prædicẽdo fallunt̃:cęteros prædictores ſæpiſſime falli. Quã fallaciã doctiſſimi q̃ aſtronomi deprehẽdẽtes iudicia neglexerũt. Mitto cæteros mihi etiã notos. Paulus Florentinus aſtronomus ſingularis hæc ridere ſolebat: q & annos uitę q̃q ſuꝑ octogĩta ꝑpleuit:ſuã tamen geneſim diligentiſſime contem platus/nihil ad ætatem conferens longam potuit inuenire.

Quãta ſit rerũ in uniuerſo cõmunio:& qũo ĩ rebus ſint latẽtiũ inditia quædã.

Quãuis ãt futurorũ atq; latentiũ iudicium ſit fallaciſſimũ: & ſi quãdo uerũ dicũ eſt: ſæpius naturali dęmonico diuino quodã inſtĩctu q̃ arte ꝑcedat. tamen inſita rebus ſunt quædã inditia rerũ q̃bus admonitus natura ſagacior aĩus ſua iã uel altiori explicat facultate: Quod ĩditia leuiter admonẽt. Eſſe uero ſigna uiciſſim ad res ĩdita rebus Plotinus ab ipſa uult cũctorũ cõnexione naturę:ex qua tũ res alia euentũ ſignificat aliũ: tũ res altera mutuo ſignificat alteri:ſi militer ĩ mũdo/ſimiliter & i nobis. Profecto ſi ĩ rebus ꝑfecte mixtis/quod elemẽtum eſt ĩ quodliber:multo magis ĩ aĩali/quod ita ferme cõpoſitũ eſt ex mẽbris: Sicut ex elemẽtis conflaẽ & mixtũ:ĩ quolibet mẽbro ſunt cuncta. Compoſitũ. n. quod natura melius eſt/nimirũ eſt & meliori rõne cõpactũ. Cõpoſitũ uero nullũ natura ẽ ꝑfecte cõnexũ/niſi ſicut ĩ toto ſunt partes/ita uiciſſim ĩ partibus ſit & totũ. Nõ eſt ãt totũ ĩ partibus/ſi ꝑ aliquã uel aliquas dũtaxat partes partibus aliis inſit. Immo ſi ꝑ cunctas oĩo partes ĩ parte ſit q̃libet.i.ſi ĩ quauis partes ſint oẽs. Accedit ad hæc/q̃ ĩ genitali aĩę facultate/ita ſimul totus eſt homo/ut ĩ quolibet mẽbro ſit totus. Similiter in uirtute ſeminis formatrice ubicũq; mẽbrum aliquod cogitaẽ. Simul & reliqua cõſequunt̃: hactenus nulla ẽ iter membra loci diſtinctio: ſed rõnis. Cũ igit̃ aĩal oculis manifeſtũ ſub hac unionis cõditione: tũ ex aĩa tũ ex ſemine pululet. Cõſequẽs eſt unionẽ quodãmõ ſimilẽ inde ſuſcipiat. Quãob rem & ſi alibi caput eſſe uideꝫ:alibi rurſũ manus/& pedes:cõmuni tamen partici patione quadã forte ſunt ĩ oĩbus oĩa:ſic ĩ cerebro aliq̃d ẽ cordis & iecoris. Sic ĩ corde iecoris nõ nihil & capitis. Sic ĩ iecore fit uiciſſim:in uultu manus & pedes: In manibus forſan & uultus & pedes. In pedibus forſitan uultuſq; manuſq;. In quolibet itaq; mẽbro ſicut aliq̃d naturaliter ẽ aliorũ:ſic pręter inditia ꝑpria/aliorum quoq; nõnunq̃ ĩditia latent. Tu ergo poſtq̃ frontẽ ĩprimis & oculos præcipue fueris cõtẽplatus! oĩa paſſim circũſpice ſigna. Quod. n. alicubi uel re latet/ uel ꝑpĩpedimẽtum minime prodiit/forſan ĩuenies alibi. Aĩal ſimili rõne mũdanum ex aĩa quondã ſua/ex ſuo ſemine pululauit:ea uidelicet rõne:ut ĩ quolibet eius mẽbro ſit totũ. Sic ĩ qualibet ſphæra ſuo quodã pacto ſphęrę ſũt oẽs. Stellę ĩ quauis ſtella ſunt cũctæ. In aĩantibus aĩantes. Mixta in mixtis oĩa latent:adeo ut facile tũ ex oĩbus ĩ oĩa fiat ĩfluxus:tũ ferme ĩ ſingulis præter ꝑpria ſigna/ĩditia quædã ad reliqua lateant. Mitto q̃ ĩ Saturno nõ ſolũ natura quędã eſt Mercurii atq; Lunę:ſed ẽt reliquorũ. In Ioue nõ mõ natuta Veneris:ſed inſuper aliorũ. In Sole Martis atq; cũctorũ. Mitto q̃ ſimiliter ĩ nobis ad caput pulmones referũtur & ſtomachus:reliq̃ ue deĩceps. Ad cor ſpũs atq; bilis & reliqua. Ad iecur ſanguis & genitalia mẽbra/& cætera conſequenter. Collige tandem ſicut ĩ corpore

noſtro partes partibus obſecūdāt ad officiū ꝓrſus/& forſan ad argumentū. Ita to
tū mundū cuius pars ē corpus humanū/ ſuis paſſim īditiis ad noſtra cōducere. Si
cut.n.ī nobis oīa mēbra uirtutē unā ſecunꝫ genitalē atq; formatricē/ quæ ī ipſis ēt
cōſeruaꝫ:ſic oīa corpora una cū eiuſmōi uirtutibus ipſum uniuerſi corpus ſimilēq;
uirtutē eius pariter comitanꝫ: ut nihil fortaſſe ſit mirū: ex uniuerſo ſigna nobis ac
comodata ꝓcipi poſſe. Sed ea qdē ut inde ꝓæſtanꝫ:cōiora uidenꝫ. In nobis āt ad
humanā accedunt ꝓprietatē. Inde.n.ad oīa quodāmō ꝓtinent. Apud nos trahunꝫ
ad hoiem. Verū ſicut ī cęlo deſignata nō ſemꝑ eueniunt:obſtante nōnunq̄ uel di
uerſa cā/uel aduerſa materia:Ita ſigna nobis indita fraudanꝫ euentu: cauſis uideli
cet aliis uel palā uel clam repugnantibus īpedita. Quāuis.n.cauſę indicatiōeſq; in
nobis/homini magis ꝓprię ſint/plerunq; tamē incertiſſimę ſunt/tū qa multiplices
nimiū iā euaſerunt/ac ꝓpria turba & oppoſitione cōfuſæ:tū qa noſtra materia nō
ſolū q̄plurimis eſt ſubiecta:ſed īſtabilis & īpedita ſæpius atq; fallax: tū quoniam
noſtrorū ſimilitudines imaginationeſq; reliqua ſæpe cōfundūt: tū deniq; quoniā
aīæ uirtus tā naturalis q̄ acqſita ſæpe multa ꝓmutat. Sed quoniā ad aīam ꝓpor
tune ꝓuenimus:notare ī uerbis Plotini debemus/nō una tantum aīa oīa uiuere. Si
quidē ait:Si mēbra noſtra uires & actiones ſingula ꝓprias habent/cū tamē non to
ta quędā ſint/ſed partes/multo magis eas habere aīalia quæ ī mūdo rōnalia ſunt/
quoniā & maiora ſunt:& nō partes ſolū:ſed inſuꝑ ſunt & tota. Vnd patet præter
cōe fatum his munera quædam uel ī diſpenſatione fatali uel præter fatum ꝓpria
cōuenire. Cōfirmat deniq; in uniuerſo nō fortuitā congeriē ꝓuagationēq;/ſed ꝑ
petuā rerū motionūq; ſeriē eſſe naturali & diuina quadā arte diſpoſitā:ꝓpea q̄ ad
certum finē ſingula diriganꝫ. & cuncta cōferant ad cōem:& cōſequēs ubiq; ſucceſ
ſionis ordo ſemꝑ agatur ſimiliter atq; repetatur.

¶ Quę ſint prīcipia rerū: & qūo aīa noſtra ēt habeat prīcipii rōnem:Super fatum:
Cedat fato:Puniaꝫ lege diuina. Itē qūo poſſit mirabilia facere: & corpus ēt a fa
to quodāmō liberare.

## Cap. VIII.

TRia ſunt potiſſima mundi principia:bonum:& intellectus:& anima. Mun
dus itaq; ſub bono inſtitutus ad bonum:ītellectuali aīaliq; ad id prouidē
tia ducitur. Animę rurſus omnes/quæ per intelligentiam & rōnem tum in
ſeipſis efficiunt orbes:tum aīæ mundanę orbes & imitanꝫ & aſſecunꝫ:ipſæ quoq;
prīcipii rōnem habere putātur: Præſertim qa uelut collegæ ad ipſā diſpenſationē
mundi recipiuntur: Quāuis officiū ipſū/quod aīa mūdi reuolutiōe unica peragit:
reliquę rōnales aīæ multis quoad poſſunt reuolutionibus impleant. Rōnalis igiꝫ
anima nō ſolum ī mundi chorea ducitur:ſed & ducit. Exordiꝫ.n.opus proprium
uelut agens: quādo ex ſeipſa tum ad ītelligibile contemplandū: tum ad ſenſibile
gubernādum/rite procedit: Rite inq̄ progreditur ad ſēſibile:quādo ad hoc ita ſe
gerit:ut huius gratia ītelligibile minime prætermittat:hoc aūt eſt recta procedere.
Sic enim ad finem illū proprie tendit:quorſū prouidentia ꝓrſus intendit:Per obli
qua uero præuaricatur quotiens ſenſibile bonum intelligibili nimium anteponit.
Videtur autem hic Plotinus more Platonis per nomen recti atq; obliqui tangere
uim rectitudinis in menſuris. Recta quidem columna grandia ſubſtinet pondera.
Non recta uero frangitur aut cadit. Radii perpendiculo recti dum uidentur reper
cuti non per diuerſa labuntur/ſed redeunt ad ſeipſos. Et cum ex aere facili in diffi

Seu in actu primo:ſiue ſecũdo: ſiue nõdum mobile:ſiue iã mobile. Præcipue uero pricipium eſt entis/& finis qua ens unum eſt & bonũ.Potiſſime quoq; principium entis/ut & ipſum & ens eſt unum:finis eiuſdem/ut & ipſum & hoc ẽ bonum.Sed de hoc alibi.Redeamus ad aĩam.Solemus argumentari rõnalem aĩam eſſe eſſentiã.s.formã ac ſpẽm in ſe firmiter cõſiſtentem:ſuũq; eſſe atq; exiſtere in ſe prorſus habentem:ex eo ꝙ appetitiones actioneſq; quaſdã proprias habeat/ tum ſegregatas a corpore:tum corpori frequenter oppoſitas. Plotinus uero uiciſſim hic uelut ratum accipit/animam eſſentiam ſic exiſtere.Per hoc autem argumentatur/ eam munera quædam ꝓpria poſſidere. Sed unde nã id habet ratum? Ex eo forſan/ꝙ eſt principium entis mobilis ordinate ac perpetuo mobilis. Eſt igitur eſſentia fixa:ac ſi mobilis:ex ſe mobilis:propriaq; uita uiuens:ſicut ꝓprio motu & intimo mobilis. Vita.n.motus & actus eſt intimus. Quamobrem ſi aĩa quaſi mouetur interdum ab externis atq; formatur:iccirco cõtingit/quoniã ipſa iam ſponte ceſſit ceditq; corporibus. Sed ipſa interim ꝓpriã habet/firmãq; tenet in eſſentia formã:ſimul & eſſe. Siq; dem ab initio naturaliterq; ad corpus/non ut mobilis atq; patiens:ſed ut motor acceſſit & agens. Qũo aũt anima ẽt noſtra ſit principium motus.& in rõne principii ſit animę mundanæ collega in theologia probamus.Nunc uero cõcedamus animam in officio motionis æque ferme cum cęleſtibus cõuenire:quæ cum eiſdem in ſupiori officio.i.contẽplationis munere cõuenit:quo & trãſcendit motum ad ętterna reſurgens. Cõcludit poſtremo Plotinus:noſtrum animal ex animali mundano pendere.s.ab initio quẽadmodum alias declaraui: & quotidie plurimum. Verũ ſicut & quotidie etiã ex aĩa noſtra dependet:ſic ab initio a noſtra quoq; pẽdebat:atq; uiciſſim ſicut ab initio/ſic & indies. Tale igiẽ plurimum in nobis eſt aĩal:quale aĩal eſt mundanũ.s. aĩam habens corporis uſui naturaliter cõſulentẽ:& cũ corpore ſimul agentẽ: & in nobis ſaltem quodãmõ patientem.Item quotidie in noſtrũ aĩal inſtinctus qdã mundani mirabileſq; reſultant ꝓ diuerſa diſpoſitiõe mundi/tũ dormientibus tum ẽt uigilantibus.Et hoc aĩal mũdano ſæpe cõſentit & cõpatiẽ animali. Niſi quatenus anima in nobis ſupior huius quoq; domina/hincq; ſepabilis /& animæ mundanę germana/animal hoc aliter mouet & ſiſtit. Hæc.n.& ſepata ẽ ab initio ꝓ eſſẽtiam atq; eſſe:& ſepari ẽt magis ſtudio põt ꝓ oppoſitum affectum ſimul & actũ: actioneſq; proprias habet.Ac ſi aĩal ſibi cõmendatũ mãſuefacere põt/& ad ſe ita cõuertere:quod alibi Plotinus ait:põt ẽt id nõnũq; uirtute mirabili ab his malis eruere·ſicut & ipſa ſe eruit/dũ quæ ad aĩal ꝓtinẽt tãq; aliena nõnũq; nihilipẽdit.

¶ De duobus animabus in nobis. Itẽ quomõ a cõmuni ſeminario mundi oĩa generenẽ:& qũo in eo cõprehendanẽ.Et quæ gignunẽ/tum ſemel exeundo degenerent:tum ꝓ ſęcula deficiant a primordiis. / Cap.XVI.

POſtq; in ſupioribus & quæ nõ ueræ ſint rerum cauſæ demõſtrauit.& quę ſint ueręquodãmõ deſignauit:in tribus iam ſequentibus libri capitibus quę ſint cauſæ ueræ definit. Tu uero ĩ primis ubi dicit: quod inſepabile eſt quãdo ẽ in corpore: nota forte Plotinum uelle:uitam corpori dedicatã:quã ſæpe animã ſecundã nominat: inſepabilem eſſe a corpore.i. inſepabiliter agere.i.ſingula ſimul cum hoc corpore uidelicet dum eſt in eo: Verũtamen poſſe tãdẽ.

una cum ſupiori anima hinc abire. Nã & ab ea pendet uelut actus eius aſſiduus: q̃uis hic actus p actum aię mundanæ corpori coniungatur. Sicut radius uiſualis p radii ſolaris actum aeri ſe inſinuat. Atq; ſicut neuter radius euaneſcit apud Plotinum: Sed uterq; ĩ fontem proprium replicatur: ita & actus uitalis uterq; tum cõmunis ab aĩa mundi: tum ꝑprius a noſtra redit in ſuum. Neq; forte ꝓhibet unionem uitę/unitatemq; aĩalis eiuſmõi uitę duplicitas. Cum altera q̃dem cõis ſit/altera ꝑpria. Et quæ ꝑpria eſt naturaliter cum cõi cõſpiret ad idem: tũ ad ꝑpria illã determinãs: tum ab illa rurſum adiuta ad opus proprium cõi totius opi cõſentaneum. Sed de hoc alibi diligentius. Præcipuas naturaliũ cauſas eſſe uult ſeminales earum rõnes in uegetali aĩæ mundanę natura. Quibus ſemp ordine certo reſpondeant ſeminales in ſpẽbus ſingulis rõnes. Sed quonã pacto ex uniuerſo ſeminatio mundi oĩa pullulent/multis quæſtiõibus ꝓſcrutaẽ. Pricipio quęrit nũq̃d aĩa mundi ſingula faciat/q̃ſi recta q̃dam ſucceſſiõe. s. ĩ ordine graduum occaſio numq; tẽporalium prius q̃dem elementa ſecundum originem: deĩde quę ex his cõponunẽ. Itẽ hoĩem primũ ſecundum dignitatẽ: deĩde bruta: Vtrum inq̃ hęc faciat: eiſq; ꝑuideat uſq; ad ſpẽs duntaxat rerũ: earũq; ꝑpaginẽ & ſalutẽ. Quæ uero ſingulis ĩdies accidant/non attendat. Quæſtio ſecunda: utrum aĩa ẽt ſingulorum quę ĩdies ſingulis accidunt/ꝑpea cã ſit/q; quæ generanẽ ab ipſa: deĩceps agant & quæ ſequunẽ. Quaſi ſic aĩa mundi dicatur contingentia quælibet: & ſi non ꝑ ſe tamẽ ꝑ medias ubiq; cãs agere. Quæſtio tertia: num aĩa ĩ ſeminalibus penes ſe rõnibus pręſcriptas habeat ſingulas ſingulorum actiões atq; paſſiones: nihilq; caſu contingat: ſed oĩa fatali neceſſitate ducanẽ. Quarta quæſtio: ſi aĩa ſic ĩ ſe ſingula cõtinet: utrum rõnes aĩæ ſeminales hæc efficiãt: an ſolum uel ipſæ cognoſcãt: uel ꝑ eas aĩa ipſa cognoſcat: Adeo ut ita quotidie circũſpiciat nõ ſolum res ſingulas/quę quodãmõ generantur ab ipſa! ſed ẽt actiones/paſſioneſq; earum/omẽſq; euentus. dum uidelicet præſentia oĩa cõprehendens q̃cq̃d ad illa ſequitur quaſi argumentãdo cõcludit. Siue cõplurima in antecedẽtibus ſimul q̃ſi pręſentia contẽpleẽ. Siue nunq̃ ſũmatim ſequẽtia complectaẽ: ſed ſingula ſemꝑ in horas ꝓſeq; compellaẽ. Quęſtio qnta: utrũ aĩam mundi nefas oĩo ſit adeo ſollicitã ponere. Sed putandum ſit potius in eius notionibus hæc oĩa ſemel eſſe pręſcita: aut etiã in rõnibus ſeminalibus deſtinata. Sexta quæſtio: utrum uitia defectuſq; naturatũ ex rõnibus naturę ſeminalibus deſtinari & fieri poſſint. Forte nãq; & quæ ſigillatim mala uidentur ad bonum uniuerſo cõducunt. Soluit deniq; quæſtiões: negãs in rõnibus rerum naturalium ſeminalibus q̃cq̃ in actu contra naturæ ordinem cõtineri: ſicut neq; in rõnibus artis/quatenus tales ſunt/præter artem aliq̃d cõtinetur. Quicq̃d igitur formale in rebus eſt atq; formoſũ: ĩ rõnibus ꝑſe continetur: & ab eis ꝑprie proficiſcitur. Quicq̃d uero deforme cõtingit: id ex informi materia primũ: uel ab eis quę hac infecta ſunt cõſequenter euenire uidetur. Sed q̃dnã ſibi uult: quod ait rerum defectus nõ ſecundum actum! ſed ſecundum potentiam in rõnibus contineri? Certe nõ ſecundum actum: quoniam nõ efficiuntur ĩde defectus. Quoniã nulla eſt ibi propria forma defectus! Sed ibi ſaltem ſecundum potentiã eſſe dicitur. Quoniam ex ĩtegra forma uelut exẽplari cõiectari põt quo pacto/quo ue gradu aliq̃d inde deficere poſſit. Quæ igiẽ mala uel minus bona ſunt/præſcita q̃dem illic eſſe poſſunt/prędeſtinata nõ poſſunt. Quicq̃d. n. determinaẽ inde/definiẽ ex forma: quod uero fit inde/non

tale prouenit in materia/quale possidet ab aĩa. Sed & quoniam extra fit/degene
rat: & quoniã in materia fit informi/fit deforme: ac rursum diuersorũ mixtione
cõfundit. Anima igit eousq; agit p rõnes/quousq; res formositate cõgruunt rõ
nibus: q̃uis ulterius etiã. i. deformitatem coniicere possit: generatim qdem intel
ligentia: sigillatim uero rõne uel imaginatione quadã naturę cõiuncta: Sed in ea
quoq; nõ tam discurrendo p singula q̃ sũmatim. Ait uero & hic formas in mate
ria a formis naturę deficere cõcussione quadam. i. tum quia extra rõnes discede
re uident ab eis: tum quia informi materia deformes euadunt: tum quia miscen
tur oppositis: tum quoniam paulatim a pristina dignitate degenerãt. Naturalia
uero paulatim degenerare p sæcula Plotinus in supioribus ait: & Plato in Politi
co. Protagora. Crytia. Menexeno. Nosq; ibidẽ cãs assignauimus: & hic ita breui
ter assignamus. Degeneratio rerum quædã est diuturnior ab initio. s. mundani
circuitus ad finem usq; se porrigens. Quędã diuturna minus ab ingenti terrarũ
illuuiõe: ad illuuionẽ alterã pseuerãs. Cogita igit signa duodeci/quæ ĩ firmamẽ
to uident signis subesse duodecim ĩ nona sphæra signatis. Quã Plato sphæram
& si non manifeste posuit: posse tamen existere/cogitauit: quãdoquidẽ esse pos
se non negat. Respondebãt itaq; quondã signa undiq; signis. Aries Arieti: Tau
rus Tauro: Gemini Geminis: Cãcro Cãcer. Leo Leõi: Virgini Virgo: Libręi Libra
Scorpius Scorpiõi: Sagiptarius Sagiptario: Capricornus Capricorno: Aquarius
Aquario: Pisces denicq; piscibus. Tunc fęlix auspiciũ fuit sæculi sæculorũ/tãdiu
fęlix/q̃diu eisdem eadem congruebant. Transgressus ãt est deide p morum ad
ortum Aries Arietem/sequentiaq; transgressa sunt reliqua consequenter. Natura
les interea res simili quodam gradu degenerare cęperunt. Quãq̃ etiã qbusdam
sæculis pristini uigoris non nihil ad tẽpus recipe posse uidenť: quãdo signa hęc
& si non ad illa prorsus eadem/saltem ad similia ueniant. Aries ad Leonem aut
saltem ad Geminos. Vel Leo ad Sagiptarium uel ad Libram. Gemini ad Libr̃ã:
uel libra ad Aquarium: cæteraq; similiter. Aut saltem aspectus illic orianť/ quos
astronomi tradunt magis esse concordes. Conferunt interea magnæ quædã pla
netarum coniunctiones: q̃uis & uicissim nõnunq̃ nocere contingat. Similiter ad
rerum mutationes conducit motus imaginum p accessum ad meridiẽ/atq; recess
sum multis sæculis restitutus. Verum non prius pristinã res fęlicitatem recupera
bunt/q̃ eadem reuertanť ad eadem. Motus qdem signorum nobis manifestorũ
ad ortum uergens/annis centum gradum unum præterit signorum supiorũ. An
norum itaq; triginta sex milibus explebitur sæculum sæculorum. Interea sæculi
altera quædam fit mutatio: quãdo tellus uel aquarum illuuione diluit̃: uel flam
marum incendio deuastať. Siue igit̃ post aquas solis calor prępotẽs humoribus
incumbet. siue post ĩcendia uicissim hymber exuberet: terra mox utrobiq; calore
& humore fęcundior pulcherrima parit: donec ob siccitatem sterilior indies eua
dens minus pulchra parturiat. Redeatq; tandem remedii gratia illuuium simile
uel incendium. Memẽto uero cælestium motiones & situs nõ tam ad ipsam for
marum generationẽ/quæ ꝑprie fit seminalibus rõnibus: q̃ ad materiã ꝑtinere ali
ter uel aliter disponendam. Tertia degenerãdi causa est præsertim pertinẽs ad
humana: qp ĩ ipsa nouitate mũdi/siue per creationem fiat nouus: siue per exitiũ
prius nouus effici uideatur: hoies superiorum numinum quasi pastorum sedu
la prouidẽtia gubernantur. Debiles. n. nudiq; natura/& arte rudes superiorum

prorſus indigent gubernaculis. Prouidentia uero in rebus neceſſariis ſua nunq̃ de ſerit. Vnde factum eſt: ut & natura ī neceſſariis nō deficiat. Quapp in corpore aīa lis: pro maiori mēbri alicuius neceſſitate magis natura laborat. Igitur res humanæ diu quondā omnino recte diuinitus/nimirum diuinius ꝓcedebant. At cum primū humanum ingenium tēpore ſatis excultum/ minus indigere uiſum eſt aſſidua ſol licitudine dęmonum: ceptum eſt gubernari negligentius a dęmonibus: ſeu mauis angelis. Vnde humanæ res in deterius quotidie dilabuntur: donec incurabilis ꝑ ſe morbus humanus neceſſariā ad ſe curam prouocet diuinorum. Qua uero rōne ex uariis etiā degenerantiū gradibus mūdus cōtinue ſit uel ex aliqua partium defor mitate formoſior alibi ſatis & diximus & dicemus.

Rōnes naturę ſeminales nō ſunt notiones/q̃uis ī natura fiāt a mente. Itē dege nerant in natura primum a mente: Deinde ī materia deficiunt a natura. Rurſus quale futurū ſit aīal mundanum/ſi ſublata rōne cōſiderāt. Cap. XVII.

RAtiones uero ſeminales ſicut ī qualibet aīa non ſunt notiones quędā: alio quin cognoſcendo cōtinue generarent: & generādo cognoſcerēt: Sic neq; in aīa uniuerſi: cuius uita eſt uita q̃libet efficacior: ideoq; ſimplici uitæ uir tute pōt abſq; notionis auxilio generare. Primo quidē rōnes eiuſmōi intelligentię non exiſtunt. Intelligentia.n. & ſeipſā: & ſi opus ſit rem intelligendam ſegregat a materia. Vis āt efficax qualis eſt ſeminis naturalis: cum ī materia dūtaxat generatu ra ſit/materiam ī primis aggrediť: pęnituſq; ingreditur. Deinde neq; rōcinationes ſunt. hæ nāq; q̃ſi accidentales/& imaginariæ ſunt: ideoq; ſubſtātialia & uitalia fa cere nequeunt. Facere uero more artis ſolent extrinſecus: externorumq; inſtrumen torum amminiculo/& imaginaria quædā. Rōnes uero ſeminales ītrinſecus agunt: perq; ſeipſas ac ꝑ inſtrumenta cōiuncta more cuiuſcūq; naturæ: faciuntq; ſubſtan tias. Pręterea neq; imaginationes ſunt. hę nāq; ut ī nobis apparet abſq; affectus ef ficacia in corpore nihil efficiunt. Quinimo neq; affectus imaginationi ad formas ſufficit generandas: Sed ad motum forte localem. Nā ex imaginatione affectu cor roborata localis e ueſtigio motus in ſpū fit & corde. Ex hoc motu deinceps quali tates/quæ iādiu ſunt ī corpore iam excitanť/ unde uel aliam īſup faciunt q̃litatem uel paſſionem. Similiter ī aīa mundi imaginatio nō formas qdem primo rerum ge nerat: qppe cum ipſa magis etiā q̃ rōcinatio imaginarium qddam eſſe uideať. Sed cum affectu coniuncta ad localem motum mundi conducit. Ante quē motum for mę rerum ī mundo iā exiſtunt. Ibi uidelicet iādiu genitę uirtute mundi genitali: ꝑ ſeminales. s. rōnes. Quāobrem ex rōnibus eiuſmōi naturæ huic īfuſis primę rerū formæ ꝓcreanť in mundo. Subīde uero ex imaginationibus ſpectantibus ſingula generanda: ꝑ motus quodāmō ſingulos/quotidiani motus/& ſinguli fiunt. Qui bus formæ rerum ad alterationem mutuā concitanť. Qua qdem alteratiōe ꝑperua materia paſſim ad nouas quotidie formas a rōnibus ſuſcipiēdas rite parať. Comi tes ergo ī aīa qdem imaginatio naturaq; ſūt. Comites ſimiliter ī uniuerſo alteratio ſemꝑ atq; generatio. Nec iniuria natura genitrix ſingulorum imaginationem co mitať atq; uiciſſim: quæ ſe ꝑ ſingula diſtrahit: neq; tamē rōnem ꝓxime quę ad uni uerſalia deniq; refugit: Neq; ītelligentiā: ī uniuerſalibus ſemꝑ ꝑſeuerantem. Ac ſi ī telligentia/ſiue rō ſingula ꝑſpicit/conſequenter id agit. Præcipuum uero hēt interī

ad uniuerſalia ſtudium. Generatio igitur uel alteratio atq; motio quę dūraxat eſt ſingulorum/poſt naturā mox eſſe uidetur imaginationi ꝑpinquā: circa ſingula ſo lum/& precipue ſe uerſanti. Omnino uero cū generatio ſit ꝑrſus circa materiam/ſi inuenturi ſimus uirtutem ꝑxime generantē deſcendere cogimur infra uirtutē quā libet cognoſcentem. Quælibet. n. cognoſcēdi uirtus formā & actionē qua cogno ſcit habet a materia ſeparam · Quēadmodū igitur quod ī ſummo ſui ipſius eſt lu men: & ī medio ſplendor: id ī infimo ſui fit calor: atq; ut calor generat/nō ut ſplen dor nec ut lumen. Sic aīa quæ ī ſuo quodā ſūmo intellectualis exiſtit: in medio ue ro diſcurrens ī infimo denicq; uitalis tantum atq; uiuifica: nō ut ītellectualis/nec ut diſcurrens: ſed ut uitalis generat atq; uiuificat. Et ſi quæ facit/ iterea & cognoſcit/ nō tamen qa cognoſcit: ſed qa ita ſe habet/& ita pōt/& ita afficiť naturaliter/ideo ſic & talia facit. Dixi eqdē nō qa cognoſcat: cognitione inq̄ aliqua præter eſſen tiam. Nā in ipſo eius ſūmo idē eſt ītelligere quod & eſſe. Ideoq; eſſentiali hac uita liq; ītelligentia ꝑ eſſētiales idealeſq; notiōes naturaliter formas. ī. ſeminales rōnes efficit ī natura: ſicut natura ꝑ eas ī materia formas effingit. Sicut ergo ex circulo q̄ tactu lapilli fit in aqua mox alter circulus oriť: deiceps q; ſimiliter: Sic ex orbe quo dam ideali diuinę mentis pendet ferme ſimilis orbis in aīæ mundanæ mentē: hinc uero mox in naturam: ex natura ſimiliter in materiam. Vt igiť formulæ ab animæ intelligētia impreſſę ī naturam aīæ genitalem/eſſentiales ſint efficaceſq;/& ſubſtan tialia faciāt: oportet/& formas tū in diuina mente: tum ēt in aīæ mente ita eſſentia les exiſtere/ ut ibi ita ſit idem intelligere quod & eſſe: atq; etiam intelligere quod intelligendo formare naturam/ſicut in natura idem eſt eſſe atq; uiuere: & quodam modo idē materiam uiuificare quod uiuere. Sed quæritur nunquid animalis intel ligentia naturam formet rationali uel imaginali quadam diſcurſione: ſicut artifex ſępe materiam? Nequaquam: nam & ars perfectiſſima non conſultat ulterius: Sed agit iam more naturæ: quam iā aſſeqtur/hactenus quoad potuit imitata. Præterea ſiqua cogitationis diſcurſione naturam formare ſtatuerit/ iā formas efficiēdas ad alias retulit ut exemplar firmūq; ſpectaculū: in quod aciē uagabundæ rōnis inten dat: circa quod ſtabile diſcurſio pagatur: ad quod cōparare queat inuenta. Quæri mus igiť utrum ſpectacula quędā externa proſpiciat: an firmas eiuſmodi formas habeat intus. Non externa qdem atq; corporea: hæc. n. nōdum exiſtunt adhuc ꝑ naturam uidelicet generanda: ꝑ naturā inq̄ adhuc intellectu formandam. Formas ergo poſſidet intus. Quod uero intrinſecus & naturaliter poſſideť/nō eſt ꝑuaga tione quęrēdum. Si ergo natura abſq; ullo cōſilii miniſterio materiā continue for mat: multo magis mens naturā ſibi cōiunctā format abſq; cōſilio atq; uiciſſim/Cō clude ipſam ꝑ momētaneos actus diſcurſionē eſſe ubiq; aliqd præter eſſentiā & ac cidentale qddam coruſcationū inſtar: deiceps dum apparet ꝑ partes ſubito euane ſcēs: itaq; nō poſſe ꝑ ſe firma & ſubſtātialia facere: Sed ad effectionē eiuſmōi opus eſſe firma & eſſentiali naturę alterius efficacia. Sic non ſolicitudine: nō labore: ſed indefeſſa facilitate: tum naturalia ab ipſa natura: tum naturæ ſemina ab intelligen tia pululabunt. Cōclude rurſum: ſicut in cælo natiua lux caliditaſq; ſtabiliſſima ꝑmanet/dum cōfigurationes indies circuitu cōmutanť: ſic in uita mundi intelligē tiam & naturā in ſuis rōnibus ꝑmanere/ ſtabiliterq; ꝑ eas efficere/ etiā ſiqs illic uel uniuerſalis uel particularis diſcurſus agať. Cum uero anima mundi ſecūda. ī. ui ta quędam ꝑ ſe irrōnalis ab intellectuali mundi anima corpori mundano tributa

ſit ultimum ueſtigium diuinorum: ſimiliterq; ſemina uelut ultima quędam ueſtigia poſſideat idearum: nimirum & mundus ex hac uita corporeq; cõpoſitus longe a diuinitate degenerat. Et ſæpe tũ ſemina ſua impediri uidentur in opere: tum animal eiuſmodi ad ſuperiora collatum uidebitur imperfectum. Quãuis enĩ peruia quadam intellectualis animæ ſuæ preſentia mundanum hoc animal manſuetum atq; beatum dici poſſit: tamẽ quoniam aliud & poſterius eſt hoc animal q̃ intellectualis anima cogitare licet animam ipſam ab animali ſeiũctam. Quod Plato in Politico: in Timeo: ĩ legibus cogitauit. Dic age quale mox futurum ſit uaſtũ hoc aĩal atq; robuſtiſſimũ ſublatis ĩtelligẽtie frenis. Ferrum quidẽ & ſi nũc ignitum: aerẽ quoq; & ſi nũc luminoſũ tamẽ apellare poſſumus natura frigidũ & obſcurũ. Nam & ferrũ paulo poſt frigiditatẽ ſuã: & aer obſcuritãtẽ mox manifeſte declarat. Tali quadã conditione Plotinus mũdanum hoc aĩal quaſi ferox uideť effingere. Finge & tu ſapientẽ ſi placet uirũ corpore nimiũ colerico uel melancolico. Introſpice corporis habitudinẽ: inſpicies aĩal hoc ſub aĩo ſapiente q̃ſi frenis cohibitũ quietẽ agere/ mãſuetũq; uideri: ſed interĩ paratiſſimũ ad excandeſcẽtiam atq; mẽrorẽ. Ac ſi ſanguineum fuerit ad libidinẽ. Quã quidẽ affectionẽ & ſi uigilando uix/ facilius tamẽ in ſõniis indicat. Tale ferme aĩal finge mundanum ex igne tanq̃ bile ꝓpenſum ad iracundiã atq; ſupbiã: exterra uelut atra bile pronius ad mẽrorẽ: ex aere quaſi ſanguine ad laſciuiã & libidinẽ: ex aqua tanq̃ pituita procliuius ad torporem: ex materia prima/ quæ quaſi fex quędã eſt naturalibus ſubſidens/ tibi occurret amarum pariter atq; acre. Fex. n. ob ſiccitatẽ frigiditatẽq; & amara & acida cogitať. Videbitur ergo hoc aĩal tum ex uiribus grandioribus ferociſſimum: tum ex materia inops/ & puſillanime nimis/ & inuidum/ & de uilitate ac mutabilitate propria querulum. Deniq; mirari iã deſines ex aĩali ſic affecto ĩ quo non oĩa ſint ad uotum/ multa ẽt accidere aliis prẽter uotum.

## Vnde mala. Vnde oĩa. Tres ſub bono totius artifices. Mũdi q̃ttuor. Cap. XVIII

IN ultimo libri capite/ primo quidẽ breuiter proſequitur malorum cauſã ex precedentibus orientem. Deinde cauſas uniuerſi comprehẽdit. Cauſa uero malorum: altera conſequentiæ ratione: altera rõne finis conſiderať. Nã ſicut ad bonum maius conſequitur minus bonum: rurſumq; ad minus lõgo ordine minimum: ſic & ad minimum mala contingunt. Præterea ſicut in concentu muſico quarta uox. immo & ſecunda & ſeptima quæ ſeorſum non conſonarent: una cum conſonãtibus gratiorem conficiunt conſonantiam: Sic in ordine rerum minora bona cum maioribus: minima cum minoribus: mala cũ minimis: bonum totius cõmune reddũt admirabilius. Quid uero? Quod quæ ĩ hoc aut ad hoc mala uidentur eadẽ in illo aut ad illud eſſe bona reperias. Cuncta deniq; ad cõmune conducunt uniuerſi bonum. Poſt hæc tres mundi ponit artifices. Primũ quidem intellectum diuinum. Secundum uero intellectum animalem animamq; intellectualem. Tertium animę huius imaginem ideſt uitam inde corpori dedicatam. Qua in re teſte Proculo Porphyrius cum Plotino conſentit. Sed cur ipſum bonum non uocat artificem? Quoniam ĩ artifice operum exemplaria ſunt. At ĩ ipſo bono cum ſit unitas ſimpliciſſima exẽplar mundi quod eſt multiplex collocare non auder. Sed ipſum bonum Plato Plotinuſq; nominant/ tum

artificis mundani patrem: tum mundani operis finem. Quasi filius amore patet ni boni prægnans mundum procreet gratia boni/ & conformet ad bonũ. Ipsum itaq; bonum intellectualem generat mundum. Hic uero procreat animalem. Hic similiter naturalẽ: naturalis uero corporeũ. Alius autẽ sic ferme ex alio profluit: sicut in aqua circulus dependet a circulo. Et sicut ex luce lumẽ/ ex lumine splendor/ ex splendore calor/ ex calore generatio prouenit. Intellectus quidem ĩ intellectuali anima procreanda nullo modo discedit a patre: ĩmo per coniunctionem ad patrem potestatem habet creationis & actũ. Similiter ĩtellectualis anima quatenus incumbit intellectui sũmo/ abundat inde & exundat ĩ alteram. Altera rursus ideſt uita corporea quatenus dependet ex anima cuius est imago/ impletur seminibus: simulq; formis implet huius mundi materiam. Ipsum quidem bonũ excedit statum. Status enĩ in bono fit atq; gratia boni: Intellectus autem ipse status existit. Intellectualis anima primũ stabile iudicatur. Vita uero huius imago stabilis quidem est/ quantũ existit inde: mobilis uero per accidens quatenus corpori proprie mobili copulatur. Apellat uero Plotinus uitam eiusmodi mundũ proprie seminarium: quem ueteres apellarunt imaginem: quæ semper in assimilatione uersetur. Hæc enim non tam anima q̃ animæ imago uocatur. Quantũ enĩ accedit ad materiam alienam ab intellectuali fonte: tantum ab anima intellectuali degenerat. Semina quoq; in ea non tam rationes sunt q̃ imagines rationum. Si enim ratio proprie secundum formam in anima intellectuali consistit: merito in uita inferiori tantum est rationis imago. Quis enĩ ueram nominet rationem quę sui ipsius ignara/ nullam sui habeat rationẽ? Hæc itaq; uita imago quędam est/ imaginum solũmodo plena: Imago hęc semper est affecuta similitudinem exemplaris: ac semper assequitur. Rursum & semper est ficta: & perpetuo fingiẽ: qua uidelicet ratione actus ipsi seminum aliter tẽporibus aliis uigere uidentur: semp tamen congruunt exẽplari: Qua rursus quasi una cum mundi corpore uita uoluitur: quã deniq; simul cum reuolutione cęlesti aliter aliterq;/ & mẽs afficitur imaginaturq;/ & extra aliis quodãmodo semper figuris induitur. Forte etiam Plotinus his uerbis sententiam Heracliti tangit atq; Timei dicentium/ mũdum hunc oculis manifestum esse quidem nunquam: sed perpetuo fieri. Omnino uero sicut sub sigillo figuratur aqua: neq; figura restat remoto sigillo. Ideoq; figura nõ tam semel facta uidetur/ q̃ fieri semper: præsertim si iugiter subterfluat aqua! Sic ferme se habet & materia ad naturam: & natura rursus ad animã intellectu fęcundam. Eatenus autem mundum hũc fieri Plotinus uult/ uel esse: quatenus & imago animæ fluit ab anima: & anima prodit ex mente: ac mẽs generatur ex bono: & bonum deniq; q̃diu hoc ipsum est quod bonum. Intellectus deinceps q̃diu id ipsũ quod ĩtellectus existit. Quibus ita manẽtibus/ sequẽtia naturaliter inde semper aut maneant aut profluant: quemadmodum & lumen ex sole: & deiceps ex lumine lumen. Nos autem circa hæc pro religione dicere possumus: Si in diuinis consideremus æternitatem/ sic mundi processionem inde æternã iure uideri. Si autem uoluntatem: eo termino procedere mundum/ quo decreuerit diuina uoluntas. Cuius arbitrio sicut est in mũdo terminus uirtutis atq; magnitudinis/ sic exordium & extremum.

## TERTIVS LIBER VTRVM STELLAE ALIQVID AGANT.

### Narrat opiniones aſtrologorũ de moribus & uirtutibus planetarũ. Cap. I.

STELLARVM motum circa unũquodq; ſignificare qdẽ futura/nõ autẽ facere oĩa/ut opinanť multi/alibi diximus/ pſuaſiones aliquas adducẽtes. Dicendũ aũt & ípræſentia exactioribus iã & pluribus argumẽtis. Nõ. n. parũ refert hoc uel illo mõ de his opinari. Tradũt aſtrologi multi planetas ſuis motibus facere nõ ſolum cætera uelut inopias & diuitias ualitudinẽq; pſperam uel aduerſã: uerũ etiam turpia atq; pulchra: atq; id quod maximũ eſt uitia inſup & uirtutes. Itẽ ſingulas in temporibus ſingulis actiones ab his orientes perĩde ac ſi aduerſus homĩes ſint irati: in his uidelicet/in qbus homines ipſi iniuriã nullã inferunt: utpote qui tales ſunt/quales a planetis fuerint inſtituti. Addunt præterea illos quæ bona dicunť afferre/nõ ppea q diligant accepturos! ſed quoniã ipſi p diuerſitate motus atq; loci uel bene uel male prorſus afficianť. Rurſus adducanť mutare ſentẽtias pro mutatione curſus: diuerſiq; a ſe ipſis euadãt: quãdo uel ſunt ĩ angulis uel quãdo declinãt. Quod uero maximũ eſt: cũ dicãt/alios qdem ĩter illos eſſe malos: alios uero bonos: nihilominus tũ malos ſæpe bona largiri: tũ bonos nõnũq; euadere malos. Adiũgũt planetas/q̃do mutuo ſe cõſpiciũt/alia q̃do nõ cõſpiciũt/alia/facere/q̃ſi ſui iuris minime ſint! ſed aſpiciẽdo qdẽ alii/nõ aſpiciẽdo aũt/alii fiãt. Poſtremo planetã cũ certũ aliquẽ ĩtueť euadere bonum. Cũ uero intueť aliũ/repente mutari. Afferunt qn etiam eos aliter cõtueri: ſi certa quadã figura fiat ĩtuitus: Aliter aũt ſi intuẽdi figura muteť. Deĩde ex cunctis uña inuicẽ conſpirãtibus aliã confici mixtionem. Quẽadmodũ ex liquoribus uariis diuerſa quædam præter mixta ſingula miſtura cõflať. Cum hæc igiť hũc in modũ & alia ſimiliter opinenť/opę pretiũ eſt de ſingulis accurate diſſerere. Cõueniẽs ãt exordium erit huiuſmõi.

### Si ſtellæ inaĩatæ ſũt nõ faciũt niſi corporea. Si aĩatæ nõ faciũt mala. Cap. II.

PRincipio conſiderandũ eſt! utrum cæleſtia ſint aĩata uel contra. Si. n. quæ ita feruntur aĩa careant/nihil aliud præter caliditatem & frigiditatem atq; ſimilia quędam adducere poterũt: ſi mõ ſtellas ullas eſſe frigidas cõceſſerimus. Iam igiť uſq; ad corporum noſtrorũ naturas tãtum actiones ſuas & munera ppagabunt. Quippe cũ corporeus duntaxat ipulſus ĩ nos inde proueniat: adeo ut neq; ẽt multa inde corporũ diuerſitas accidat: quãdoqdẽ defluxus idẽ ſit ſingulorũ: atq; ſimul in terra cõmiſceanť in unũ: ubi ſolum pro uarietate locorum diuerſitas orieť: diuerſitate uidelicet nata ex eo q aut ppinquius aliqd aut remotius exponatur ad ifluxum ſic aliter capiendũ. Eadẽ quoq; rõ erit/ſi frigus inter hæc admittať. Sapiẽtes aũt & ignorãtes/item alios qdem grãmaticos/alios autẽ rhetores: alios citharędos: cæteriſq; artibus diſcrepãtes. Item alios quidem diuites: alios uero pauperes qua ratione faciãt/minime uideo. Similiterq; & alia quæ nullo modo ex ipſa corporũ mixtione cauſam p quã fiant habere poſſunt: ueluti q talẽ habeas frattẽ: talẽ & pattẽ: atq; filium & uxorẽ. Poſtremo q aliquando pſperæ tibi res ſuccedant: & nũc dux exercitus deſignens regnoq; potiaris.

Sin aũt animata cæleſtia ſint/agantq; conſilio/dic amabo quid nam iniurię a nobis acceperint unde nobis ſponte quotidie noceant? pręſertĩ cũ & in ſede diuina collocata ſint & ipſa diuina. Non.n.illis hæc accidũt: quorũ cauſa homĩes mali fiũt. Neq; omnino ex humana ſiue proſperitate ſiue aduerſitate boni quicq̃ uel mali illis accedit.

## Stellæ non mutant naturã moribus: locis: aſpectibus. Cap. III.

Dicent fortaſſe ſtellas nõ ſpõte talia facere: ſed locis figuriſq; coactas. Ar.n. ſi cõpulſæ facerent: oporteret oẽs dũ in eiſdẽ locis figuriſq; ſũt/eadẽ facere. Nũc ãt qd differens hic planeta patiẽ/ dũ p gradũ hũc aut rurſus p illũ zodiaci circuli tranſit: qd ue differẽs ille? Neq;.n.ĩ ipſo zodiaco eſt: ſed ſub ipſo longiſſime diſtãs: & p qualẽcunq; portionẽ trãſeat/ſimiliter ẽ in cælo. Ridiculũ nãq; eſt ſecundum quãlibet cæli portiunculã: quã pcurrit: planetã alterius fieri alteriuſq; naturæ: aliaq; rurſus & alia exhibere. Item aliã habere naturã cũ exoriẽ/ atq; eſt in angulo/aliã cũ declinat: Non.n.tunc qdẽ gaudet quãdo eſt ĩ angulo/ tũc ãt dolet aut torpet/quãdo declinat. Neq; rurſũ ſæuit quãdo exoriẽ alius. Mã ſueſcit uero cũ inclinaẽ. Vnus uero ĩter eos cũ inclinaẽ melior. Eſt.n. cõtinue quilibet aliis qdem angularis: aliis uero cadens. Itẽ cadens aliis: uiciſſim aliis angularis. Neq; tamẽ eodem tempore delectaẽ & mẽret/& iraſciẽ atq; mitigaẽ. Quod aũt aiunt alios qdem occaſu: alios cõtra ortu gaudere/uideẽ abſurdũ. Sic.n. accideret eundẽ oblectari ſimul atq; moerere. Pręterea cur nã illorũ mẽror nobis inferat malum? At.n. neq; dolere: neq; p tẽpore delectari eos eſt cõcedendum. Immo ſemp eſſe trãqllos/bonis gaudẽtes pręſentibus: & qbus ipſi fruanẽ: & quę pſpiciant. Nẽpe uita illic ſua cuiq; ĩ ſeipſo conſiſtit: ipſoq; actu ſuum poſſidet bonũ. Id ãt non uergit ad noſtra. Nimirum uiuẽtiũ illorũ quæ nullũ nobiſcũ cõmertiũ habent/opus nõ præcipue/ſed potius cõſequẽter: imo uero nullo mõ ad noſtra declinat. Siqdẽ tanq̃ auibus penes augures: ſic & illis accidit futura portendere.

## Aſtrologi non uere aſſignant planetarum aſpectus. Cap. IIII.

PRæterea abſurdum eſſe uideẽ hunc quidẽ planetã huius aſpectu cõgratulari: illũ uero cõſpecru illius offẽdi. Quæ nã ĩter illos & qua de re pót eſſe diſcordia? Deĩde quã ob cãm aliter ſe ſe habẽt cũ aſpectu trino ſe cõtuẽẽ: aliter ãt cum auerſo uel quadrato reſpiciũt? Itẽ cur nã ſic qdẽ & hic configuratus aſpicit? Procedẽs uero ad ſignũ deĩceps poſitũ & ꝓpinqus negaẽ aſpicere? Oĩo ãt qs eſſe poterit modus ad illa quę inde fieri dicunẽ efficiẽda? Et quo pacto illorum qlibet ſeorſum ſuum aliqd agit? cuncti uero ſimul quiddã ex oĩbus aliud? Non enĩ ĩter ſe quaſi cõſulto conuenientes! quæ deliberarunt in nos exequuntur: remittens unuſquiſq; ex officio ſuo non nihil: neq; rurſus alter alterius munus illata ui prohibet: Neq; etiam alter cedit alteri! ꝓſuaſus alteri ſuum officium tradere. Poſtremo quod aiunt alium qdem in huius ſedibus poſitum oblectari: contra uero alterum ĩ ipſius ſede receptum: Perinde ſe habere uideẽ ac ſiqs cum duos quoſdam ĩter ſe amicos eſſe cõceſſerit: deĩde tamen aſſerat alterum qdẽ diligere alterum. Viciſſim uero alterum habere odio alterum.

## Errant circa naturas planetarum. Cap. V.

QRadunt uero quendam ex illis frigidū etiā procul a nobis positū magis nobis bonū/ī ipso uidelicet frigido malū ipsius aduersū nos collocātes. Et si oportebat ī oppositis zodiaci signis bonū nobis existere. Ferūt insu per planetā frigidum oppositū calido/ambos euadere graues: quanq; oportuit ex hoc tempantiam fieri. Præterea alium qdē delectari die: fieriq; diurno calore propitiū. Alium uero utpote igneū nocte gaudere: pindeac si non perpetuus ibi sit dies. i. lumen. Vel alter occupet nocte: cum tamen ab umbra terrę sit remotissi mus. Quod uero aiūt lunā lumine plenā huic cōgredientē fieri bonā: uacuam uero lumine/malā: si mō tale quiddā concedendū sit/cōtra dicēdum. Cum. n. uer sum nos plena est: tunc illi sup eam īcedenti uacua/altero uidelicet semicirculo. Cū uero erga nos minuit/illinc implet. Quapp cōtraria oportuit facere diminu tam/uidelicet cū lumine illud aspicientē. Itaq; penes ipsā nihil ītersit quomodo cunq; se habeat: cū semp sit ex dimidio plena. At penes illū forsitan ītersit: quē inde calefieri tradūt. Verū calefiet forsan/si luna erga nos sit luminis exps. Erga alterum uero existens bona/dū orba lumine dicit/plena interim est ad ipsum: ad nos aūt uacua. Proinde quādo ille non adiuuat/ppterea q; sit pcul/deterius se habere uidetur. Quādo uero plena est/sufficit eo quod inferius/ & si ille sit pro cul. Cum autem ad ipsum igneum orba lumine est erga nos/bona esse uidetur. Per se enim sufficit potestas illius/utpote quod feruentius est/si ad alterum com paretur. Corpora uero uiuentiū inde currentia magis minusq; inter se sunt cali da/nullum aūt est frigidum. Quod quidem locus ipse testatur. Præterea quē uo cant Iouem/bene tempatus est igne. Similiter quoq; lucifer. Quapp & similitudi ne quadā concordes esse uidētur. Quo ad ipsum uero spectat/qui dicit igneus/ ad tempationem quandam conferre putandum. Quoad Saturnum deniq;/eo q; procul/aliene se habere dicendū. Postremo quod aiunt. Mercuriū ad omnes in differentem. itelligēdum est/facile cunctis psimilem fieri. Omnes autem condu cunt ad uniuersum. Itaq; inter se ita se habent/ut expedit toti. Quemadmodum in uno uiuente partes singulę dispositæ sunt. Huius enī gratia potissimum sunt appositę: ceu bilis & toti & parti proxime confert. Oportuit enī animū excitare/ neq; permittere uel totum uel partē proximā iniuriis affici. Quinetiam ī uniuer so tale quiddam oportuit esse: & aliud īsuper ad suauiorem temperiem adhibe ri. Alia uero uelut oculos esse. Et omnia irrōnali ipsorum uita inuicē compati. Sic enī unū est totum/& harmonia totius una. Hęc igit quomō non signa quędam erunt p proportionē quandā considerata?

## Errant circa planetarum actiones. / Cap. VI.

PRæterea quod aiūt Martē aut Venerē certo mō dispositos adulteria pcrea re/ualde a rōne differīt. Quippe cū id nō aliud sit q; illos humanæ intēpe rātiæ more mutuā auiditatē īdigētiāq; suā ardēter explere. Proīde quod dicūt quādo certa se cōditiōe cōspiciūt/gratū esse cōspectū: terminū uero illis pę nitus esse nullum: nulla cōcedēdum rōne uidetur. Item cum innumerabilia ani malių milia continue sint atq; nascantur/ quo nam pacto unicuiq; semp singula

perficiunt? Afferunt & gloriam & diuitias? Faciunt pauperes atq; incontinentes? singulasq; singulorum efficiũt actiones? Quæ nam illis eiusmodi uita foret? aut quomõ tot tamq; diuersa conficere possunt? Perabsurde quoq; dicit̃ illos expectare signorũ rursus ascensiones & reditus? & tunc demũ institutũ officium consumare: & quot partibus ascendit quodlibet/totidẽ esse ascensionis/siue reditus annos: & quasi digitis computare/quãdo facturi sint: neq; licere illis ante id tempus efficere. Postremo nulli prorsus uni gubernationis auctoritatem ascribere/ sed his attribuere cuncta/quasi non unus quidã præsideat prĩceps/a quo dependeat uniuersum distribuente uidelicet unicuiq; munera propria naturaliter pagẽda: In qbus deinceps similiter coordinata sunt omnia: Id certe hominis est & soluentis ordinem/ĩ quo ipse cõnumerat̃/ & ignorãtis uniuersi naturã/principium habentis causãq; primã ꝑ oĩa uim suã pęnitus propagantem.

Significatiões stellarũ fiunt ꝑꝑ mirabilẽ rerũ in mũdo cõnexionẽ. Cap. VII.

CAeterum si stellæ futura portendunt/quẽadmodum & alia multa futurorum signa obseruare solemus: Quid nam hęc oĩa facit? & qua rõne ordo seruatur?. Nisi enim certo quodam ordine procederent singula significari non possent. Sint igit̃ tanq̃ litteræ in cælo/quæ uel scribant̃ assidue/uel iam cõscriptæ perpetuo explicentur/aliud quiddam opus efficiẽtes. Vnde significatio rerũ ab ipsis facta sequatur. Quẽadmodum in uno uiuente ab uno prĩcipio/ab alio mẽbro aliud iudicare quis potest. Etenĩ mores quoq; quis põt coniicere: uel oculos uel aliã corporis partem rite considerãs. Pericula quinetiã deuitationesq; periculorum. Partes quidem hęc nostri sunt corporis: partes quoq; mundi nos sumus. Aliis igit̃ alia seruiunt. Plena uero omnia sunt signorũ: & sapiẽs aliquis aliud argumentatur ex alio. Multa quinetiã quotidie consueta nota sunt oĩbus. Quis nam igit̃ omniũ est mutuus ordo? Sic enĩ consentaneum est in auguriis ualere præsagium. Immo & ĩ cæteris aĩalibus ex quibus singula pręsagimus. Oportet igitur cuncta simul ordinata esse deincepsq; pendere. Non solum enĩ in quolibet eorum quæ optime sunt cõnexa/una conspiratio uiget: uerũ etiã multo magis & prius ĩ uniuerso. Vbi necesse est ex uno prĩcipio aĩal ipsum multiplex/unũ fieri: unum inquã ex oĩbus cõstitutum. Et quẽadmodum ĩ uno quoq; pars quælibet proprium habet opus: Sic & in uniuerso singula opera singula sortiuntur: Multoq; magis propterea ꝙ hęc non solum partes sunt? sed tota etiam sunt atq; maiora. Progreditur igit̃ unũquodq; ab uno principio munus propriũ ꝑagens: alia uero aliis ubiq; conducunt. Nihil enim usquã ab ipsa totius forma seiungitur: aguntq; inuicem atq; patiuntur: Et accedit ad quodlibet aliquid/quo uel adiuuetur uel offendatur. Procedunt autem non temere/neq; utcunq; contingit. Et enim aliud qddã ex his efficitur: aliudq; naturaliter deinceps aliudq; cõseqtur.

VAnima mundi est prĩcipium rerum naturalium: Animę omnes rationales habent arbitrii libertatem. Cap. VIII.

IAm uero & anima dum munus proprium exordiens agit: Anima enim cuncta facit habens principii rationem plurimum recta procedit. Quod

ſi aliorſum adducta præuaricetur/ iudicio quodam curſum eorum ſequitur quę efficiuntur in mundo:niſi forte ſoluatur.Permanet enī iudicium ipſum ſemper: Quippe cum uniuerſum ordine potentiaq; dominantis regatur atq; dirigatur. Seruiunt huic conferuntq; ſtellæ/ceu partes cæli nō patuæ. Tum ad decoram totius formam/tum etiam ad ſignificationis officium:portendūt itaq; omnia quę cunq; in mundo ſenſibili oriuntur:Faciunt uero alia quæcūq; faciunt manifeſte. Nos autem animæ opera ſecūdum naturam agimus q̄diu in ipſa totius multitudine minime aberramus & labimur. Aberrātes autē damus iudicio pęnam/ uidelicet tum ipſum erratum:tum deteriorem quādam ſortem nobis ī poſterum proueniturā. Diuitiæ igitur & paupertas externorum concurſu contingunt. Virtutes autem & uitia quomodo?. Virtutes quidē ob id quod ī anima eſt antiquius atq; præſtantius: Vitia uero ex cōmercio quodam animę ad externa. Sed de his alibi dictum eſt.

¶ Anima quæ in nobis dependet e cęlo ſubeſt fato:quæ uero dat nobis a deo/ libera eſt a fato:& nos liberare poteſt. Cap. VIIII.

IN præſentia uero operępretium eſt ī memoriam reuocare fuſum illū quem apud antiquos parcæ cōtorquent: per quem Plato ſignificat quod ī mundi circuitu erraticum dicitur uel non erraticū. Hunc apud eum parcæ ac Neceſſitas parcarum mater torquent/& in cuiuſq; generatione conuoluūt. Atq; per hunc circuitum reuolutiōemq; ī generationem prodeunt quæcunq; gignuntur. In Timeo quoq; artifex mūdi Deus tradit animæ ipſius principiū. Dii uero quī perferunt̄:graues neceſſariaſq; adhibēt paſſiones:iras:libidines: uoluptates:dolores:aliamq; animæ ſpeciē:ex qua perturbationes eiuſmodi oriunt̄. Hæc utiq; Platonis uerba ſtellis nos deuincire uident̄ /animas uidelicet ab illis accipiētes. Item nos huc labētes neceſſitati ſubiicere. Ab eiſdem quoq; mores habere dicit: atq; ſecundū mores etiam actiones & paſſiones a paſſiuo quodam habitu procedentes. Quare ꝑquirēdū eſt/quid nā nos præterea ſimus. Forte uero reliquū eſt: quod ipſi re uera ſumus. Quibus & natura dedit ut paſſiōibus dominari poſſemus. Etenim pręter id quod ob ipſam naturam corporis his malis circūuenti ſumus:deus uirtutem largitus eſt a ſeruitute pęnitus liberam. Nō enim uirtute nobis opus eſt in tuto quodā ſtatu poſitis/Sed quando abſente uirtute diſcrimen in malis imminet. Quamobrem fugere hinc oportet:noſq; ipſos ab his quę in generatione adiūcta nobis ſunt/ſegregare. Dandaq; opera eſt ne id ipſum forte ſimus quod compoſitum eſt/ corpus uidelicet animatum: In quo natura corporis magis pręualet/ueſtigium quoddā animæ nacta: Adeo ut uita ipſa cōmunis/ corporis ſit potiſſimū. Quecūq;.n. huius ſunt/corporea ſunt. Ad alteram uero aīam quæ extrinſecus extat/aſcenſus ptinet ad ſublimia/ad pulchrū.s. atq; diuinū. Quibus nihil alicubi dominat̄. Immo uero animus ꝑ uiribus utitur:quo id ipſū euadat. Atq; ſecundum hoc ipſum uiuit/quando in ſeipſum ſe recipit. Quicunq; uero animæ ſic inſtitutæ ſit exps/iam uiuit in fato. In hoc autem uitę habitu ſtellæ homini non ſolum ſignificant: uerum etiam ipſe ſit tanquam pars uniuerſi. Totiq; cuius ipſe pars eſt/non iniuria ſeruit. Quilibet enim eſt geminus: partim quidem ambo in ſe comprehendens:partim uero ipſe quod eſt exiſtens.

Totus quoq; mũdus partim quidem compoſitũ quiddam eſt ex corpore ſimul atq; anima quadam corpori mancipata: partim uero ipſa totius anima: quæ non ineſt corpori. Imprimit ãt ueſtigia quędam ĩ eam quæ iacet ĩ corpore. Sol qneriã atq; cætera ſimiliẽ duplicia ſunt. Et altera quidẽ anima quæ pura eſt/praui aut uilis nihil afferũt. Quę uero ab illis fiũt per uniuerſũ/quatenus partes ſunt uniuerſi/uidelicet tum quia corpus: tum quia animatũ corpus ſũt: tanq̃ partes quædã prodeunt. Interim electione ſtellæ ueraq; ipſius anima ad id quod optimum eſt ſpectante. Conſequuntur aũt ad hoc ipſum cætera: Immo uero non tam ad hoc ipſum: q̃ ad illa quæ ſunt circa ipſum. Quẽadmodum ex igne fiunt multa calore paſſim inde diffuſo. Et ſiquid ab alia anima in aliam profluit eius cognatam. Moleſta uero ſiue difficilia atq; auerſa ꝓpter mixtiõem quandã in mũdo naſcuntur. Mixta enim eſt huius mũdi natura: ac ſiquis ſeparabilem eius animam quodãmõ ſeiungat ab eo/ reſiduum uidebit nõ eſſe magnum. Mundus. n. ita demũ deus eſt ſi modo illa ſeparabilis anima in eius ſubſtantia numeretur. Reliquum nãq; eſt dęmon: quem Plato magnũ dęmonem apellauit: Affectus quoq; in eo dęmonici ſunt.

¶ Stellæ nõ faciũt niſi corporea: aĩa uero ꝓ ſe uenit ĩ fatũ atq; fortunã. Cap. X.

QVod ſi res ita ſe habet/nũc quoq; concedẽda ſignificatio eſt. Effectiões autẽ neq; omnino neq; totis ipſorũ concedendę uidentur: Sed & quatenus totius paſſiones ſunt: & quatenus reliquũ eſt ipſorũ. Admittẽdũ rurſus animã etiã anteq̃ ĩ generationem perueniat/labi ferentem aliqd ex ſeipſa. Neq; n. deueniret ĩ corpus/niſi paſſiuũ aliquid/ & id quidẽ ingẽs haberet. Admittendum fortunas ingredienti corpus accidere/hoc ipſũ uidelicet ꝙ ſecũdum uniuerſi curſum ingrediẽ. Admittendũ poſtremo mundi curſum ſic efficere: ut conducat ſimul in opere/& impleat ex ſeipſo/quæ ab uniuerſo ſunt peragenda. Quippe cum quæ in ipſo uniuerſi ſunt curſu/partium ordinẽ ſortianẽ.

¶ Quæ hic cõtingũt mala/ nõ mittunẽ e cælo mala. Cap. XI.

NEq; uero latere nos debet: quod a cæleſtibus prouenit/ non tale prorſus euadere in his quæ ſuſcipiunt: quale a ſuperis proficiſciẽ. Velut ſi ignis in nobis a cęleſti longe degenerans & affectio propenſa ad diligendũ/ apud nos debilior facta amorem peperit non honeſtum. Sic animoſitas ubi forte ꝓter modum accidit ad fortitudinem neceſſarium/excandeſcentiã & furorẽ procreat uel ſegnitiem. Sic honoris ueri honeſtatiſq; ſtudium apperitum eorum affert quæ pulchra & honeſta uidenẽ. Sic mentis defluxus gignit aſtutiam. Aſtutia enim mentẽ æmulatur/quod uult aſſequi non potentem. Hęc itaq; ſingula cũ apud ſuperos mala non ſint/apud nos mala contígunt. Quæ enim inde prouenium̃t/neq; eadem ſunt atq; illa: neq; etiam permanent qualia prouenerũt/corporibus uidelicet mixta materięq; & inuicem.

¶ Res generanẽ præcipue a ſeminalibus naturæ rõnibus cæleſtis influxus materiam diſponit Cap. XII.

PRæterea quæ inde ueniunt/in unum cõgrediuntur. Atq; ex hac cõmixtione quodlibet genitum cõtrahit aliquid. Vnde & quod est/ existit/& tale qddam euadit. Non.n.equum facit cælestis influxus: sed dat equo non nihil. Nam & equus ex equo:& homo ex homine generat. Sol aũt ad hanc formatiõem ut adiutor accedit. Homo uero fit ex seminaria hominis rõne. Ita tamẽ ut quod externũ est uel ipediat uel conducat. Prouenit.n.similiter filius parenti congruens: Sed & sæpe ĩ melius:& nõnunq̃ accidit in deterius: Nunq̃ tamen abducit ab ipso subiecto. Nõnunq̃ materia prævalet potius q̃ natura: adeo ut effectus nõ ꝓueniat absolutus: quãdo uidelicet a materia spẽs supatur.

¶ De cõmuni mundi uita & actione. Item quæ uiuunt propria uita/actiones proprias habent.

Cap. XIII.

OPortet deiceps quando alia quidem a motu mundano fiunt: alia uero neq̃q̃/distiguere iã & diiudicare atq; explicare/ unde oío re uera sint quælibet. Principiũ igit̃ erit eiusmodi. Aía totum id rõne gubernat/quẽadmodum ĩ quolibet aíali ipsum uitę principium: a quo singula uiuentis membra formant̃:& ad totum cuius partes sunt/ordinant̃/in toto qdẽ sunt oía: in partibus aũt tantum duntaxat q̃tum est unũquodq;. Quæ uero accedũt extrinsecus partim qdem naturali appetitui aduersantur: partim uero consentanea sunt. Ipsi tamen toti cuncta tanq̃ ipsius membra undiq; concinunt. Naturã quidẽ nacta quã possident. Simulq; implentia impetu proprio totam uniuersi uitam. Quæ igitur in-aíata sunt in mundo/oío aliorum sunt instrumenta:& quasi ab extrinseco impelluntur ad actionem. Quę uero animata sunt/si rõne carent: motum ideterminatum habent. Quẽadmodum equi trahentes currũ priusq̃ auriga pręscribat eis cursum: quippe cum quasi flagello quodam agantur. Rõnalis ãt animantis natura ex seipsa aurigam habet. Quod si hunc peritum habeat/plurimum fertur ĩ rectum: neq; ut fieri solet casu uagatur. Vtraq; uero sunt intra mundũ/ad totũq; conducunt. Et quę inter hęc maiora sunt: graduq; præstantiora: multa magnaq; faciunt: ad ipsamq; totius uitam undiq; conferunt/ ordinem agẽdi potius q̃ patiendi sortita. Multa uero ĩ patiẽdo uersanť exiguã uim habẽtia ad agẽdũ. Hotũ uero media patiunť qdem ab aliis/agũt autem frequẽter in alia: utpote quæ agendi & faciendi principium habeant in seipsis. Quamobrem totus mundus uita fit uniuersa atq; perfecta: dum quę optima sunt agunt & optima/quatenus est in quolibet optimum. Quod quidem ipsi totius duci quasi collega est adhibendum: ceu cõmilitones exercitus duci: qui a Platone dicuntur sequi Iouem in naturam intelligibilem incedentem. At uero que in inferiori naturæ gradu sunt constituta/secundum uniuersi locum obtinent: taliaq; ferme sunt/ quales in nobis secundę sunt animæ uires: Cætera quoq; similiter perinde se habent atq; partes in nobis ultimæ. Neq;.n. in nobis omnia æqualia sunt. Viuẽtia igitur omnia sunt uel fiunt secũdum totã uniuersi rõnem/& quę in cęlo sunt oía & quæcunq; ꝑ totũ distribuunť. Neq; pars ulla etiã ingens potentiã habet: uel ad rõnes mũdi seminarias ex suo ordine deturbandas: uel ad res quæ secundũ eiusmodi rõnes proficiscunť e sua specie ꝑmutandas. Et q̃uis mutatiõem quãdam tũ in melius tum in peius possit afferre/nõ tamẽ a natura propria extrudere potest. Facit uero

deterius uel ſecūdū corpus/debilitatem īferens/ uel ſecūdum aīam/quatenus ui delicet ex accidenti quodā prauitatis cā fit in aīa illa compatiēre/& a ſupiori tra dita inferiori: uel quādo corpore male compoſito īpedimentū afferr̄ ad actionē aīæ p̄ corpus explendam: ceu ſi lyra nō ita compoſita tempataq; ſit/ut queat per fectam ſuſcipe harmoniā ad muſicos tonos p̄ficiēdos.

¶ Aſſignat cauſas rerum humanarum præter ſtellas: etiam ubi ſignificantur a ſtellis Cap. XIIII.

De paupertate uero atq; diuitiis/& gloria/& impio q̄d nā dicendū?/Forte ſi diuitiæ a parentibus p̄uenerūt/ cæleſtia diuitem futurū ſignificarunt: Quēadmodū & generoſum q̄ ex genere trahit gloriā/duntaxat declara uerūt. Vbi āt diuitiæ uirtutis præſtantia comparatæ ſunt/ſi corpus ad idem uires ſuppeditauit/p̄fecto q̄ uires corpori præbuerūt/ad diuitias cōferūt cumulādas. Parentes q̄dem primū. Deīde ſiqua regio cælum habet p̄pitium. Accedit & ſalu bris terr̄e fertilitas. Sin aūt uirtus abſq; beneficio corporis pecunias auxit/uirtu ti hac ī re ſoli plurimum tribuendū. Et quotcūq; diuina quadā ſorte ex his quæ uiciſſim cōmutanr̄/rependunr̄q; cōtigere. Vbi uero hoīes dedere diuitias/ſiq̄dē boni ſint/ad uirtutem quoq; ſimiliter harū cā referēda. Si uero praui/ſed tamen iuſte dederunt/exiſtimādum eſt ex quodā/quod in eis agit optimo/id beneficii p̄ueniſſe. At ſi malus ſit q̄ diuitias cōgregauit/iudicādum eſt præcipuā eſſe cām/ prauitatem/& ſiqua fuit cā prauitatis. Aſſumendi p̄ŗterea ſunt ſimiliter ī ordine cauſarū ſiqui diuitias cōtulerūt. Proīde ſi laboribus/ſicut ī agricultura contingit bonorū copia p̄uenit/ī agricultorē cauſa referenda: necnō ī ſoli fertilitatē cæliq; clemētiam. At ſi theſaurū reperit/putandū eſt aliq̄d ex uniuerſo ad id cōcurriſſe. Neq; mirum eſt ſi hæc q̄buſdam ſignificātur īditiis. Oīa. n. oīo inuicē conſecun tur: ideoq; poſſunt paſſim ſignificari. Siqs proiecerit diuitias ipſemet cauſa eſt. Si ſubripianr̄/raptor cā eſt. Si naufragio facta eſt iactura/multa q̄ confluūt cau ſam damni dederunt. Gloria uel iuſte habeī uel iniuſte. Si iuſte/ tum officiis tū exiſtimantium ęquitate comparata eſt. Si iniuſte/ex honorantium iniuſtitia pro ficiſcitur: Eadem eſt de imperio ratio. Aut enim honeſte poſſideī: aut contra. Et alterum q̄dē ex eorū q̄ elegerūt æq̄tate/cām hēt: uel ad eū p̄tinet q̄ id aliorū con curſu amicorūq; fauore eſt cōſecutus uel qūocūq; aliter id ſe hēat. Matrimoniū p̄creat uel electio uel cōtingētia concurſuſq; ex omnibus. Generatio filiorū hæc ſequitur/ arq; uel ſecundum ſeminariam ratiōem fęrus nullo impediente forma tur/uel euadit deterior aliquo intus impediente/uel concipientis uitio/ uel conti nentis diſpoſitione cōceptui huic aduerſante.

¶ Anima priuſq̄ ſubeat fatum/appetit corpus: Quid fatum: quid fortuna. Anima proprium habet eſſe quo etiam in fato habet propriam actionem & poteſt a fato ſe ſoluere. Cap. XV.

Plato cum ante mūdani fuſi circuitum ſortes quaſdā electioneſq; ſimul adiuuantes ī medium adduxiſſet: deīceps uires ſortes ue ī ipſo fuſo de ſcripſit: q̄bus q̄ electa fuerant conſumenr̄: Quādoq̄dē & dęmon ad eadem īplenda cōfirmator accedit. Sortes uero quæ nā ſunt?/Forte p̄ ſortes ſigni ficar̄ diſpoſitio uniuerſi/qualis tūc erat/quādo aīæ aggreſſæ ſunt īgredi corpus.

Item ſignificaꝛ ī hoc & eiuſmōi corpus īgredi: & ſub talibus qbuſdā parētibus. Pr̄eterea ī tali quadā regione naſci: quod ue ſūmatim dicebā/concurſio externorum. Cūcta uero ſimul facta & quaſi cōuoluta p unā parcarū Cloto nominatam tam ī cūctis q̄ in ſingulis demōſtranꝛ. Lacheſis āt ſortes ipſas adducit ī mediū. Poſtremo Atropos efficit neceſſario/ut cōcurrētia hæc oīa paganꝛ. Inter hoīes āt alii qdem ita fiunt/ut quaſi ab uniuerſo externiſq; faſcinati uel ī paucis uel in nullis ſint ſui iuris. Alii uero dominātur externis: attollēteſq; ad ſublimia caput/nimirū id quod optimum eſt ī aīa antiqtatēq; ipſius eſſentiæ ſeruant. Nō. n. exiſtimādū eſt aīam eſſe talē/ ut ipſa dūtaxat qualēcunq; ab externis accepit paſſionem/talē reportet naturā: ꝓinde ac ſi naturam ꝓpriā non poſſideat. Sed oportet ipſam multo prius q̄ alia utpote quæ principii habeat rōnem/multas merito uires ꝓprias ad naturales actiones explendas habere. Fieri nāq; nō pōt/ut cū eſſentia ſit/nō poſſideat īſup una cū eſſe appetitiones & actiones: facultatemq; ad bene uiuēdum: Quod igiꝛ cōiunctū eſt/ex ipſo naturę cōiuncto dependet/taleq; euadit: & tales nāciſciꝛ actiones. Aīa uero ſiqua ſeiungiꝛ/ſeiūcta nimirū & ꝓpria pagit: paſſioneſq; corporis nō eſſe ſuas exiſtimat. Quippe cū iam aliud qddam ſe exiſtere: aliud eſſe uiuū corpus aīaduertat.

VTrum anima mundi/dum omnia ſeminalibus generat rōnibus! interim imaginatione per ſingula diſtrahatur. Cap. XVI.

QAeterum qd nam ſit mixtū: quid ue non/quid item ſepabile: & qd inſeparabile/quādo ſit ī corpore: & oīo qd aīal: Querēdū eſt nobis deiceps exordium alterū faciētibus. Nō. n. oēs idem hac de re ſenſerūt. Impreſentia igiꝛ repetamus quod ī ſupioribus quærebamus: quēadmodū uidelicet aīa ꝓ ſeminariā rōnem oīa gubernāte ordo rerum ꝓgrediaꝛ. Nūqd ergo ſingula quaſi recta quadā ſucceſſione aīa facit. s. hoīem: deīde equū: aliudq; aīal. feraſq; oēs? Prius āt ignem atq; terrā: deīde cōcurrentia hæc oīa uidens: inuicēq; uel interimēntia uel adiuuātia/complicationem ex his oībus factam ſūmatimq; accidentia ſolum cōſpicit. Quæ uero deīceps his ſigillatim contingere conſueuerūt! nequaq̄ aīaduertit uel agit: ſed dūtaxat aīalia rurſus priora regenerat: Et quæ genita ſūt/paſſionibus mutuo inter ſe īferendis ſubiecta relinquit. An dicemus aīam effectuū ēt ita ꝓueniētiū cām eſſe? ꝓpea q̄ quę ab ipſa gignunꝛ agūt & quæ ſecunꝛ. Num forte ſeminalis aīę rō in ſe ēt cōtinet hoc tale qddā: ſigillatim talia quędā facere: & talia pati? Atq; ita neq; temere neq; ex cōtingēti horū aliqd accidit: ſed ita neceſſario ꝓuenit. Quod ſi ita eſt: nū rōnes ipſę hęc agunt? Vel potius rōnes non tanq̄ agētes ſunt! ſed ueluti cognoſcētes. Immo uero aīa eiuſmōi rōnes cōtinens genitales cognoſcit quæcūq; ex oībus opibus ſuis ꝓficiſcunꝛ? Eiſdē nāq; concidentibus atq; circūſtātibus eoſdem oīo effectus fieri cōſentaneū eſt. Quæ qdem cōprehendēs aut præuidens aīa/in his illa ēt quę ſequunꝛ determinat atq; cōnectit. Pr̄ecedentia igiꝛ & ſequentia ꝓrſus aīaduertit & curat: rurſuſq; in illis etiā quę deīceps pr̄ecedentia & quæ ſequentia quaſi ex præſentibus contuetur. Vnde forſan deteriora fiunt cōtinue quę ſequunꝛ: ceu hoīes alii quondam/nūc autem alii: dum īterea ꝓpetua quadā diſtātię degenerationiſq; neceſſitate rōnes paſſionibus materiæ cedunt. An igitur contuetur alia ſemper & alia: ſubſeqturq;

assidue singulas suorũ opum passiones/ac talem agit uitã?Neq; unq̃ ab instanti singulorũ opum suorũ cura fit libera:neq; imponit præscriptum opi suo finem: utpote quæ nõ semel excogitauerit qua rõne opificiũ suum semp recte ꝓgredia tur:Sed similis sit agricultori/qui non solũ serit & plantat/sed assidue corrigit & instaurat quæ hyemales ymbres uel frigora uel uentorũ turbines deuastatũr. Ve rum si hæc absurda sunt/forte dicendũ erit/hæc iã esse prẽscita:aut etiam in rõni bus destinata: interitus uidelicet & effectus uitio procedẽtes. At uero si res ita se habeat/dicturi sumus/& rõnibus ipsis etiã uitia ꝓuenire. Et si ĩ artibus artiũq; rõnibus nullus est error:neq; qcq̃ artis exps: neq; rei artificiosæ destructio. Re spondebit ad hẽc aliqs:nihil uniuerso malũ ac prẽter naturã accidere. Sed quod uidet̃ deterius:etiã fore melius cõcedendũ. Quid ergo?si etiã quod deterius est uniuerso conducat:neq; oporteat oĩa esse pulchra?Quãdoqdẽ contraria etiã ad pficiendum cõferunt uniuersum:Neq; absq; his mũdus esse põt. Siqdem & ĩ sin gulis uiuẽtibus natura se similiter habet. Profecto quæ meliora sunt/rõ ipsa ne cessario adducit & format: Quæ uero minus bona/secundũ potẽtiam quandam iacent ĩ rõnibus:secundũ uero actum in his quę gignunt̃. Itaq; aĩę nihil iã opus est ultra facere:rõnes ue suscitare. Quippe cum materia iã concussione quadã rõ num a præcedẽtibus ueniẽtium:quæ penes ipsã sunt:reddat deteriora. Rursusq; nihilominus ad meliora cõcipienda rõnibus supeṫ. Quapp unus ex cunctis de cor efficitur/dum singula aliter ex materia ipsa resultãt/aliter in rõnibus ipsis cõ tinentur & fiunt.

## Vtrũ seminales rõnes sint ĩtelligẽtiæ uel quælibet notiones. Cap. XVII.

QVerendũ uero utrũ seminales hę rõnes quæ aĩę insunt ĩtelligentiæ sint. At enĩ quo nã mõ ꝑ intelligẽtias faciet?Rõ.n. in materia facit. Et quod natu raliter efficit/neq; intellectio est neq; uisio!sed uis quędam materiæ agira trix haud sane cognoscens! sed agens tantũ/uelut formam figurãq; ĩ aqua:quẽ admodũ ex circulo quodã aliunde facto redũdat circulus alter. Quippe cũ natu ralis potentiæ atq; genitalis officiũ sit efficere:si mõ præcipua potestas aĩæ ad id conducat/quatenus materialẽ genitalẽq; aĩam mouet & format. Sed nunquid mouet & format quadã rõnis discursiõe? At si rõnali discursu id egerit/iam refe reṫ. Nunqd ergo ĩ aliud qddam?an potius ĩ ea quæ sunt ĩ ipsa?Verũ si in ea quę insunt/nihil opus ẽ rõnis discursione. Nõ.n. hæc mouẽdo formabit! sed quod in ipsa cõtinet rõnes. Id nãq; potẽtius est atq; ad agẽdum in aĩa efficacius. Quã obrem secundũ spẽs efficit. Oportet igiṫ & aĩam ipsam ab ĩtellectu accipientem spẽs tradere. Intellectus.n. eas aĩę uniuersi largiṫ:aĩa uero ĩtellectui ꝓxima ex se tradit aĩæ quę post ipsam sequtur illustrans eã atq; formãs. Hæc ãt tanq̃ supioris ordine ducta spẽs facit. Facit ãt alias qdem expedita/alias impedita:atq; iccirco deteriores. Cum igitur potentiam susceperit ad agendum/ rationibusq; non pri mis imbuta sit:non solum quatenus acceperat/agit!sed fit etiã ex ipsa nõ nihil: idq; proculdubio fit deterius. Et uiuens quidem: uiuens autem iam ĩperfectius suamq; uitam grauiter ferẽs quasi sit deterrimum:& difficile:& agreste. Compo situmq; ex deteriori materia quasi fece quadã præcedentiũ subsidẽre. Quę qdẽ amara est:facitq; amara. Et talia quædã ipsa quoq; inferet uniuerso.

## Vnde mala: & quæ ſint cauſæ uniuerſi: & quomodo. Cap. XVIII.

QVnquid ergo mala quæ ī mundo fiunt/neceſſario fiunt? ꝓpea ꝙ pręcedē tia cōſequūtur? Forte etiā ꝙa niſi hæc eſſent ipfectum foret & totū. Pluri ma nāq; malorū uel cūcta potius quādā toti pręſtant utilitatem. Quēad modū uenenoſa/q̄uis plurimorū uſus & rō lateat. Iā uero prauitatē quoq; ipſā multa cōſtat utilia cōtinere: multaq; reddere pulchra pulchritudinis artificioſæ more. Suſcitat ſępe hoīes ad prudētiā: neq; ſecuriori licētia torpere pmittit. Si hęc igit̄ recte dicta ſūt/aīam totius oportet aſſidue optima cōtēplari/ ad naturā ītelligibilē deūq; ſurgentē. Cūq; ipſa impleat̄ plenaq; iam ſit: exūdare deīceps ī ſimulachrū ſuū atq; poſtremū. Idq; infimū quendā eſſe factorē. Quāobrē hic iam effector eſt ultimus. Huic uero præſidet quod primo in aīa impleť ab ītellectu. Cunctis deniq; præſidet intellectus artifex uniuerſi: qui ſane & aīæ ſibi proximæ formas infundit: quarū ueſtigia imprimūtur in tertia. Merito igit̄ mundus hic apellatur imago/quę ſemp in aſſimilatione uerſat̄. Cōſiſtit utiq; primū atq; ſecundū: Conſiſtit quoq; tertium/ſed ī materia: ideoq; tanq̄ ex accidente fit mobile. Quā diu. n. intellectus eſt atq; aīa: tandiu in hoc aię ſimulachrū ſeminales effluunt rōnes. Quēadmodū q̄diu ſol ipſe uiget/oīa ab eo lumina profluūt.

## Commentarium Marſilii Ficini Florentini.

### Summa Libri.

QVONIAM Plotinus neq; formoſius neq; clarius neq; diſtinctius uſq̄ loquit̄/q̄ ubi de informi & obſcuro & indiſtincto rerū ſubiecto diſputat: iccirco liber hic de materia diſputans non tam cōmentaria exacturus uidet̄ a nobis q̄ admonitionibus qbuſdā fore cōtentus. Probabit igit̄ in utroq; mūdo tam ītellectuali q̄ corporeo ſuā quādam eſſe materiā & utrobiq; ſub omnibus unam: Atq; hāc tantū ab illa diſtare/ q̄tum forma differt hic mūdus ab illo. Confutabit opiniones de materia falſas. Cōfirmabit diligentiſſime ueras. Cōcludet materiā qdem utrobiq; eſſe infinitatem quādā. i. naturā ſiue potentiā nullū formę terminū ſuis uiſcenbus includentē: Sed aliūde dūtaxat terminabilē/aliunde formabilem. Materiā rurſus in mūdo diuino eſſe ens qdē: ſed actu ītellectuali formabile. Materiam uero in mūdo ſenſibili non re uera ens iudicari: ſed entis illius umbram: formis naturalibus tanq̄ illius entis imaginibus capiendis perpetuo ſubditam.

## Diuerſæ opiniones philoſophorum de materia: & ꝙ materia quędam ſit etiā in rebus in corporeis. Cap. Primum

IN Primo capite deſcriptionē materię ponit ualde cōem: p relatiōem. s. ad formas. Qua oēs materiā eſſe formarū ſuſceptaculū conſenſerunt. Sed aliter alii quæ ſecunť expedierūt. Stoici: Cinici: Cirenaici ſupra corpus nihil excogitantes/materiā dūtaxat eſſe ſubſtantiā uoluerunt: Formas uero nihil aliud eſſe/ pręter quaſdā materię paſſiones: ipſamq; materiā eſſe corpus trina dimenſione porrectum. Quos ī primis theologię libris latiſſime cōfutamus: Pythagorici uero & Platonici atq; Peripatetici ſupra corpus aliquid cogitantes

materiam quoq; cogitare potuerũt esse nõ corpus. Ideoq; ĩ rebus etiã ĩcorporeis materiã quandã intellexerũt. Sicut. n. formale aliqd ponũt in corporibus atq; diuinũ: sic quodãmodo cõcedũt materiale aliqd in diuinis: ut aptius accõmodentẽ hec illis: & ab eorũ ordine existat hic ordo. Excogitamus. n. naturã corporeã ab aĩali natura: aĩalem ab intellectuali deductã/ & simili quadã proportione cõpositam. Cõpositionẽ uero in corporibus pfectissimã esse cõpertũ habemus: quæ ex materia formaq; conficit. In hac. n. sola est unio maxima: Siqdẽ & materia ẽ aliquid formæ: & forma uicissim aliqd ẽ materię. Immo & materia quasi forma est in potẽtia: & forma quasi materia est ĩ actu. Itaq; similis hic unio ẽ atq; in Diapason consonãtia ex dupla ꝓportione nascente. Vbi uox acuta cũ graui quasi forma cũ materia coit in unũ. Siqua igit in aĩali & ĩtellectuali natura cõpositio est/ quæ certe est/ cũ post unũ ipsũ existant/ certe cõpositio est eiusmõi: in qua sit & forma: & insup aliqd quasi materia. Qua qdẽ de re in decimo septimo theologiæ libro: & in cõmentariis in Phlebũ latius disputamus.

## ¶ Quod nõ sint pricipia plura eque prima: & ꝙ materia sit a deo. /Cap. II.

IN secũ do capite quærit utrũ ulla sit materia in ĩtellectuali natura. Et quíq; rõnes adducit: qbus ibi non esse materia uideaẽ: quas in sequẽtibus confutabit. Tu uero inter hæc notabis esse non posse principia plura oĩum eque sũma. Id nos q̃tum cõmuniter ad principia ptinet satis ĩ theologia mõstramus. Quantũ uero ad deũ ptinet & materiam: ꝙ æque principia esse non possint: hic attende. Atticus eiusq; sectatores & quodãmõ etiã Plutarchus materiã posuerũt nõ aliter ex se ipsa ab æterno fuisse: atq; artificẽ mundi deũ: & illã quidẽ uiuam/ sed uacuã rõne: ideoq; ꝑ se inordinate iactatã. Demũ uero rõnem diuinitus accepisse: unde formari/ moueriq; cepit rõne: mũdumq; sic fuisse aliquãdo cõstitutũ. Qui & antea fuerit ante q̃ redigeret in chaos: ac uicissim in chaos sit aliquando rediturus: a deo quondã reformatus: & a deo iterũ reformãdus. Hi sane in hanc sententiã inciderũt: qa uerba Platonis ĩ Timeo atq; Politico nõ aliter q̃ auribus sonant accepisse uidenẽ. Hos abũde Porphyrius cõfutat ĩ Timeo. Sed e multis quæ adducit ĩ mediũ tria duntaxat argumenta ĩpræsentia referenda sunt: qbus confutaẽ materiã instar dei ex se ꝑsus existere: quasi duo hæc æqua oĩum principia sint uelut e regione sibi inuicẽ occurrentia. Sic igiẽ ait. Si neq; deus ex materia: neq; materia existit ex deo: sed ambo eque pricipia sunt: quærimus quę nãm his differentiæ cã sit: qua ita differunt: ut deus qdem sit bonus & agens: materia uero mala sit atq; patiens. Causa qdẽ differẽtię huius neq; ex alterutro est ad alterum: cũ neutrũ fieri dicaẽ ab altero. Neq; rursum ex tertio quopiam ad utrũq;. Quippe cũ nihil supius collocet. Cũ igiẽ differant qdẽ inter se oĩo: nec ulla sit rõ & causa differentię/ casu differũt: cõcursusq; pricipiorũ taliũ irrõnali sorte contingit. Casu certe accidit esse duo: casu accidit esse principia. Horum nãq; cõcursus ad hoc ipsum ꝙ æque principia sint/ cãm non habet uel ex alterutro ad alterum: uel ex tertio quodã determinatã: Ergo casu cõcurrũt. Itaq; post hæc concurrent oĩa casu. Præterea si deus aptus ẽ ad materiã exornandã: materia uero apta ut exorneẽ a deo: quærimus unde nã eis hæc mutua sit aptitudo. Oportet enim esse aliqd quod inter se rite concilier. Nam cũ hæc ualde inter se discrepantia &

oppoſita ſint/nunq̃ ex ſeipſis ad cõgreſſũ apta reddent̃. Nõ a tertio qdem dices conciliari. Nec ego fortunã admitto cõciliatricem. Deniq; cũ materia nõ ſit ex ſe ipſa ad bene eſſe ſufficiens: ſed ad hoc deo prorſus idigeat. Deus autẽ & ad eſſe & ad bene eſſe ſibi ipſi ſufficiat. Quis nõ uideat deũ ſupiorẽ eſſe materia: ipſãq; materiã ſibi met ad eſſe nullo modo ſuppetere. Alioqn ad bene eſſe ſibi quoq; ſuppeteret. Igit̃ ab eodẽ effici deo a quo perfici nõ negatur.

¶ Quomõ deus ſit infinitus: & quomõ ſit in rebus omnibus poſt deum infinitudo quędã. q. materia & quomodo diuerſa ſit compoſitio in rebus incorporeis atq; corporeis: Cap. III.

RAtiones uero negãtes ĩ mundo incorporeo eſſe materiã/ ſoluit in capite. tertio. Ipſũ bonũ ſępe dicit̃ infinitum. Quia neq; ex partibus conſtituit̃/ quarũ alia terminet̃ in aliam: neq; deſup ſupatur: neq; ſubiecti alicuius limitibus cohercet̃: neq; terminũ poteſtatis admittit. Vnde neq; patit̃ perſeuerantiæ terminũ. Dicit̃ & infinita materia/ nõ qdẽ uelut ſupans terminos ſicut deus: ſed tanq̃ terminis indigens/ eoſq; ab alio poſtulans. Rurſũ bonũ ipſũ dici ſolet iforme/ qa forma ſupius. Informis quoq; materia/ qa forma deterior: neq; tamẽ oĩo nihilum: Siqdem ordo formarũ ſicut ſupne nõ in nihilũ deſinit: ſed ĩ actum oĩo purũ effectorẽq; formarũ: ſic ex ĩfimo deſinit proxime non ĩ nihilũ: ſed ĩ potentiam ſimiliter purã capacẽq; formarũ. Potentiã eiuſmõi ſubeſſe cogitamus nõ ĩ mundo corporeo tantũ formis corporũ! ſed ĩ mundo etiam ĩcorporeo formis ibi ſubditã incorporeis. Hãc ibi p ſe apellamus idefiniram: neq; ibi id nomẽ horremus: cũ & obediẽtiſſima ſit formatori: & ſemp ex toto formata. Sic affectionẽ irrõnalis aię laudare ſolemus: quando rõnali ſe præbet rite formandam. Laudamus & rõnalem/ quãdo ſimiliter mẽte format̃. Compoſitio quoq; aliter ibi atq; apud nos eſſe cenſet̃. Hic forma ſæpius materialis efficit̃: ibi uero cõtra ſemp materia fit formalis. Pręterea cõpoſitionem illã ibi merito dãnaremus in qua ex partibus forma quędã poſt partes exoritet̃: ſicut plurimũ ĩ corporibus fieri conſueuit. Quod aũt ibi ſint plura quæ non tam faciant unũ q̃ ſequant̃ unũ dãnare nõ decet. Materia qdem illic & forma nõ tertiã rem efficiũt: neq; forma ſic ppie ad materiã compatur: ſicut habitus ad potentiã: uel qualitas ad ſubiectũ! Sed ſicut actus ad habitũ: & actio rurſus ad qualitatẽ: Ideę illic nõ conſtituũt mentẽ quaſi partes: ſed actus quidã mentis exiſtũt/ ĩ quos ipſa mens ꝓdiit ab æterno. Illic ergo forma nõ tam accedit materiæ/ q̃ ipſa met materia eſt ĩ actũ ęterne procedẽs. Proĩde ſicut totius forma uiuentis eſt una/ ĩ qua plures formæ partiũ cõtinent̃: ſic & uirtus ſeminalis eſt una totius! ſed ĩ ea uirtutes ſunt plures mẽbrorũ multiplicium formatrices. Interea uero aliter corpus/ aliter ſeminaria uirtus compoſita eſt. Nam ĩ corpore ex particularibus formis fit forma cõis. In uirtute uero genita li forma totius ĩ formas partiũ propagat̃. Hic ergo nõ tam fit unũ ex multis: q̃ multa ꝓpagant̃ ex uno. Alioqn ĩ corpore multa nunq̃ rõnabiliter ꝓducerent̃ ad unum: niſi ĩ rõne ſeminali unũ multa pręcederet ſimiliterq; ĩ mẽte. Qualẽ ſane cõpoſitiõem neq; ĩ aĩa/ neq; ĩ mẽte reprobare debemus. Tu hic iterim ubi Plotinus de cõpoſitione eiuſmõi loquit̃/ ſenſũ eius ſpecta/ non uerba. Innuit ſup uim generalem eſſe mentẽ: eamq; ſimiliter ferme cõpoſitam. Cũ. n. uis eiuſmõi non tam in ſeipſa cõcipiat/ q̃ in materia pariat/ neq; tam ĩ ſe ſit & agat/ q̃ in materia & circa

materiã:patet eã circa alia pẽdentẽ/nimirũ ab alio quodã ſupiore.i.ĩtellectu pen dere: Atq; ĩde nõ ſolũ exiſtere ſemel more ſubſtãtię/ſed more imaginis aſſidue cõſeruari. Multiplicẽq; formarũ rõnem ac uim a multiplici illius ĩtelligentia q̃uis quodãmõ mobilẽ ab ĩmobili muruari. Cõcludit deniq;/quod locũ materiæ te net ĩ mundo diuino/nunq̃ formas iccirco mutare/quoniam ſimul habeat oẽs:ſi mul inq̃:tũ in eodẽ æui momento/tũ in eodẽ(ut ita dixerim )ſui ſigno. Quo fa ctum eſt/ut tota ubiq; ſit oĩum poſſeſſione q̃eta. Præterea cũ ipſa materia pp extremã inopiam & inexplebilẽ appetitũ apud nos dicaẽ mutabilitatis origo:meri to hic talis ẽ/ubi formæ materiales euadũt:ibi uero nõ talis/ubi materia pẽnitus eſt formalis. Neq; uero ex eo q̃ ſimul tẽpore materia illic eſt & forma/minus ob hoc ibi ordo eſt(ut ita loquar )originis:quo materia formã antecedere cogiteẽ. Ordo.n.& aliud eſt q̃ tẽpus:& tẽpore prius. Nã tempus ordinẽ in motu a priori in poſterius exigit. Poteſt igiẽ ĩ ſupnis eſſe ordo q̃dã originalis huius ad illud/ uelut materiæ cuiuſdã ad formã. Sicut ĩ ſole ordo ſubſtantiæ ad lucẽ intimã nul lo interueniente tẽporis interuallo. Neq; turſũ quia materia apud nos corporea uideatur/horrere debes apud ſuperos materiæ nomen. Nam & in corporibus cũ & formas corporum & dimenſiones pręcedat origine neq; corpus ipſa eſt:neq; te uera corporea iudicatur.

## In mundo ĩtelligibili eſſe aliquid materiæ ſimile:& de ideis. Cap. IIII.

IN capite quarto probat in mundo ĩtellectuali eſſe nõ nibil materiæ quodã mõ ſimile. Ratum quidẽ haberi uult illic ideas exiſtere:quod ĩ theologia nos abunde p̃bamus. Profecto ex eo q̃ plures in mente ſunt ſpẽs/conſtat mentis eſſentiã quæ unius mentis eſt una/aliud q̃dã præter ideas exiſtere:iõq; idealibus formis ſubeſſe quaſi materiã. Eſſe uero differentes inter ſe rõnes ibi for males/patet:qa inde.i.ex prima forma formarũ origine/formalis in ordine rerũ diſtinctio prouenit: nõ aũt ex informi materia. Nõ turſũ caſu ordinis oĩs exp̃te. Non deniq; ex diuerſis agentibus:niſi uno quodã ducti duce diriganẽ ad unũ. In ipſo aũt duce tanq̃ uniformi ſimul & oĩformi mente rerum omniũ ad neceſſa riũ uniuerſi ordinem p̃tinentiũ & deſtinata unio eſt & deſcripta diſtinctio. Sed quonã pacto?Hoc ãt alibi dictũ eſt/atq; dicendũ. Nunc aĩaduerte Plotinũ/ideas menti nõ tanq̃ tabulę picturas aſcribere:ſed tanq̃ generi ſpẽs adhibere. Alioqn non tan unio illic q̃ congregatio & aggregatio foret. Vna igiẽ ibi intellectualis natura eſt:quã ĩtellectualitatẽ(ut ita dixerim )aliqs apellabit: in qua oẽs ſpẽs. i. ideæ conueniunt tanq̃ generali natura. Differunt uero ĩter ſe p uarios ĩtellectua litatis ſiue intelligentiæ modos:nõ tamen(ut ita loquar )notionales: ſed etiã ef ficaces/ſeminarię uirtutis inſtar. Formales aũt eiuſmodi mõi differentiæq; uelut formæ quædã particulares accedũt ad naturã ipſam ĩtelligentiæ generalẽ ad ſpe cies ideales cõcipiendas. Dialetica uero quæ genus(ut ita dicam )illud in ſpẽs di gerit/nõ externa/ſed intima eſt:nõ quæſita/ſed naturalis. Ibi.n.quod diſtribuiẽ uitalis eſſẽtia eſt q̃ſi aĩal. In quod diſtribuiẽ/ſũt ideæ uelut aĩalia quædã. Quod uero diſtribuit/eſt ipſa ĩtelligẽtię uirtus roborata bono/quaſi uirtus cõcipiẽdi ui ro. Quod ſi proprietates ibi uariæ/qa diſtingũt ĩ actumq; edũt abſolutiſſimum/ quaſi formæ ſunt/ certe natura ipſa cõis ad has ſicut materia ſeſe habet. Sic itaq;

mundus corporeus ſupioris imago eſt/incorporeū mundū referens uelut exem plar:ſi multiformis referaꝛ ad multiformē:ſi materia hęc referaꝛ ad illam.Sed in hoc ꝑtes ꝙdem ſunt ī toto:non totum partibus ineſt.Illic aũt tota ītellectualis illa natura ī qualibet continetur idea/ſed aliter atq; aliter/ut alibi declarabiꝛ.Tū uero ſi mundum illū ſeces ī ꝑtes poſtea īter ſe diſiunctas/ eandē habebit mate riam/quā & noſter.Sectio.n.eſt huius noſtræ materię paſſio.Sed nota materiam ꝓprie quantā admittere ſectionē:Neq; materiā/ſi exps ſit quantitatis/admittere. Neq; q̄titatem rurſus id paſſurā/ſi a materia procul fuerit patiēte primo.Sic ergo materia quāta ſecaꝛ potius q̄ quātitas uel materia ſola. Sin aũt quodlibet eorum quæ illic concipiunꝛ ut multa ītra ſe ipſum reliqua complectatur:adeo ut totum ipſum nuſq̄ uideatur ꝑ ſectionē fuiſſe diſiūctū: materiā ꝙdē hāc noſtrā illic eſſe negabis.Sed aliq̄d interim īuenies illic quaſi materiā cum multa primo ītuitu cō templatus: mox ſub multis īueneris unū. Offert ꝙdē primo ſe tibi ut multiplex atq; multiforme.Prius.n.ī notitiā formale uenit ut mouēs:q̄uis ibidem origine quadā ipſum materiale ſit prius.Quo rurſus materiali prius eſt ipſe boni ipſius actus:quo hoc materiale fit actu. Iam uero cum eſſe ſimpliciter ātecedat eſſe hoc & eſſe tale:Merito prius & ibi cōſideraꝛ eſſe/q̄ eſſe multiplex atq; formale.

¶ Confirmatio ſupiorum de uirtute mentis penetratiua & reſolutiua:quę ſimili tudo ſit materiæ īferioris ad ſuperiorem:& quæ diſſimilitudo: & quomodo cōſtituatur ex alteritate & motu. Cap.V.

IN quinto capite ſoluit quę dictis obiici poſſent ſimulq; dicta cōfirmat. Ad monēs ne ob hoc neges ī ſupnis aliquā eſſe materiā/ꝙ eſſētia illic ſuas ſem per habeat formas/ſimulq; ſit unum:quādo & apud nos materia ſemꝑ & formata eſt:& cum forma cōficit unū. Neq; mirum eſt ibi latere materiā:ſi & hic ſemꝑ materia latet.Hanc ibi ītellectus excogitat:hanc & hic reſoluēdo īuenit in tellectus.Profecto ītelligentiæ uirtus utpote quę efficaciſſima eſt/ignis inſtar na turaliter oĩa penetrat & reſoluit. Et ꝙa ſimiliter ſimpliciſſima/quieſcit nunq̄/do nec ad ſimpliciſſima reſoluendo puenerit.Hęc in naturalibus reſoluendis quod ſub rōnibus rerū formalibus tanq̄ minime ens latere cōiectat/dicit eſſe materiam quaſi profundum.Rōnem uero formalē eſſe dicit ſublimitatē. Quę aũt circūſtāt/ quaſi īter ſublime collocat & profundum. Si quādo uero rōnes rerū formales oĩo ſegregatas a materia uideris:& tamē efficaciā ſuā ad materiā cōuertēres/ has ipſas ī natura uidebis ipſāq; naturam. Si præterea formales eiuſmōi rōnes nō ſo lum ſegregatas/ſed ſuā ad ſe efficaciam conuertētes excogitaueris:mentē proti nus contēplabere.Mēs.n.diuina eſt uniuerſi rō exemplaris & efficax ꝑ cōuerſio nem ad ſe cognoſcēs oĩa ſimul & faciens. Tum uero mēs quælibet inde nata rō num eſt plena formaliū:aſpicitq; formas ī rebus formaleſq; rōnes/uelut quoſdā diuinæ intelligentiæ radios/ſuis quoq; rōnibus cōgruentes.Sicut igiꝛ oculus ſo le creatus atq; ſolaris in ſolari lumine ſolares ubiq; ſpectat colores:quod ue ſub eis latet apellare admonet tenebroſum:ſic ītellectus qlibet diuina mente creatus atq; inde imbutus luminibus ideārū:ideales ſimilitudines ī rōnibus rerū forma libus ſemꝑ aucupaꝛ/& libenter agnoſcit. Atq; ſub formis uelut qbuſdā ītelligē tiæ diuinæ luminibus uaticinatur/ latere materiam uelut in rebus īfimum;& ꝙa

pet ſe formarum tanq̃ idealiũ radiorum exps: ideo tenebroſum. Materiam uero corporum cũ illa ícorporei mundi materia nõ genere q̃dẽ cõuenire memẽto: ſed habitudine quadã. Similiter. n. utraq; tum ad formas ſuas: tum ad ipſum unum ſe habere uideť. Vtraq; ferme ſimiliter p̃ formas ſuas definitur í actũ. Vtraq; q̃ſi ſimiliť referť ad unum. Siq̃dem eodẽ inde mõ depẽdet. s. p̃ merum p̃ceſſiõis modum eueſtigio ſup̃ nihilum: p̃ modum ideterminati dererminabiliſq; cuiuſdam cõmutãt rurſus iter ſe nõ nihil materia hęc & illa. Sicut. n. hęc dona quædã incorporeę naturæ ſortiť: ſic & illa uiciſſim tum í mẽte habet ideales corporum rõnes: tum í aía præter rõnes eiuſmõi/ſubit & motiones & affectus quoſdã ad materiã hanc uelut paſſiones. Quæ rurſus & hic & ibi formarum locum tenent: ſimiliter ferme & materias ſuas ſpectãt & unum. Nã ab uno cõuerſionis & aſpectus & termini mõ dependent: & materias utrobiq; ſuas terminare uidenť. Differunt uero formæ mundi huius ab illis: quoniã hæq̃dem ab aía proximę fiunt: illæ ab ítellectu uel Deo. Differt & materia hæc ab illa. Quoniam hæc quidem profundum eſt imaginum: illa uero formarum eſt profundum: quarũ hę uidentur imagines. Sicut igiť forma illic uera res eſt/ſic & materia eſt eſſentia. Sicut hic forma eſt imago formæ: ſic & materia hæc eſſentiæ eſt imago. Atq; tantum abeſt q̃ materiam hanc apellet eſſentiam/ut illam quoq; uix audeat eſſentiam apellare: uidelicet ſi ad ſequentem perfectionem eſſentiæ compeť. Poſt hæc obſeruabis/mundum intelligibilẽ eſſe q̃dem ſemp̃/ſed exiſtere ſemp̃ ex bono/ferme ſicut lux illa conjuncta ſoli/ímobiliter eſt ex ſole. Mundũ uero ſenſibilẽ nõ tã eſſe uel exiſtere/ q̃ fieri ſemp̃ ex illo/ſicut ex ſole mobile/ut aiũt: in aere lumẽ. Quæ ãt ſunt infra lunam/aliquãdo fieri. Ille itaq; mundus totã implet æternitatẽ: hic totum tempus. Quę uero ſubiciunť lunę/partẽ tẽporis explẽt. Cõſideramus í mũdo ítelligibili eſſentiã ut formabilẽ/ſeipſã prę̃cedere/ut formatã: ordine quodã dico/nõ tẽpore. Formã uero eius eſſe plenitudinẽ ac ſeriẽ idearũ conſideramus & illius mũdi patrẽ tãq̃ unũ & tãq̃ bonũ. In unitate eminẽtiſſimã ſimplicitatẽ. In bonitate fęcũditatem p̃rſus cõmunicabilẽ. Ab unitate mirabiliter ab oĩbus ſegregata cogitamus pendere quod í mundo intelligibili eſt loco materiæ ſolitariũ indefinitũq; adhuc/& a formis ſequẽtibus ſegregatũ. A bonitate uero quod eſt formale iam atq; exuberanti illius cõmunicatione fęcundũ. Penes mundi illius patrẽ/unitatẽ & bonitatẽ ſola relatione diſtinguimus/ſed í mundo illius filio/eſſentiã formabilem ab ideali forma: formaſq; ítem ſe ideales diſtĩguimus rõne formali. In mũdo ãt ſẽſibili ad formalẽ diſtíctionẽ deſup̃ uenientẽ accedit materialis & localis tẽporaliſq; diſtíctio. Materia í hoc illius materiã ſequiť: forma formã. Sed ad illã rurſus materiã redeamus. Poſtq̃ poſuimus ipſũ unũ/cogitare ſolemus nõ nihil inde pendere/quod nõ ſit ipſum. Hoc ergo & qa pendet inde/non eſt ipſum: & qa non eſt ipſum unũ/uiciſſim pendet ex uno. Pendere q̃dem inde/motio quædam eſſe uideť. Non eſſe uero ipſum/eſſe uidetur alteritas atq; diuerſitas. Duo igiť hæc ſe ínuicẽ conſequunť: q̃uis rõ nõ ſit eadem utriuſq;. Nõ. n. ubiq; q̃q̃d non eſt aliq̃d/ſtatim pendet ex illo. Tum uero materia rõnem q̃dem formalem uel idealẽ nullã habet: ſed dũtaxat materialẽ. Rõ uero hæc hoc ipſũ p̃cipue cogitať. s. pendere inde: nec illud eſſe/atq; e cõuerſo. Hanc ob cãm Pythagorici materiã binariũ noĩabant. Sicut. n. binarius eſt primus a numerali unitate p̃ceſſus: ſic ſuperioris mundi materia prima eſt a diuina unitate proceſſio; conſtat etiam

quodãmodo geminis elemẽtis qualiacũq; ſint. s. dependẽtia negationeq; ſimul tanq̃ motione alteritateq; prima. Quicq̃d ãt his adiunxeris iã eſt formale: Idq; materia reportare uideť p appetitũ illuc unde ꝓceſſerat cõuertentẽ. Qui ſane appetitus ternariũ iam ĩplere uideť. Quãuis ãt materia p ſe careat efficacia formæ: non tamen cõuerſione caret: ſi mõ cõuerſio ipſa ſit appetitio. Quippe cũ appetitio egeſtatẽ ſequať materiæ propriã. Quod uero p appetitũ hunc acq̃ritur: ĩplet iã quaternariũ qui proprie ſpectat ad formã. Poſt hũc quinarius ſeq̃tur ad actionẽ pręcipue ptinens. Senarius ad finẽ intimũ actionis. Septẽnarius ad externũ finẽ actione ſupiorẽ. His certe numeris conſumať ſupior mũdus/& ĩ agente quieſcit. Eiſdẽ abſoluiť & inferior: & agit ĩ ſuperiore quietẽ. Sed ne forte dicta retur bent/memẽto ubi iã eſt ens aliquod actu/conſiderari formalẽ eius idealẽq; rõnẽ/qua eſt hoc ipſũ/quod eſſe cenſeť: priuſq̃ prout ſit ab alio: uel non ſit aliud. Ipſa uero materia/qa rõne formali idealiq; caret/cogitari prius tanq̃ aliunde pendẽs: & tanq̃ non illud unde pendet/q̃ ſub rõne quapiã abſoluta. Nã & hęc ipſius rõ eſt: ipſa uidelicet dependentia ipſaq; negatio: ideoq; omniũ uiliſſimũ extimať. Quod igiť Plotinus ait: materiã motione alteritateq; conflari: quẽadmodũ dixi mus/intelligere potes. Potes & aliter intelligere. Nẽpe ex eo q; ĩ re quapiã motus eſt/cognoſciť conditionẽ eius nõdũ determinatã ꝓfectãq; exiſtere. Alioqn nihil ultra requireret. Conditio uero ĩdeterminata & ĩpfecta ꝓprie ptinet ad materiã. Quinetiã ex eo q; ĩ re aliqua eſt alteritas & diuerſitas: ſi mõ illic fit unio uera: eſt aliud quidẽ loco actus & formæ: aliud uero loco potentiæ atq; materiæ: ĩmo & eſſe alterũ q̃ illud/eſt nõ eſſe illud. Hoc ipſũ uero quod diciť non eſſe illud tanq̃ ad negatiuã indeterminatãq; conditionẽ uergens ptinet ad materiam.

## Probatur in corporibus eſſe materiam. Cap. VI.

CAput ſextũ argumentis quattuor oſtẽdit ĩ corporibus eſſe materiã. Primũ ex cõmutatione elemẽtorũ mutua: quæ nec ex nihilo facit aliq̃d: neq; qcq̃ deducit ĩ nihilũ. Ideoq; neceſſe ẽ utriq; materiã formarũ mutatiõi ſubeſſe. Secundũ ex quadã diſſolutione cõpoſiti. Tertiũ ex reſolutiõe ad extremũ uſq; redacta. Quartũ idẽ ex elementorũ natura cõfirmat. Profecto cũ ex aqua fit aer/formę quędã ibi mutanť: Neq; totũ qcq̃d erat ĩ aqua perit: ne aliq̃d deducať in nihilũ: cũ naturæ intentio non ſit ad malũ: ne ue alioqn cogať aer ex nihilo fieri. Cũ enĩ non quodlibet fiat ex quolibet: multo minus aliq̃d naturaliter fit ex nihilo. Reſtat igiť aquę aliq̃d/quod aquę formã exuẽs/uiciſſim aeris induat formã: ſitq; cõtinue motioni ſubiectũ. Quã neq; quod abit/neq; quod accedit/ſubſtinere põt: & tamen mutatio tanq̃ accidẽs debiliſſimũ indiget fundamẽto. Verũ ne neges naturalibus formis ſubeſſe materiã: memento formã cũ ſit principiũ actionis actũ quẽdã merito iudicari. Actũ uero qua rõne actus/cũ ꝓprie agat/pati non poſſe. Cũ igiť naturalia inuicẽ patiantur/cõſtat præter formas qbus agũt materiã. i. eſſentialẽ potentiã qua patianť habere. Et hãc ſubeſſe oĩbus unã: ut facilius cõpatianť inuicẽ/atq; cõmutentur. Sed hęc quidẽ nos ſimili quadã uia in theologiæ quinto probamus: & noua hic rõne ſic iterũ confirmamus Corpus ſicut apud mathematicos ĩ terminos quaſi externos deſinit. s. ĩ ſupficies duas: alterã profunditatis: alterã altitudinis: quæ neq; corpora ſunt: & aliud certe ſunt

q̃ nihilũ: ſic apud phyſicos in terminos finiẽ internos: qui neq; corpora ſũt neq; etiã nihilũ. s. ex alto in formã/ ex ĩfimo ĩ materiã. Decet. n. entiũ ordinẽ in deſcẽ ſu ante q̃ deſinere cogiteẽ ad nihilũ: quod extremũ uideẽ externũ/ finiri ĩ termi nũ quendã ſibi coniunctũ. Id aũt eſt nõ actus aliqs entiũ. Nã infra quẽlibet actũ ſubeſt quod fieri & quod pati poſſit ab actu. Eſt igitur extremũ hoc potentia ca pax actuũ atq; patiens. Potentia uero ad entia/ uel ad eorũ actus non quidẽ oĩo nihilũ: ſed entiũ potius ĩfimũ iudicatur. Infimũ hoc uelut ĩdefinitũ/ terminoſq; abalio experens/ refert mundi ſuperioris ĩfinitatẽ atq; materiã. Infinitatẽ etiã in quolibet intellectu: infinitatẽ rurſus in aĩa mundi & ĩ ipſa natura. Quã teſte Iam blicho materialẽ ubiq; ĩfinitatẽ Aegyptii ſapiẽtes ipſã (ut eius uerbis utar) eſſen tialitatẽ noĩant: per quã ipſũ unũ materiã producit ĩ corpore. Atq; ut cõcedit & Proculus ad hoc ipſũ etiã agente natura: quod & alibi declarauimus. Deniq; cũ ad ideales rõnes referri p ſe nõ poſſint niſi formalia: ideoq; materiæ nõ ſit idea/ conſtat eã mũdano opi neceſſariã ab aliquo ſaltẽ ſuper ideas & opificẽ idealem principio originẽ primã ducere/ ab ipſa. s. eſſẽtia eiuſdẽ opificis/ quatenus ordi nequodã ideas & proprietatẽ opificiã antecedit: ac tandẽ ab ipſo ſuper eſſentiã uno/ q̃tenus ſimpliciſſimũ eſt & mirabiliter ab oĩbus ſegregatũ. Sed & hoc ipſũ unũ non modo p eſſentiã adhuc formabilẽ in opifice: ſed etiã p formabilẽ eſſen tiã in mundi aĩa & natura per continuatã ſeriẽ ꝓducere materiã iudicaẽ: materiã inq̃ uelut unũ inferius non ſolũ illis quę ſunt: ſed his etiã quæ gignunẽ: ſicut & ipſũ unũ eſt utriſq; ſupius. Sic ĩ Parmenide quæcũq; de ipſo ſimpliciter uno pp excellentiã eius rite neganẽ/ de uno interi quod eſt ĩ his quæ uere ſunt/ p forma lẽ affirmanẽ proprietatẽ/ & iterea de uno quod eſt ĩ his quæ gignunẽ/ partim ſe cundũ formã/ partim ſecundũ participationẽ affirmari uidenẽ. Sed eadẽ rurſus de materiali uno oĩum infimo tanq̃ p oppoſitũ reſpondenti primo/ ob defectũ neganẽ extremũ. Adeo ut nihil repiri queat (ut ita dicã) primo ſimilius uni q̃ po ſtremũ hoc unũ: ſi mõ p diſſimilitudinẽ cogiteẽ aſſimilatio: & p negationẽ cõpa ratio fiat: infinituſq; defectus ad infinitũ referatur exceſſum.

## Opiniones falſæ de materia confutantur. Cap. VII.

OPiniones quattuor de materia falſas ĩ ſeptimo capite reprobat: Primo qui dẽ Empedoclis/ materiã & cõpoſitionis primã/ & reſolutionis ultimã pu tantis quattuor elemẽta. Quod ideo falſum eſt: quoniã elementũ diſſol uitur: materia uero nequaq̃: quod ſatis in theologiæ qnto probamus. Secunda uero quæ Anaxagoræ ſolet aſcribi. Ferũt. n. nõnulli/ ſi credere fas eſt/ Anaxago ram poſuiſſe duo pricipia rerũ/ intellectũ. s. & materiã: quę neq; ab intellectu ſit: neq; ab eo nouas accipiat formas: ſed ipſa ĩ ſe cunctas habeat/ ſed cõfuſas: diſcer naneẽ autẽ per intellectũ. Verũ in miſtura eiuſmodi formæ oẽs ĩperfectę ſunt & inuicẽ impeditæ. Eſt & ĩperfecta materia: quæ ſua expedire non ualet. Cũ igitur eſſẽtia hæc ĩperfecta ſit: ideoq; nec p ſe: ſed p participationẽ quãdã habeat eſſe: ſequtur ſup hanc eſſen tiã eſſe perfectã: neq; ſimili conditione confuſam: ne rurſũ ſupiori quodã indigere cogatur. Iã uero hæc ĩtellectualis opificis eſſentia eſt ſu perior/ q̃ materia: ut dominari materiæ poſſit: ac dominando p erfecte formare. Multo uero imperioſius & facilius & exactius mouebit materiam/ artificioſiuſq;

formabit:ſi formas ipſe in ſe præſcriptas habeat/& imprimat in materiam per ſe prorſus informem. Ideoq; ad oĩa mira facilitate cedentẽ:q̃ ſi informis ipſe caſu materiam tractet:& ĩ diſcernendis confuſis quaſi quadam ſorte laboret. Cõſu tat poſt hæc Anaximenis uel Anaximandri (ut ferẽ )opinionem/eſſe dicẽtis ma teriam ĩfinitum. Si ĩfinitũ hoc apellant quod nequeat pertranſiri:aut hoc primo & per ſe & ĩ ſe ĩfinitum erit:ideſt ipſa formalis ĩfinitudo:Aut quaſi accidens erit in alio. Non primo utiq; modo/quod enim ſic eſt infinitum: ex toto eſt ſigilla tim pariter infinitum. Atq; ita in corpore nõ eſſet totum parte maius: neq; pars a parte differens uel a toto. Non etiam ſecundo modo. Sic enim illud cui accidit infinitum/per ſe ante hunc acceſſum non foret ĩmenſum: itaq; non caperet ĩfini tum. Et q̃cq̃d ſit non eſt materia id quod accidit:quoniã eſt in alio. Non rurſus materia eſt illud cui id accidit/ſi non ſit infinitum ex opinione iã poſita:neq; to tum hoc compoſitũ eſt prima materia/qa non ſimplex/ſed in prius aliq̃d reſolu bile. Tum uero refellit Democritũ ponentẽ pro materia rerũ atomos.i.corpuſcu la quædã ĩdiuidua ꝑrſuſq; diſiuncta. Sed neq; corpus aliquod ĩdiuiduũ ẽ: neq; ex ĩdiuiduorũ numero magnitudo cõcreſcit. Neq; ex diſcretis uiſcoq; carẽtibus cõtinuitas humorq; corporũ coaleſcit. Neq; ex uita carẽtibus uita creaẽ. Neq; ex caſu fit ordo ꝑpetuus ad ĩtelligẽtiam ꝓnẽs atq; artẽ. Neq; ars uel naturalis uel quęſita ex materiis cõtinuitatẽ naturaliter fugiẽtibus aliq̃d unq̃ cõficere põt.

¶ Materia non eſt q̃titas:nec hẽt propriã q̃titatẽ. Itẽ q̃ tõ formalis trahit ſecum quantitatem certam:non e conuerſo:

/ Cap. VIII.

Dẽ hac ipſa materia quæ mũdi unius ẽ una: ẽ & continua.i.ubiq; ꝑ ſe tota: neq; ſimilis atomis diſgregatis:eſt & formarũ oĩum exps:inq̃rit quid nõ ſit pręcipue: ut ſiq̃d modo ſit:ita demum quid ſit potiſſimum cognoſca tur. Pr̃icipio nõ eſt corpus:ſi caret forma:ſi corpus/reſoluiẽ ĩ materiã:Si materia ꝑrſus eadẽ q̃ſi corpora penetrat:nõ habere hãc ſi mõ prima materia ẽ:neq; mate ria quædã:ſed ſimpliciter ꝑprias q̃litates/& ego ſatis alibi: & Plotinus hic ꝑſpi cue tractat. Deniq; q̃to agens ipſum prius eſt:tanto ei ſubeſt & materia prior:Si cut naturæ quæ prior eſt arte ſubiciẽ materia prior. Artifici ergo diuino tãq̃ pri mo ſubdiẽ materia prima:ergo ꝑrſus ĩformis:ſicut ille ẽ oĩformis. Quoniã ue ro q̃titas parũ admodũ formalis eſt:& materiæ ĩſtar ĩefficax/patiẽſq; q̃plurimũ: ideoq; difficile diſcerniẽ a materia. Iccirco diligẽtius & hic & ĩ ſequẽtibus ꝑſcru taẽ:utrum materia uel ſit quãtitas/uel propriam ſaltem habeat quantitatẽ. Nõ habere quidẽ propriã quãtitatẽ patet: quoniã indifferẽter ſe habet ad magnum atq; paruũ. Et qa alioq̃n quãta foret. Cũ uero aliud ſit quãtitas/aliud uero q̃tũ: ſitq; quãtũ duplex aliq̃d/materia ſi quãta fuerit/cõpoſitũ aliq̃d iudicabiẽ. Atq; ita ĩprius aliq̃d reſolueẽ. Itaq; nõ erit materia prima: quam ut prima ſit materia primũq; formabile/primũq; patiẽs/oportet ſic pẽnitus formarũ eſſe uacuã:ſicuti neceſſe ẽ auctorẽ formarũ primũ eſſe plenũ. Qui nõ ex formis oĩo nullis facit in materia formas:Sed obſignatoris more/mõq; ſigilli/ quas ipſe formas hẽt quo dãmõ exprimit:& ĩprimit ĩ materiam. Cũ formas dico etiã ĩtelligo quantitatem per quam uelut formale quiddam: ſic materia fit diciẽq; quanta/ ſicut & qualis per qualitatem. Sic igitur formarum auctor perfecte formabit (ut diximus) ſi

materiæ pęnitus dominabiť. Ita dominabiť/ ſi ipſe quidem formas habeat oēs/
ſed materia nullas. Vt materia ita ꝑrſus egena uehemētius apperat/quod ue por
rigiť/aſciſcat auidius. Itē ut ille oīum ſit artifex non quorundam: ſitq; artifex cō
munis & primus. Item ne illa aliquādo propriā qualitatem/ſiquam habuerit/op
ponat artifici/qualitatem aliam prębituro. Ne ue ſi habuerit ꝑpriam quātitatē ſi
ue figurā/ reſiſtat artifici aliā impreſſuro: aut ſaltē cogat illū ꝑ modo ſui potius
q̄ pro illius auctoritate tribuere formas. Iam uero cū ille primo det quę tribuit/
tradatq; materię uacuæ: merito nec ullū habet obſtaculū: neq; qualitatē affert ne
ceſſario pro qualitate prætērita. Neq; rurſus pro quātitate: ſi quidem ipſemet pri
mā tribuit quantitatē. Tu uero de cōmuni rerū artifice naturaq; cōmuni & for
matione rerum prima potiſſimum hęc dicta putato. Memēto prætērea cōmunis
artificis uoluntatem non caſu quodam cōcurrere cum certa materiæ magnitudi
ne: atq; uiciſſim adeo/ut ita formę modus quantitatis modū ſequi cogať. Si. n ca
ſu fit ille concurſus/fortuna erit ordinis fundamentum. Idq; quod ī rebus eſt ꝑ
accidēs erit eo ipſo quod per ſe eſt prius atq; ſuperius. Neq; rurſus exiſtimes au
ctorem primum ī actione precipua/ex quadā materię quātitate pēdere: multoq;
minus ex certa figura alioqn actiones multas īpeditura. Sed ſcito cū artifex ipſe
antecedat ordine & poteſtate materiam/ſumma libertate materię dominari/& in
formanda minime laborare: ne tranſgreſſio unq̄ contingat in opere. Ideoq; pro
natura/pro rōne/pro uoluntate ſua potius q̄ pro quantitatis alicuius modo mo
uere primū/& formare materiam. Cum. n. nō per quantitatem! ſed per efficacem
formam moueat atq; faciat: merito actioni ſuæ primum in materia reſpōder eiuſ
modi forma. Formamq; ſubinde quantitas comitať: Dum uidelicet ad formalis
actionis impętum/ formæq; efficacis īgreſſum materia mouetur atq; protēditur.
extenditur inquā/eatenus proprie/quatenus tum agitat eam formæ penetrantis
impetus: tum rō idealis ipſa preſcribit: tum deniq; rō formalis uel ſeminaria exi
git. Nec īmerito ad certam ſpeciem certa conſequitur quātitas uel figura potius
q̄ e conuerſo. Duo enim hęc uelut minus perfecta ex ſpecie tāquā perfectiori de
pendent: & tanquā non efficacia formæ ſeruiunt efficaci: ipſiuſq; formę ratione
comprehenduntur & fiunt. Neq; diffidas quantitatem ſpecie contineri. Eſt enim
quantitas forma quædam: ac tanquam aliquid formale minus ī ſpecie uelut ma
gis formali continetur: & uelut illic implicata mox in materiam explicatur. Hīc
fit ut certę uiuentium ſpecies certas habeant magnitudines & figuras. Pertinere
autem quantitatem ad formam: neq; eſſe materiam ex eo patet q̄ quantitas ubi
metitur & numerat/rationem habet determīantis. Materia uero/pura determina
bilis tantum eſſe cenſetur. Mitto quantum adducantur paſſim formæ rerum uel
inter ſe differre: uel permutari/ſępe pro modo mutationeq; quantitatis atq; figu
ræ. Quod ſane nunq̄ adduceret materia pura. Taceo nunc effectus occultos qui
certis ex figuris & numeris ī corpora ſæpe noſtra aīos ue reſultāt. Certe ante eſſe
quantū poniť eſſe ſimpliciter: nunquā enim aliquid eſſet quantū/niſi ſimpliciter
eſſet. Eſt āt ſimpliciter etiā ſi nō ſit quātū. Quādo igiť ipſū ſimpliciter ens quod
antecedit eſſe quātū: primo cogitať extendi. Tunc primum quātitas oritur ipſa
.s. entis extenſio. Hæc ipſa entis portio quę prorendiť materia eſt iam corporea
facta: extenſio uero quantitas. Extenſio quidem ſubiecto indiget. Siquidem eſt
accidens & paſſio quædam formalem entis actum neceſſario ſequens. Iam uero

cum aliquid extendatur: neq; tamen ipſa extendatur extenſio: hoc ipſum quod protendit materia eſt extenſioni ſubiecta: extenſione neceſſario prior. Niſi enim quodãmodo ſit/ protendi nõ ualet. Neq; uero ſuſpicari licet quãtitatis ſubiectũ eſſe formã. Quælibet enim alia forma tanquã incompabiliter efficacior quãtitate nõ ſubit ĩmo ſubigit quãtitatẽ. Deniq; quod ĩ mundo intelligibili copia uirtutis ẽ poteſtasq; per oĩa preſens & inferioris exceſſus: per quãtitatem uelut illius imaginẽ in ſenſibili mundo refertur. Quod aũt illic uirtutis copię uelut materia ſubeſt: p materiã hanc referri uidetur. Cũ igitur non ad idẽ ſpectent q̃titas atq; materia/ nimirũ neq; eſſe ęadẽ iudicanẽ. Sed quis nõ uideat & numeros ĩ rebus etiã a materia ſegregatis exiſtere? & puncta lineaſq; ĩmo & ſupfices neq; materiam eſſe neq; neceſſariã habere materiã. Conclude quantitatem cum ſit formale aliquid ex agente potius q̃ ex materia dependere. Cumq; ſit inter formalia minimum/ mento ſic ubiq; tribui/ ut forma pręſtantior exigit.

## Confirmatio ſuperiorum. Cap. VIIII.

Verũ ne forte miteris q̃titatẽ nullã in ipſa rõne materię cõtineri: materiãq; ex ſe nõ eſſe q̃tã. Memẽto cũ res præter q̃titatẽ multæ ſint ut ſubſtãtiæ & qualitates atq; ſimilia: merito rationem entis a ratione quãtitatis eſſe diuerſã & cõmuniorẽ atq; priorẽ: ideoq; multa & eſſe & ĩtelligi poſſe ẽt ſi nõ exiſtãt/ nec intelligantur eſſe quanta. Sic nec anima quanta eſt quę generat quantitatem: neq; materia quãta quę præcedit corpora: neq; quãtitas ipſa quãta: ne abeatur in infinitum. Siquidem quãtum/ quantitate fit quantum: ſicut aliquid qualitate fit quale. Ex quo etiam confirmatur quantitatem aliquid eſſe formale. Sic ergo corpus uiuens naturali colore fit coloratum: neq; tamen color ipſe eſt coloratus. Neq; turſus ſeminaria ratio/ quę naturalem ĩ animali colorem creat/ eſt color. ſimiliter neq; quantitas & figura uiuenti congruens/ quanta uel figurata ẽ: neq; ſeminaria uirtus quantitatis eiuſmodi figuræq; fabricatrix/ eſt quantitas aliqua uel figura. Tum uero ſicut accedens qualitas ad materiam non dum qualem reddit ſubito qualem: Sic & quantitas accedens ad eam non dum quãtam ſimpliciter reddit quantam. Neq; tu cogitare debes materiam in primo quantitatis aduẽtu in amplius ex anguſtiori protendi. Anguſtia enim & amplitudo modi q̃dam ſunt exiſtentis iam quantitatis. Ante uero primum quantitatis acceſſum/ neq; quantitas in materia eſt: neq; igitur ibi modi ſunt quantitatis. Atqui & ipſa formalis ratio quantitatis neq; magna eſt: alioquin non congrueret paruis: neq; turſum parua alioquin magnis ſeipſam accomodare non poſſet. Similiter & materia neq; tanta eſt proprie neq; tanta: ut æque ſit ad omnes quantitatis modos ſubeundos indifferens. Neq; turſũ quanta ſimpliciter: ne quid ita in ſe formale poſſideat ſitq; compoſita.

## Qũo materia cognoſcatur: cũ ſit informis. Cap. X.

Dubitaẽ igiẽ quomõ cognoſci materia poſſit: cum formis careat omnibus oporteat autem tũ rem cognoſcendã cognoſcentes mouere per formam tum cognoſcentes per formam ipſi rei cognoſcendæ cõſentaneam agere

circa ipſam. Cū igitur per formas cognitio fiat/uidemur cōſequenter cogitaturi formalia/non informia. Niſi forſan animo moliamur formas omnes ex animo ſegregantes coniectare nonnihil in rebus a formis ſimiliter omnibus ſegregatū. Sed interim dum molimur/forma quadam certe molimur: ideoq; īuiti molimur & formam/q̄uis ut putamus īformem: dum uidelicet prouiribus cogitamus in definitam. Atq; ſub eiuſmodi forma ſuſpicamur indefinitam quoq; materiam. Sic igitur indefinitate quadam conceptionis noſtræ indefinitatem materiæ cogitamus. Conducit ad idem indefinitas quædā quaſi materialis ſub animi forma naturaliter actuq; latens Si fingatur circulus infinitus/ratio quidē definitioq; circuli finita erit & certa. Iactus autem oculi uel ſimilis imaginatiōis per circulū infinitum/ infinite uagabitur. Similiter ſiquis omnibus ſublatis formis intuētis oculi more intendat prouiribus animi aciem ī materiam/nihil prorſus inſpiciet: ſicut nihil inſpicit oculus luminibus & coloribus ubiq; ſublatis. Sed hic animus coniectat interea ſubtracto lumine ſubeſſe corpus obſcurum. Nūquid & ibi formis ademptis ſubeſſe coniicit rem informem. Coniicit quidem utrunq; poteſt. Verum eiuſmodi coniectura neq; legitima ratiocinatione/ quæ ſolet ductu mentis rationiſq; idealis ex formis concipere formas. Neq; legitima rurſus imaginatio: quę ſolet formas uel ex mente uel ex ſenſibus intueri: cōiectio itaq; circa materiam ex ſpuria ratione & adulterina rurſus imaginatione miſcetur. Sed eiuſmodi quidem indefinitas animi circa indefinitatem materię ſuſpicandam/habet interim aliquid definiti quatenus & per formas agit: & definit aliquid de materia. Neq; proprie tamē intelligit. Intellectio enim eſt idearum uel ſaltem idealiū cōtemplatio. Neq; rurſum ratiocinatur proprie. Ratiocinatio enim eſt collectio quædam. Hic uero non tam colligit q̄ diſpergit: dum omnia de materia negat. ac ſiquid affirmat interea negata confirmat. Dum enim affirmat materiā eſſe formarum omnium ſuſceptaculum: confirmat interim eam per ſe prorſus informē. Et quoniā anima utpote quæ ſpecies eſt/& eſſentia uera/horret informia & odit eſſentię caſum. Iccirco dū de materia negat formas & eſſentiam atq; eſſe: interea eā ad hæc omnia refert: & ſicut negando prius/ita deinde referendo cognoſcit. Similis in hoc eſſe uidetur cognitio infimi rerum & cognitio ſummi: & utrunq; (ut ita dixerim) ignorādo cognoſci. Tu uero ubi Plotinus ait ſimili cognoſci ſimile: intellige uim aliquid cognituram: tum ante cognitionem eſſe quodāmodo illi cognatam: tum in ipſa cognitione formam illius edere uel ſubire cōditionem. Conclude rurſus ubi cognitio eſt efficacior/ ibi ſimilitudinem eſſe maiorem. Et quoniam intelligentia ratioq; non ſolum ſicut ſenſus rem attīgit extrinſecus: ſed etiam efficaciſſime penetrat. iccirco hanc rationibus æternis cognatione exiſtere q̄ corpori ſenſus.

## Cap. XI.

MAteria nec eſt quantitas: nec habet propriam quantitatem. Item ſuſceptio formarum non ratione quantitatis: ſed ratione materiæ. Item forma præcedit quantitatem.

PRoīde materiā nō eſſe q̄ntū aliqd confirmat cōtra dicentes nō eſſe aliā in rebus materiā prēter dimēſionē qualitatibus ſubditā: quēadmodū ī cælo ponere uideē Auerois. Pleriq; cōſiderantes dimenſionem: tum inefficacē

eſſe/tū ad capiēdū accōmodatā/qualē eſſe materiā arbitramur:dimenſionem pu
tauerunt ipſā eſſe materiā. His autē reſpondet Plotinus probans dimenſionē
non eſſe neceſſariā ad ipſū acceptionis effectū:quādoqdē mens & aīa ſine dimē
ſione res capiant. Præterea cum ipſū ſimpliciter ens antecedat eſſe q̄tum:merito
quātitas poſterius ad ens accedit. Quo fit ut q̄titatem ſine priori quātitate reci
piat. Similiter materia ſine q̄titate precedente ſuſcipit quātitatem. Ergo & q̄ reci
piat alia/habet nō qa quāta:ſed qa materia. Quippe cū ipſa materia primū fue
rit ſuſceptaculum. Contīgit āt materiæ formas in dimenſione recipe:quoniā ſi
cut formas:ſic & dimenſionē accipit: Ac producto ſpatio protēdit̄ ī ea ſimul &
qualitas:cōtracto uero contrahit̄: Iam uero ī ipſa intentione naturæ prior eſſe
uidet̄ ſpēs:primaq̄ ſpēi proprietas:q̄ eius quātitas uel figura. Ideoq̄ ſic natura
liter iſtituta materia eſt: ut poſſima præparatio eius ad ſpēm ſit potius q̄ ad ali
quā quātitatē. Materiā dico ſimplicē atq̄ primā. Nā ſecūda materia iā certo mo
do ad ſpēm aliquā pr̄eparata/magnitudinē ei conuenientē iā c̄epit accipe. Sed &
ante magnitudinē certe quandam ſubiit qualitatē futur̄e congruam ſpēi. Cuius
quidem qualitatis uirtus magnitudinem & figuram paulatim accōmodat ſpēi.
Certa igit̄ forma quātitatem certā quodāmō antecedit. Ac ſi fingas quātitatem
ſaltem ītermīnatam certas præcedere formas:fingemus & nos ſimiliter ītermīna
tam quantitatem ab ītermīnata quadā forma præcedi:Cuius efficacia ī quātitatē
materia protendat̄. Sic utiq̄ impium actionēq̄ ſep̄arē formę ſup̄ materiā mox in
materia forma ſequet̄ antecedēs uidelicet quantitatem lōgius a ſepata forma di
ſtantem. Tum uero cū agere atq̄ mouere qualitatis ſit p̄prium non quātitatis/
merito nō quātitas qualitatem: ſed cōtra qualitas quātitatem agit & mouet tra
hitq̄ ſecum. Sic igit̄ non magnitudo facit calidū:Sed calor extendit in magnū.
Non paruitas reddit frigidū:ſed frigus cogit in paruum. Quid plura? Virtutes
utiq̄ ſeminū abſq̄ magnitudine propria certas deſtinant magnitudines naſcitu
ris. Quibus ipſa ſua ſpecies ſtatim adeſt/eademq̄ ſemper/ non ſtatim magnitu
do debita uel figura. Hæc.n. per uirtutem ſpeciei temporibus certis ex potentia
ſpeciei paulatim procedit in actum. Quāobrem materia formā ſuſcipit ob hoc
ipſum quia materia eſt arti ſubdita naturali:formamq̄ īprimis ſuſcipit ex agen
te forma. Non igitur quia ſit moles accipit formam: ſed quia materia ſit forma
bilis. Suſcipit uero formam modo corporeo:quia materia fit ītetea moles: dum
& uirtute & gratia formæ quantitatem excipit formę conuenientem. Atqui niſi
molem habuerit:adhuc ſuſcipiet qualitatem:quāuis nondum corpoream. Sicut
enim in eodem ſpatio in ſe inuicem multę ſunt qualitates:ſpatio eas minime di
ſtrahente: Sic etiam niſi ſpatium fuerit/eſſe ſimul/ multoq̄ magis ſimul in mate
ria poterunt. Materiam pleriq̄ tanq̄ ſpatiū cogitāt/& id quidē uacuū & imen
ſum. Quoniam animus cum aciem in hanc intendit/nequit in ſignum aliquod
ſe dirigere. Alioquin formam illic aliquam cogitaret. Nuſquam ergo ſiſtit intuī
tū. Ideoq̄ circūuagus hac & illac diſtractus per īteruallum uidetur uacuum per
uagari. Ac rurſus immenſum. Si enim uel centrum uel circūferentiam uel aliter li
Si autē qualitas quędā dicaṫ rerum esse subiectū: quę quidē cōis sit oībus elemētis: primo exponendū erit/ quę nā sit eiusmōi qualitas. Deīde quo nā modo qualitas possit esse subiectū. Itē quo pacto ī eo ꝙ magnitudine caret: quale qddā percipiaṫ: neq; materiā neq; magnitudinē possidēs. Postremo siue qualitas hęc definita sit/ qūo poterit esse materia? Siue quoddam īdefinitū/ ne quaq̄ erit qualitas: sed subiectū potius: & materia iā ipsa quā quęrimus. At obii ciet forsan aliq̄s/ nihil ꝓhibere quo minus materia exp̄s quidē sit qualitatis q̄te nus suaptenatura nullā aliorū participat qualitatē: sed ob id ipsū ꝙ nullam ꝑti cipat aliorū/ iam esse qualē/ quasi ꝓprietatē eiusmōi possidentē ꝑ quā ab aliis dif ferat? uelut illorū priuatio quędā. Et. n. qui priuatus ē quodāmō dicīt esse qua lis/ sicut & cęcus. Si igiṫ horū priuatio est circa materiā: qd nā ꝓhibet eā esse qua lem? Si āt & oīo priuatio ē circa ipsā? ex hoc etiā magis id sequeṫ: siquidē priua tio ē quale quiddam. Cæterum qui talia. d. qd nā aliud q̄ qualia & qualitates efficit oīa? adeo ut & q̄tas futura sit qualitas. Similiterq; essētia. Quod si qua le est horū quodlibet: nimirū qualitas adest. Ridiculum uero ē fateri/ quod qua le fit/ nō tam a quali quodam fieri/ q̄ a quodā/ quod alterum sit a quali. Quod si dicaṫ iccirco id fieri posse/ quoniā id ipsū quod dicīt alterū sit quale/ quæren dū erit/ utrū quod alterū dicīt/ sit alteritas ipsa. Quod si ita sit/ nō erit ut quale: quādoqdē neq; q̄litas ipsa fit qualis. At si dicaṫ solū alterum/ respōdebiṫ/ non se ipsa? sed alteritate fieri alterū: atq; idē idētitate. Sed neq; priuatio q̄litas est uel qualis: īmo uero uel q̄litatis uel alterius orbitas: Sicut silentiū uocis/ uel alte rius cuiuscunq; uacatio. Priuatio. n. negatio ē. Quale uero ī affirmatiōe cōsistit. Accedit ad hæc ꝙ ꝓprietas materię nō est forma. Propriū nāq; eius ē/ neq; q̄lem esse/ neq; spēm possidere. Absurdū est āt ob hoc ipsū quod non sit qualis/ eam qualem denominare. Perīde. n. id se habet: ac si dixeris/ qua rōne magnitudinē nullam habet: eadem quoq; magnitudinem possidere. Quāobrem proprietas eius ē/ nō aliud qddam q̄ quod est ipsa: Neq; ipsi proprietas ē appositā. Immo potius ī habitudine quadā ad alia ꝓprietas ipsa censeṫ. Quoniā uidelicet mate ria aliud est q̄ illa. Et alia qdem nō solū alia sunt: uerum etiā quodlibet eorum aliqd est ut spēs. Materia uero congrue admodū diceṫ solum aliud esse. Forte uero cōuenientius plurali numero esse diceṫ alia. Ne forte singulariter pronun tians hoc ipsū aliud materiam iam determines? Sed potius pluraliter alia nomi nando: naturā eius ostendas indefinitam.

¶ Vtrum materia sit priuatio/ uel priuatio de materia prędiceṫ Cap. XIIII.

Uerum quærendum iam est utrum materia sit ipsa priuatio: an potius priuatio de materia prædicetur. Qui igitur materiam priuationemq; dixit unum esse subiecto/ ratione autem duo/ docere debebat/ quam potissimum utriusq; rationem adducere deceat. Materię quidem rationem/ quę

definiat ipsã nihil priuationis attingens: priuatiõis quoq; similiter. Vel .n. neutrum in alterius est rõne/uel utrunq; in utriusq;: uel alterum in alterius tantum/ quodcunq; sit illud. Si igitur utrunq; seorsum definiatur: neutrunq; exigat alterum: duo erunt ambo: atq; materia erit alterum q̃ priuatio: q̃uis accidat ei priuatio. Oportet autem in definitione alterius/alterum ne potentia quidem perspici. Si autem ita se habeãt/ut nasus simus atq; simum. Sic etiã duplex est utrũq; atq; duo. At si peride se habet ac ignis atq; calor: uidelicet cum in igne quidem calor sit: in calore autem non necessario ignis accipiatur/ atq; materia ita sit priuatio: ut ignis est calidus: certe priuatio erit materię spẽs. Subiectũ uero aliud: quod quidem oportet esse materiam. Itaq; neq; hac ratione erit unum. Cęterũ nunquid ita unum subiecto sunt: duo autem ratione/ quasi priuatio non desi gnet ad esse quicquam: sed potius non ad esse. Atque ita priuatio entium negatio sit: ceu siquis dicat non ens. Negatio enim nihil adiungit: sed nõ esse dicit. Atq; ita priuatio erit tanquã non ens. Si igitur ita non ens dicatur/quia uidelicet non sit ens/ sed aliud quiddam: an sic duæ quædam rationes erunt/ Altera quidem subiectum spectans: altera uero priuationem/ Significãs quandam ad alia habitudinem. Vel potius ratio quidem materiæ ad alia respicit: subiectiq; ratio prorsus ad alia. Ratio autẽ priuationis si indefinitatem eius ostendit forsan naturam eius attiget: hoc forsan excepto quod dicitur utrunq; unum esse subiecto: ratione autẽ duo. Sin autẽ ex eo q̃ indeterminatum quiddam est ĩdefinitumq; & informe: idẽ est atq; materia/quo nã pacto adhuc duę rõnes erũt/

## Quomodo materia dicatur indefinita/ siue indefinitas uel priuatio. Cap. XV.

RVrsus perscrutandũ est/nũ secũdũ accidens ipsũ infinitũ interminatũq; in alia sit natura. Et qũo accidens. Et nunquid priuatio accidat. Profecto si quęcũq; numeri rõnesq; sunt extra infinitatẽ sunt: quippe cũ termini ordinesq; sint: atq; ipsa ordinatio ab his descẽdat in alia. Ordinẽr ãt nõ ordinatũ q̃dem neq; ordines: Sed aliud quiddam prẽter ordinantem sit ordinatum/ terminus autem & finis & ratio ordinet: profecto necessarium est/ut quod ordinatur & terminatur suaptenatura sit infinitum. Ordinatur autem materia: aut etiam quodcunq; non est materia/ex eo q̃ uel participat eã/uel materię sortitur condi tionem. Itaq; necesse est infinitum ipsum esse materiam. Non tamẽ id ita dicẽdũ est infinitũ quasi secundũ accidens: atque ex eo q̃ materiæ accidat infinitũ. Nã primo quidẽ quicqd alicui accidit rõnem esse quãdã oportet. Infinitũ uero nõ est rõ. Deinde cui nam existẽti accidet infinitũ/ Nunquid termino atque terminato/ At enim materia neq; terminatum quiddam est neq; terminus. Item infinitum accedens ad terminatum eius perdet naturam. Non igitur infinitum accidens est materiæ. Ipsa igitur est infinitum. Quandoquidem & in mundo intelligibili materia ipsum est infinitum. Quod quidem forsan genitum est ex ipsa unius ĩfinitate/siue potentia/ siue ętemitate. Adeo ut in ipso uno nõ sit infinitudo: sed ipsum sit infinitudinis auctor. Qua nam igitur ratiõe & ibi & hic est infinitum/ Forte duplex est infinitum. Sed quo nam differunt/ Nempe tanquam exemplar atq; imago. Nunquid igiẽ id quod apud nos est minus est ĩfinitum/

Forte uero magis. Quatenus enim ſimulachrum ab exiſtentia ueritateq; defi
cit/eatenus magis eſt infinitum. Infinitudo enim magis eſt in eo quod minus
eſt terminatum. Quod autem minus eſt in bono/magis eſt in malo. Quod igi
tur illic ẽ/utpote quod magis exiſtit ens/uelut imaginarie eſt infinitum. Quod
autem hic ens minus/quatenus ab ipſo eſſe ueritateq; cadit: atq; in naturam ima
ginis labitur/uerius eſt infinitum. Proinde an idem eſt infinitum atque infini
to eſſe? Forte ubi ratio eſt atq; materia/alterum eſt utrunq;: ubi uero materia tan
tum/uel idem dicendum eſt/uel omnino/quod quidem & rectius ſe habet/non
eſt ibi ipſum eſſe ſuum infinito aſſignãdum. Alioquin ratio quædam erit/quæ
tamen in infinito nulla eſt: ſi modo futurum ſit infinitum. Dicẽdum igitur ma
teriam ex ſeipſa infinitum eſſe oppoſitione quadam ad rationem. Etenim ſicut
ratio non exiſtens aliud quicquam ratio eſt/ ſic & materiam oppoſitam rationi
ſecũdum infinitatem/dicendum eſt ita infinitum eſſe/ut non aliud præterea ſit
q̃ ipſa materia.

## Quæſtiones de materia circa alteritatem: & priuationem: & infini tum & malum. Cap. XVI.

HT nunquid materia idem eſt atq; alteritas? Forte non idem alteritati
ſimpliciter: ſed alteritatis parti uidelicet oppoſitæ ad ipſa quæ præci
pue ſunt: quę quidem rationes exiſtũt. Quapp & quod ita non ens
dici ens quoddã poteſt. Atq; priuatiõi idem. Si modo priuatio oppoſitio quæ
dã ſit ad illa quæ in ipſa ratione conſiſtunt. Nunquid igitur priuatio diſperde
tur accedente illo cuius dicitur eſſe priuatio? nequaquam. Suſceptaculum enim
ipſius habitus/nõ eſt habitus ſed priuatio. Item ſuſceptaculum termini neq; ter
minatum quiddam eſt/neq; terminus: ſed infinitum/quatenus infinitum. At
quo nã pacto fieri poteſt? ut accedens terminus naturam ipſam infiniti non de
ſtruat? Præſertim cum ĩfinitum hoc ſecũdum accidens non dicatur. Forte ſi infi
nitum hoc/infinitum quantitate foret/diſperderet. Nunc autem non ita fit/ſed
contra: in eſſe conſeruat. Ad quod enim natura fuerat inſtitutum/in actum per
fectionemq; producit: ceu quod nondum ſatum fuerat/quando ſeritur. Atq; ue
lut fęmina cum potitur maſculo. Tunc enim fęminea natura non perditur: ſed
magis effęminatur. Scilicet id ipſum quod eſt/magis efficitur. Sed nũquid ma
teria bonum nacta/malum eſt? Forte ob hoc quoniam iam indiguit: Neq; enim
habebat. Etenim quod indiget aliquo/idq; nanciſcitur/medio quodam pacto
ſe habet bonum inter atq; malum: ſi modo æque ſe habeat ad utrunq;. Quod
ãt habet nihil utpote inopia preſſum: immo uero cum ipſa inopia ſit neceſſe eſt
eſſe malum. Non enim uel diuitiarum uel roboris hęc eſt inopia: Sed inopia qui
dem ſapiẽtię. Inopia & uirtutis: pulchritudĩs: ualoris: formę: ſpeciei: qualitatis.
Quid nã igitur ꝓhibet/quo minus deforme id ſit/& omnino turpe omninoq;
malum? Materia uero apud ſuperos ens dici debet. Quod enim ſuper ipſam
extat/ſuperius ente cẽſetur. Apud nos uero quod eſt ſuper materiã ens exiſtit.
Quapropter cum de hac nõ ens dicitur/intelligitur alterum ens ad ipſius entis
pulchritudinem.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI

De eo quod ī actu & quod ī potētia. Item de actu & potētia. Item de metallis atq; lapidibus. Cap. I.

LIBER de potētia & actu/ & sūmatim cōfirmat quę ī libro de materia dicta sūt & p illa planius intelligīt. Distribuīt aūt in capita qnq;. In primo notabis post dubitationes quasdā quicqd esse dicīt in potē tia referri ad aliud necessario. s. ad illud quod inde fit: uel est ī actu. Itē potentiā ꝑprie referri ad actū. Rursū in eo quod ī potētia est ad aliqd quan doq; remanere substantiam: nouo quodam aduenīente quandoq; mutari. Siue ad melius siue ad deterius mutatio fiat. Considerabis præterea nō esse poten tiam in mundo intelligibili ad nouum actum uel edendum uel compandum. Alioquin siue nunquam perueniatur ad actum/ frustra esse in potentia iudicabi tur/ siue quandoq; perueniatur: erit in æternis mutatio temporalis. Ergo ne hæc sequantur absurda/ omnis ibi potentia ad totū omnino suum actum est ab ęter no redacta. Subinde animaduertes potentiam faciendi non esse dicendam in potentia esse. Potentiam uero patiendi dici posse in potentia esse. Obseruabis deniq; Plotinum hic quod & bis alibi iam aperuit/ putare metallum/ aquam esse cōcretam siue putet quasi simpliciter aquam modo crystalli/ siue plurimum esse aquā. Physicorū nāq; sentētia est/ in cōponēdis mixtis calorē & frigus tāq; agen tia/ potius accedere q̄ ut materiā. Non .n. facile ob uehemētiā suā cōmiscerī pos se. Siccū uero & humidū sub his esse materiā. Vbi sane siccū prævalet humido cōcrescere saxum: ubi uero siccitatē humor excedit fingi metallū. Quod ꝑ hu moris exuberātiā liquefiat ad ignē: quā liquefactionē siccitas ī saxo ꝓhibeat.

De duabus materiis: & actu: & potentia: tum in corporibus tum in anima. Caput. II.

IN secūdo capite materiā duplicē obseruabis. Primo qdē cōpositā natura lemq; ad formā artis acceptā q̄do ex ęre fit statua. Secūdo materiā quoq; naturalē: sed simplicē & acceptā mox ad formā similiter naturalē: ut q̄do ex aqua fit aer. In primo qdē quod esse dicīt statua ī potentia/ ęs ipsum est. Cui quidē opponīt quod dicīt actu statua. quod neq; ęs est: neq; fabricata in ære fi gura: Sed quoddam ex utrisq; compositum. Cōpositum hoc ut actu existens: opponīt quidē ęri quatenus erat hoc ī potētia. Neq; sic predicaī de ęre. Nō igīt ęs statua fit: sed ex ęre fit statua. Hic certe q̄is materia eadē. i. ipsa ęris substātia maneat sub figura/ tamē aliud quiddā est q̄ figura atq; cōpositum. Multo itaq; magis materia diuersa est a forma atq; composito: ubi ī aduētu nouæ formę & ad generationē noui cōpositi necessario prioris cōpositi substātia permutaī: ut quādo ex aqua fit aer. Ibi .n. subest materia prima: ī qua nihil est formę: ut meri to dici possit esse nihil in actu. Materię uero secūdę tanq̄ cōpositę aliqd formę possidēt: adeo ut dū ad aliud ī potētia sūt: secundū aliud sint ī actu. In supe ribus igīt/ quoniā ex materia prędedēte/ & ex forma aduenīēte fit aliud qddā. .i. cōpositū: idq; nō est idē quod & materia uel ēt forma/ merito aliud quidē di cīt quod est ī potētia. i. materia: aliud uero quod existit actu. i. cōpositū. Atue ro in aío nō ita dicendū esse uidetur. Quando .n. aīus acqrit habitū non euadit

ex animo atq; habitu composita quædam essentia tertia. Idem igit̃ animus qui dicebatur potentia sciens/mox dicitur actu sciens. Fit autē actu sciens/non qua rōne fuerat insciꝰ:sed qua rōnalis & docilis. Nempe cum iam est actu doctus/ adhuc seruat aptitudinem ad scientiam:sed non seruat insciti ã. Sed aliter in po tētia est ad habitum compandum:aliter habitu cōpato in potentia est ad actū. Quod autē non qua rōne ignorans est/ doctus euadat:patet/quoniam nō qli bet ignorās facile doctus efficitur:sed qui est aptus. Neq; ad habitum priuatio confert:sed potentia. Conclude ubiq; quod in potentia dicitur/esse subiectū: quod uero ī actu/compositum uel quasi compositum. Formam uero ī subiecto nominari actum:non quidem simpliciter/sed subiecti. Deniq; præter formā uel habitum/qui est forma quædam/ nominari etiam actum actionem ipsam:quę a forma uel habitu prouenit. Actionem uero actum potissime nuncupari/quoniã & manifestior ē/& huius gratia forma uel habitus compatur: & tota uis formæ uel habitus ad actionis producitur efficaciam. Rursum hic obserua actum/qui est forma uel loco formæ:quoniam ad subiectum accedit/uelut adhuc informe atq; impotēs/indigere quodam exterioris causæ beneficio: actum uero q̃ actio est/ex ipsa formę uel habitus potestate prodire.

¶ Quomodo aliter se habet potentia & actus sub cælo atq; ī cęlo:& rursum in mundo intelligibili. Cap. III.

POst hæc autem prohibet ī mundo ītelligibili aliqd esse ī potentia iudica ri:ī potentia inquã/quæ & uergat ad nouum actum/& res quædam natu raq; alia sit q̃ actus. Dicit autē quæcunq; ibi potentia fingat̃/ rem ipsam nō solū esse sēper ī actu:sed actū quoq; exīstere. Tum quoniã quæ ibi quasi ma terialis potentia ponitur est forma quædam/ ideoq; & actus:tum quia potentia hęc/& actus quem aspicit non duę sunt naturæ/sed una. Neq; tamen debemus ex eo q̃ materia illa eandem semper habet formam/dicere idē prorsus exīstere. Nã & si Deus in materia corporis formam in æternum cōtinuaret/adhuc forma foret aliud q̃ materia:sicut euenire ī cælestibus arbitramur. Rursus quemadmo dum in eo qui iam didicit/non perit ipsa discendi potentia:non enī per doctri nam aufertur potētia docilis:sed perficitur sic in mundo intellectuali una cum actu formali latet etiã potentia quædam: quãuis neq; per hanc dicatur illic esse aliquid in potētia:neq; hęc alia substantia sit q̃ actus:sed sola differat rōne. Pro fecto quēadmodum Aristoteles materiam & formam sub Luna/duas esse natu ras uoluit:duasq; substantias. In cælo ãt fortasse unam esse corporis illius natu rã/quæ sit loco materiæ uel subiecti ad lucem suam quæ lux nō sit alia quædam natura præter naturam illius corporis:sed sit illius naturę proprietas atq; actus: ita Plotinus existimat de materia & forma in mundo corporeo atq; īcorporeo. Hic.n. duas esse naturas:ibi unam. Atq; hic q̃dem ita differre/sicut lumen diffu sum p aerē quasi forma/ ab aeria materia differt. Ibi uero uel sicut rutilatio quę dam a lumine:& lucere a luce:uel saltem sicut lumen a flãma. Lumē enim ī aere alia est natura q̃ aer. In flãma uero non aliam adiungit naturam:sed proprietas quædam est/actusq; flãmæ peremnis. Sicut ergo lumē hoc quasi forma & actus est ad flãmam quasi potentiam/ ita ferme quod formale/ad id quod materiale

in mundo intelligibili ponitur/ſe habere uīdetur. Qualis ferme diſtinctio inter cōcauum & conuexum protinus apparebit ſi ſuperficiem ſphęricam conſidera bis: cui nulla ſit ſubiūcta profunditas. Tunc enim concaua & cōuexa conditio neq; loco ſubiecto ue different: neq; natura: ſed ſola forſitan ratione. Vnica enī ſuperficiei natura ad illa quidem quæ ſint extra circulum conuexa/ uidebitur: Ad interiora uero concaua iudicabitur: Sicut & intellectus atque uoluntas in animo differunt. Sed ut ſummatim dicam in toto hoc mundo corporeo materia & forma duę ſunt naturę. Sed pręter cælum forma eſt pro natura materię. In cælo materia uiciſſim pro natura formæ. In mundo autem incorporeo materia quidem eſt eſſentia & natura formæ. Forma uero eſt eſſe actuſq; materię. Rurſū materia nec ad formam in potentia ibi eſt: neq; potentia eſt ad formam/ Sed eſt potius ipſa potentia formæ:. Forma uero non eſt actus aliqs in materia ſiue potentia: Sed ipſe potius potentię actus. Quoniam uero ubi mundum intelligibilem nominat/ non diuinum tantum intelligi uult intellectum/ Sed omnes inſuper intellectus/ & animas intelligētię compotes: ideo animam quoq; intellectualem negat eſſe ad nouū aliquid in potētia. Sed eſſe ait ex parte quidem uegetali poteſtatem animalis procreatricem/ ex parte uero rationali poteſtatē ſcientiæ productricem. Tum uero ſubdit quālibet/ tum ideam/ tum rem a corpore ſeparatam eſſe totū quicquid eſt ī actu/ atq; actum/ quia totum ſpecies ſit & forma ab æuo pęnitus abſoluta. Hic & tu notabis: non ſolum ubi aliquid in potentia eſt ad futurū/ opus eſſe ſuperiore quodam: quod totum poſſideat præſens atq; ita quod deeſt adhibeat indigenti: ſed ēt ubicunq; potētia & actus ſunt duę naturę opus eſſe ſuperiore quodam: etiam ſi potentia perpetuo ſit ſub actu. Natura enim in ſe formabilis/ tantum ad formalem naturam non perducitur: niſi alicuius nature unius & ſimplicis beneficio. Nam ſuper compoſitū ex duabus naturis extat natura ſimplex actu perpetuo fungens. Quę quoniam ſuum ipſa ſempер ex ſe edit actum/ merito nuncupatur & actus. Proinde ubi ait animā ſcilicet intellectualem eſſe in mundo intelligibili: Irrationalem uero in materia: animaduerte ita illam a mundo intelligibili diſtinctā eſſe natura quāuis actione coniunctam: ſicut hæc diuerſa natura eſt a materia/ quāuis affectu & effectione congrediens. Quæ quidem non eſt actus materiæ: ſed ſuperioris quidem animę actus in materiam/ & quaſi forma materiæ. Prima quidem anima actus præcipue dicitur/ quoniam non ſolum nihil noui naturę ipſius accedit/ ſiue recedit: ſed etiam ſuū in ſe exerit actum. Ac per ītellectum æterna fruitur actione. Per uim uero diſcurrentem nihil concipit ab externis: ſed parit potius in ſeipſa. Anima quoq; ſecunda & ſi uidetur actiones uarias permutare/ tamen quantum in ſe eſt/ uno quodam actu uel ſaltem uigore uiuificādi materiam format influentem atq; refluentē. Sicut ignis eodem feruore diuerſa comburit: Perīde ac ſiquis eodem ſigillo ſubterfluētes undas ſedula ſucceſſione figuret Mitto q̄ aliqui diſputant cōtinuo quodam unoq; cognitionis & uoluntatis actu animam ſemper modo hæc: modo illa prout in actum hunc animę incidunt percipere atq; uelle. Ceu ſi quis eodem ad tempus intuitu oculis prorſus inconniuentibus plura e conſpectu non ſolum continuata ſemel: ſed etiam deinceps e ueſtigio procedentia cernat. Poſt hęc quæ de ideis ſignificat/ dicēs omnes eſſe uitas & actus: alibi tractabuntur. Eſſentiam certe primam/ in qua ſunt ideę: memento hoc ipſum quod

est esse uitam. Vita enim non accedit ad illam/sicut ad essentiam corpoream extrinsecus uelut forma/Sed ꝓdit intrinsecus uelut actus. Perfecta igitur essentia illa est/&uita perfecta. Itaq; per modum perfectum est in actu: quod igitur illic est in actu existit & actus. Sicut uero essentiæ intimus actus est uita:sic uitæ intimus actus est ĩtellectus. Ex uita quidem illa prodit anima uera:ex illo rursus intellectu emicat in animam intellectus.

## Materia non est aliquid actu. Cap.IIII.

QVærit in capite quarto:utrum materia prima sit aliquid actu. Atqui expedit primum non esse aliquid eorum: quæ super illam sunt omnino: quæ sunt entia uera. Neq; aliquid rursus eorum:quæ generantur in ea: quæ entia sunt non uera. Dubitat interea: nunquid ipsa possit aliud quiddam esse actu. Non certe aliquid super ens. Nõ rursus ens uerum. Non iterum ens apparẽs. Quid ergo? Nunqd materia aliud adhuc inferius erit ĩ actu? Certe nihil. Cũ enĩ a tota entis natura & apellatiõe deficiat: ideoq; non habeat esse:nimirum nec esse habet in actu.

## Confirmat superiora. Caput.V.

AMBigit iterum in capite quinto Si materia nihil est in actu: quo nam pacto de hac ipsa loqui possimus. Et quæ dicta sunt disputando cõfirmat. Iam uero materia/iccirco entium materia nominatur: quoniã ad illa uel ad illorum accipiendas imagines est in potẽtia/siue potius est ipsa potentia inde formabilis. Siquidem in qualibet arte materiam sub artifice nominare:nihil est aliud q̃ aliquid introducere/ nihil habens artificiosum/sed potẽs omnia capere. In natura uero materiam subiicere rerum omnium architecto/non tam est afferre aliquid/ quod ad formas sit in potentia: q̃ formabilem prorsus afferre potẽtiam. Potentia eiusmodi & si censetur ordine quodam effectum formæ præcedere tamẽ quoniã ipsa huius potentiæ ratio nihil est aliud q̃ formabilitas/necessario depẽdet ab actu formæ. Vbi & si dum forma adhuc futura uidetur: iam uideatur ipsa potentia præsens expectans uidelicet effectum formæ: tamen ipsa quæ dicitur potentiæ ipsius præsentia/nihil est aliud/q̃ possibilitas (ut ita dixerim) & formæ futuritas: & ut aliquis finxerit confusa quædam incohatio formę. Iam uero si formam compares ad efficientem causam/ quod formæ futurum est/dependet a præsentia cause. Sin autem materiã conferas ad ipsam formæ naturam/ quicquid præsentiæ fingitur in materia depẽdet ab ipso formæ futuro. Immo & iam præsenti. Siquidem in ipsa ratione materię includi forma uidetur:dum tanquam formabilitas definit̃. Item si referas infimum hoc ad uniuersi suppremum: dicasq; sicut illud actus est purus formator omnium/ita & hoc puram esse potentiam sub omnibus duntaxat formabilem: tũc sane siquid illi supremo potentiæ formabilis adhibueris/illius mox substulisti naturam: quicquid rursum actus alicuius huic infimo uelut proprium dedicaueris/ huius quoq; naturam subito perdidisti. Siquidem huius esse iudicatur in potentia esse huius actus proprie formabilitas. Huius præsẽtia nihil aliud q̃

formæ futuritas. Est autem materia sic ab entis natura secreta: ut neq; adhæreat enti uelut eius proprietas aut passio: neq; ens repræsentet uelut imago: neq; sub illius imagine sic imprimatur/ut afficiatur inde: cõtrahatq; uestigiũ: aut seruet: semp utiq; actus quoslibet naturaliter exuens: possibilitatem uero conseruans. Duntaxat ibi succurrens/ubi uerorum entium gradus est ultimus/ idest ipsa natura & ibi quidem subsidens imaginibus entium. Neq; familiare quicquã sibi inde reportãs. Nihil autem dici de ea potest quasi ad entia pertinens: nisi q̃ sit umbra naturæ. Cũq; ita longius ab ente distet q̃ entis imago/ nullo modo uel ens uel esse debet existimari. Iam uero de ente contra atq; de non ente iudicare debemus. Ens quidem ī actu plus habet entis/q̃ ens in potentia. Vicissim ergo quod dicitur actu non ens/ minus habet entis/ plus ue non entis q̃ quod non ens in potentia nominatur. Cum igitur materia a prima eẽntia & ueritate ultra q̃ cogitari possit remotissima sit. Ideoq; ipsa sit falsitas/ uerumq; ita non ens: si hanc fingas in actu suo magis eã non ens asseuerabis . Et quãto uerius erit materiam apellare possibilitatem: Tanto falsius erit eandem actum existimare/atq; e cõuerso. Conclude librum hac sentẽtia/ueritas ipsa etiam falso uim præstat: Alioquin nisi uerum esset id esse falsum/ non foret falsum: Atq; quo uerius falsum est: siue quo uerius est/hoc est falsum eo est proculdubio falsius: Sic ergo quo materia uerior est materia idest qua uerior ad entia possibilitas ẽ/eo falsior actus atq; uicissim.

## LIBER QVINTVS

## DE EO QVOD IN POTENTIA ET DE EO QVOD IN ACTV.

Quod dicitur esse in potentia/refertur ad illud quod in actu. Ipsa potentia refertur ad actum. Cap. Primum.

DICI SOLET aliquid in potentia: aliquid rursus in actu: aliquid etiam in rerum ordine esse actus. Considerandum igitur quidnã sit quod in potentia: Quid ue quod in actu: Et num quid idem sit oio esse in actu/atq; ipse actus. Itẽ siqd est actus: nũ sit ẽt & in actu an potius utrũq; sit differens/ adeo ut quod actu est/ nõ necessarium sit actum quoq; existere. Esse igitur in genere sensibili aliquid in potentia perspicuum est: utrum omnino/& in genere intelligibili aliquid in potentia sit/est iquirendum. An forte ibi solum sit quod est in actu. Et siquid forsan ibi sit in potentia/num in potentia solum semper/siquidem sit & semper: Neq; unquam procedat in actum propterea q̃ tempore minime peragatur. Verum primo exponẽdum est/quid sit quod esse dicitur in potentia. Siquidem quod in potentia est/non simpliciter est dicẽdum. Non enim fieri potest/ ut quod in potentia dicitur/ad aliud quicquam minime referatur Sicut ęs potentia dicitur ad statuam faciendam. Alioquin si neq; quicquam ex ipso: neq; in ipso faciendum foret: neq; futurum esset aliquid ultra id quod erat: neq; possibile foret aliquid ultra fieri: esset utiq; quod erat tantum. Quod autem erat iam & aderat.

Neq; futurum erat quicquã. Quid nã igitur poſſet aliud præter id ipſum pręſens. Itaq; dici non poterat in potentia eſſe. Oportet igitur/quod eſt aliquid in potentia & iam aliquid actu/ex eo in potentia dici:q; aliquid præterea aliud fieri poſſit/ ſiue quodammodo ipſo priori manente: ſiue prębente ſeipſum ei quod inde fieri poteſt/adeo ut quod prius fuerat pereat. Aliter enim ęs eſt in potentia ſtatua: aliter autem aqua eſt in potentia æs: & aer ſimiliter ignis. Quod igitur ſic in potentia eſt/ nunquid etiam eſſe potentia quædam dicitur ad futurum? Ceu ſi æs dicatur potentia quædam ſtatuæ. Forte ſi potentia ſecũdum effectionem accipiatur/nullo modo ita dicendum. Non enim potentia/ſecundum effectionem conſiderata eſſe dicitur ĩ potentia. Sin autem quod in potentia eſt non tantum ad id quod in actu eſt/referatur: Sed ad ipſum quoq; actum/ erit utiq; & potentia ĩpotentia. Rectius autem atq; apertius referre quis poteſt/quod quidẽ in potẽtia ẽ/ad id quod eſt in actu/ipſam uero potentiam ad ipſum ſimiliter actum. Sane quod eſt in potentia eiuſmodi eſt uelut ſubiectum quoddã paſſionibus atq; formis & ſpeciebus: quas ſuſcepturum eſt ſuaptenatura/uel etiam ad conſequendas properat/& partim quidem ad melius: partim uero ad deteriora pemptoriaq; eorum: quorum quodlibet aliud quoq; eſt actu.

¶ Vbi ex potentia & actu fit tertia res compoſita: Subiectum quidem eſſe dicĩ in potentia: Compoſitum uero in actu. Sed forma dicĩ actus/non ſimpliciter: ſed ſubiecti. Vbi uero non fit res tertia: idem quod dicebaĩ in potentia/mox dicĩ in actu exiſtere.

Cap. II.

DE materia uero pſcrutandũ eſt an aliud qddã exiſtens actu ſit ĩſuperĩ potẽtia ad illa qbus ipſa formaĩ uel potius nihil ĩ actu. Atq; oío/& alia quę dicimus ĩ potẽtia uidelicet accipientia ſpẽm atq; manẽtia eadẽ in actu fiũt. Forſan uero ipſũ quod eſt in actu de ſtatua diceĩ: ita uidelicet/ut ipſũ quod ẽ actu ſtatua opponaĩ ei quod ſit ĩ potentia ſtatua. Neq; tamen ipſum quod eſt in actu/prędicetur de illo de quo ipſum quod in potentia ſtatua dicebatur. Si itaq; ſic/neq; id quod ĩ potentia fit quod in actu: ſed ex illo quod in potentia prius erat/fit quod poſterius eſt in actu. Etenim ipſum quod in actu exiſtens dicitur/ compoſitum ipſum eſt/non autem materia. Reliquum uero eſt quod ſpecies eſt in ipſa. Atq; id quidem ita ſe habet/ſi altera quædam fiat eſſentia/uelut ex ęre ſtatua. Altera enim eſſentia ſtatua eſt uelut coniunctum. In illis autem quæ nullo modo permanent/ manifeſtum eſt/illud quod in potentia dicitur: alterum pęnitus eſſe. At quando qui potentia grammaticus eſt/ euadit actu grãmaticus/hic illud quod in potentia erat non idem ſit: atq; id quod exiſtit actu. Idem nanq; Socrates & qui ſapiens potentia & qui actu ſapiens Nunquid igitur & qui ignorans eſt/eſt & ſciens? Potentia nanq; ſciens erat: immo uero ſecundum accidens homo inſcius fit ſciens. Non enim qua ratione inſcius: eſt in potentia ſciens: ſed accidit ei/ut inſcius eſſet. Anima uero ſecundum ſe ipſam exiſtens apta/ in potentia perdurat etiam quatenus eſt ſciens ſeruatq; adhuc quod dicitur in potentia. Adeo ut qui iam eſt grammaticus/nõ deſinat potentia eſſe grammaticus. Neq; forte quicquam prohibet aliter id atq; aliter ſe habere. Illic enim in potentia ſolum dicitur. Hic autem ĩ potentia ſpeciem iam habente. Si igitur quod in potentia dicitur/eſt ſubiectũ: quod autem in

actu est cõiunctũ uelut statua/spẽs quę fit ĩ ęre qũo nuncupabit̃/Forte nõ alienũ ẽ actũ cognoĩare/ secundũ quẽ in actu est subiectũ:nõ ãt in potentia solũ:cognominare inq̃ formã spẽmq; nõ simpliciter actũ:sed potius huius actũ. Quoniã & actũ quendã aliũ rõne magis præcipua possumus noĩare. Actũ uidelicet oppositum illi potentiæ quæ educit ĩ actũ. Quod.n.ĩ potentia dicit̃/ab alio id ipsũ accipit/quod fiat ĩ actu/Potẽtia uero illa ꝑ quã aliqd agi põt/ex se ipsa ędit actũ sibi quodãmõ oppositũ uelut hĩtus: & q secundũ illũ actus dicit̃:fortitudo.s.atq; fortiter agere Sed de his hactenus.

¶ In mũdo ĩtelligibili nõ est aliqd ad aliud ĩ potẽtia: q̃uis sit ibi potentia quædã sed ita sẽp in actu/ut totũ dicat̃ actus existere. Cap.III.

CVius ãt gratia hęc prædicta sunt ĩpræsentia nobis ẽ explicandũ. Huc itaq; tẽ debãt oĩa:quo plane cõsideraremus quonã pacto ĩ mũdo ĩtelligibili id ipsũ quod est ĩ actu sit dicendũ: Atq; utrũ ibi solũ sit quod dicitur esse actu an ẽt unũquodq; sit actus:ac si oĩa ibi sunt actus q̃ nã rõne sit ibi quod esse in potentia noĩat̃. Profecto si ibi neq; mat̃ia est ĩ qua id ipsũ cõsistit/quod esse dicit̃ ĩ potẽtia. Neq; qcq̃ illorũ aliqd quod nõ iã sit/ẽ futurũ:neq; ꝑmutatur ĩ aliud:neq; manens ipsũ ex se generat aliud: neq; a seipso digrediẽs tradit alteri ut ipsius sit uice:certe nõ erit illic quod ẽe dicit̃ ĩ potẽtia:ubi entiũ regnũ est nõ tẽporaliũ: sed ęternorũ. Siqs igit̃ ponentes ĩ intelligibili mũdo materiã ꝑcõtet̃/qũo possit ibi ẽe materia: si nõ sit ibidẽ secundũ materiã illã quod esse ĩ potẽtia iudicat̃. Et.n.si alio mõ ibi sit materia:attamẽ ĩ quolibet:aliud qdẽ tãq̃ materia erit:aliud tãq̃ spẽs:aliud uero cõiunctũ:qd nã respõdebũt/ Forte quod ibi materia dicit̃ spẽm esse:q̃do & aĩa spẽs qdẽ est ĩ se/ad aliud uero materia. Nũ igit̃ ad illud ĩ potentia est/Nequaq̃. Spẽs.n. est ipsius:neq; spẽs ĩ futurũ: neq; aliter q̃ rõne distĩguit̃: atq; ita materiã habet q̃si duplex cõsideratũ. Sed ãbo una natura. Quẽadmodũ & Aristoteles qntũ corpus ĩmateriale corpus asseruit. At uero de aĩa qd dicemus/ In potẽtia.n. aĩal ẽ q̃do nõ dũ natũ est aĩal:sed nasciturũ. Itẽ in potẽtia musica est:& alia similiter quotcũq; efficit̃ aliq̃do neq; est sẽp. Quapp ĩgenere ĩtelligibili sic erit quod ĩ potentia dici solet. Verũ aĩa nõ est hæc ĩ potentia:ĩmo uero aĩa horũ est potestas. Quod ãt in actu esse noĩari solet:q̃ nã rõne apud supos esse põt/ Nũqd sicut statua uelut cõpositũ est ĩ actu:sic & ibi/quoniã intelligibile quodlibet suã possidet speciem: uel potius quoniã quodlibet spẽs est atq; ipsũ quod est spẽs ẽ ꝑfecta. Intellectus.n.nequaq̃ ex potentia quæ ĩtelligere possit ĩ actũ ꝓdit ĩtelligendi. Alioqn alio quodã priore opus huic eẽt quod ex potẽtia nõ ꝓrumpat ĩ actũ:sed totum iã possideat ĩ seipso. Quod.n.ĩ potentia est exigit alterũ/quo accedente ꝑducat̃ ad actũ/ut aliqd tãdẽ fiat in actu. Quod ãt ipsũ a seipso sẽp ita se hẽt/est actus. Itaq; oĩa prima actus existunt:hẽnt.n.qcqd oportet hẽre. Atq; id qdẽ & a seipsis & sẽp. Iã uero & aĩa ita se habet/pręcipue quę nõ in materia est/sed ĩ intelligibili mundo. Atq & quę ĩ materia est/actus est alius.s.uegetalis. Actus.n.& ipsa hoc ipsũ quod est existit. Sed.n. in actu sint oĩa/atq; ita: nũqd etiã actus sunt oĩa/& q̃ rõne/Nẽpe si recte dictũ est ĩtelligibilem naturã esse ꝑuigilem & uitã/optimãq; uitã:optimi ꝓculdubio ibi sunt actus. Ideoq; & ĩ actu & actus ibi cuncta cõsistũt: & uitæ sũt oĩa. Locusq; ille locus est uitę:principiumq; & fons animę ueræ atq; mentis.

Materia prima non est aliquid in actu. Cap. IIII.

Cætera qdē oīa quęcunq; aliqd ī potentia sunt/ id hēnt/ut ēt in actu aliud quiddā sint. Quod qdē cū iā sit/ uergatq; ad aliud/esse ī potētia iudicaī. At uero materiā ipsā quā esse entia oīa in potētia iudicamus: qua nā cōditione esse actu entiū aliqd possumus affirmare? Alioqn nō iā entia cūcta ī potentia foret. Si igiī entiū nullū est/necesse ē neq; ens qdē ipsā esse. Itaq; cū nullū sit entiū/qūo aliqd actu esse poterit? Forsā uero nullū ē horū quæ ī ipsa fiūt. Quid tamē ꝓhibet hāc aliud qddā esse? Siqdē neq; oīa entia ī materia sunt. Profecto si nihil sit eorū quæ sunt in ipsa: hæc uero sint entia/nō ens diceī. Itē quatenus in forme aliqd cogitaī: nō est spēs. Neq; igiī in illis quidē uelut ens numerabiī. Ergo & hac insup rōne nō ens iudicabiī: Cū igiī ad utraq; cōpata nō sit ens: plus nimirū nō ens cēseī. Si ergo aufugit quidē uerorū naturā entiū: neq; tamē id asse qui pōt/ut ex horū numero sit/quę falso esse dicuntur: quādoquidem neq; imago quidem rōnis est: sicut hæc esse traduntur: In quo nā essēdi genere hęc apprehendi poterit? Quod si ī nullo: quid nā actu esse ualebit?

Cōfirmat supiora: & cōcludit esse materiæ nihil aliud dici debere/q̄ in potentia esse.

Cap. V.

Cæterū si ita est/qūo de ipsa loquimur? & qua cōditiōe entiū materia iudicaī? Forte quoniā in potētia. Nōne igiī quoniā iā in potētia/iā & est/qua rōne in ea futurū cōsideraī. At.n. esse ipsi solū est id ipsū quod futurū ꝓmittiī. Quippe cū esse ipsius ī illud quod erit referaī atq; differaī. Quod igiī in potentia ē nō qdē aliqd/imo cūcta: neq; secūdū seipsū ens aliquod ē: sed ipsū quod ē materia ē/merito nō est ī actu. Si.n. aliqd sit ī actu: id ipsū quod ī actu ē: non erit materia. Nō igiī oīo materia erit: sed tāq̄ ęs se hēbit: Iudicabiī igiī id nō ens/nō tāq̄ alterū ab ente qcq̄: uelut motus. Hic.n. adhęret enti utpote q̄ ab ipso ē: atq; in ipso. Hæc āt est q̄si reiecta ac pęnitus segregata: neq; ꝓmutare seipsā ualet. Sed quod ab initio erat: erat āt nō ens: ita sese sēp habet. Sed neq; ab initio erat actu qcq̄/utpote ab entibus cūctis ualde deficiēs: Neq; ēt facta est qcq̄. Nā quę subinduere ꝓpetuo studuit/ab his colorari nūq̄ potuit: sed assidue remanet uergēs ad aliud ī potētia se hēns ad ea cōtinue quæ secūī. Cūq; ubi entiū ordo desinit hæc iam appareat: atq; ab his quę post ipsā fiūt coerceaī: nimirū illorū simul atq; horum extremitas subsider: & cū sub utriscq; coerceaī in actu qdē est ad neutrū. Solū uero resider ī potentia: relictaq; ē debile qddā & umbratile simulachrū formari nō ualēs. Nōne igiī in actu simulachrū est? Nōne igiī in actu falsitas ē? Id uero idē est atq; reuera falsitas. Atq; id enter.i. reuera nō ens. Si ergo ī actu nō ens/magis itaq; nō ens: Atq; nō ens enter. Lōge itaq; abest/ut hoc ī actu sit aliqd entiū/quod in ipso nōente suā retinet ueritatē. Quāobrē si ipsū oportet esse/oportet ipsū in actu nō esse: ut id quod ē uere esse deuitās: in ipso nō esse suū hēat esse: Quandoquidem si ab his quæ falso sunt abstuleris falsitatem: repente quācūq; habuerant essentiam abstulisti. Similiter si illis quæ in potentia esse essentiamq; habent introduxeris actum simul substantiæ suæ causā substulisti: ꝓpea q̄ eorū esse erat in potentia esse. Itaq; si oportet materiā incorruptibilem conseruare: necesse ē eam seruare materiā. Oportet igiī/ut apparet/eam dicere solū in potentia esse: ut id ipsū quod ē ꝓmaneat: aut rōnes eiusmōi accurate discutere.

De essentia quo constituat ex ente:motu:statu:eodem altero:& quæ ibi sit distinctio:& de forma substantiali/& rone formali:& de accidentibus. Cap.I.

DISPVTATIONEM de essentia & qualitate rite admodū a prima exordimur essentia. Illic igitur ab ipso simpliciter uno ꝓcedit:& unū non qdem simpliciter/Sed unū ens: unū qdem qua rone fit ab uno:ens ār qua rone sub uno. Quoniam uero entis ipsius origo:est processio quædam nō iniuria iam natum in perpetua quadam processione uersatur:processione inquam intima. Progressio.n. ītima fecūditatem ibi significat:Sed īdigentiā externa significaret. Processiōem eiusmōi motū quendā noīare solemus:quem nō localem dicimus/sed quasi uitalem. Si motus ibi est ullus:est īsuper & diuersitas/ quam alteritatem disputatiōis gratia nominari concedes .In omni siquidem motione ab altero termino ī alterum terminum ꝓtransiť. Iam igiť ipsi enti motū alteritatemq; adhibuimus. Quoniā uero ꝓcessio eius neq; a natura discedit sua: ideoq; nec ī naturā alterā transmutaťmerito status & identitas illic agnoscit. Siqdem dū non discedit/ꝓmanet:ac dū non trāsmutatur ī aliud ꝓmanet idem. Totā uero hāc entis ipsius ꝓgressionē/& in ꝓgressione stabilem identitatem/appellamus essentiā:ab ente rite denoīatam. Simili quodā pacto ī sequenti quauis essentia hęc qnq; repiuntur:ens:motus.alteritas:status(ut ita dixerim ) & identitas.Nā & quælibet essentia etiā quæ procedit extrīsecus/ ante ꝓcessionem externam simili quodā pacto ꝓcedit intrīsecus. Hęc rursum qnq; in ipsa rei cuiuslibet rone formali/ quæ definitione cōprehēditur/possumus designare.In ea.n.genus & differentiā ponimus. Genere qdē res definita quatenus cum aliis cōuenit:cæteris est quodāmō eadem. Differentia uero quatenus ab aliis discrepat:altera est ab illis:atq; eadem īterim sibi ipsi.In hac aūt prīcipali eius essentia ꝑ genus & differentiam designata/naturalis & propria eius permanet uirtus:qua & res ipsa duratione ꝓmanet/ & suā ad agendū continuat efficaciā. In hac stabilitate non solum elucet status/sed motus īsuꝑ emicat: ipsa.s.uel inclinatio naturalis uel dexteritas ad agendū.Hæc oīa ī definitiōe cōprehendi uidenť:q̄uis alia forsan aliis manifestius. Proinde qnq; a nobis enumerata multo magis cū essentia q̄ inter se cōueniunt. Nā ex ipsa essentia potius q̄ ex se inuicem pululant.Primo qdem motus atq; alteritas sic ab ipso ente differunt/ut ꝓcessus a termino/a quo ꝓcedit.Status item identitasq; cū motui alteritatiq; opponantur/aliud sunt q̄ ens:quod qdem eisdē non sic opponiť.Esse iterum aliud motū q̄ status:& idētitatem q̄ alteritas nemo dubitat:Siqdem opponuntur.Motū quoq; ab alteritate differre constat ex eo/q̄ status quoq; est aliud q̄ identitas.Potest.n.aliq̄s sicī diuersitate sicut identitate manere.Nō tamē hęc adeo ab essentia differūt.Quodlibet.n.eorū est essentia quāuis aliter atq; aliter: Præsertim si ex fundamento cōsiderenť. Nam ī fundamēto eodē formalibus inter se rōnibus differunt.Quāuis aūt motus quodāmō dicať essentia:non tamen e cōuerso essētia ipsa ipse motus existit.Alioquin statui minime cōueniret.Neq; rursum essētia est status.Sic.n.motui non congrueret.Similiter de altero & eodē licet argumentari.Vna igitur essentia sit:in ea sint & multa. Quæ nō tam multæ

ſint eſſentiæ q̃(ut ita dixerim) eſſentialia multa. Eſſentiales inquã rõnes/& ꝓprietates & actus: ferme ſicut in igne lux/calorq;: & leuitas. Atq; ut quidã putãt neq; hæc neq; illa tanquã in ſubiecto qualitates ſunt: ſed tanquã actus quidã in agente pricipio/ex eodem pẽnitus ꝓdeuntes. Profecto cũ prima eſſẽtia tanquã forma prima efficaciſſima ſit/nimirum inumerabiles ferme uires eſſentiales/& actus ex ea pululant/& in eam/rõne inter ſe formali & efficacia differẽtes. Ibiq; omnes tanquã differentię quædã ſunt/quę ſub una eſſentia uidenť eſſentias cõſtituere: dũ eſſentiales ſpẽs ibi conſtituunt. Neq; uero miraberis illic eſſe plura/quę quidem iter ſe diuerſa ſint formaliter: quãuis fundamẽto ſint unũ: ſi cõſiderabis q̃ uarię ſint mẽbrorum ſeminarię rõnes ĩ uirtute ſeminis una. Et q̃ uarię uires ĩ aĩa ex aĩa germinantes oẽſq; ſimul. Item quantũ lineę extra centrũ inter ſe diſtent: quæ tamen ĩ centro non diſtãt. Cogitabis ſane circulũ/ut unũ aliq̃d/ĩ cuius centro uelut eſſentia & fundamento lineę unũ ſint: ꝑ ambitũ uero quaſi ꝑ formam multæ ſint atq; diſtantes. Similiter primã finges eſſentiã.. Quãtum uero quæ in cauſa ſunt coniũcta/ſint ĩ effectu diſcreta/nemini dubiũ. Nã quæ ĩ cauſa nõ ſolũ ſunt ſitu ſimul & tẽpore/ſed eſſentia inſup una/in effectibus ꝓter locorũ diſtãtiam & temporũ interualla/eſſentiis iſuper diſtigunť. Eſſentia nãq; debilior non ita ſicut prima poteſt eadẽ plurimis ſimul ſupperere uiribus/ quæ multis inſunt formis: neq; ſufficere pluribus actionibus: quę uariis ꝓficiſcunť ex formis. Memento uero quæ hic de eſſentia & illis quinq; dicunť/ tentari potius q̃ abſolui. De his.n.ĩ libris de generibus entis diligentius ꝓtractabiť. Memento iſuper nullas ĩ rebus diuinis qualitates ꝓprio nomine poni debere. Quæ.n.ibi qualitates apparent/ſunt & differentię ſpeciales/qbus neceſſario ſpẽs ipſæ cõſtituunť atq; diſcernunť/& ĩtimi perpetuiq; actus eſſentiæ. Apud nos quoq; differẽtias ſpeciales/ſimileſq; actus/non debere qualitates cognominari. Qualitates.n.ſunt: quæ ſpeciali naturę accedũt ĩ ſe iam abſolutæ: ſiue accedant iſepabiliter/ut ꝓprietates quędã/ſpẽm uel ĩdiuiduũ comitantes: ſiue ſepabiliter aduenianť/ ut quæ accidẽtia cõmunia nominanť. Atq; hęc qdem eſt apellatio recta: quãuis nonnunq̃ cõcedať/primas illas differentias & proprietates ĩtimas/ apellari qualitates quaſdã eſſentiales. Vbi uero recte noĩbus utimur/calorem ĩ aqua apellamus qualitatem atq; paſſionẽ. Item calorem ſenſibus manifeſtum ĩ ignis mole/etiã qualitatem. s. propriã atq; actum. Virtutẽ uero calefactoriã ſiue caloris genitricẽ/ quæ ĩ natura ignis ſubſtantiali &quodãmõ ĩ definitione cõprehendiť: non q̃litatem/ſed qualitatis productricem cognominamus. Exiſtimãdum eſt igiť qcq̃d ĩ ipſa rõne cõprehendiť/ſubſtantiale ſiue eſſentiale prorſus exiſtere. Ipſã uero rõnem hic triplicem ĩtelligimus: Primo qdem idealem ĩ mente. Secũdo ſeminalem ĩ natura. Tertio formalem ubicunq; ſit. Quæ.s. definitione ꝑpendiť. Cui qdem ĩ rebus naturalibus reſpondet ſubſtantialis forma: ſpecialiſq; in materia ſua. In cuius uirtute propriarum qualitatũ conſiſtit origo. Effectus aũt ſenſibus manifeſti/ tanquam qualitates accipiunt: quæ ĩ rõnibus ipſis ſubſtantialia ſunt. Hinc Plato in epiſtolis ait: Nos ĩ definiendo deliquere/quotiens q̃d ſubſtantiale ſit ĩ rebus definituri/aſpicimus ĩ ea/& adhibemus ea/quæ ſenſibus noſtris occurrũt. Hęc.n. oĩa ſũt accidentia. Nã ſubſtantia non tam ſenſu ꝓcipitur q̃ rõne perquiriť: & cũ ſubſtantialis forma non neceſſario innitať dimenſioni/pleriq; hãc ĩdiuiduam putanť/& ad genus intelligibile redigunt. Quæ uero ſenſus palã attingunť/ non eſſentias

eſſe plotinus ait/ ſed paſſiones materiæ/ ab efficacia eſſentialis formæ ꝓueniẽtes atq; ita ſenſum ĩde pati quodãmõ. Rõnem uero argumentari. Nemo itaq; debet in aquæ diffinitione inſerere frigus hoc/uel liquorem ſenſibus manifeſtũ. Tum quia frigidum atq; liquidũ: quale corpus hoc ſit deſignãt/ nõ quid ſit definiũt. Tum qa ẽt ſi calefiat aqua eſt. Ac ſi cõcreta gelu/liquida nõ appareat/adhuc eſt aqua. Prætetea quod ex pluribus qualitatibus congregaẽ non eſt ſubſtantia uel eẽntia uel rõ eẽntialis exiſtimãdum. Vna. n. unius ẽ forma: rõq; formalis accidẽtium cumulum ãtecedens. Abſurdum uero ẽ propriã ipſã rei naturã ex pluribus ſimul cõgerere qualitatibus: pręſertim ubi quælibet earum ſeorſum ſit cõmunis. Alioqn ex illis quæ neq; eſſentia ſunt: & iferiora ſunt nimium q̃ eẽntia/cõficere tur eẽntia. At ſiquis ĩterroget quomõ prima illa oĩum eẽntia componaẽ/primo quidem reſpõdeẽ: nõ oportere idem prorſus exiſtere quod cõſtituiẽ/atq; illa ex quibus dicitẽ conſtitutum. Deĩde non iniuria illam eẽntiam noĩari/ quæ conficia tur ex ente: quod quidem ibi ſit primum/atq; ſimplicius: cui dum adiunguntur actus ipſius uarii/per quos differentiæ quædã intus ſuboriunt: cõſũmaẽ eẽntia: nõ quidem primo ꝑfectior ente. s. quatenus eẽntia eſt. Quippe cũ ita ſit ꝓceſſio quædã entis ſiue diſceſſio ĩterim ab unitate prima ſui/ipſum unum pręcipue refe rente/partibuſq; qbus componiẽ egeat: ſi mõ ibi compoſitio ꝓprie dici poſſit. Hactenus de eẽntia ita ſit dictum ad ens unumq; collata. Quomõ aũt ad uitã cõparetur & mentem/alibi requirendum.

## Quid ſit proprie ĩ rebus eẽntia. Quid pręterea qualitas. Cap. II.

IN capite libri ſecũdo qd qualitas ſit inquirit: atq; utrum ullo mõ ad eẽntiam ptineat rõnem. Cõfitetur ãt non ad eẽntiam ſimpliciter acceptam: ſed ad talem eẽntiam attinere. Si. n. definias eẽntiam ignis tanq̃ calefactiuam merito inſeres ibi calorem. Sed forte ibi calor ĩterea deſinet proprie qualitas noĩari. Sin autẽ abſolutam definias ignis ſubſtantiam: quæ ſubſtantiã antecedit talẽ nõ ma nifeſte ĩterpones ibi calorem. Subſtãtiam uero ignis nõ corpus tantum eſſe uult ſed corpus certa ĩ ſpẽ collocatum. In cuius quidẽ eẽntia præcipuũ ſit ſubſtantia lis forma occulta ſẽſui: & occultis prædita uiribus. Secũdũ uero ſit materia ſua. Primum uero locum tenet forma: quoniam hæc rem ĩ ſpecie collocat: & dat eſſe materię: Vocat uero ſubſtãtialem formam ſępe hic/& alibi rõnem: Quia ĩ primis rõni ideali ſeminarię; reſpõdet: perq; ipſã res ipſa tũ intelligitur: tum pręcipue definitur: & qa proprie rõne cognoſcitur. Tangit ĩterea nonnullorum opinio nem dicentiũ: quæ occurrunt ſenſibus qualitates: nõ eſſe firmum ĩ ſe aliqd: ſed plerunq; paſſiones quaſdã ſuppoſitorum uel oppoſitorum/illatas ab actiõibus ſubſtãtialium formarum ubiq; latentium. A quibus qcqd emicat aſſidue ĩ mate riam propriã/eſſe formarum eiuſmõi actus & actiones: ut calor & lumẽ leuitaſq; ĩ igne. Quicqd aũt ĩde tranſit ĩ materiã alienam/paſſiones exiſtere: ſicut ab igne calor ĩ aquam. Repetit ĩter hæc quæ rei ipſius eẽntiam neceſſario complent non debere illic qualitates denoĩari: ſiue eẽntiam talem compleãt: ſicut calor eẽntiam calefactoriam: ſiue eẽntiam ſimpliciter: ſicut differẽtia ſpecialis uel prima uirtus ĩ igne antecedens quoq; calorem. Subiungit neq; triangulũ neq; triangularitatẽ ipſam ĩ triangulo qualitatem. i. accidẽs eſſe: ſed cęrę uel charte triãgularem fieri:

qualitatis more cõtingere. Concludit qualitatem ꝓprio nomine acceptam contige re post ipsã simpliciter essentiam iam absolutam: siue qualitas sepabilis ide sit: siue rursum insepabilis. Hæc confirmari uidentur ex eo ꝙ theologi nõnulli de essẽtia disputant/uel natura/quam nominãt quiditatem/rõnem ue formalẽ. Quattuor. n. circa ipsam signa constituunt. Vt ecce ĩ primo signo homo est aĩal rõnale terrenũ. Quę quidem rõ formalis est hominis. In secundo adhibẽtur huic rõni negatiões oĩum ẽt ꝓprie consequentiũ. Negationes inq̃ rõnibus formalibus ĩnitentes: ut ho mo neq; risibilis est/neq; nõ risibilis: neq; docilis/neq; non docilis In tertio signo adiunguntur homini ꝓprietates eius: ut homo est docilis atq; risibilis. In quarto si gno cõia cõflunt accidentia. Oportere aũt ante cõia esse unicui q; ꝓpria patet ex eo ꝙ mobilia firmis necessario innituntur. Propria insup/siquidem plura sint/redi guntur ad unum maxime proprium. Hoc iterum/si more q̃litatis adhibet esse tale uel tale: etiã si tribuat id assidue/in substãtialem resoluitur formam: quæ tanq̃ per fectior exhibet simpliciter esse. Quod q̃dem antecedit esse tale: sicut potentia ipsa simpliciter/talem potentiam antecedit. Hucusq; fit comitantium in essentiam reso lutio. In ipsa quoq; essentia/essentialis uirtus naturaliter insita resoluit̃ in essentiã: quam licet cogitando uirtuti præponere. A qua quidem uirtute passiones proprię oriuntur. Post hæc cõmunia plurimum aliunde contingunt.

## Superiora confirmat. Cap. III.

Caput tertium superiora confirmat atq; concludit: qualitatẽ ubicunq; sit esse passionem quandam subiecti ab occulta quadã eẽntiæ uirtutisq; essentialis efficacia dependentem. In ipsis autem rerum essentiis rõnibusq; formalibus loco qualitatum esse differentias speciales: ꝓprietatesq; (ut ita loquar) essentiales: quibus species ipse rerum tum ĩ seipsis cõstituuntur: tum ab aliis distinguunt̃. Quę quidem & actus quidã essentiales sunt: pręsertim in essentiis a materia sepatis. Sub iungit rõnem ipsã. s. tum seminariam: tum formæ substãtialis efficaciam: ꝓpagare ex eo quod in ipsis est ꝓprium/& nobis occultum/manifestas sensibus in supficie qualitates: & ubi ait calorem igni ĩnatum nõ esse qualitatem/sed speciem actumq; ignis ĩ primis intellige calorem/tum formã ignis substãtialem: tum ipsius proprie tatem: ex qua calor manifestus exorit̃. Qui nõ tam ĩ ipsa ignis forma/q̃ in aliquo subiecto suscipitur: Inter hæc ubi ait: in qualitatum pricipiis exemplaribusq; esse actus quosdã loco qualitatum: quę palã in subiectis apparent: potes ẽt ita legere. Qualitatum pricipia exemplaria actus sunt eorum/quibus primo insunt. Neq; rur sum absurdum fuerit/ubi ait naturã quidem essentiæ insitã/esse speciem ipsius aut actum/Sed affectionem in aliud trãseuntẽ dici potius qualitatem: dictum eiusmo di dupliciter ĩtelligere: primo quidem (ut diximus) .s. ꝓprietatem ĩ specie ipsa la tentem esse ipsius differentiã atq; actum: apparentem uero in materia qualitatem. Deĩde rursum affectionem huic speciei ꝓpriã/ĩ materia ꝓpria uigentem assidue/si cut calor in igne: nõ tam qualitatem/q̃ actum ignis existimãdam: qualitatem uero præcipuæ quãdo transit in aquam.

# LIBER SEXTVS DE ESSENTIA ET QVALITATE

## Mouet dubia de essentia & qualitate/ac tentat solutionem. Cap. I.

VNQVID ens est alterũ q̃ essentia: atq; ens quidẽ ẽt seclusis aliis dicitur. Essentia uero est ens una cũ aliis simul adiunctis uidelicet motu. statu. identitate. alteritate: atq; hęc essentiæ sunt elementa? Totũ igitur est essẽtia. Quodlibet aũt illorum aliud quidem ens: aliud uero motus: aliaq; similiter. Motus igitur ens est per accidens. Sed nũ quid etiam p accidens est essentia? An forte essentiã complens: quin potius & ipse est essentia: atq; omnia quę in diuinis sunt essentia sunt. Cur non igitur & apud nos ita se res habet? Forte sic est ibi: quoniã cuncta sunt unũ. Hic autẽ cum simulachra discreta iã sint hoc quidẽ aliud: illud uero ẽ aliud. Quẽadmodũ in semine quidẽ simul oĩa sunt: & quodlibet oĩa. Neq; seorsum manus/caput ue seorsum. In effectu uero inter se discernunt̃. Nõ. n. uera sunt/sed simulachra. Qualitates igit̃ ibi num esse dicemus essentias? quæ quidẽ circa essentiam uel circa ens differentiæ sunt. Differentias inq̃ esse dicemus efficientes ut essentiæ inter se alterę sint: atq; oĩo sint eẽntie? Forte id dictu nõ est absurdum. Sed absurde id diceret̃ de his quę apud nos sunt qualitatibus: quarũ aliæ quidem eẽntiarum differentię sũt/ ut bipes: & quadrupes. Alię uero nequaq̃ sunt differentiæ: & ob hoc ipsum solum qualitates esse dicunt̃. Quanq̃ idem tum differentia uideri potest ubi cõplet essentiã tũ minime differentia ĩ alio eẽntiam ibi nõ ĩplens: quẽadmodũ albedo ĩ cigno uel ceruſſa/naturã complet. In hoie aũt duntaxat est accidens. Aut albedo quatenus in rõne est/non qualitas ẽ sed implens. quatenus uero ĩ supficie qualitas. Forte uero quod quale dicit̃ distinguendũ est/adeo ut aliud qdem eẽntiale sit/existẽs uidelicet proprietas quædam eẽntiæ: aliud autẽ sit solum quale: secundum quod eẽntia qualis denoĩatur. Vbi hoc ipsũ quale diuersitatem pmutationemq; essentię non ĩducat: neq; dimoueat ab eẽntia. Sed cum eẽntia iam sit/plenaq; sit/dispositio nẽ quandã extrinsecus afferat: atq; post ipsã rei eẽntiam additamenti nonnihil adhibeat/siue circa aĩam id siue circa corpus efficiat̃. Proinde ut dixerit aliqs/albedo uisibilis ĩ cigno nõ complet eẽntiam. Esse nãq; cignus põt minime albus. At uero in ceruſſa albedo complere eẽntiam dicit̃: similiterq; calor ĩ igne. Quod siquis præterea dixerit ignitatem (ut ita dixerim) essentiam esse/& de ceruſſa similiter: uerũtamen ignis huius uisibilis ignitas est caliditas eẽntiam cõplens. Similiterq; ĩ ceruſſa est albedo. Eędem itaq; res cõplebunt eẽntiam: neq; qualitates erũt: rursusq; nõ cõplebunt: & qualitates erunt. Et si absurdũ ẽ ubi complent qdem esse aliud dicere. Vbi uero nõ complent insup aliud: cũ tamen eadem sit natura. Forsan uero dicendum est rõnes qdem ipsas quę hæc efficiunt/totas eẽntiales existere. Hos aũt effectus illa quæ ĩ rõnibus ipsis substãtialia sunt/nõ iam ut substantialia: sed ut q̃lia reportare. Atq; hinc fieri ut semp in eo quod quid est assignãdo peccemus/ ĩ ipsa inquisitione substantiæ præuaricantes: atq; labentes in qualitatem. Neq;. n. esse cẽsendum est ignem hoc ipsũ quod apellamus ignem quando aspicimus qualitatem. Immo uero ipsũ eẽntiam esse. Quæ ãt nunc aspicimus/aspicientesq; pnuntiamus/ nos ab eo quod qd est pcul abducere: & quale quiddã recte ĩ genere sensibili designati. Nihil. n. horũ eẽntiam esse: sed eẽntiæ passiões. Vnde & illud quærit̃ qũo ex non eẽntiis conficiat̃ essentia. Diximus itaq; non oportere quod fit idem esse atq; illa ex quibus conficit̃. Nunc ãt dicẽdũ est/neq; etiã id quod fit essentiam esse. At qũo illã quam illic essentiã noĩauimus/ex nõ eẽntia dicimus constituram? Essentiã dicemus illic principalius puriusq; ens habentem esse eẽntiam: uelut ĩ entis ipsius

differentiis cõstitutã. Potius ãt cũ actionũ additamẽto essentiã noiatã esse cẽsebimus. Quę qdẽ entis pfectio uideaꝛ. Forsan uero ex adiunctiõe facta iudicãda sit idigẽtior. Quippe cũ a simplicitate degeneret & ab ipso iã ente declinet.

## Quid sit qualitas: & utrum ad rõnem essentialẽ ullo mõ prineat. Cap. II.

QUErum de qualitate quid sit oĩo considerandũ est. Forte.n. quãdo quid sit cognouerimus: dubitationes eiusmõi ppellemus. Prĩcipio perquirendum est: num existimandũ sit aliqd idẽ alias quidẽ esse solũmõ qualitatem: alias ãt essentiã quoq; cõplere: adeo ut nequaq̃ durius contendamus ad id conuincendũ: quo qualitas simpliciter essentiã compleat: sed essentiã potius talem. Oportet igiꝛ in tali quadã essentia eẽntiam esse/& qcq̃d est ante q̃ sit talis. Quid ergo? num ĩ igne ante talẽ eẽntiam simpliciter est eẽntia. Forte hinc sequitur/ut sit corpus. Ipsũ itaq; genus quod ẽ corpus eẽntia erit. Ignis ãt corpus erit calidum: neq; totũ id erit eẽntia: sed ita calor erit in ipso: quẽadmodum in te figura ſima. Quãobrem si auferatur calor & splẽdor & leuitas: quę uidentur esse qualia/& tollaꝛ oppositio: relinquaꝛq; quod diciꝛ trina dimẽsione porrectum atq; materia/id ipsũ quod residuũ est/erit eẽntia. At id uerisimile nõ uideꝛ. Spẽs .n. magis eẽntia ẽ. Sed nunqd spẽs q̃litas ẽ? Forte nõ q̃litas: sed rõ spẽs ipsa ẽ. Quod igiꝛ ex rõne subiectoq; cõstat qd nam ẽ? Nõ. n. id quod uisibile occurrit atq; urens. Id ãt quale ẽ: Nisi qs forte dicat cõbustionẽ ipsã esse actum ex rõne manantẽ. Atq; ita & calefacere: & albefacere: & eiusdẽ generis alia/ esse actiões affirmet. Itaq; ubi collocemus q̃litatẽ/nequaq̃ iueniemus. Forsan uero eas nõ debemus dicere q̃litates quæcunq; eẽntias cõplere dicunꝛ. Siqdem actiones uel actus sunt earũ a rõnibus essentialibusq; potentiis oriẽtes: Sed eas dũtaxat quę extra totam eẽntiam sunt. Quę nõ alicubi qdem qualitates: alicubi uero nõ q̃litates apparent: atq; supuacuum aliquid post essentiam uidentur afferre: ueluti uirtutes & uitia: pulchritudo atq; turpitudo & ualitudo dispositioq; figurę uel situs. Triangulus uero atq; quadrãgulus secũdũ seipsum non ẽ quale: sed hoc ipsũ quod ẽ triangulare fieri/quatenus ita formaꝛ/ẽ quale dicẽdum. Neq; triangulitatẽ? sed formationẽ totius q̃litatẽ possumus apellare: Possumus & artes & aptitudines studiorũ. Itaq; qualitas erit dispositio quædã in eẽntiis/quæ iã sũt: siue aduentitia hæc sit siue ab initio comitans. Quæ quidẽ si etiã non comitata fuisset nihil minus habuisset eẽntia: Licet hãc dicere partim qdẽ facile mobilẽ/partim uero difficile: ut duplex eius spẽs uideaꝛ: altera qdem stabilis/altera ueto mobilis.

## Qualitatem manifestam/esse passionem ab actione uirtutis occultæ. Item quod inest prorsus essentiæ suę/ esse ipsius actum & proprietatem specialem: Quod ab eẽntia distat esse qualitatem. Cap. III.

HAlbedo igiꝛ in te apparens dicẽda ẽ non tam qualitas esse/q̃ actus qdam ex potentia albefaciendi procedens. Illic ãt dicendum ẽ/oẽs quę qualitates noiantẽ esse actus. Qui tamen ab opinione nostra qualitatis nomẽ accipiunt: ppea q̃ quælibet sint proprietates quasi distinguentes essentias inter se

atq; ad ſeipſas propriũ habentes characterem. Quon ã igitur diſcrepat qualitas quæ illic eſt a noſtris. Actus. n. hæ quoq; ſunt. Forte quia non oſtendunt quale quid ſit: neq; diſcrepantiã ſubiectorũ: neq; characterẽ: Sed duntaxat ipſam quę qualitas dicit̃ quę qdem illic eſt actus. Quapp quãdo ꝑprietatẽ habet eſſentiæ inde ꝑprie conſtat nõ eſſe qualitatẽ. Quãdo uero rõ quod in his propriũ eſt ſe cernit: nõ inde auferens uel decerpens: ſed magis accipiẽs generanſq; aliud/procreat quale/quaſi partem eẽntię capiens ſibi ĩ ſupficie apparẽtem. Quod ſi ita eſt/nihil ꝓhibet calorem igni innatum eſſe ſpẽm aliquã actũq; ignis: neq; ignis qualitatem. At tunc demũ qualitatem/quãdo ĩ alio quodã accipitur: ubi nõ amplius ſit eſſentię forma: ſed ueſtigiũ tantũ/& umbra atq; imago/relinquẽs illam ipſius eẽntiam/cuius ẽ actus. Quotcũq; igit̃ accidũt/neq; actus neq; ſpẽs eẽntiarum ſũt: prębent aũt formas duntaxat quaſdã ꝑ quas ſubiecta qualia faciũt: uelut habitus diſpoſitioneſq; ſiue affectiones aliæ a ſubiectis/dicendæ ſunt qualitates. In quarũ prĩcipiis exemplaribuſq; actus ſunt/quæ in his ſubiectis qualitates cognominant̃. Nec idem fit alicubi qdem qualitas: alicubi uero nõ qualitas Sed quod ab eẽntia deſertũ eſt/euadit qualitas. Quod ãt cum eẽntia ꝑmanet nimirũ eẽntia uel ſpẽs uel actus exiſtit. Nulla. n. natura eadem ẽ ꝑut ĩ ſuo fonte ẽ: & ꝑut ĩ alio: ubi a ſua origine iã deſtituta dignitatẽ ſpẽi actuſq; nõ retinet. Verũtamen quod nullius aliquando ſpecies ẽ: Sed accidens ſemper pure iam qualitas eſt: ſolumq; qualitas.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI

Quomõ in numeris atq; in natura compoſitio fiat atq; cõmixtio.
Item de tribus opinionibus mixtionis. Cap. Primum.

QVEMADMODVM in numeris aliud qdem ẽ adiungere: aliud autẽ multiplicare: Sic ĩ rebus naturalibus aliud ẽ componere/aliud commiſcere. Profecto ſimili quadã proportione/ſicut ĩ numerorũ ordine additur unitas unitati: fitq; binarius: Sic in natura addit̃ materię formæ/fitq; corpus. Ibi rurſum unitas numero ad ternariũ procreandum. Hic ſimiliter adiũgit̃ uirtus corpori/ad motũ efficiendũ: fitq; corpus mobile. Illic iterũ apponit̃ numero numerus: ut binarius binario: unde fit quaternarius: aut etiã quaternario ternarius admouet̃ adſeptẽnariũ componendũ. Simili quodã pacto & in natura corpus iam mobile factũ ad corpus aliud ęque mobile ſe confert atq; uiciſſim: unde corpora corporibus ſicut numeri numeris cõponunt̃. Proide ſicut in numeris prętereadiunctionẽ multiplicatio fit: ſic ultra cõpoſitionẽ uel appoſitionẽ fit ĩ natura cõmixtio. Quaternariũ uides adiunctione creari: ubi duo dicis atq; duo: uides ĩ eodem cõmixtionẽ. Vbi ais bis duo cõficiũt quaternarium. Rurſum nonariũ cernis adiunctione creari: dũ quinario quaternarius additur. Reperis ĩ eodem cõmixtionẽ dum dicis ter tria nouẽ. Similiter uel admouet̃: & quodãmõ ẽt infundit̃ corpus corpori: uel in unũ ꝓnitus confundunt̃. In qua quidem cõfuſione nõ licet ĩ aliis corporis cõmixti partibus aliud hic/aliud ibi diſcernere: ſed cũcta cõtinent̃ in ſingulis: & ita ĩ quolibet cõcludit̃ uniuerſum. Sicut ubi numerũ multiplicas/puta ternarium ĩ qualibet unitate parteq; ternarii

torum ternarium cõprehendis. Alioquin ter tria computare nõ posses. Tum uero sicut ī numeris/qcunq; multiplicatione conflaī/etiam adiunctione conficiī. Neq; uicissim: sic ī natura ubicunq; fit rerũ exacta cõmixtio iam & cõpositio cõtigit: neq; fit e cõuerso. Oio igiī sicut in numeris negare non potes eiusmodi cõflationẽ fieri: ī qua totũ contineaī in qualibet parte sui ad nouã inde formã numeri ꝓcreandam/ ut ternarius totus ī qualibet sui parte multiplicatus ad ipsã nouenarii formã. Ita similem ī natura cõmixtionẽ negare nõ debes. Nã & ī natura & ī numeris eiusmõi fit conflatio: qa talis est ī natura uitali/atq; in ipsa ideali uita: mutua seminaliũ uel idealiũ cõspiratio rõnum. Plotinus igiī id ipræsẽtia tractaturus/tres adduxit opiniones: primã eorũ q in corporibus iter se cõcilian dis/neq; materias neq; qualitates ꝑnitus cõmiscebãt! sed apponebãt materias materiis: qualitatesq; similiter qualitatibus. Quam quidẽ opinionẽ continuo re spuit. Secundã eorum: qui q̃uis materias nõ cõmiscerent: sed potius admouerẽt: qualitates tamẽ inuicem cõfundebãt. Horũ sentẽtiã probabilioꝛẽ esse declarat. Tertiã: postremo putantẽ tum materias materiis: tũ qualitates qualitatibus exactissime posse cõflari: admittit etiã ut probabilem. Pricipio ī oximelle usq; adeo acetũ cum melle miscemus: ut nulla reliquaī in hoc cõposito portiũcula! quæ non habeat utriusq; saporẽ. Ex quo refellunī illi/q sola quadã appositiõe confiderent: perīde ac si ītegra panici grana/cũ integris milii granis cõgregaretur. Contundent alii pariter utriusq; grana/dicentq; granis utrinq; ad minimas naturæ suæ particulas iam cõtritis/ꝑpinquare qdem particulas singulas utrinq; singulis/sed non omnino confundi materias: q̃uis confundanī inuicẽ qualitates. Nã ubiq; ī quolibet milii minimo esse quendam panici saporẽ/atq; uicissim. Alii uero uino ad hæc adhibito conterent diligentius. Ideoq; exactius cõmiscebunt: adeo ut ꝑnitus nõ contritę solũ! sed ẽt liquefactæ materiæ nõ iam apponanī ulterius! sed nihilo ꝓhibente ꝑnitus cõfundanī. Ibiq; posthac singulorũ triũ ubiq; sint nõ qualitates solũ/quod sensus ipse declarat! sed materiæ quoq; conflatę. Cõcludent talia quædã a natura multo perfectius/q̃ ab arte posse conflari: materias nõ alienas/sed suas: non interdũ/sed ab initio semp: nõ extrinsecus/sed intrĩsecus tempante. Plotinus aũt pro sententia prima rõnem adducit nullã. Tres uero pro opiniõe secũda. Prima rõ est eiusmõi. Duo corpora ī eodẽ loco ꝑnitus iuicẽ æquari nõ possunt. Nã si eodem ī loco ꝑnitus esse debeant: oportet illa primũ in partes diuidi. Deīde partes uicissim suas partibus adhibere. Queę qdẽ partes si īdiuisibiles sunt: iam corpora illa ad īdiuidua sunt resoluta. Et quoniam ex eisdẽ composita fuerãt/ī quæ dissoluunī: sequiī ut ex indiuiduis qbusdã ipsa corporum magnitudo cõcreuerit. Quod ideo fieri nunq̃ potuit: quoniã in diuidua cõgregata simul nullã conficiũt magnitudinẽ. Sin autẽ partes illę corporũ diuisibiles fuerint: quælibet ꝑ se erit corpus: sitũq; proprium seorsũ habebit ab aliis. Itaq; nõ erunt corpora duo ꝑrsus ī eodẽ loco: ímo multis ī loculis corpuscula multa. Secũda rõ: q̃do duo corpora cõmiscenī: semp fere me maiorem simul locũ occupant q̃ alterutrũ. Ex quo apparet nõ fuisse dimensiones utrinq; penetratas ad sũmum. Tertia rõ: Quãdo corpus longe minus insinuaī lõge maiori/non potest minus ipsum cũ maiori prorsus æquari. Quod si qs obiciat/ locum aliquando post duorum cõmixtionem nõ occupari maiorem: respondebunt: aerem illĩc egredi qua nouũ corpus īgrediaī. Post hæc pro

opinione tertia dicitur sudorẽ ex toto corpore pęnitus extillare: neq; ullam ibi fieri fractionẽ. Sin aũt aduersarii dixerint meatus a natura illic ĩstitutos: ꝑ quos absq; scissura sudor efflueret: respõdebunt alii: ꝑ laminas sæpe corneas uel eburneas arte tenues: ac ẽt per mẽbranas admodũ densas oleũ penetrare: ac prorsus implere: neq; augere molẽ: neq; discindere.. Tũ uero materias oĩo ĩuicẽ coęquari: inde ꝓbabũt ꝙ sępe post earũ cõmixtionẽ moles prior non uideť excrescere. Obiicient iterũ aduersarii: corpora duo nõ posse absq; ĩcisione ad sũmũ se inuicem penetrare. Ac si exactissime penetrãdo se inuicem exactissime secent/ oĩo disperdi. Sępe uero priorẽ non augeri locũ: q̃a subtiliorũ comiteť interĩ exalatio. Respondebũt opinionis tertiæ auctores: etiã ubi post mixtionẽ locus amplior exigať/ defendi exactissimã illic fuisse misturam. Quid.n. mirũ sit illic magnitudinẽ augeri? ubi ex cõflatu multorũ uirtutes quoq; multæ coaluerũt? Forte enĩ priorẽ non funditus perire dimensionẽ: sed e pluribus qualitatibus aliam coalescere: & e pluribus dimẽsiõibus aliã cõcrescere magnitudinẽ. Ad hæc obiiciẽt nullũ posse augmentum fieri/ si non ponanť materiæ iuxta materias: ut linea lineę ꝑ longũ addita: sed sibi ĩuicem ĩseranť: & linea prorsus ĩfusa lineæ/ siue ex termino ĩseri funditus: siue ex latere conseri fingas. Itẽ ubi cõstat cõmixtiõem fuisse cõpletã/ intelligi nõ posse/ qũo minimũ corpus ibi adęquet maximi q̃titatem. Respõdebũt: Vel corpus minimũ eatenus misceri cum maximo/ quatenus potest. Vel ẽt posse ꝑ totũ sese diffundere: quãdo.s. quãtitas prior extẽdiť. Dicent.n. forsitan: extensionẽ non esse ipsã proprie quãtitatẽ: sed q̃titatis passionem atq; modũ. Itaq; quãtitatẽ eandẽ quasi materiã uarios extẽsione modos accipere. Respõsionẽ eiusmõi Plotinus ait nõ esse tutã: ubi assignať ab illis: qui plura corpora dũ miscenť/ seruare dicũt prioris substantię formã & qualitatem. Tunc.n. minimũ corpus dũ priorẽ seruabit formã forsan non poterit ad maximi modũ funditus q̃titate protẽdi. Sin aũt aliã accepit formã/ nihil mirũ & aliã accipe quãtitatẽ: sicut quando ex aqua fit aer.

¶ Discussio opinionũ de mixtione: ĩ qua uideť approbare ĩ mixtione perfecta totum corpus utrinq; confundi per totum. Cap. II.

IN secundo capite tẽtat q̃d potissimum ĩ his dubitationibus sit dicendũ. Primo q̃dẽ uideť concedere liq̃dũ corpus ꝑ aliud tũ materia/ tũ qualitate pęnitus ĩgredi: sicut ꝑ bombicẽ aqua. Atq; posse post eiusmõi mixtionẽ ibi magnitudinẽ æqualẽ esse atq; prius: præsertim ubi ĩgrediente liquore subterfluit aer. Posse ẽt magnitudinẽ augeri/ ubi alterũ alteri sit prorsus ĩbibitũ. Quid enĩ mirũ? si hoc ex illo nouas accipit qualitates/ nouã interim accipere magnitudinem. Atq; sicut ꝑ totũ accipit qualitatẽ: ita dimẽsionẽ illius pęnitus ĩtromittere: atq; inde cõcrescere? Sed cũ qualitas qualitati potius aduerseť q̃ uel qualitas quãtitati/ uel q̃titas quãtitati: merito ĩ mixtione prior aliqua qualitas uel trãsit ĩ nouã: uel obscurať: quãtitas aũt magis ꝑmanere uideť. Quo uero exactior fit permixtio/ eo magis formæ priores sequẽti formę cõcedũt. Quod q̃dẽ & arte ꝑficiť & natura. Forsan uero dimensio absq; sectione dimẽsionem ĩgredi potest: sicut & qualitas qualitatẽ: & materia sæpe materiã. Nihil.n. hanc prohibet pęnitus ĩgredi: cũ suaptenatura sit ĩcorporea. Vbi aũt ĩpediť ingressio/ nõ qua rõne

ibi dimenſio eſt/impeditur:Sed qua denſitas duritiaq; reſiſtens. Hęc.n. eſt quæ proprie neſcit cedere:ideoq; ītromittere uel ingredi neſcit. Aliud uero eſſe duritiam:aliud dimēſionē nullus ignorat. Impediri āt ingreſſio ſolet nō ſolū a qualitate dura:ſed ab hoſtili ēt qualitate. Vbi uero neutra ſit/ipediri nō ſolet introitus. Hęc una cū Plotino tentauiſſe potius q̄ abſoluiſſe ſufficiat. Nā & aliquis forte dixerit:quādo corpus hoc in illud ꝓrſus infundiť:fitq; interim alteratio: ſi magnitudo nō creſcat/priorē deſinere dimenſionē/una cum ꝓpria forma:dū fit utraq; noua. Ipſam nāq; dimēſionē in rebus eſſe diſtātiæ cām. Et iccirco quatenus duę quædā in aliquo dimenſiones exiſtūt:illic eſſe horū ad illa diſtantiā molemq; protēdi. Quod q̄dem & Plotinus hic forte ſignificauerit/ dicens materiā ſuapte natura non reſpuere mixtionē:præſertim quādo neq; ꝓpriā q̄titatē habeat:neq; ullam reiiciat quātitatē. Et quādo repetit corpus aliud penetrare ꝑ aliud/nō dimenſiones repetit:ſed qualitates atq; materiā. Verūtamen nō uideť exiſtimare īpoſſibile īter corpora ualde liquida dimēſionem abſq; fractione penetrare dimēſionē. Quippe cū fractio inter dura fieri ſoleat. Cōcedet & forſan flāmam ſimiliter penetrare ferrum:ſimulq; prorſus æquari.

## Quid corpus:q̄d corporeitas:ac de rōne idealī:ſeminali:formali. Cap. III.

CORpus quidem naturale definit ī capite tertio/ſubſtantiā tribus dimēſionibus qualitatibuſq; affectā:corporeitatem uero rōnem quandā effectricem dimenſionū & qualitatū. Rōnem ſane hic accipit tū ſeminariā ī natura:tum formā ſubſtantialē in materia:in cuius uirtute ſpecifica familiares ſpeciei ſuæ dimenſiones qualitateſq; continenť. Quas ī ea cōtineri uoluit:ubi ait/ Corpus eſt cōpoſitū ex materia atq; rōne. Ait inter hęc ī definitione quidem ſubſtantiæ naturalis cōprehendi materiā. In definitione uero ſubſtantialis formę materiā non īcludi:quoniā non ex materia pululat:ſed a rōne imprimiť ſeminali. Tangit & triplicem rōnem. Sūmā/& idealē in ītellectu:quæ ipſe eſt intellectus. Cuius neq; eſſe neq; actio ſit ī materia. Secūdā uero ſeminalem in animæ ipſius natura. Cuius nō tam eſſe q̄ actio ī materia ſit. Tertiā formalē. i. ſubſtantialem corporis formā. Cuius & eſſe & actio ſimul ē in materia. Pōt tamen intelligi quodāmō abſq; adiunctione materiæ:quoniā cum nō prodeat ex materia: ſed ex cauſa potius ſepata. Videtur ī ipſo primo prodeundi gradu rōnem in ſe aliquā habere formalē:in qua poſſit prius q̄ applicet ſe materiæ cogitari. Hinc forſan confirmari pōt quod pleriq; diſputant/formarū diſtinctiones & gradus ex materia minime proficiſci:ſed oīa hęc tanq̄ formalia ad uirtutē formę reduci:ſicut materiales conditiones ad materiam rediguntur.

# LIBER SEPTIMVS DE PERMIXTIONE PER TOTA

## Narratio opinionum trium de mixtione:& rōnes earum. Cap. I.

CONSIDERANDVM eſt de illa corporum permixtione/que ꝑ tota corpora fieri diciť:utrū fieri poſſit: ut alter liquor ita cū altero liquore cōmiſceať: ut totus perfundať in totum:ſiue uterq; ꝑ utrūq;

ſtue alter tantū per alterum penetret. Nihil.n.intereſt utro id modo fiat. Principio qui permixtionem ī quadā appoſitione collocāt quaſi admiſceāt potius q̄ pmiſceāt dimittēdi uidenť. Siqdem oporteat pmixtionē reddere totū in ſingulis partibus q̄ ſimillimū: adeo ut uel minima quęq; particula ex illis quę pmixta dicunť conficiať. Quicūq; uero qualitates ſolas oīo cōmiſcent: materias uero corporis utriuſq; apponūt: atq; per ipſas undequaq; qualitates utriuſq; pducūt/ forſan pſuadere poſſent: ex eo q̄ reprobari forſan liceat pmixtionem illam quę per tota fieri dicitur. Item ex eo q̄ alioqn cōtingeret magnitudines moliū in ſectiones pęnitus ptranſire: ſi nullū prorſus interuallū in alterutro corporum relinquať: quādoqdē continua diuiſio fuerit: ex eo q̄ alterū toti pęnitus ſe inſinuet alteri. Præterea ex eo quoq; perſuaderent/ q̄ ſæpe quæ mixta ſunt/ maiorem ſimul q̄ alterū e duobus occupant locū: tātumq; locū quantū ſi cohęſerint/ ab utroſq; locus ipleť. Atqui ſi totum p totū prorſus ingredereť/ aiūt oportere locū alterius eundē permanere atq; prius in quē alterū ſit coniectū. Vbi āt locus duo cōprehendēs mixta amplior nō euadit/ adducūt ī cauſa exalationes quaſdam aeris: quarū uice alterū eſt ingreſſū. Deniq; p ſua opiniōe adducunt quando minus corpus maiori ſe inſerit. Interrogāt.n.qūo fieri poſſit/ ut minus hoc adeo extendať/ ut per totū maius ſeſe effundat. Alia pręterea multa ſimiliter in mediū adducere ſolent. Qui āt permixtionē p totū utrunq; corpus inducunt/ uidenť poſſe dicere diſtribui q̄dē corpora: neq; ī ſectiones abſūmi/ ēt ubi pmixtio p tota conficiť. Quādoquidē & ſudores ſectiones nō inferant corpori: neq; rurſus ibi aliqd perforeť. Iā uero & ſiquis obiecerit/ nihil pḥibere ita naturā inſtituiſſe: quo ſudor facilius exundaret: attamen addent in artificiis quibuſdam quādo tenuia cōtinuaq; ſunt/ uideri ea ſæpe p totū humore madentia inſtillantiaq;: atq; in alterā partem humorem inde tranſfluere. At uero cū hęc corpora ſint/ haud facile intellectu eſt/ qua rōne fieri poſſit/ ut alterū abſq; inciſione per tranſeat alterum. Sin autē p totum mutuo diuidanť: proculdubio ſe mutuo deſtruent. Deīde quādo aiunt: ſępe ex duorū corporū congreſſione ī mole nō fieri augmentū: cōceſſuri uidenť aliis exalationes aeris ī cauſa aſſignare. Sed ad locorum augmentū difficile quidem/ nihil tamē pḥibet dicere: ubi utrūq; corpus mutuo inſinuatū eſt/ magnitudinē quoq; una cū cęteris qualitatibus neceſſario augeri. Neq;.n.hāc ipſā perdi/ quēadmodū neq; cęteræ qualitates: & quēadmodum alia ibi ſpēs qualitatis prouenit ex utriſq; cōmixta/ ſic & aliam magnitudinem/ ubi profecto mixtura ex utriſq; cōficit magnitudinē. Verū hic forſan aduerſum hos ſic alii dicerent. Si materia materię adiacet/ moleſq; moli: quā comitatur & magnitudo/ pro noſtra opinione iſtud adducitis. Sin āt materia una cū magnitudine quæ & prius erat in ipſa/ p totam alterā molem īgrediať/ ſic utiq; fiet: nō perinde ac ſi linea deīceps lineæ iuxta terminos ipſarū punctis coniūgatur/ ubi pōt fieri augmentū: ſed illo inq̄ potius modo fiet: ueluti ſi ita inſerať linea lineæ/ ut nullū proueniat incrementū. Poſtremo cōtra hos afferebať: īpoſſibile uideri/ minus corpus p totū maius ſe porrigere: pręſertim minimū quodq; per maximū: ubi uidelicet cōſtet mixtionē eſſe pactā. Profecto ubi non ſatis exploratū eſt/ talia ſimul oīo cōfūdi/ licet obiicere/ minimū per totū maximū nō p currere. Vbi uero euidenter id ſit cōpertū/ aſſignari poterūt quædā moliū ipſarū extenſiones Quāuis non ſatis probabilia dicant qui molem q̄ minimā in molē

ampliſſimam protẽdere moliuntur: pręſertim cũ magnitudinẽ corpori tribuant ampliorẽ: neq; tamen ipſũ ita tranſmutẽt/ſicut ſi ex aqua aer efficiatur.

## ¶ Corpora ĩ mixtiõe: tum ꝑ molẽ/tũ qualitatẽ corporibus pęnitus cõmiſceri. ¶ Cap. II.

Hoc aũt ipſum inquiſitiõem propriã exigit/quid nã contigat/quãdo quę fuerat moles aquæ/fit aer. Quo uidelicet mõ amplior ĩ eo quod gigniẽ moles efficiatur. Impreſentia uero hęc hactenus pauca ę multis: quę pro utraq; opinione adduci ſolent/dicta fuerint. Nos ãt his in rebus inueſtigemus/ quid ſit potiſſimũ aſſerendum: utra opinio rõni magis cõſentanea ſit. Et nũqd alia quædã ſententia pręter dictas appareat. Principio quãdo ꝑ lanã fluit aqua/ aut lana uel papirus aquã quã ebibit exſtillat: cur non totum aquæ corpus per ipſam effluendo ꝓtranſit? Aut ẽt quãdo non effluit: quo pacto materiã materię coniũgemus: molemq; moli? Nũ qualitates ſolas cõfundi inuicẽ concedemus? Sane non extra bombicẽ aquæ materia illic apponiẽ: neq; ĩ quibuſdã duntaxat interuallis. Tota.n. mader: nec uſq; materia eſt uacua qualitate. Quod ſi ubiq; materia eſt una cũ qualitate: nimirũ per totam bõbicem eſt aqua. Aut ſi non ſit ibi aqua: ſed qualitas aquæ/quærẽdum eſt/ubi nã ipſa ſit aqua. Quid nã igitur prohibet/qn eadẽ ibi ſit moles? Forte quod adiũctum eſt extẽdit bõbicẽ. Accepit. n. ab eo quod ĩgreſſũ ẽ magnitudinẽ. At ſi accepit/moles quædã eſt addita Sin aũt addita eſt atq; appoſita: nequaq; in altero ĩbibita eſt: oportet itaq; ĩ alio atq; alio ſitu materiã eſſe. Forte etiã nihil ꝓhibet: quẽadmodũ ab altero corpore alterum accipit qualitatem/ſic ẽt accipe magnitudinẽ. Sane qualitas differens cum qualitate cõgrediens ob id ipſũ quod cũ altera iam cõflata eſt/ nequaq; ꝑ manet pura: neq; quæ erat eſt oĩo: ſed iam deleta uel obſcurata. Magnitudo uero cõcurrens cũ magnitudine nõ deleẽ uel obſcuraẽ. Ad id aũt quod diciẽ corpus progrediẽs ꝑ corpus/ſectiones ꝓrſus efficere: quo pacto dicaẽ aliq; obiicere põt: quãdoqdem & nos qualitates ꝑ corpora ſe ꝓpagare cõcedimus: neq; tamen facere ſectiones. Sed forſan non facere dixerit quiſpiã quoniã incorporeæ ſunt. At uero ſi materia ipſa quoq; ĩcorporea eſt. ſicut ĩcorporeæ qualitates: qd nam prohibet paucas quaſdã qualitates una cũ materia pęnitus ꝑ corpus aliud penetrare? Solida uero nõ penetrare: quoniã tales habeãt qualitates/ut penetrationem ipſã impediant: uel forte multas ſimul qualitates nõ poſſe dicemus una cum materia id efficere. Verũ ſi multitudo qualitatũ denſũ corpus efficeret: multitudo utiq; cauſa foret. Sin aũt dẽſitas ꝓpria quædã qualitas eſt/ſicut & corporeitas ipſa eſt propria qualitas/ forte neq; qualitates qua rõne qualitates ſũt/cõficient mixtionẽ: ſed qua certe quædã ſunt qualitates. Neq; rurſus materia qua materia eſt reſpuet mixtionẽ: ſed qua cũ tali quadam ẽ qualitate. Idq; pręſertim ſi nullã habeat magnitudinẽ: uidelicet ut neq; propriã ſibi uẽdicet: neq; uenientem ullã natura reiiciat. De his itaq; hactenus ſic fuerit dubitatum.

## ¶ Qũo definiaẽ corpus atq; corporeitas. Cap. III.

Quoniam uero de corporeitate fecimus mẽtionem: ꝑſcrutandum eſt utrũ ipſa corporeitas ſit quiddam ex cunctis compoſitum: an potius ſit ſpẽs

& rō quædam: quę infusa materię corpus efficiat. profecto si corpus ē hoc ipsū ex cunctis qualitatibus una cū materia cōgregatū: id utiq; corporeitas erit. Atq; si rō est quę accedens efficit corpus/nimirū rō complectēs cunctas cōtinet qualitates. Oportet ār eiusmōi rōnem: si non est oio qualis rō definiēs qd res quęq; sit: sed rō rem ipsam faciens nequaq̄ intus cōplecti materiā: sed potius circa materiā rōnem esse: atq; ifusam facere corpus. Esse pręterea corpus materiā simul rōnemq; infusam: Ipsā uero rōnem cū sit spēs: cōsiderari posse absq; materia nudam: uel si q̄ maxime iſepabilis sit a materia. Ipsa uero rō sepata alia ē atq; ī mēte. In mēte inq̄: quoniā & ipsa mens est. Sed de his alibi.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI

Rōnes aliorum duæ: & Plotini duę: cur remotiora uideanť minora. Cap. I.

QVAERVNTVR in hoc libro duo. Primū cur obiecta ab oculis remotiora/soleant uideri minora. Secūdum: quā ob cām duo quędā remotissima a nobis spectacula & iter se distātia/puta stadio/uideātur minori etiam iter se spatio distare q̄ stadio. Item minus a nobis distare q̄ distent. Ad hæc nōnulli respondēt: lumen ipsū quo uidemus/quo magis ab obiecto ueniens propinquat oculo: eo magis accomodare seipsum ad oculum atq; pupillā: sicut & corpora liquida sese locis accomodār. Hæc responsio ita demū proprie ualet: si lumen de quo loquiť/sit radius uisualis missus ab oculo: iterumq; ab obiecto reflexus ad oculū. Sic. n. forte naturali quodā uigore paulatim ad q̄titatem suę originis reuertet. Sunt. n. q dicāt lumē hoc ab oculo pcedens pyramidali figura rem uidendā attingere: perq; illam subito dilatari: & ab ea rursum quasi ex base pyramidalē uersus oculum figurā reficere: tāgereq; chono pupillā oculi similiter natura pyramidalis. Ex eorū ergo sententia responsio eiusmōi proprie fortasse ualebit. Nā & cōmuniter ualere alii qui forte dicent: quoniā luminosum primū. i. sol/lumen q̄dē effūdat circum extota circūferentia sui. Sed huius undiq; colligat se ī chonū: ne extra suū fontem profluens euanescat: sic ēt potentius ager: & totū facilius erit ubiq;. Ac dū tota basis coarratur ī chonū: sol totus oīsq; uirtus eius pangulū aderit/agerq; ubiq;. Poteritq; ita ī angulo tota eius magnitudo uideri. Sic ēt cum ī sole centrū & circūferentia sit/ipsum eius lumen quatenus a toto solis effluit ambitu/circūferentiam imitať/quatenus aūt colligiť in angustū/imitať & centrū binc fieri dicēt: ut ex quolibet illuminato corpore lumē eadē quasi figura sese ad alia & ad oculos colligat. Hactenus quidē sit responsio prima. Respondent iterum alia rōne Formā q̄dem rei uidendæ in ipsa re materialē habere naturam. Sed īde spiritali susceptam lumine/materiā exuere subito: Et spiritali quadam rōne uenire: q̄uis ad longū seruare proportionē quandā ad propriā materiā uideať. Sed cum primum īcipit proportionem quoq; hanc amittere/uideri minorē: Ac deniq; omni ad materiā propriā proportione consumpta oculis non ulterius apparere: Sicut neq; uidenť oculis ipsæ formarū naturalium rōnes/formales seminariæ ideales. Hæc sint ex aliorū opinione responsa. Quæ sane opinio: quæ ue respōsa q̄tum habeant ueritatis/alibi prehēdedeť. Post hæc sequitur ad idem propria Plotini

reſponſio. Profecto quãta ſit tota rei dimenſio/tunc plane metimur/quando ſin
gulas gradatim eius partes perſpicacius intuemur. Cum igitur ubi procul poſi
ta res eſt: particulę nos plurimę lateãt: merito totius menſura nos fugit: minorq;
uidetur. Preſertim quia luminoſa qualitas utpote quę & efficacior eſt quãtitate/
& propria uiſui/efficacius prius ue q̃ quãtitas ſeſe oculis obicit. Qualis ergo res
ipſa ſit/primo uidemus: quãta uero/ſecũdo: dũ uidelicet pſpicimus qualitatem.
Cũ igit̃ uiſualis radius ī rem a nobis effuſus/& longiori tandẽ ꝓgreſſione debili
tatus/qualitatẽ. s. colorẽ luminoſãq; naturã diſcernat minus: merito quãtitatem
quoq; cõfuſe metit̃. Iã uero quod eſt ī forma ſubſtãtiali pfectius atq; ipfectius
id ī accidẽtali forma itẽſius & remiſſius: idẽ ī quãtitate maius atq; minus. In mo
tu uelocius atq; tardius: In tẽpore diuturnius atq; breuius. Cũ igit̃ ipſum maius
minuſq; ꝓprũ q̃titatis ꝓportionẽ quãdã hẽat cũ eo quod ẽ intẽſius & remiſſius
qualitatis: cũq; ipſa quãtitas ī notitiæ ordine qualitatẽ ſequatur: nimirum ubi ui
ſus ſub remiſſiori gradu pcipit qualitatẽ: iterum ſub minori mẽſura pcipit quãti
tatem. Inter hęc memineris colorẽ eſſe proprium uiſus obiectũ: Vocẽ ſimiliter
propriũ auditus obiectũ. Itẽ uehementiam poteſtatẽq; coloris ad uiſum proprie
pertinere. Vigorem quoq; uocis ſimiliter ad auditũ. Magnitudinẽ uero pluribus
percipi ſenſibus: eãq; eſſe non tam ipſam rei ſenſibilis efficaciam/q̃ eiuſdem dif
fuſionem quandam per multitudinem atq; locũ: & hanc non primo qdem/ſed
per ipſam nobis qualitatẽ & efficaciam innoteſcere. Quo fit/ut ubi minus patet
qualitas: iterum quãtitas deliteſcat. Tribus aũt potiſſimũ hęc inditiis confirman
tur. Primũ eſt eiuſmodi. Si colles uariarũ rerum formis plenos inſpexeris: eas ibi
formas plane conſpiciens magnitudinẽ regionis ipſius rectius meteris/ q̃ ſi for
mas eiuſmõi nequaq̃ intueatis: quaſi per formas pateat magnitudo. Secũdum:
Tabulam aſpice prope poſitam /uariis figuris impreſſam: niſi figuras inſpexeris
ſigillatim/non tantam iudicabis tabulę magnitudinem/ quantã ſi perſpicue oẽs
ſigillatim conſpexeris atq; ſũmatim. Tertiũ: Si in parietem uiridi tantum colore
depictum aciem uerteris/non tantus tibi paries hic occurret/quantus ſi pluribus
fuerit coloribus inſignitus. Vix. n. dimenſionis partes inter ſe diſcernere potes:
ubi formarum uarietas non diſtinguit: ſed a qualibet dimenſionis parte repen
te prolaberis: niſi differentia qualitatis ſiſtat intuitũ. Per hęc reſponderi põt quę
ſtiõi ſecũdę: quã uidelicet ob cãm edificia duo ī oppoſito colle nobiſq; remotiſ
ſimo ſita/& iter ſe diſtãtia ſtadio/diſtare ẽt minus appareãt. Itẽ q; ſi centum a no
bis ſtadiis ſepata ſint/breuiori ẽt interuallo a nobis uideant̃ abeſſe. Vbi. n confu
ſius formarũ cernimus uarietatẽ: nimirũ nec quãtitatẽ iterualli diſcernimus.

## Quod nõ ꝓp minores angulos uideant̃ minora quæ remotiora ſũt. ¶ Cap. II.

IN capitulo ſecundo reſponſionem ad hęc illorum confutat qui putant
ab obiecto uiſibili per lineas radiorum pyramidalem ad oculum protẽ
di figuram: & chono quodam pupillam attingere. Et quanto remotius
eſt obiectum/tanto gradatim acutiorem effici chonum. Itaq; dum breuiori pau
latim angulo rem perſpicimus/breuiorem quoq; magnitudinem coniectare. Prę
cipue quãdo eouſq; proceſſum eſt/ut angulus ipſe iam pupilla ſit minor. Quid
ad cætera ſit dicendum/una cum Plotino alibi diſputabimus. Impræſentia uero
potiſſimũ id reſpuitur/quod aiũt iccirco minus uideri corpus/quod minor iam

euaſerit angulus q̃ pupilla Ratio enim hæc ibi concederet alia quædã inſuper tũc
a pupilla uideri: quando res una pupillam angulo ſuo implere nõ poſſit. At enĩ
ubi obiectum eſt adeo ingens: ut nihil uno intuitu conſpici poſſit ulterius: tunc
etiam minus q̃ ſit apparet: quãuis angulus quo uideri dicitur/non minor euaſe
rit q̃ pupilla. Toto nanq; uiſu cõſpicitur emiſperium/quod uſq; adeo pupillam
impleat/ut nihil præterea conſpicere queat. Quod igitur minus q̃ ſit putetur/nõ
ex eo continget/q̃ per breuiorem angulum q̃ ſit pupilla cernatur. Inter hæc ani
maduertes inditium/ quo confirmes ſecundum Plotinum non formam obiecti
ad oculos peruenire/ſed oculi radium ad obiectum. Viſio nanq; uelut actio quę
dam ad ipſum modum uiſualis formæ peragitur. Si igitur obiectum ad pupil
lę (ut aiunt) ſe anguſtiam conformaret/non grandius unquã q̃ ſit pupilla iudi
caretur: Nunc uero lõge grandius iudicatur: quoniam radius uiſualis extra por
rectus/per ipſam rei magnitudinem ſe diffundit. Sed profecto negare non poſ
ſumus/radios a corporibus luminoſis pyramidali quadam figura ad oculos per
uenire: atq; cum hac ipſa figura ſpiritalem ſaltem qualitatem rei/uel uirtutem aut
actum ad nos uſque perferre. Viciſſim quoq; ab oculis emitti radios teſtatur ra
dialis natura uiſus præcipue in animalibus nocte uidẽtibus. Quod ue alii comi
nus uident: eminus alii: nec uidemus admodum rara: neq; nebulas ualde proxi
mas: quia non terminant potentes adhuc radios oculorum. Mitto quid & homi
nes & animalia quædam intuitu oculorum extra cõficiant. Deniq; plus luminis
neceſſarium eſt propę obiectum q̃ prope oculum. Vbi enim radius noſter emitti
tur/ualidus eſt. Nec inſuper expedit lumine hic uberiore ſpargi: ſed penes obie
ctum iam debilis lumine multo fouetur. Eodem per obiectum protinus diffun
dendus. Probabile enim uidetur uiſualem oculi radium protendi per pyramida
lem occurrentis luminis latitudinem/eiuſdem luminis adminiculo/uerſus rei ui
dendæ latitudinem: quatenus uidelicet progredi ualet: & quãdo ſic terminatur/
peragi uiſionis effectum. Vtruſq; uero ſcilicet radii uiſualis atq; luminis uberio
ris commertio quodã confici uiſionem Plato ĩ Timeo & Galienus Calcidiuſq;
ibidẽ docent. Et perſpectiuæ confirmant. Lumen uero dictũ uel radio uiſuali eſt
ingenitum: uel foris adhibitum.

## LIBER OCTAVVS.

### De uiſu/uel quare remota procul a nobis parua uidentur.

Rationes aliorũ duæ: & Plotini duę: cur remotiora uideant̃ minora. Cap. I.

QVARE Quę procul a nobis ſunt/minora uidẽtur? Et quę lon
go ſpatio ſepata ſũt/paruo diſtare ſpatio nobis apparẽt? Quę
uero prope nobis occurrunt/quanta ſint apparent/& quantũ
habeant interuallum? An minora quidem uidentur aſpicienti
bus quæ ſunt procul: quoniã lumen ad uiſũ & ad magnitudinẽ
pupillæ quodãmodo deſiderat colligi. Et quatenus rei uiſibi
lis remota materia ẽ: eatenus ſpẽs quaſi ſub mera ſolaq; ſpẽi forma ꝓuenit. Arq;
& q̃ritas & qualitas ſpecies quędam eſt. Atq; ita quaſi rõ huius ſola ꝓuenit. An
forte etiã quia quanta ſit magnitudo ſentimus in quadam ſecundum quãlibet

partem gradatim facta discursiõe. Adesse igit̃ hanc oportet: atque adesse prope/ ut quanta sit cognoscat̃. Num & quia secundum accidens cernitur magnitudo? Cum color primo cernatur? Cominus itaq; q̃tum coloratum est discernitur/ eminus autem duntaxat coloratum esse: partes uero secundum quantitatem condistributę non exactã quantitatis notitiam afferunt. Quando & colores ipsi debiles tenuesq; ueniũt. Quid ergo mirum? si etiam magnitudines quemadmodum & uoces apparẽt minores: quatenus earũ species exilis ac debilis aduenit. Nempe ibi quoq; speciem auditus affectat. Magnitudo uero ex accidenti percipitur. Verum quantum ad auditum spectat/ si magnitudo sentitur secundũ accidens/ cui nam potentiæ patet primum magnitudo quæ est i uoce/ quemadmodum apparet tactui quod est uisibile. Aut certe quod apparet magnitudo auditus percipit: non secũdum quantum: sed secundum magis ac minus. Neq; secundum accidens/ ubi uidelicet percipit tanq̃ uehemẽs. Sicut & gustus dulcedinis uehemẽtiã non per accidens percipit. Principalis autem & proprie dicta magnitudo uocis protensio quædam est i quantum: Hanc uero secundum accidens ex ipsa uehementia designari contingit: Verũtamen non exactæ. Vehementia sane cuiusq; naturæ idem est atque ipsa natura. Progressio uero in multitudinem secundum protensionem in omnem locum: qui impletur/ consideratur. At enim non parui colores sed debiles sunt: magnitudines uero paruę. Forte uero utrisq; commune est quod minus esse in eo quod est dici solet. Color quidem id quod minus dicitur: habet in eo q̃ debilis & caducus. Magnitudo autem idest dimensio ipsũ quod minus dicitur/ habet in eo q̃ parua. Nempe magnitudo colorem sequens consequenti quadam proportione minuit̃. Manifestior autẽ in spectaculis quę uaria sunt/ fit eiusmodi passio. Quemadmodum in spectaculo montium habitationes multas arboresq; habentiũ aliaq; permulta. Quorum quodlibet si perspicitur/ efficit ut ex ispectis singulis totum metiri possis. At ubi species ex singulis non accedit/ oculus non habet/ quomodo quantũ sit totum cognoscat/ metiens uidelicet secundum unãquanq; speciem suppositam magnitudinem. Quoniam & quę prope sunt/ quando sunt uaria/ intuitus autem simul in cuncta repente seuertit: Adeo ut non omnes species discernantur/ solent minora uideri pro rata ratione/ quatenus uidelicet species quælibet contuenti defraudat. Sed quando species singulæ perspicue discernuntur/ tunc recte magnitudinis mensura censetur. Quæcunq; uero magnitudines ex uno colore uniformes occurrunt/ quantitatis iudicium maxime fallunt. Quippe cum uisus non facile possit per partes discrete metiri. Sed in metiendo secũdum partem ultra repente labat̃: non habẽs uidelicet qua differentiæ uia in singulis partibus progressum sistere possit. Prope autem situm esse uidetur/ quod longe remotum est. Quoniam medium spatium secundum eandem causam quantum est colligi solet. Quod enim est propinquum/ quantum sit non latet/ easdem ob causas. At ubi uisus nõ discurrit/ distãtiæ longitudinem qualis est secũdum spẽm/ nimirum neq; q̃tum sit magnitudine metiri potest.

## Quod non propter minores angulos uideantur minora quę remotiora sunt. Cap. II.

QVod autem dicitur a nonnullis/quę procul diſtant iccirco uideri minora/ quoniam per minores uiſionis angulos uideantur dictum eſt/& alibi eſſe falſum:& impreſentia ſic eſt cõfutandum. Profecto qui ait per minorem angulum obiectum uideri/minus relinquit reliquum uiſum/ſiue angulũ aliquid extra uidentem:uidelicet uel aliud quiddam uiſibile:uel ſaltem nonnihil extrin ſecus uelut aerem. Quãdo igitur nihil relinquit/ex eo q̃ mons ſit ingens/ſed uel adæquat/neq; aliud quicquã uiſu percipi poteſt. Quippe cum ipſius ſpatium ac comodetur obiecto: uel etiam ſuperexcedat obiectum utrunq; uiſionis ĩtuitum. Quid nam hic aliquis reſpondebit? Quãdoquidem obiectum ipſum multo mi nus q̃ ſit appareat/& omni uiſu conſpiciatur. Quod ſi ĩ cælum ſuſpiciat/procul dubio id quiuis intelliget. Nam alioquin non poſſet quiſquã uno quodam ictu totum ſimul emiſperium contueri: Neq; ĩ tantum aſpectus diffundi/eouſq; prot ſus extentus. Verũtamen ſiquis id affectauerit detur. Si igitur omnis quidem ui ſus comprehendit totum/ eſt autem in cælo magnitudo longiſſime amplior ap parẽte/qua nam ratiõe quis cauſam aſſignabit/ob quam adeo minus appareat: per illos minores angulos/quos ĩ cauſa eſſe/ ut remotiora nobis minora uidean tur/affirmare conſueuerunt.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI

VNum bonumq; idem eſt & omnium primum. Item tria ſunt principia. Ipſum bonum. mens. anima. Cap. Primum.

PLOTINI mentem nõ fuiſſe a Chriſtiana lege p̃nitus alienam ex eo conijcere poſſumus: q̃ cum Ammonii ſemper Chriſtia ni diſcipulus fuerit:& Chriſtianiſſimi Origenis ſemp amicus Cõueniſſe dicitur una cum Origene atque Heremnio: ſe nun quã ab inſtitutis Ammonii diſceſſurum:idq; ſicut promiſerat ſeruauiſſe. Præterea gentilium deorum cultum alto animo ali quãdo contempſiſſe: Amelio ad hũc exhortãte Porphyrius ipſe diſcipulus eius eſt teſtis. Denicq; ab hereticis multis Platonem ſuum partim deprauãtibus/par tim etiam contempnentibus/frequentius irritatus: reſpondit quidem latiſſime: nihil tamen in reſpondendo cõmune Chriſtianis inſeruit: Sed propria duntaxat ad hereſim: cum alioquin impune in Chriſtianos inuehi ea tempeſtate liceret: & offerretur occaſio. Qui uero fuerint huius hereſis auctores: quid ue p̃fiteren tur hereticiſ/qui Gnoſtici nominabantur ſimiles Manicheis: recenſet in deſcriben da Plotini uita Porphyrius. Ex eorum certe opinionibus conſtat eorum hereſim quãuis Chriſtum colerent: non minus tamen a communi Chriſtianorum ſenten tia/q̃ a Platonicis diſſentire Sed quantum ad inſtitutum nunc opus pertinet: hæc ſũt illorum errata præcipua. Super ipſum unum bonumq; neſcio quid ſom niabãt. Intellectus præterea ſeparatos ineptiſſime diſtinguebant. Inter intellectum & animam medium aliquid inſerebant. Animam deprauatam feciſſe putabant

mundum a malo principio malum. // Non esse quicquã ipso bono siue bonitate item ipso uno siue unitate superius prius ue sic ostenditur. Principio meminisse oportet: quod nõ est primum: non esse simplex. Atque e conuerso quod non est simplex/ nec esse primum. Siqua enim res non sit omnium prima: certe depẽdebit ab alia ideoq; duo quædam erunt in ipsa scilicet tum aliquid causæ: tum aliquid insuper proprii a causa differens. Itaq; dum non est prima/ merito nec potest esse simplex. Rursum siqua res non sit simplex: habebit in se necessario & hoc & illud. Quæremus igiẽ: utrum hoc ab illo sit tantum an utrunq; pariter ab utroq;: an neutrum a neutro: An a tertio quopiã sit utrunq;. Si respõdeas hoc ab illo pẽ dere: illud certe erit primum: hoc uero secundum: neq; licebit dicere compositum hic aliquid esse primum. Neq; rursum licebit dicere utrũq; fieri pariter ab utroq;: alioquin idem aliquid compatum ad idem/ erit & causa & effectus: & prius atq; posterius. Sin autem dixeris/ utraq; a tertio quodam fieri/ non hoc quidem cõ positum/ sed tertium illud erit primum atq; principium. Nefas est insuper duo quædam in supernis ponere: quorũ nec alterũ sit ab altero: nec a tertio sit utrũq;. Alioqn nulla determinata causa rationeq; coibunt/ sed sorte contingent. Teme rarius uero casus in supernis esse non potest: Alioquin nullus foret in sequenti bus ordo. Quamobrem sicut diximus quod non est primum/ non est simplex: sic & dicimus quod non est simplex: nec esse primum. Quo igitur aliquid prius est/ eo simplicius atq; uicissim. Quod itaq; primum est/ simplicissimum est atque uicissim. Quocirca & ipsa ( ut ita dixerim ) primitas ẽ ipsa simplicitas atq; cõtra. // Cum igitur summum in simplicitate teneat unitas atq; bonitas: utrunq; certe & idem est: & primum omnium atq; principium. Bonitas sane simplicissima est: alio quin componeretur ex pluribus. Ideoq; indigeret partibus atque componente. Itaq; per se sufficiens minime foret. Oportet tamen bonitatem ipsam non solum esse sufficientissimam: sed ipsam esse sufficientiam. Hæc enim appetitur tanquã bonum. Ipsum itaq; bonum cum sufficientissimum sit/ est etiã simplicissimum. Est itaq; primum: præsertim quia si non sit primũ/ quod erit ipso bono superius/ erit & melius bonitate: tametsi nihil bõitate melius fingi possit: qua sola melius fit quicquid est melius. Tum uero quærimus/ utrum ipsum bonũ appetat illud/ quod ipsi forte præponitur necne. Si non appetit/ mirum est effectum non appe tere causam a qua perficitur. Si appetit/ rursum mirabile ẽ/ ipsum bonum aliquid extra se concupiscere/ cum ĩ bonum omnis desinat appetitus. Præterea de rebus aliis similiter percontamur: utrum ultra boni limites appetant quod bono fingi tur esse superius nec ne. Nefas quidem est omnia primum principium non appe tere. Nefas est iterum appetere aliquid ultra bonum. Ex omnibus his colligitur ipsũ bonũ esse simplicissimum oĩum/ atq; primũ. // Vnitatẽ uero siue ipsũ unũ esse simplicissimum nemo dubitat. In omni enim essentia uel esse uel fingi compo sitio numerus ue potest: In sola unitate non potest: Alioquin non foret unitas ipsa: sed unum aliquid atq; multitudo. Diuisio quinetiam unitati contingere ne quit. Siquis enim hanc diuidere moliatur/ non diuidet quidem! sed repetet uni tatem. Lignum certe unum secas & maius lignum in ligna minora. Vnitatem ue ro quæ cogitabatur in ligno/ in nullas unitatis partes diuidere potuisti. Aliquin forent unitate minores. Sed unitatem ita multiplicasti/ siue potius propagasti: ut quæ in uno prius erat/ subinde foret tota eadem in duobus. Cum igitur unitas

ſimpliciſſima ſit atq; prima/merito eſt idem atq; bonitas: ne forte ſint prima rerū
pricipia duo & inuicē fortuna concurrant: & ante unitatem ſit binarius. Dum ue
ro dicimus bonitatem & unitatem eſſe pẽnitus ſimpliciſſimam non intelligimus
rem quandam ſimplicem/uel quæ ſit in aliquo/ uel ex qua aliquid componatur
Si enim ſit in alio/ neq; ſeipſam ualeat ſubſtinere: certe dependebit ab alio. Si ru
ſum ex hac aliud componatur: nequaquā perfecta res erit: ſed cõtendet ulterius/
& in formam actumq; cõpoſiti redigetur. Ipſum itaq; bonū/ipſum ue unū idem
eſt omnino & ſimpliciſſimū atq; primū: nec ī aliquo reſidens. Neq; ita conſidera
tum/ut aliqd in ſe prius ſit: deinde ſit bonum atq; unum. Alioqn ibi alterum ac
cedet alteri: eritq; prius aliquid imperfectum: fietq; compoſitio. Primo igitur &
ſimpliciſſimo mentis ītuitu ipſā bonitatē ſiue unitatem cõtemplari debemus/nõ
aliquid de aliquo pr̃edicantes. Sed primo totoq; mentis ictu ſimplicitatē ipſam
percipientes. ¶ Quoniam uero poſt hæc Plotinus de tribus agit mundi pricipiis
ſcilicet ipſo bono & mẽte prima & aĩa prima: meminiſſe debemus ubi cõia mun
di principia perſcrutamur/ imprimis quæ ſint præcæteris ī mundo cõmunia con
templari debere. Eſt autem ubiq; oĩum cõmuniſſimū unitas/nixuſq; ad bonum.
Id nanq; munus ad res etiam nõ dum formatas extenditur. Secundo cõmunita
tis originis ue gradu forma eſt ordo ue formalis. Gradu deniq; tertio ponit̃ mo
tus ipſe uitalis. Cum uero munus quo cõmunius eſt/eo ad priorẽ pertineat cau
ſam: merito prima omniū cauſa eſt ipſum bonū/ſiue unum: unde & quo depen
det unitas nixuſq; ad bonū Secunda uero rerum cauſa mẽs eſt prima: ad quam
ſpectat ordo formalis. Tertia eſt anima prima: qua omnis ubiq; uitalis motio re
gitur. Cum igitur uniuerſum cõſpiciamus/& formarū ordine formoſiſſimum/
& uitalibus ubiq; motibus efficaciſſimū: merito ubiq; mentem regere/ubiq; aĩam
ſpirare putamus. Et quoniã tum formarū ordo gratia boni conſpirat in unum:
tum uitalis motio contendit ad bonū/ haud ab re tum mentem quæ ſic ordinat
omnia/ tum aĩam quæ ſic oĩa mouet ab ipſo uno bonoq; uolumus dependere.
Sic igitur uniuerſum hoc corporeum/ & ab alio mobile ad aĩam primo redigitur
per ſe mobilem/motu proprio cuncta mouẽtẽ. Hęc ad mentẽ omnino ſtabilem:
ſtatu ꝓprio cuncta ducentẽ. Sed utraq; ſcilicet & mẽs & aĩa referr̃ ad bonū: & cu
ius gratia tū mẽs ſtabiliter tū aĩa mobiliter mouere uideꝝ: & ī quo mens ipſa qe
ſcit/& circa quod anima ſe reuoluit. Nempe ſiue anima moueaꝝ/ & moueat/mo
uetur ac mouet ad bonum. Siue mens quieſcat & firmet/certe quieſcit & ſiſtit in
bono. Hīc & omnibus eſt natura tributum: ut ſicut mouentur ad bonum/ſic & ī
bono quieſcant. Et profecto quemadmodū ipſum bonū aliud quiddam eſt prę
ter illa quæ mouentur ad ipſum/& præter motum: ſic & aliud eſt præter illa quæ
in eo ſtant/& præter ſtatū. Alioqn ī ſeipſis ab initio qeuiſſẽt: Poſt ipſū bonum
mens ꝓxime ſeqtur: mentẽ aĩa proxime comitatur. Cū enī omne agens agat ad
bonū: mens qę dū agit ad bonū ſtabiliter agit/& in ſeipſā agendo reuoluit̃ bo
no q̃ꝓxima iudicatur. Aĩa uero qę & per eſſentiã manet: & iterum agẽdo ex ſe
ipſa mouetur/& poſt progreſſionem reficit orbem menti q̃proxima eſt omnino
ſtabili/& in ſeipſam omnino conuerſæ. Sed quis non uideat animã ſemper ac ue
ræ intelligentiæ compotem/eſſe intellectui primo q̃proximam. Quod igitur in
mundo ſit motio & actio qęuis ad uitam deniq; conferens procedit ab anima.
Quod autem eiuſmodi motio ordinata ſit atq; ſtabilis & in orbem reſtituatur/

& formas exprimat/ſortitur a mente. Quod deniq; tũ motioni certus ubiq; præ
ſcriptus ſit finis: tum formæ paſſim aliæ conducant aliis/ eſt ab ipſo bono tribu
tũ. In cælo quidem eſſentia/lux/mobilitas/bonum/mentem/ aĩam repræſentant.
Sub cælo autem cauſa finalis bonum: formalis mentem: efficiens animam refer
re uidetur. Quoniam uero de tribus omnium principiis & paſſim in argumentis
in Platonem & in Theologia latius diſputamus: hæc breuiter attigiſſe ſufficiat.
Poſt hæc autem cõfutat eos qui diuina inter ſe diſtingunt: uel quoniam alia ſint
in potentia/alia ſint in actu. Nihil enĩ in æternis eſt ĩ potentia. Vel quoniã intelle
ctus alius qdem maneat: alius moueatur. Nõ. n. in ĩtellectu eſt motus ullus: ſed
primus in aĩa motus. Vel quoniã intellectus hic quidem ſubſtantiã quandam in
telligat/ſiue ſuã/ſiue etiã alienam. Ille uero actionẽ duntaxat alterius intellectus.
Quã alter ille cuius eſt actio non ĩtelligat. Diſtinctio ſane eiuſmodi ĩ animarum
natura non diuidit ſubſtãtias animarũ. Siquidem aĩus idem qui uel ſe uel aliud
quoduis intelligit/ſæpe ſe intelligit intelligere. Ergo & multo minus ita ſubſtan
tię mentium diuidunt̃: & multo magis mẽs eadẽ utrunq; explere poteſt. Iam ue
ro concedimus ipſum ſimpliciter ĩtelligere/rõne quadã ab ipſa intelligentiæ ani
maduerſione differre. Nam illud qdem habet eſſentiã aliquã pro obiecto: hęc ãt
ꝓ obiecto actionẽ ſpectare uidetur. Et ĩ nobis non ſẽper qui cognoſcit/is agno
ſcit ẽt ſe cognoſcere. Verũtamen mẽs quælibet a corporis cõmertio ſepata adeo
ĩtelligit expedite/ut quatenus ĩtelligit aliqd/ eatenus ĩtelligere ſe prorſus agno
ſcat. Præſertim cum ea ibi ſit ĩtelligendi cõditio: ut mens ad ĩtelligendũ ſuã ſpe
ctet eſſentiam. Si. n. ibi perfecta ĩtelligentia ẽ: intelligibile habet intimũ atq; certiſ
ſimum: minimeq; dependet. Ita uero fit maxime: ſi pro obiecto ſuã ſpectet eſſen
tiam. Dum uero ſuã eſſentiã intuetur/ĩ ſuo eſſe intellectuali & ĩ actu intelligẽtiæ
perpetuo poſitam/cognoſcit ſe eſſe eſſentiam ĩtellectualem ac ſemper ĩtelligentẽ.
Quatenus igit̃ intelligit ſe: eatenus ſe intelligit intelligere. Pręcipue quoniam ſi
cut idem eſt ĩ luce lucere/quod & eſſe: ſic idem in ipſo intellectu eſſe/ quod intel
ligere. Dum ergo ſe eſſe cognoſcit: etiam intelligere ſe prorſus agnoſcit. Quãob
rem intellectus quilibet abſolutus ſicut ſemper intelligit/ita ꝙ ĩtelligat/ipſe ſem
per animaduertit: præſertim cum nulla exterior occupatio ipſum ab ipſa ſui ani
maduerſione diuertat. Eſt autem illic actus idem ĩtelligentiæ: quo & ſimpliciter
intelligit aliquid: & quo illud ſe ĩtelligere ſemper agnoſcit.. Si enĩ actus eiuſmo
di ibi diſtinguas/iam dicemus & actum tertium ſimiliter & quartum/ & infinite
deinceps ibi diſtingui: quatenus per ſequentem actum innumerabiliter intellige
re fingitur præcedentem. Nefas autem philoſophi putant infinitos actus & hos
quidem ſuperfluos illic in præſentia ponere: præcipue ſi per illos infinitæ illic
ſubſtantię multiplicari dicantur. Inter hæc ipſe notabis/Plotinum in mentibus
beatis animaduerſionem eſſentię actioniſq; ſuæ perpetuã ponere: eodemq; actu
& intelligentiam & agnitionem intelligentiæ eſſentiæq; expleri. Quod ſicubi di
xerit/ſimplicem ipſum primumq; intelligentiæ actum animaduerſione diſtrahi.
Expone ſcilicet quando animaduerſio eſt actio re ipſa ab intelligentia differens
Et quando fit animaduerſio miniſterio quodam imaginationis/ab intellectu nĩ
miũ differẽtis/ atq; ad aliena interim diſtrahentis// Refellit ſubinde quod aiunt:
inter ipſam mentẽ atq; animam eſſe mediam ſubſtantiam quandam: quam ratio
nẽ quidem ipſam intellectualem apellant Animam uero dicunt ab hac ſuſcipere

rationem. Sic enim anima nulla ueram habebit intelligentiã atq; perpetuam. Vera nãq; perpetuaq; intelligentia eſt uel ĩ ipſa mente/uel ĩ eo quod proxime mẽtis eſt particeps. Anima uero ex eorum opinione nõ primo quidẽ gradu: ſed ſecundo ĩtelligentię nõnihil acciperet: & imaginẽ illius potius q̃ naturã. Atq; ita neq; ſeipſam animaduertet/quod eſt nature ĩtellectualis officiũ: neq; intellectus alicuius ſubſtãtiam excogitare poterit a naturis ſequẽtibus abſolutã: neq; rei cuiuſq̃ formalẽ comprehendere rõnem/aut definitionẽ ipſius ueritatis amplecti. Talia enim ad mentem proprie pertinent.

¶ Prouidentię modi diuerſi. s. in principiis tribus. Deinde ĩ ſtellis. Tertio in dę monibus. Quarto in hominibus: Cap. II.

IN ſecundo igitur capite colligit tria rerum prĩcipia: ipſum. s bonũ: & eius filium intellectũ: ex paterna luce luminis more manãtẽ. Atq; inſuper mundi animã ex intellectu diuino uelut ſpũm per omnia profluentem. Sed ea conditione inferioribus prouidẽrem: ut ĩterim a diuinis nulla ex parte decliner. Sed quo attentius diuinis inhæret: eo potentiorem fęcũdioremq; ait ad ſequentia reddi: & quaſi iam inde pregnãtem ſequẽtia parere. Ad hæc tria principia uniuerſalis prouidentia pertinet: qua & omnibus & omnia prouident. Minus uero uniuerſalis ad ſphærarũ ſtellarumq; animas: harũ enĩ quęlibet prouidet quidem omnibus/ſed non omnia. Nam unaquæq; propria tribuit/q̃uis cunctis. Minus etiã uniuerſalis in dęmonibus eſt prouidentia. Quilibet enim certa quædam curant genera rerum/quibus & quædam propria tribuũt. Particularis etiã in animabus noſtris ad ĩferiora ꝓuidẽtia ẽ. Atq; ĩpenſiori etiã ſollicitudine/ quam dęmones propria curant: ut ſtultum ſit humanam prouidentiã cum animæ mundanæ prouidentia compare. Cum enim & anima prima potentiſſima ſit: & prouidẽtia eius uniuerſalis/extra quam nihil eſt/quod eius repugnet officio: nõ iniuria Plotinus ait/hanc dum prouidet neq; laborare: neq; minus eſſe beatam. Animam uero noſtram uſq; adeo regendis corporibus occupari/ ut a ſuperioribus quãdoq; diſcedat. Diſcedat inquã per infimam ſui partẽ primo. i. per imaginationẽ eiuſq; affectum propẽſius ad ĩferiora uergentem. Quæ qdem ad hęc ſecũ ſubinde trahat partẽ animę mediã: cuius proprium eſt rõne diſcurrere. Intellectũ uero quem & aĩe partem nominat confirmat (ut ſępe ſolet) diuinam ĩtelligentiã intermittere nunq̃. Videť autẽ hæc de ĩtellectu ſententia non Plotini ſolum: ſed Ammonii quoq; præceptoris eius Alexãdrini fuiſſe. Quem Plotinus ĩ oibus diciť profecutus. Accepimus & alios quoſdam auditores Ammonii ĩ eadem ſentẽtia permanſiſſe. Quam & Iamblichus ĩter Aegyptiorũ dogmata cõnumerare uideť. Notabis interea aĩam noſtrã/q̃uis particularis aĩa nominet/qa particularẽ habeat prouidentiã: nullo tamẽ pacto eſſe mundanæ aĩæ partẽ. Rurſum aĩam noſtrã ideo in regẽdo corpore ſollicitari atq; laborare: quoniã neq; ſũmum tenet aĩæ gradum/ quẽ obtinuit anima mũdi: neq; permanet ĩ ſũmo tota/ cũ inferioribus prouidet. Eam ſane particularium animarum conditionem eſſe putat/ut per uices hoc aut illud agãt. Quantũ uidelicet ad rõnem imaginationẽq; ptinet. Quãtũ uero ſpectat ad ĩtellectũ nullas agere uices. Quẽlibet. n. ĩtellectũ eſſe in ętemitate pęnitus conſtitutũ. Siqdẽ ĩ ꝓprietate aĩæ ſubide ſequẽte primus ẽ motus primũq; tẽpus.

¶ Mundum non fuisse aliquando nouum ex noua quadam animę prauitate: neq; aliquando periturum. Cap. III.

FRustra igit̃ fingebant heretici aĩam primã aliquãdo a diuina beatitudine cecidisse: atq; ita ad deteriora degenerantẽ fabricauisse mũdum: Temere nimiũ mundo ppea dabãt initiũ: quod faber eius nup esset permutatus ĩ malũ. Satius admodũ erat dicere: mundũ ex aĩa semp naturali quadã necessitate ꝓductũ: Quẽadmodum & forma corporis a uegetali uirtute: & calor lumẽq; ab igne. Videmus. n. pfectissima quæq; ĩ natura naturali largitate sẽp agere: neq; ex inopiæ malo: sed potius ex copię bono. Quod si sẽp agunt/illa ẽt quorũ uirtus & actio ad quędã tantũ determinata ẽ/ut elementũ quodlibet & cõpositũ: multo magis tria illa prĩcipia rerũ: quorũ uirtus est cõis ad oĩa/semp agũt. Præstat itaq; dicere mundi fabrũ æterna bonitatis copia ab æuo mundum ꝓgenuisse: q̃ noua prauitate nouũ. Profecto si prĩcipiorũ naturã in actu sẽp absolutã cõsideramus: atq; sic opus ad eam cõferimus: opus ĩde sempiternũ sequi uideꝛ. Quãuis si ad ipsã diuinæ bonitatis uel ĩtelligentię uoluntatẽ respexeris/mundũ ualeas tũ sine noua fabri prauitate/tũ sine diuini consilii nouitate nouũ excogitare. Sane cũ in diuinitate natura idem sit atq; uoluntas: neq; uoluntas naturæ aufert quod proprĩũ est naturæ: neq; natura ꝓprĩũ uoluntatis adimit uoluntati. Tũ uero cõfutat q̃ putabant mundum aliquãdo periturũ: Sola enĩ quę resolui in aliquid possunt interire posse uidẽtur. Nam aliquid ĩ nihilum euanescere bonitas ipsa naturę nõ patiꝛ. Quandoquidẽ neq; patiꝛ alicubi uacuũ. In quid ergo mundus resolui possit? Nunquid ĩ materiam? Esto sane. Sed ita demum quærimus: nunqd materia illa formam habeat nec ne? Si habet: adhuc erit id cõpositum in materiã resolubile. Tunc illa neq; ĩ nihilũ euanescere potest: neq; informis pseuerare. Esse. n. daꝛ ubiq; per formam. Ac si finxeris eam sine forma manere: tũc alibi quidem materia erit: alibi uero diuina quasi limitibus inde disiuncta: quãdoquidem nihil ex illis emicet ĩ materiam. Non igitur erunt ubiq; diuina. Quod dictu nefas esse in theologia probauimus: & alibi comprobabimus. Neq; licet fingere materiam in nihil posse resolui. Quippe cum nullum agens ad resoluendum cõtendit simpliciter ut resoluat: sed ut se augeat uel propager. Id uero ex aliquo duntaxat & in aliqd fieri potest. Præterea si materia redigaꝛ in nihilum: constabit sane materiã ab initio necessitatem a nullo præcedente subiecto/unde fieret habuisse: cum ita nullum aliquãdo subiectum pręcesserit/sicut deniq; sequitur nullum. Extitit igitur ab initio quadam consecutionis necessitate ex superiore efficienteq; cã. Eadẽ igitur cõsequentiæ necessitate semper erit.

¶ Faber mundi non ĩclinatione: sed consistentia fecit mundũ. Cap. IIII.

REprobat itẽrũ quod aiunt/aĩam primã nõ ex eo q̃ ĩ sua dignitate maneret: sed q̃a degenerauerit mundũ ꝓcreauisse. Sed ante q̃ confutationes Plotini ꝓsequar/recẽsere iuuat Porphyrii uerba ĩ eandẽ sentẽtiã ex libro eius uias ad ĩtelligibile demõstrãte. Sic igitꝛ ait/nulla substãtiarũ quæ uniuersæ sũt atq; pfectę ad suã cõuertiꝛ genituraꝫ. Oẽs ãt pfectę substãtię ad generãtia potius redigũꝛ. Et idq̃dẽ ad corpus usq; mũdanũ. Quod sane cũ sit ꝓfectũ ad aĩam ẽ redactũ. Aĩam

inq̄ intellectualem: ideoq; circulo uoluitur. Anima uero mūdi ad ītellectū attol
litur. Intellectus aūt erigīt ad prīcipium. Subdit uero paulo post: In ſubſtātiis ue
ro particularibus/& ad multa labi potentibus ineſt ꝓuitas deflectens ad geni
turas. Ideoq; ī his delictū dicīt accidiſſe. In his infidelitas eſt dānata. Has igitur
contaminat ipſa materia: ꝓpea q̄ ad hanc deflecti poſſint. Cum tamen interea ſe
ad diuinum ualeāt cōuertiſſe. Quāobrem ꝓfectio q̄dem a prioribus ſecūda ſub
ſtituit: cōſeruans eadem ad priora conuerſa. Defectus quoq; alicubi priora quę
dam ēt ad poſteriora deflectit: efficitq; ut hæc ipſa diligant: a ſupiore interim di
uertentia. Hæc ille. In q̄bus confirmat dęmones quoſdā uel aīas hominū a diui
nis degenerādo corpora fabricare. Mundū uero ab aīa quadam diuina & ī diui
nis perſeuerāte fuiſſe conſtructū. Tantū. n. tam pulchrū/tā diuturnū opus effice
re/ac ſine tranſgreſſione ducere/tāq; mirabili rōne mouere/non eſt poteſtatis ali
quādo inclinātis! ſed ī optimo ſemp habitu conſiſtentis: facientiſq; fabricā/nō
tam ut optima uideaī/q̄ q̄ naturaliter ipſa ſit optima. Quod ſi optima eſt illa
poteſtas/& ut ex motu apparet/infatigabilis/nūq̄ quod optime fabricat: uel ob
pęnitentiā deſtruet: uel ob defatigationē deſinet cōſeruare. Dicere uero mūda
na iſtitui male: atq; hinc argumētari mundi naturā eſſe malam! & auctorē huius
malum: hominū eſt uel iniquorū/uel pęnitus ignorantū. Stultorū quoq; eſt opi
nari poteſtatē illam ut agat indigere conſilio. Si. n. ī natura ipſius erat/ut gigne
ret/conſilio ad hoc nullo prorſus īdiguit. Sin opus conſilio fuit/non erat prima
illa poteſtas naturaliter ſufficiens ad generatiōis effectum. Nulla igīt natura/nul
laq; poteſtas ꝓſe potent aliquid generare uel facere.

Neq; aīam eſſe corporeā: neq; mūdū fuiſſe a malo prīcipio cōſtitutū Cap. V.

Redarguit pręterea quod dicebāt mundi fabrū aīam qua uiuit mundus ac
mouet/ex elementis mūdi compoſuiſſe: quę corporea ſit & irrōnalis atq;
mortalis. Primo quidē nefas eſt/ uniuerſū habere aīam noſtra deteriorē.
Deīde aīam componi ex elementis quaſi poſteriorē. Quæ tamen tanq̄ uirtus re
pugnātium copulatrix prior eſſe debet & ſimplicior atq; conſtantior. Deniq; na
tura ex elementis compoſita/neq; quicq̄ efficit/niſi corporeū: neq; reflectīt in ſe
ipſam. Deridet īſuper q̄ ſe fore beatos putent: quādo exemplari mundi fruan
tur. Cum tamen opificiū hoc ad exemplar eiuſmōi conſtitutū deteſtari minime
uereanī. Præſertim cum dicāt/ mundi fabrum tūc primum mūdi exemplar exco
gitaſſe: quādo ad deteriora ſe uertit. Addebāt fabricauiſſe mundū ad aīas cuſto
dia coercendas. Quod eſt fruſtra tentatum. Quod uero curā eiuſmodi illū pura
bant habere de mundo: quærīt utrum curaret id ante mundū: an mundo iam fa
cto/cępit deinde curare. Si prius/fruſtra ſaltem curauit: ut diximus. Sin aūt poſt
mundum: tunc forſan uel mundi diſpoſitionē accepit ab ipſa mundi ſpecie/hāc
a materia ſegregando: aut ab aīabus. Quod ſi ab ipſa mundi ſpecie ille percepit
curādi conditionē: poterant & animæ ꝓ ſe ſimiliter ꝓcepiſſe. Sin autē ab aīabus/
ridiculum dictu ē: īmo & utrunq; ridiculum. Vbi uero de coercendis dicitur aīa
bus/opinio tangitur: quam & tetigit Origenes. Quod uidelicet ſpūs oēs ab ini
tio ſint æquales! ſed ꝓp diuerſos uoluntatis motus magis minus ue aut conuer
ſos ad deum/aut diuertentes ab eo: tum ſpiritus uarios in ſe gradus acceperint:

tum corpora mundi differentibus conſtitutа ſint gradibus: tum deniq; ſpūs alii aliis ſint addicti corporibus. Cuius opinionis error inde cōuincit̄: q; tota diſpoſitio mundi ī ipſa graduum diſtinctione conſiſtens: cū ſit maxime formale finale q; & optimū in uniuerſo/merito primum ē in ipſa primi agentis ītentione. Nō igit̄ ex meritorū diuerſitate contingit. Pręſertim quia ſi naturæ rōnales ab initio æquales erant/alia nō dependebat ab alia. Caſu igit̄ obtigit uariatū cōcurſio uoluntatum. Caſu igit̄ ordo tum ī ſpiritibus: tum ī mundo deīde. Itē cum differentię ſpeciales & ſpēs ī rebus qdem īferioribus naturales eſſentialeſq; ſint/nefas dictu ē/eſſe accidētales in ſupis. Eſſent aūt accidētales/ſi nō fuiſſent ab initio ſed p liberos uoluntatum motus poſtea cōtigiſſent. Tam et ſi difficillimū eſt aſſignare cur modis tam diuerſis moti ſint ſpūs tam æquales. Qui certe ſi ante uoluntatum momenta erāt multi: neq; tamen p quātitatis diuiſionē ita diſtincti: neq; per ullum adhuc ibi accidens diſcrepantes. Ergo p formalia & eſſentialia quędā inuicem differebant/quatenus aliq̄d erat ī aliquo/quod nō erat ī alio. Qualis diſtinctio ſine graduū diuerſitate eſſe nō pōt: cū ad priuationē redigat̄ & formā. Ante igitur motionū uarietatē uarietas inerat naturaliū. Sed de his oportunius alibi.

¶ Opifex mundi ē primus intellectus per aīam: Item tres ſunt principia: bonū: mens: aīa: Item primus intellectus & primū intelligibile idem. Cap. VI.

¶ Uetus erat opinio: formas ī materia reſultare ex quadā īpreſſione a formis effecta diuinis: dum materia influxum idearū quaſi ſpeculi more repercutit. Ideoq; pro ueris idearum formis ueriſimiles reportare: uel reddere: uel ſimulare. Itaq; aīas fallere a ſupno iam mundo prolapſas: donec pęnitētia tādē affectæ/ex hac quaſi colonia uel exilio in patriam reuertant̄. Veterē hanc ſententiam uſurpātes heretici/eiuſmōi paſſiones aię q̄buſdā ſubſtātiarū noībus inepte nimiū obtegebant. Poſt hæc obſeruabis antiquos īter chriſtianos/hereticos trāſcorporationē aīarum a ueteribus accepiſſe. Sed arbitror illos ex homine ī hoīem tantū ſiue terrenū ſiue aerīū: non aūt ī beſtias aīam hominis traduxiſſe. Sic. n. & doctores ębreorum accepiſſe traduntˀ. Verba quoq; de opificio mundi hos Plotinus iudicat puerriſſe. Siq̄dem tanq̄ tres ſubſtantias accipiūt tria uerba Timei: quibus tamen tres eiuſdem ſubſtātiæ ꝓprietates apud Plotinū ſignificantˀ: uidelicet ut idem ipſe Deus mundi faber excogitauerit. i. decreuerit. & naturaliter decernēdo pegerit tot ī mundo rerum ſpēs: quot ītellectus ipſe ſuus ī ipſo ſumeret uiuente. i. in ſua eſſentia uiua contēplareť ideas. At hereticī dicebant ipſū uiuens eſſe ens ipſum ītelligibile: primū omni ſupius ītellectu. Qui uero cōtēplaťˀ ideas in ipſo/eſſe primum formaliter ītellectum. Qui āt excogitauit efficere/eſſe aīam primam: & hāc cōſilio quodā facere/q̄uis malo/poſtq̄. s. a ſupnis degenerauit. Plotinus aūt idem eſſe ītelligibile primum/intellectumq; primū ita probabit. Primus ītellectus cum ꝓfecto intelligat mō/intimum habet ītelligibile. Ipſe igit̄ ītelligitur a ſeipſo tanq̄ ipſemet ītelligibile ipſū ſit/ſicut eſt intellectus. Itē quod primum perfectūq; ītelligibile eſt: perfecto modo ītelligendū ē. Perfecta uero rōne ītelligit̄/ſi ītelligit̄ a ſeipſo. Siue igitur ītellectum ſpectes/mox ītelligibile conſequitur ītimum: ſiue cernas ītelligibile ītellectus ſtatim ītimus comitat̄. Et merito quoniam longe maior ꝓportio eſt ītelligibili ad intellectū atq; uiciſſim q̄ uiſibili

ſit ad uiſum. Intellectus.n.rem ipſam ītelligendā penetrat/& diuidit/& definit: Quod circa ſenſibile nullus efficit ſenſus. Cum igit̄ mirifica ſit iter ipſum intelligibile ītellectumq; proportio/ merito qua uia huc uſq; ꝓuenit aliq̄d/ut ſūmum ī telligibile ſit/eadem cōſequit̄/ut ſūmus ſit ītellectus atq; uiciſſim. Hūc uero Plotinus mundi artificem primū eſſe putat: neq; tamē aīam primā ab opificis mune re uult excludi. Sed negat eam conſilio mundum facere/ & ſollicitudine ducere. Alioqn neq; ſubſtātia mundani opis conſiſtere: nec ordo ꝓſeuerare poſſet: ſi mobili quadā artificis actione prę̄ſertim laborioſa fieret atq; moueretur. Multo magis īſuper deteſtāt̄/ q̄ opificem aīam dicāt eſſe mētis exptem & ꝓturbationi ſubiectam: aīabuſq; noſtris deteriorē. Cum ī hoc opificio nihil iſipienter agat̄: nihil appareat ꝓturbatum. Proīde diſtribuit pricipiorum ordinē hunc in modū. Ab ſolutiſſima dei unitas uel ſimplicitas cum adeo ſupemineat oīa/ut neq; ſimilitudinem neq; reſpectum ꝓrſus ullum ad aliq̄d habeat: ideoq; nec prius hoc q̄ illud aſpiciat: certe aut nihil efficit: aut oīa ſimul. Sed.n.ſūma bonitas ſup oīa/merito mox efficit oīa: Sūma unitas ſtatī efficit unū. Quod igit̄ ide ꝓxime manat.s. ab unitate quæ ſup oīa ē: nimirū eſt unū oīa: Vnū.s: ens/ entia cūcta. Hoc ipſū ītelligibile ē: quod eſt ītelligibilia cūcta. Hic primus ē ītellectus: q & oēs ē ītellectus: ītellectus inq̄ abſoluti oēſq; ideæ. Hic mundus ītelligibilis eſt ab uno ſuper oīa genitus: unum oīa. Hinc naſcit̄ aīa prima iam unum & oīa: quodāmō uidelicet mobiliter ītus explicans quæ primus ſtabiliter cōplectit̄ intellectus. Seqtur deinde mundus ex ītellectu ꝓ aīam/non tam unum & oīa/q̄ ex oībus unum. Nempe & in mente & in anima præcedit ipſa ſua unitas multitudinem. At in mūdo corporeo formarū unitas quodāmō multitudinē ſequit̄. Potes tamen ita colligere/ oīa quidem mundi mēbra mēbrorūq; naturas ad unā animę mundanæ naturam quaſi ducē: Oēs aīas ad unā mundi aīam uelut principem: Oēs intellectus q̄ animabus inſunt ad unum intellectum ſup aīas exiſtētem/ quaſi oculos ad ſolis lumē. Intellectum deniq; purū ad paternā lucē atq; bonitatē. Inter hæc obſeruabis quos pleriq; intellectus ponunt a corporibus abſolutos: Plotinum ponere intellectus tantū in animabus: quos intellectus animales & animas ītellectuales apellat. Qui ſane intellectus iccirco iudicari poſſunt a corporibus expediti: quoniā & ſi in animabus ſunt/non tamen ſunt in corporibus: quadoq̄dem neq; animæ uere corporibus inſunt: & intellectus eiuſmōi nullū cum corpore cōmertium habēt. Et ut Plotinus ſępe cōfirmat ſēp ſecundū actū ſunt cū diuina mēte cōiuncti. Ab hac uero ſentētia uix diſſētire uideť theologorum apud græcos chriſtianorū ſententia/angelis corpora tribuēs. Vbi uero Plotinus cōcedit q̄dē ī inferioribus multiplicare q̄plurimum. Prohibet āt multiplicationē in ſupioribus ſimilē introducere. Intellige prohiberi multiplicationem illic/quę per minima & quaſi ſuperuacua/& diſiunctim fiat: quemadmodū apud nos fieri ſolet. Nō autē quę uel in ſpēs uel in neceſſaria fiat/uel ſūmatim colligatur in unum. Proprie uero uerat multiplicare principia rerūq; capita. Quod autem plures ītellectus eſſe uelit oſtēdit/ubi ait ītellectus eſſe ſūmas aīarum rōnalium partes: ipſasq; animas differre inter ſe paſſionibus & naturis.

**Anima mundi alligat ſibi corpus ſuum/& ꝓ hoc quaſi alias animas. Item qūo etiam anima propria det corpori uitam.** Cap. VII.

REprobat iterum/quod aiam genetricem mundi dicant aiæ noſtræ more in hac fabrica laborare: & ab ipſo contẽplationis officio diſtrahi. Ait enim: Cum tota machina ſit aiæ mũdanæ ſubiecta/nihil illi reſiſtere: nihil efflue re proprii: nihil alieni contrigere. Item totam corporum molẽ ab ipſa aia perifu ſam uitam tum iter ſe colligati/tum aiæ deuinciri: ꝓfuſq; ſubeſſe. Aiam uero no ſtram ad corpus accedere/quaſi quoddã hactenus mundi mẽbrũ. Atq; iam inde quodãmõ uiuens ĩ gremio totius aiẽ/ſic illi ferme cõnexum/ſicut fętus in aluo. Itaq; uenientẽ extrinſecus aiam alligari aiali quaſi iam facto: neq; pęnitus domi nari. Aiam uero mundi ſibimet aial generare: Ipſũq; ſibi potius: q̃ ſe ipſi ligare. Ideoq; nihil in aialis paſſionibus aliquando compati. Quod.n. tanq̃ deterius ẽ præſtantiori cõnexũ pati quidẽ ſolet/ſi patiaẽ illud: neq; tamẽ fit econuerſo. Tu uero memento: q̃uis aia noſtra nãciſcaẽ corpus iam uiuũ: nihil tamẽ prohibere: hanc quoq; adhibere corpori uitã: ceu lumini lumen. Hic.n. uita prior ad actum & proprietatẽ uitę poſt uenientis facile trahitur. Hæc.n. eſt ĩ proprio corpore po tior: atq; ſi ad alterã compareẽ/ quaſi ſubſtantiale quiddã ad aliq̃d accidẽtale ſe habere uideẽ. Cõcludit deniq; uniuerſum ubiq; bene diſponi/ad bonũ uidelicet cõmune ꝓductum. Siqd uero icõmodi interea partibus q̃buſdã accidat: inde cõ tingere quod in firmitate ſua uel ipſũ totius ordinẽ rite ſeq̃/uel impetũ ſubſtine re aut deuitare non poſſint. Animaduerte uero ĩ compatione Plotini intellectua lem aiam poſſe tũ ipſam ordinẽ fatalem effugere: cũ a ſupiori ꝓncipio pendeat: tum ẽt ordini huic libenter ac diligenter obſecũdare: tum deniq; hoc ſibi cõmen dat ũ corpus ita cũ hoc ordine conformare: ut quãdoq; deuitet incõmoda.

¶ Faber mundi non mutatione ſui ſed poteſtatis naturalis copia fecit mũdum tanq̃ Dei ſtatuam.

/ Cap. VIII.

QVando interrogant̃ heretici/quã ob cãm mũdi faber cõſtruxerit mundũ/ reſpõdent: quoniã a contẽplatione cecidit: ac uelut ambitioſus ad agen dum ſe cõtulit atq; impandum. Præſtabat aũt naturalẽ aſſignare fęcundi tatem q̃ uoluntatis iniqtatem. Atq; ita ĩterrogantibus reſpõdere. Sicut calor qua rõne calor/naturaliter calefacit: & lux qua lux/illumĩat naturaliter: & ſimiliter ui ta uiuificat. Sic potentiſſimũ illud agens poteſtatis ſuæ naturalis pręſentia facit. Oío uero contra religionẽ oẽm atq; philoſophiam eſſe uideẽ quod dicebant he retici: opificem mundi prius ĩ ſe formaliter ꝓmutatum q̃ faceret mundũ. Atq; fa cultatis opificiæ quæ ſempiterna eſt/ĩmo idem eſt ibi quod ſempiternitas/initiũ aliquãdo contigiſſe: quãdo.s. opifex ille ꝓp lapſum a melioribus factus eſt ĩpo tentior. Eſt & contra religiõem uituparе mundũ tanq̃ malum. Nam & in geneſi Moyſes ait: Tum ſingula ĩ mũdo bona /tũ cuncta ualde bona mũdi artificẽ effe ciſſe. Huc tendit & illud. Cæli enarrant gloriã dei: & opa manuum eius annũtiat firmamentũ. Sic itaq; magnitudo poteſtas & motus uniuerſi mirabilem diuinita tis poteſtatẽ nobis oſtendit: ordo mirificus ſapientiã: pręſertim ĩ tanta rerum ua rietate ſeruatus. Vſus quoq; ad optimũ ubiq; cõducens/declarat ꝓculdubio bo nitatem. Poteſtatẽ inquã/& ſapientiã & bonitatẽ non ſolũ quę ſit in opifice: ſed quę cõmunicata ẽt ſit opificio. Alioqn nõ poſſemus opificii huius contẽplatio ne/talia de opifice iudicare. Quamobrem ſatius admodũ foret uniuerſum hoc

Platonico more quasi Dei statuam honorare: & quæ ī eo excellētiora sunt/ranq̄ certiores statuas idearū/q̄ hereticorū more uituparе. Impiū. n. esse Platonici iudicant statuas dei uiuas ab eodē fabricatas/positasq; ī templo mūdano ad cultum legitimū oībus demōstrādū despicere: ne dū criminari. Nā & qd sibi uelit illud: In sole posuit tabernaculū suū: non est negligendū. Non solū itaq; mūdus diuina mentē dissimiliter imitaī/ut hęretici ferunt/sed imitaī quoq; similiter. Dissimilis qdē imitatio ītelligitur/ubi per oppositionū uices fit cōpatio. Sicut illud ī materiale/īdiuisibile/īmobile: ita hoc uicissim materiale/diuisibile/mobile. Igitur sicut illud bonū est: id ita malū. Est aūt ī mundo erga diuinā mentē p similia īsu per imitatio quædam: quatenus opus hoc repræsentat essentiā illā/uitā/intelligētiam/ideas: īmo & unitatē ipsam atq; bonitatē. Igiī & hoc ē bonū ranq̄ imitatio boni. Emanare uero hoc inde Plotinus existimat naturali quadā bonitatis illius exuberantia. Sed cām adæquare non posse. Terrā post hęc plenā esse inqt īmortalium aialiū: similiterq; sparū usq; ad cęlū: multoq; magis & ipsū cælū. Immortales ī terra sunt aiantes ultra ipsam terræ aiam/ saltē aiæ nostræ cælestibus hic ērunt coniunctę corporibus. Vt prætermittā quod Orphici terrestres ēt dęmones ītroducunt. Immortales ī aere pariter atq; ęthere sunt dęmones/saltē quantū spectat ad cælestre illorū corpus. In sphæris quoq; cælorū oībus īmortalia diuinaq; sunt aialia ipsę. s. stellę. Sunt & q in orbibus planetarū ultra planetas in quolibet ponant dęmones quasi stellas ita suo planetæ subiectos/sicut ī firmamēto a maioribus regunt̄ stellę minores. Mitto q̄ ideę cunctæ sunt ubiq;: quas solent aialia intelligibilia nuncupare. Quālibet deniq; ītellectualē substantiā ubiq; similiter esse posse ī Theologia tractamus/& tractabimus alibi. At siqs cōuicerit hominū atq; ēt dęmonū aīas posse quādoq; uehiculū cælestre deponere: ex quo aīal eiusmōi non sit īmortale. Primo qdem dicimus/non facile istud admitti. Deīde si admittatur/depositionem eiusmodi corporis haud proprie mortē esse dicendā: qa nec fatali naturali ue cursu: nec uiolentia foris illata uel ītus accidat: sed facili quadā quasi depositione uestis atq; uoluntate. Deniq; si cū terrena cōcedāt uiuere: forsan negent cęlestia uiuere: audiant Theophrastū dicentē non esse philosophum q neget cælestia uiuere. Sin uero cælestia rōne priuent: quę mirabili rōne semp in cedunt: aīaduertant quandoq; se esse uel oculorū uel rōnis expres. Si negēt mundum esse a bono: audiāt mundū ita his reclamantē. Cū assidue uos ordine meo ad diuinā prouocē sapientiā atq; uitam: scitote me ex diuinitate pendere.

## Gnosticorū errores nō minus christianis q̄ Platonicis aduersantī. Cap. VIIII.

IN sequentibus uero dum confutat ieptas hereticorū criminationes ī mundum: aīaduerte ī mundo esse tres præcipue gradus. In primo poni sphærarum stellarūq; motores. In secundo sphæras. In tertio composita īfra lunā. Ac sine graduū horum distictione mundū non esse pulchrū. Similiter tres humanę uitæ gradus: Sunt. n. diuini hoies: sunt humani: sunt & quodāmō bruti. Simili rōne diuersitas apparet ī ciuitate ēt rectissime cōstituta. In eiusmodi uero distinctione & ordine pulchritudinem tū uitę/tū ciuitatis esse memēto. Notabis ītereа cælestres deos īferioribus singula prouidere: Ac dęmones sub luna plurimos esse bonos: hoibusq; meliores: Concedi tamen dęmones aliquos esse malos. Scito

præterea tã ſtultã fuiſſe in Gnoſticis hereticis arrogantiã: ut nullã dicerent uirtutis ſpeciẽ eſſe poſſe/niſi in eis q eandẽ hereſim ſectarenť. Itẽ malos eſſe hic dęmones & angelos oẽs: Rectores quoq; ſphæratũ cæleſtiũ eſſe prauos: Ipſãq; totius mundi uitã. Deniq; nullũ uſq; numen honorandũ quoquo modo eſſe uel iuocãdũ:ſed primũ tantũ ſine medio exorandũ: Atq; ad id qdem ipetrandũ ſolã hereſis ſuæ profeſſionẽ & uerba quędã ritusq; ſufficere. Neq; neceſſariam ad hoc eſſe exactã uitę morũq; puritatẽ. Deniq; peſſimũ quẽq; hereſis ſectatorẽ uniuerſo melioręẽ eſſe cenſendũ. Vt nõ mirũ ſit Plotinũ his ẽt actius idignari. Notabis deniq; ſicut maxima nobis potentia ſolis elucet/ ſi cõuincamus ab eo ſolaria eſſe q̃plurima.i.oium ubiq; lumina:Sic mira dei potentia fulget: ſi ab uno Dii multi fiant atq; dependeant. Deos poſt hæc ait/tũ quę deo ſuperiori/tũ quæ ipſis placẽt/hominibus iſpirare. Deos hic accipe tũ ſtellarũ aias/tũ dęmones bonos. Stellarũ.n. aiæ quæ a mente aię mundi/menteq; diuina/decreta ſunt/dęmonibus: Hi nobis inſpirant. Tu uero dũ Plotinus iuehiť latius i hereticos/memento neq; legitimũ chriſtianorũ genus hic attingi:neq; ipſã Chriſti perſonã. Quoniã Gnoſticorũ errata non minus a Chriſto ſunt q̃ a Platonicis aliena. Et profecto ſi Porphyrius q cauſã ſuſcepit cõtra Chriſtianos Chriſtũ oraculis cõfirmãtibus iudicauit ſapiẽtẽ & piũ atq; beatũ:merito Plotinus q ſolũ cõtra quoſdã hereticos agit:Chriſtũ a maledictis cenſet excipiendũ. Nec iniuria illos iſequtur/q aſſerebãt mundũ eſſe natura malũ/atq; a malo. Aias noſtras eſſe mundi aĩa meliores/fieriq; etiã meliores angelis. Et id quidẽ abſq; labore ullo & purificationis officio/ ſola.s.hereſis illius confeſſione: Et qbuſdã ritibus/& certa quadã pronũtiatione uerborũ:neq; licere cuiq̃ aliter fieri bonũ. Deniq; deũ ipſũ ſolius humani generis curam habere. Totius uero mundi rerũq; mũdanarũ prouidentiã apud deũ eſſe nullã. Quę quidẽ chriſtianæ legi non minus q̃ Platonicis aduerſanť. Nã ſiue Paulũ audias ad Romanos/Deũ diſces non unius tantũ:ſed oium eſſe gentiũ:ſiue euangeliũ/ cognoſces deũ uniuerſo uſq; ad minima puidere. Itẽ cõfirmari propheticũ illud: oẽs uidelicet poſſe dici deos:ac filios excelſi oẽs. Et una cũ Propheta pręponi angelos aĩabus. Arrogantiã maxime oium extirpari. Solo ſpũ & ueritate Deũ adorandum .Sola morum puritate fęliciter promerendũ:& id quidẽ munus laborioſiſſime comparari.

## Confirmatio ſuperiorum. Cap.XII.

IN capite iterũ duodecimo planius quoq; pſpicies:non chriſtianã legẽ ulla ex parte/ſed ſuperbiſſimã Gnoſticorũ hereſim iprobari/falſos Zoroaſtris libros fingentiũ:philoſophię ſũmũ profitentiũ:Platoni ſe arrogantius in ſapientia pręponentiũ. Quibus ẽt decepti fuerint philoſophantiũ multi familiariũq; Plotini anteq̃ Plotino familiariter uterenť. Quid uero dicã?Vbi hereticum illud ſtultiſſimũq; deridet:ipſũ mundi fabrũ apellant ſapientiã ſimul & aĩam:ſapientiã qdẽ:quatenus ante ĩtellectu uiuebat. Aĩam uero: quatenus eſt ĩclinatus ad fabricã. Ambigunt iſuper/utra uis eius prius ad mundi fabricã declinauerit. Addunt cæteras aĩas conſequenter tunc ad corpora deſcendiſſe tanq̃ huic fatali lege connexas:ac ſimul annuiſſe corporibus ſapientię mẽbra.i. dęmones. Tum uero fabrũ infudiſſe materiæ nonnihil imaginariũ:atq; deiceps ex hoc imaginario materiali/ imaginariũ aliud adhuc uanius reſultaſſe tãq̃ remotius a ſubſtãtia

& forſan adhuc aliud: idq; extremũ eſſe mundum: ut cõuincatur id totum eſſe uaniſſimum.

¶ Vita quę in corpus pendet ex aĩa/ut actus aĩę eſt ĩmortalis Cap. XIII.

OBſeruabis ĩ capite decimotercio uitã irrõnalẽ quę ex ſubſtãtia rõnali depẽ det uelut imago eius & actus/nullo modo ſubſtineri a materia: neq; ſub iecti alicuius fieri qualitatẽ:ſed ſolũ exiſtere ex aĩa/& q̃ſi emicare:ſicut ra dius uiſualis ex oculo aĩalis nocte uidentis. Cui ẽt ſi non contigat extĩgui:con tingit tamen nõ emicare aliquãdo uel emicare:& ſolo pendere ex oculo.

¶ Penes intentionem ipſius naturæ totum prius eſt q̃ partes operis:ac totum ſimul inchoatur. Cap. XIIII.

IN quartodecimo capite notabis:quoniã natura per formã agit: agitq; to to formę totius ĩpetu/ad totã pęnitus propagandã: ideo primum in ipſa naturalis agentis intentione formã eſſe totius & integrã. Itaq; totã una cũ partibus quodãmõ cunctis ex uigore intus agente funditus inchoari. Sic ĩchoan tur plantarũ & aĩaliũ ſpẽs:ſic ex diuina cauſa totus ſimul mundus effluxit.

¶ Cælũ calere quidẽ & calefacere:non tamen urere:nec obeſſe. Cap. XV.

IN capite quintodecimo memento cælũ calere q̃dẽ & calefacere/ ſed nõ ure re:quod addebant heretici. Si ĩ omni uiuente corpore una cũ ingenita uita congenitus eſt & calor. corpus certe primo uiuens calet & primo: & calefa ciẽdo cuncta uiuificat: Atq; cũ augeat & foueat oĩa nihil urit. Quod q̃dẽ calefa ciat/non motu ſolũ/ſed natura patet:qa diffuſis ſine motu per oĩa radiis calefa ciet: & ſola radiorũ in ſeipſos multorũ collectione ẽt ſi collidaĩ/ nihil uehemen tius calefaciet:non tamẽ naturaliter urit: Alioqn tũ magnitudine ſua/tũ celerita te motus totũ reliquũ repente conſumeret. Quod ãt ignes accendanĩ ĩ alto/ nõ ab æſtu cæli/ſed forſan ex aeris illius anguſtia prouenit. In quo calor ex calore motuq; cæli leuiter primũ accenſus/ euadit paulo acrior anguſtia loci. Cui cũ ſe applicat ſubtilis uapor & ſiccus atq; ſulphureus/ fit feruor longe uehemẽtior in uapore. Vbi ẽt ex motu uaporũ cõcuciente calor itendiĩ. Verũtamen plus adhuc eſt ibi luminis q̃ caloris. Fulgur aũt ab iferiori ſede ex cauſa uiolentiore demitti tur. Poſt hęc notabis:cũ cæleſtiũ natura generet oĩa/& uiuificet/& cõſeruet eã na turaliter eſſe bonã. Tũ uero quæ iniqua cenſenĩ/inde ſignificari/nõ fieri. Deniq; quæ apud nos ſub cõmuni cæleſtiũ influxu fiũt/effici inter ſe differẽtia:tũ ꝓpter ſpẽs differentes/tum pp uarias fortunas ſingulis cõtingẽtes. Varias inq̃ ꝓpter net ad anni tẽpora/locaq; diuerſa/affectioneſq; aĩorum. Hęc ergo nõ ex cęlo exi ſtere differentia:ſed quod daĩ cęlitus ĩfluxu cõmuni pp hæc accipi differenter. Gradus uero bonorum a maiori ĩ minus p ipſã boni latitudinẽ procedentes/ne fas eſt/tanq̃ malos uituperare:atq; hĩc improbare ipſã uniuerſi naturã. Ridiculũ quoq; ex eo ꝙ progredientibus ordine rebus interi mali aliquid ſubrepat: prin cipium inferre maleficiũ:quaſi malorum ſit efficiens cauſa potius q̃ deficiens/

ac propoſito quodã comitantur potius q̃ ſorte contingãt. Profecto dũ intentio ne naturæ ab ipſo rerũ principio procedẽtis/certæ generanť formæ/ ideoq; bona fiũt conſequenter formæ aliæ cedunt: quod malũ eſſe uideť. Cũ igiť eodẽ motu quo p ſe fit bonũ: per accidens contingat & malũ: nemo debet ob differentiã bonorũ atq; malorũ contraria quædã principia ponere. Ac præter pricipiũ bonũ introducere malũ. Multoq; minus p naturã primã eſſentiaq; malũ. Alioqn eſſentia & eſſe erit malũ. Appetiť tamen tanq̃ bonũ: & oppoſitũ eius reſpuiť uelut malũ. Præterea principiũ agit ſequẽtia quatenus eſt efficax & ī actu/ agitq; per formã. Hęc uero ſunt bona. Nõ eſt igiť ipſũ malũ. Neq; facit per ſe mala: ſed ſimilia ſibi .i. formalia/ideoq; bona. Malũ uero ad formę priuationẽ attinet: quę accidit nõ intendiť. Per hæc igiť & Gnoſticorũ & Manicheorũ cõfutatus eſt error.

¶ Oratio non adoratum deum numenq; mutat/ſed adorantẽ. Cap. XVI.

CAput decimũ ſextũ deridet hereticos q̃ putent uerbis ritibuſq; humanis e ſuo habitu flecti cæleſtia corpora aiaſq; cęlorũ numinaq; cælo ſupiora. Itẽ q̃ oẽm orationis uim ī uocũ modulis/& odoribus/characteribuſq; conſtituãt. Præterea q̃ morbos oẽs nihil uelit eſſe aliud q̃ dęmõia. At euãgelica doctrina deum in ſpũ & ueritate pręcipit adorari: neq; deũ mutari uult/ſed adorãtem. Multoſq; curat ægrotantes non occupatos a dęmone.

¶ Non adoratio/ſed uirtus ipetrat a deo diuinũ munus. Cap. XVII.

UNus prouidentiæ propriũ elucet ī oprima uniuerſi diſpoſitione: & ī optimo mundani opificis habitu. Totũ hoc ſtulte nimiũ auferebant hereti ci: dũ in mundi diſpoſitione uituperanda/dominũ auctorẽq; ꝓuidẽtiæ incuſabãt. Iam uero ut conuincerẽt nihil eſſe ī mundo boni: dicebãt nullas uel naturæ uel hominũ leges eſſe bonas: & quæ uirtutes dicunť nihil eſſe: Neq; ipſi de uirtutibus aliq̃d loquebanť: neq; de purgandis animis penſi quicq̃ habebant. Prędicabant. n. ſiqs dũtaxat cogitaret deũ/ certiſq; apud eos precibus ĩuocaret/ oĩa prorſus ipetraturũ: etiã ſi perturbationes ſenſuũ nullas expellat. Quibus certe nihil ab euangelica doctrina eſt alienius. Nõ. n. q̃ dixerit domine domine: & quæ ſecunť. Memẽto uero quod ait: Abſoluta uirtus deũ nobis oſtendit. Sicut .n. ꝓceptio caloris ignei ad ſũmum ꝓducta/ materiã lumine ꝓtinus ĩplet/ facitq; ignẽ: ſic ẽt ipſa per uirtutẽ imitatio dei/aĩum tãdẽ diuinũ efficit atq; deũ: Aĩuſq; ita ſeipſũ uidendo/uidet & deum.

Platonici facilius admittũt dogmata Chriſtianorũ q̃ Gnoſticorũ. Cap. XVIII.

HAc age/Plotinũ a græcis chriſtianis audiſſe: ab Iohãne Damaſceno præſertim: ultimũ quendã ordinẽ angelorũ defeciſſe a Deo: corporibuſq; ex aere craſſiore poſt hęc incluſos/nõ reprobabit hęc: ſed Platonicis prorſus accomodabit. Quod q̃dẽ chriſtianæ legi non repugnare Romanus tradit Egidius. Non põt autẽ non actiter ĩdignari: cũ audit totũ mundũ ab angelo quodã peſſimo peſſimũ fuiſſe creatũ. Itẽ q̃ ꝓfiteantur heretici ſe numinibus cęlo ſupioribus

acceptiſſimos eſſe: dum cælorũ rectores q̃ ab illis depẽdẽt/ſuntq; ſimillimi/tanq̃ malos acriter deteſtanť: totũq; mundũ ordine diſpoſitũ diuiniſſimo execrantur ut malũ. Ac deũ prædicant ſolius hominũ generis curã habere. Totũ uero mundum ī quo eſt homo/ cuius ordini cõnectunť humana/ne proſpicere q̃dẽ. Quæ adeo ridicula ſunt/ut abſurditate ſua ſatis redarguantur.

De mundo animali: dęmonibus: pulchritudine. Et q̃ pulchritudo procedit ex bonitate: atq; eſt ſignum bonitatis. Cap. XVIIII.

Egrega ſi potes a mũdo dimẽſionem atq; materiã: Relinque cętera: ſphęram habebis ītelligibilẽ. i. aĩalem atq; multiplicẽ. In qua q̃dẽ aĩa prima cõgruens uniuerſo ſecundũ uirtutẽ orbis amplior erit. Orbes ſubĩde uelut uirtute anguſtiores /reliquæ p̃ ordinẽ intellectuales aĩæ: ſic alia ferme potẽtia cõplectens aliã: ſicut ī his quæ uidenť/orbis alius amplectiť alium. Sed ī aĩali mundo q̃a nulla dimenſio diſtrahit/quodlibet paſſim totũ in toto quolibet reꝑitur. Eſt aũt ibi motus atq; circuitus/ qualis ītellectuali aię cõuenit. Dimẽſio uero nõ actu q̃dẽ/ſed potentia quadã actui proxima. Nã ex uirtute aĩæ protinus p̃ceſſura eſt corporis ſpẽs/certã ab aĩa in materia exigẽs q̃titatem atq; figurã. Et quatenus ſe extendit poteſtas aię proceſſoria: eatenus prouiribus extendiť in corpore quãtitas. Profecto ſiq̃s inſpexerit intimã aĩæ motionẽ/ uidebit & formalẽ ibi diuerſitatẽ/& p̃p̃ motũ tẽporale ab alio quodã actu in aliũ/interuallũ. In hac ergo diuerſitate in hoc aĩalis circuitus interuallo/incipiet iã dimẽſionem futuri corporis orbiſq; ſuſpicari: ſicut aliq̃s ex crebro quodã ſcintillę uibratu orbẽ continuũ ſuſpicaťur. Eſt aũt uniuerſũ illud ſphericũ aĩarum/ex ītellectualibus q̃dẽ facultatibus ſtabile/quaſi centris poliſq; q̃buſdam/ex ſequẽtibus uero potẽtiis mobile. Ex illius ãt ſtatus motuſq; uigore fit mundus corporeus/& cõſiſtit atq; moueť. Ex cuius p̃ſpicua miraq; pulchritudine decet naturalẽ ipſius & ītimã bonitatem exiſtimare: atq; ex his duobus pulchritudinẽ & bonitatẽ aĩæ cõiectare. Proinde ubi ait dęmones ſentiri poſſe/atq; eſſe pulcherrimos: intellige ſentiri q̃dẽ poſſe: quẽadmodum ī libro de pulchritudine diximus. Pulcherrimos inſup eſſe/quos Magnus Baſilius bonos nomĩat angelos: habẽtes corpora partim ignea partim aeria/lucidiſſima pulcherrimaq;: ſicut ſignificauerit Dauid: dicẽs angelos dei miniſtros eſſe ſpũs atq; flãmas. Sic ergo putat Baſilius Angelos cõmodius mutare locũ: q̃ſcere: miniſtrare: ac ſine fallacia ſenſibus ſe offerre. Eandẽ Pſellus aſſerit apoſtoli Pauli fuiſſe ſententiã. Hac iraq; rõne ſiue dęmones bonos ſiue angelos nominare mauis/ſunt ī corporibus benefica numina/ honore cultuq; aliquo digna/ ex Platonicorũ ſententia ſimul & Chriſtianorũ/cõtra ſentẽtiã Gnoſticorũ. Qui dũ benefica ex mundo numina tollunt/ puertunt ordinẽ uniuerſi: & ea ſibi adimũt media: p̃ quæ ſũmis cõciliari cõmode poſſent. Sũmatim uero quæcũq; ſunt extrinſecus re uera pulchra/ſunt & naturaliter ītus bona: Siq̃dem ex intimę formæ p̃fectione atq; uictoria ſeminariæ rõnis ſup̃ materiã/prouenit externa formoſitas. At ſi deficit ſpẽs intima/tũc res ipſa & diminuta eſt in melioribus. i: intimis: & deficit a melioribus. i. ab illis quæ ſũt in gradu præſtantiora: nec abſolute pulchra ẽ: ſed pulchritudine mutilata. Vnde Porphyrius dęmones quorũ animi ſunt iniqui/corpora quoq; dicit habere deformia: quorũ uero probi ſunt animi/

corpora insup esse formosa. Et Origenes ex luce ordineq; cęlestiũ argumẽratur spũs illis inesse deo propinqores: lucidæq; itelligẽtiæ cõpotes. Atq; una cũ Apostolo Paulo spũs a deo longe degenerãtes corporibus ex aere caliginoso cõcretis includit. Profecto si corpus depẽdet ex aĩa: nimirũ talis quædã corporis dispositio a tali quadã affectione aĩæ prouenit/siue naturali siue more naturæ perhabitũ iam contracta: siue affectu & inclinatione ppensius quandoq; concepta: Pręsertim quãdo corpori primordia dantur/& q̃diu insup incrementa. Corpus itaq; pulchrũ signũ est aĩæ pulchrę. i. harmonicæ pęnitus atq; lucentis: & oio bene cõcinneq; se habentis q̃tũ spectat tũ ad cogitationẽ imaginationẽq;: tũ ad affectũ seminariãq; naturã. Turpe uero corpus est aĩæ incõpositæ signũ: & inhabitum uel affectũ dissonũ iam prolapsę. Cũ ergo mũdus pulcherrimus sit/pulcherrima simul & optima est aĩa mundi: similiterq; sphęratũ aĩæ omniũ atq; siderũ. Apud nos qdẽ potest forte/sed raro ĩ corpore formoso esse aĩa ipræsẽtia nõ formosa: quoniam aĩa quæ ab ipso conceptionis initio formosa fuit: postea paulatim deformis euasit. Sed omnino pulchra erat quondã: quãdo elegit cępitq; pulchrũ corpus effingere/sub pulchro sidere rursũ atq; dęmone. Potest qnetiã esse aĩa pulchra iterdũ in corpore nõ formoso. Vel qa quæ quondã pulchra nõ fuit/pulchra tandem euasit. Vel quoniã sæpe aĩæ pulchræ molienti formosũ corpus effingere/ipedimentũ quoddã ex his quæ circũstãt & quæ cõfluũt cõtingit uel cõtingit. At aĩæ mũdi neq; accedit qcq̃/neq; recedit/neq; obstat ipedimentũ. Nihil enĩ uniuerso tale potest accidere.

¶ Anima nostra quia est soror animæ mundi/potest & fatalia superare: & ad illius beatitudinem peruenire. Cap. XX.

QUi ait aĩam nostram esse sororẽ aĩæ mũdi atq; cælestiũ animarũ/memento aĩam intellectualẽ neq; esse partem neq; prolẽ mũdanæ aĩæ cælestiũ ue aiarũ. Itẽ posse quãdoq; ad earũ beatitudinẽ pueníre/fieriq; illarũ quodãmõ in mũdi gubernatione collegã. Pręterea posse nõnunq̃ quãdo se recipit in seipsã fatales ictus aut minuere/aut etiam deuitare. Deniq; nõ licere ex hac mũdana custodia uinculis ui solutis abire/ Ac multo minus fas esse cælestes sphęras uel animas incusare.

## ¶ LIBER NONVS CONTRA GNOSTICOS

¶ Tria tantum principia sũt. Ipsũ bonũ: mens: anima. Cap. Primum

QVONIAM Ex aliis disputationibus nobis cõstat ipsius bonì naturam esse simplicem atq; primã: nisi. n. prima esset/simplex esse nõ posset: constitit & in seipsa nihil habere: sed unum esse duntaxat/atq; etiã ipsius quod dicit̃ unũ eandem esse naturã. Et. n. hęc non prius qdem aliud qddam est: deíde insup unũ: Neq; ipsũ bonũ aliud qddam est/& præterea bonũ. Cũ inquãita sit/nimirũ quando dicimus unũ: & quãdo dicimus ipsũ bonũ/intelligẽdum est unam nos eãdẽq; naturam significare: adeo ut nihil de illa prædicemus oío.

Sed nobis ipſis potius illã quoad poſſumus deſignemus. Atq; & primũ iccirco
dicit/quoniã ſimpliciſſimũ:itẽ ſeipſo ſufficiens:quoniã nõ conſtat ex pluribus.
Alioqn in ea ex qbus componit referret. Rurſus nõ eſt ĩ alio:quoniã quicqd ẽ
in alio:eſt & ab alio. Itaq; ſi neq; ab alio neq; in alio: neq; ulla ĩ eo eſt cõpoſitio:
neceſſe eſt eo nihil eſſe ſupius. Quãobrem nõ eſt conandũ in alia pricipia ſe con
ferre. Sed hoc propoſito itellectũ deide/quod ue primo itelligit: mox aiam poſt
intellectũ collocare debemus. Hic.n. naturalis ordo ẽ. Ideoq; neq; his plura neq;
pauciora in genere itelligibili decet cõnumerare. Nempe ſiqui pauciora ponant/
uel aiam & intellectũ/oio idem eſſe dicent/uel itellectũ idem prorſus atq; primũ.
Hæc ãt inter ſe eſſe diuerſa:ſæpe ẽ demõſtratũ. Reliquũ uero ẽ ipręſentia pſcru
tari:ſi plura q̃ hæc tria ſint/quæ nã præter has naturę ſint. Profecto cũ ipſum uni
uerſi pricipiũ/ita ut modo dicebamus ſe habeat:nemo principiũ ullũ ſimplicius
& excelſius potent inuenire. Nõ.n. pricipium qdem alterũ ĩ potentia/alterum in
actu audebũt ponere. Ridiculum nãq; eſt ĩ his quæ ĩ actu & abſq; materia ſunt/
p diſtinctionẽ quandã potentia actuq; diſtributã naturas plures iducere. Sed neq;
etiam ĩ ſequentibus cõmentari licet/ itellectum qdem alterum ĩ qete quadam po
ſitum:alterũ uero uelut ĩ motu. Quæ nã itellectus quies?quis ue motus atq; pro
greſſio ſiue ꝓgatio?Rurſus quod huius ociũ/quod ue opus alterius? Eſt.n. ſicut
7 pẽpet eſt itellectus eodẽ modo ĩ actu ſrabili cõſtitutus. Motus ãt uel ad ipſum uel circa
ipſum iam aiæ ẽ officiũ. Atq; & rõ ab itellectu ĩ aiam uſq; procedens aiam reddit
itellectualem:neq; alia quandã adducit naturam itellectus & aiæ mediã. Proide
neq; ob id itellectus decet plures iducere/quod alius qdem itelligat:alius aũt in
telligat alium itelligere. Et.n. ſi ĩ his aliud ẽ ſimpliciter itelligere:aliud aũt itelli
gere quod itelligat: Abſq; controuerſia tamen unus ibi uiget ituitus/quem actio
nes propriæ minime latent. Abſurdũ nãq; eſt/aliter de uero itellectu ſentire. Sed
ipſe idem prorſus erit q intelligit:& q itelligit ꝙ itelligat. Alioqn hic qdem eſto
ſolum itelligens/ille uero aiaduertens hunc intelligere:ubi uidelicet alius qdam
intelligat/potius q̃ qui animaduertit. Quod ſi dixerint duo hæc excogitatione
quadam iter ſe differre:primo qdem nõ poterũt ſubſtãtias ibi plures adducere:
deide opępreciũ ẽ cõſiderare: nũqd ulla excogitatio uel cõmentũ potius admit
tere poſſit itellectũ duntaxat itelligentem:neq; tamẽ aiaduertentem ſe itelligere.
Quod quidẽ ſi nobis accidat:q circa ipetus & cõſilia ſemp icumbimus:ẽt ſi mo
derate ſtudioſi & ꝑbi ſimus/cãm crimẽq; iſipiẽtię nobis afferet. Iam uero quãdo
intellectus ille uerus ĩ itelligẽdo itelligit ſemet ipſũ neq; extra itelligentẽ itelligi
bile ponit:ſed itelligens ipſe ipſũ intelligibile eſt/neceſſario ĩ intelligendo habet
ſeipſum/uidetq; ſeipſũ. Se uero uidens profecto itelligentiæ non exprem:ſed in
telligentẽ uidet. Quapp ĩ ipſo primo itelligendi actu habet & quod itelligat &
quod intelligere ſe intelligat/tanq̃ unũ prorſus exiſtens:Neq; ullo excogitatio
nis figmento/quod unũ eſt/ubi fit duplex. Ac ſi ſemp id ipſũ quod ẽ/intelligit/
qs nam locus illic commento datur/ſepanti quod eſt ſimpliciter itelligere/ab eo
quod ẽ aiaduertere quod itelligat?Quod ſi tertiũ cõmẽtum iſup qs attulerit/ul
tra illud quod dicebat itelligere quod itelligat/iã ulterius fingẽs itelligere quod
itelligat itelligere/ iam prorſus quod in hac opinione abſurdũ eſt clarius appare
bit. Neq; qcq̃ prohibebit quo minus ĩ infinitũ ita uagemur. Quod ãt rõnẽ quan
dam adducunt ĩ mediũ ab intellectu manantẽ a qua deinceps alia quædã rõ fiat

in aīa/ut uidelicet illa tō iter ītellectū aīamq; ſit media/cogit aīam carere ītelligen tia:ſiqdē nō ab ipſo ītellectu/ſed ab alio quodā medio accipiat rōnē. Iccirco nō rōnē ipſā hēbit:ſed quandā rōnis imaginē. Deniq; neq; ītellectū ipſū cognoſcet neq; q̄cq̄ ꝑrſus ītelliget.

¶ Cōfirmat ſupiora. Item q̄ diuerſo mō anima mundi & anima noſtra prouideat. Cap. II.

IGīt̄ neq; iis plura ī mundo ītelligibili:neq; excogitatiōes illic ſupuacuas/ quas nō admittūt ponere decet:ſed ītellectū unū eodē mō ſe ſēp̄ hēntem: ꝑrſus ideclinabilē:q & patrē ſuū ꝑ uiribus imitet̄. Aīam uero noſtrā parte qdē ſui penes illa uiuētē:parte uero ad hæc noſtra uergentē:parte deniq; ī medio col locatā. Cū.n.una ī pluribus potentiis natura ſit/aliq̄do totā una cū optimo ſui atq; uniuerſi ad ſupiora ſe cōferre. Aliq̄do uero quod ē ī ipſa deterius/tractū ad īferiora/una ſecū mediū quoq; cōtrahere. Totū uero ipſius nō licere ad īferiora unq̄ præcipitare. Atq; eiuſmōi paſſionē ob id accidere aīæ:q̄ ī optimo uniuerſi nō cōſtitit. In quo qdē aīa illa cōſiſtens quæ nō ē pars:& cuius neq; nos qdē par tes ſumus/tradidit uniuerſo mūdi corpori munera ꝑ ſuſcipiēdi potentia: ipſaq; interim ꝑcul ab ōi ſollicitudine uiuit:nulla uidelicet cōſultatione gubernās neq; q̄cq̄ corrigēs curioſe:Sed ex ipſo ſuo ītuitu ad ſupna mirabili potētia totum or nans. Quo.n.magis in ſuo ſe figit intuitu eo pulchrior atq; potentior:atq; hinc deſup hauriens ī inferiora trāſfūdit:& tanq̄ diuinitus ſēp̄ illuſtrata ꝑluſtrat.

¶ Mundum fieri nō a caſu aīę:ſed a poteſtate eius in diui nis ꝑnitus conſiſtente:lōq; ſēpiternū eſſe. Cap. III.

Emp igīt̄ illuſtrata lumēq; poſſidens ſēpiternū/deiceps ad inferiora tradu citur. Hæc āt hoc lumine ſēp̄ & cōtinent̄ & uitēt:uitāq; īde pro ſua quæq; ca pacitate ſuſcipiūt:perīde ac ſi igne quodā medio alicubi poſito calefiāt in de quæcūq; calefieri poſſint:Et ſi ignis ī mēſura quadā ē coarctatus. Quādo ue ro potētiæ nō coarctatæ mēſura/ uniuerſo nō deſint/qua nā rōne fieri pōt/ut exi ſtāt qdē hæ potētiæ?Nihil āt ſit alicubi quod earū ſit particeps?Profecto neceſſa riū ē unūquodq; aliqd de ſuo cæteris elargiri:alioqn neq; bonū ipſū erit bonū/ neq; ītellectus ipſe ītellectus erit:neq; aīa rurſus erit aīa:niſi poſt illud quod pri mo uiuit/uiuat & aliud cōſequēter q̄diu uiuit & primū. Quāobrē neceſſe eſt oīa poſt primū deiceps ſēpq; eſſe:& quędā in generatiōe uerſari:ꝓpea q̄ aliunde de pendeāt. Nō igīt̄ facta ſūt aliquādo!ſed fiebāt & fiēt/quotcūq; ī generatiōe uer ſari dicunt̄. Neq; ēt corrūpent̄ iis exceptis quæ hēnt ī quæ diſſoluant̄. Quod āt nihil ī quod reſoluaī hēt/īterire nō poterit. At ſiqs ī materiā dixerit reſoluēdū/ reſpōdeat/cur nō ſimiliter & materiā reſolubilē eſſe cōcedat:Quod ſi materiā in ſup fateaī:quæremus/quæ nā fuerit neceſſitas ut fieret? Ac ſi dicāt neceſſariū ēe/ deiceps cōſeq;/aſſeremus & nunc eſſe ſimiliter neceſſariū. At ſi relinquaī ſola/ſe quet̄ ut diuina nō ubiq;:ſed quodā ī loco determinato ſint ueluti quodā limite ſegregata. Quod ſi id fieri nequeat/cōſequens eſt/ut ꝑpetuo colluſtrerur.

¶ Cōfirmat ſupiora:ꝓbās mūdū nec eſſe ma lum nec a malo Cap. IIII.

Si aūt dixerint aīam q̄ſi iam cōfractis alis ꝑlapſā feciſſe mundū/obiciemus ipſā mūdi aīam id pati non poſſe. At ſi aīam aliq̄do prēuaricatā adducāt

motibus inferatur: ut Thaleti Anaximani Anaximandro placuisse ferunt. Alii principium cunctis uitale arbitrantur infusum: a quo passim necessitate fatali singula moueantur: quod nonnulli Stoici uoluerunt. Sunt & qui inter Astronomos reuolutionem celestium esse rerum principium arbitrentur & fatum. Neque desunt inter physicos atque metaphysicos/qui singula quotidie fieri putent a serie quadam connexioneque cunctarum inuicem causarum/siue celestium: siue supiorum: siue rursum inferiorum. Atque inde fatum omnibus iminere. Siue congeries eiusmodi causarum principium habeat unum/siue non habeat.

## ¶ Neque cogi neque fieri a corporibus oia: neque fatum neque presagium fore aliquid si principia rerum fuerint contingentia. Cap. III.

Corporum natura ab incorporea causa ꝓficisci/& ab una tandem oia oibus prouidente: in theologia satis ostendimus: Rursum coem corporum pulchritudinem in ordine & modo specieque cosistere. Atque hæc tria & ipsa pulchritudinem esse aliquid incorporeum in libro de amore ꝓbauimus. Atomorum quidem motum carere ordine Democritus ipse fatetur. Vnde no facile por summum ordinem uniuersi ex rebus dutaxat deterioribus ordine producere atque semp cotinuare. Oium insup corporum molem qua rone corporea est/ordine no seruare ex eo patet/quod ordo: modus: spes: pulchritudo in ipsa mudi mole præstantiora sunt quam ipsa moles: suntque insup incorporea. Quaobrem a præstantiori quadam incorporeaque natura & ronali atque uiuente ꝓpagantur in corpus. Idque ꝓxime aia est corporum agitatrix: itemque mens & ipsum bonum uniuersi principiu atque finis. Ordo igitur ipse & ro unde ordo/& aia in qua ro non secuntur corpora: sed præcedut: Iam uero quicunque tes oes ex inordinato corporum motu deducunt/no possunt fatale rebus afferre necessitate. Quinimo exptem ordinis cotingentia principiis introducere/nihil aliud e quam a rebus excludere fatum. Sic. n. nulla res oio determinate necessarioque proueniet: si nullus fuerit ordo: ex quo aliud deiceps consequatur ex alio. Nunc uero quod factum e/saltem postquam factum e dicitur necessario factum. Quia uidelicet dum ipresentia fiebat/quada necessitate fiebat. Atque hæc oibus siue circa præteritum/siue circa præsens coditionalis necessitas ex supiori quadam natura procedit/quæ simpliciter sit ipsa necessitas. Vnde costat no fortuna in principiis: sed necessitatem potius esse ponenda. Mitto ꝙ si nullus i rebus sit ordo/i quo aliud ꝓprie sequatur ex alio: nulla futurorum recta prædictio esse poterit: siue ex arte fieri soleat: siue instictu aliquo naturali: siue quoda afflatu diuino. Præterea ex atomis aliisue corporibus non pot in aiam ea uis & motio prouenire: qua uitali & sensuali uigore ex se mouetur & mouet: Qua tam repente/taque artificiose imaginatur tam uaria: Qua genus corporeu contemplado/& amado trascedit: Qua prturbationibus corporis aduersatur: Qua alie aie ad alias disciplinas/& has qde i corporeas sut aptiores: Qua deniq tamq liber & sui iuris agut: libertateque a necessitate discernut. Aiam uero here aliqua libertate i theologia latius disputamus.

## ¶ Non esse i uniuerso tantum unu agens. Cap. IIII.

Neque rursum existimandum e/mundum sic unum duntaxat aial esse: ut in eo non sit anima nisi una unicuque corpus. Et omnes ubique motus pariter

& effectus opa tantum eiusdem aiæ sint necessario procedentia: Nullaq; sit alia præter eã causa: nullum deniq; agẽs. Sic.n. & ordo tollit̃ causarũ: in quo fatum cõsistere cõmuniter arbitrantur: & dignitas mundo sũma detrahit̃/si unicum in eo sit agens atq; mouens: cætera patiantur tantũ atq; moueant̃. Perfectio.n. mũdi potissimũ ĩ eo cõsistit: ut uniuersum hoc maxime formale sit & agens: ĩ eoq; sit formarum & agentiũ ordo q̃plurimus. Pręterea cũ tota primi agentis natura sit ipsa efficacia ꝓrsus ĩmensa/res plurimas efficaces ideoq; agẽtes ex se ꝓpagat: quãdoquidem & ignis agens agentem generat ignem. Item primus ipse motor quęcunq; solus agit & mouet/q̃optime ꝑagit. Multa uero passim præter ordinẽ exactissimum atq; optimum/q̃tum in singulis est naturis/uidentur accidere. Ex quo patet/naturis sequentibus munus ad agendum ꝓprium nõ deesse. Deniq; intellectualis aĩa dum ad se cõuertit̃: dum uicissim in oppositas cõsultãdo ipsa se distrahit cõiecturas: dum opa naturæ imitat̃/emendat ĩstaurat: dum alias qui dẽ recte ꝓgreditur: alias uero pręuaricatur: Dũ & corporũ & aĩarum suꝑgreditur ordinẽ: ꝓfecto declarat nec esse se aĩalis uniuersi ꝑtẽ: nec illi necessario subditã.

Neq; nos a cælo cogi: neq; cætera a cælo tantum: & necessario fieri. Cap. V.

Tertii fatorum assertores sunt astrologi/nõ omnes inq̃/sed plures. Idq; fatum esse dicunt: quod suus cuiq; astrorũ conspectus necessitate decernit. Destinari uero inde suã cuiq; sortem ex eo confirmant/ꝙ astrorum obseruatione singulis uentura prænuntientur. Præterea quod ex accessu & decessu & habitudine luminum ĩ corporibus mutationes multę cõtingant. Plotinus autẽ nullo pacto ferre põt hoĩem in singulis motibus radiorum confluxu cęlestium necessario agitari. Quia neq; corpus humanum pars mundi cõtinua est: neq; aĩa hoĩs pars aĩæ mundi: neq; a mundi aĩa procreat̃. Habet ergo corpus humanum præter figurã ꝓpriã/ motorẽ quoq; intra se ꝓprium: ꝓpriũq; ꝓgressum. Motorẽ inq̃ intellectualem: Qui sane ꝑ intellectualem naturã trãscendit corpus uitamq; mundi. Quippe qui nõ sit pars uniuersi/sed ipse ĩ se aliquod uniuersum. Cũq; oĩs motio sit gratia boni: aĩus uero noster cõmunem ipsã totius boni simpliciter teneat notionem: in hac ãt bona singula cõprehendãtur: merito motus animi nõ ad hoc aut illud tanq̃ bonum necessario destinatur. Sed ad quodlibet pro cõiecturarum uarietate æque cõferre se põt. Iam uero lõga in singulis cõsultatio/ac ꝑ opposita uicissim pensitatio diligens/& exacta quædã electio/& mox ad coniecturas alias retractatio/ declarat aĩum nõ ferri natura quadã uel more uel ĩstinctu naturæ: Sed uniuersali potius liberaq; mouendi & agendi facundia. Cum igitur ꝓpriam naturam & efficaciã habeamus: ideoq; ꝓpriã insuꝑ actionem/merito non solum sub cælesti patimur actione: sed cælestem quoq; influxum pro efficaci proprietate suscipimus: ipsiq; aliquid inde ꝓpriũ agimus. Itẽq; aliq̃d mera nostra proprietate ꝑagimus. Mutatur etiã cælestis influxus circa nos ex natura locorum. Nam & sub exigua climatis cuiusq; particula/ubi etiã stellarum ĩfluxus est idẽ: eodẽ momẽto & semꝑ diuersa nascunt̃ atq; cõtingunt pro diuersitate situs/& terrę/aerisq;/& aquę & uẽtorũ/atq; uaporũ/morũq;/& legũ. Præterea similes plerũq; filii sunt parentibus & nutricibus ĩ quacunq; hora nascant̃ & nutriãtur. utpote qui plus admodum a suis q̃ ab hora suscipiãt. Atq; etiã si ob cõem

loci & generationis nutritiõisq; naturam forma iter se sint similes: sæpe tamen plurimum moribus & ingenio differunt. Quippe cum diuersitas aiorum tum ingenio tum moribus differens aliunde insup q̃ ex his corporeis causis oriat̃. Deniq; ubi aius incitamentis corporis aduersatur: idq; facit tranquillitatis & intelligentię gratia/ declarat se & opari libere/ & a corpore ꝓprio nõ dependere. Neq; igit̃ a celesti corpore. Quod qdem ꝑ nostrum corpus solum agere nos posse uidetur. Corpori uero nostro mentis tum uirtute/ tum gratia possumus relucrari/ uitamq; eligere menti cõsentaneam: q̃uis corpori noxiam. Ac sæpe dum similis ꝑmanet natura & incitatio corporis/ quædã dissimilia inter se quãdoq; solemus eligere pro cõiecturarum duntaxat uarietate. Atq; etiam ubi euasit natura corporis iã dissimilis: similia nihilominus eligere consueuimus/ si rõ similis ꝑsuaserit: utpote qui tunc nõ tam ex influxu corporeo/ q̃ ex intelligentiæ rõnisq; affluentia pendeamus. Quod autem nõnulli tradunt/ nostra hæc a stellis effici: qa significentur ex stellis/ cõfutatum est alibi etiam diligentius. Tu uero ita conclude. In quolibet momento ac etiam ĩ eodem stadio q̃plurima simul nasci possunt inter se diuersa nõ solum singularibus accidentibus: uerum etiam specie atq; genere. Quibus etiam diuersa ualde sors obtigit: quasi nõ ab hora duntaxat naturarum & fortuna trahatur. Quod qdem hinc etiam cõfirmat̃: ꝙ q̃plurimi sæpe eodem cõmuniq; exitio simul pereunt: neq; tamen uel eadem hora sunt nati/ uel simul ad locum exitii confluxerunt.

¶ Quomõ singula generent̃ a naturis ꝓpriis cõferente cęlo. Quomõ cælestia significent dęmones cognoscant atq; exequantur. Cap. VI.

IGitur quemadmodum alibi disputauimus ĩ propria generatione rerũ cauſę inferiores tãq̃ ꝓximę atq; propriæ possunt q̃plurimum. Itaq; hic homo nascitur: ille equus: nõ qa tunc nascatur aut alias/ Sed quoniam hic ex homine: ille fit ex equo. Similiter ꝙ homo hic ita nascat̃ affectus ex certa parentum affectione procedit/ potius q̃ ex quadam celestium habitudine: exteriore cõmuni accidentali ac potius momentanea. Cõducit tamen ad id cælestis ĩfluxus uel ad efficaciam uel ad qualitatem generantibus ac genitis adhibendã ualde cõmunem: & hãc quidem corpoream: quoniã a corporibus fit ĩ corporibus: atq; hæc etiam pro suscipientium & loci conditione suscipit̃. Dores autẽ animi quæ nõ obsecuntur corpori: neq; secuntur ex corpore: spectantes uidelicet ad incorporea nequeunt a corpore cæli ĩ aium ꝓficisci: neq; ꝑ corpus nostrum/ & multo minus sine corpore nostro. Induxtria igit̃ rõnes rerum incorporeas sagaciter inuestigans: nõ corpus cæli sequit̃: sed incorpoream mentis humanæ naturam: quę forte ad hæc adiuuat̃ ab ipsis siderum aiabus: mentibusq; earum: cõtemplatorum dęmonum ministerio. Quod aũt stellæ natura diuinæ ex motu locali naturam quotidie mutent/ & in malum aliquando/ nephas esse dictu alibi demonstrauimus. Diximus etiam/ ubi mala & incõmoda ordinisq; exptia obseruatiõe cælestium portenduntur: hæc nõ ab illis fieri bonis uidelicet atq; ordinatis. Sed ita significari sicut auium uolatu garrituq; aliisue portentis significari dicunt̃/ multa non fieri. Quæ qdem significandi facultas ĩ mutua quadam rerum cõnexione cõsistit. Quæ signa quãue connexionem/ nõ homines: sed dęmones ipsi

cognoſcere poſſunt. Quod Origenes diſputat: & Plotinus hic inuit: ubi ait/qui uidelicet litteraturam eiuſmodi nouerint: & Plato his uerbis in Timeo ſignifi cat quid fiat uel ſignificetur ex cæleſtium habitudine rentare uanum eſt ſine di ligenti ſimulachrorum illorum inſpectione. Omnia uero illa perſpicere non no ſtrum eſt/ſed dęmonum. Nobis. n. nec ætas: nec oculus: nec ingenium ſuppetit. Quemadmodum uero dęmonum præcipue munus eſt/cæleſtia ſigna tenere/no biſq; ſubgerere ſiue dormientibus ſiue etiam uigilantibus. Ita etiã illorum eſt fæ pe quæ cæleſtia portẽderunt certis ſubinde temporibus exequi. Dęmonum qui dem meliorum meliora: deteriorum uero deteriora. Per hos itaq; poſt longa cur ricula temporum expleri poſſunt/quæ cęleſtium ille habitus qui tandiu prorſus euanuit: ideoq; nec agere quicquã poteſt: quandoq; fore ſignificauit. Neq; tamẽ dęmones ita nos mouent. (Quod Plato ait) ut neceſſitate cõpellãt/modo. n. ima ginatio ſæpius q̃ corporeo ducunt. Tametſi agunt in nos nõ electione ſolum/ uerum etiam quadam ꝓprietate naturæ. Sicut & ſtellæ oculis apparentes. Agũt inſup in inferiora ſuis quibuſdam motibus & aſpectibus/quatenus ſtellarũ cho reas comitantur. Sed quoniã ꝓprii muneris aliquid adhibent: cæleſtium ĩ nobis actio iudiciumq; confunditur. Hac itaq; rõne quæ ſtellę uiſibiles portendũt/ inuiſibiles ſubinde ſtellę. i. dęmones partim nobis ſuggerunt: partim ꝓ uiribus exequuntur: Hinc illud Platonis: Aĩas in generationem labentes ducunt dęmo nes electæ iam uitæ ſortiſq; fatalis executores. Dęmones quidem Saturnii Satur nias regũt animas: & Saturnia munera ꝓagunt. Iouii ſimiliter Iouias atq; Iouia. Cæteriq; ſimiliter. Cumq; ſicut homines in qualibet regione partim Saturnii/par tim Iouiales ſunt. Sic & dęmones ſimiliter uarii ĩ qualibet ſphęra mundi uerſen tur. Meliores quidẽ inter Saturnios: meliora Saturni munera: deteriores uero ĩter eoſdem/deteriores ſub eodem euentus ꝓagere ſolẽt. Eodẽq; pacto Martii. Cęte riq; ſimiliter. Vbi uero Plotinus ait: Quotidianas cęleſtium motiones præter cõ munem mũdi ſalutem/eſſe inſup utiles ubi potentibus intelligere/futura ſignifi cant: oſtẽdit ſignificata poſſe uitari/ſi mala ſint. Sin bona/iterum adiuuari: mul ro magis q̃ medicus poſſit ad ſigna quæ ſunt in nobis ualitudinem adiuuare. Alioqn & in aſtrologia & in medicina ſignorũ obſeruatio foret inanis: ac deus qui ſigna pręſcripſit ĩ cælo inferiorũ ſaluti ꝓſpiciẽs fruſtra præmonuiſſet.

¶ Qui neceſſariam rerum ſeriem introducunt ineuitabiliter ſingula ꝓ agentem auferunt tum ĩfimis cõtigentiã: tum cõſilio libertatem. Cap. VII.

QVarta de fato ſententia quã ſuſcipimus ꝓtractãdam/una cũ ſecunda ſen tentia cõuenit ĩ eo q̃ ab uno quodam uitali principio cũctis ĩfuſo/ ſingu la ꝓ rõnes ſeminales exiſtimat generari: quod eſt potiſſimum a Stratone probatum. Diſſentit uero ĩ eo quod nõ ſolũ eiuſmõi uitale principiũ eſſe efficax arbitrant̃. Sed multa præterea ſub eo aliquã agendi efficaciã poſſidere. Ita tamẽ ut nõ aliter agant q̃ a primo trahant̃. Addunt cãs ſub his alias deinceps aliaſq; ſubĩde conſequi: atq; ita cõnecti: ut & a prioribus ſequentes neceſſario deducan tur/atq; ducantur. Et q̃cquid agunt neceſſario facere: Quicq̃d ĩde fit neceſſario fieri. Atq; ad oẽm ubiq; euentum cũctas ĩuicem q̃uis aliter alibi cõſpirare. Quæ maxime uideꝫ ſententia fuiſſe Chryſippi. Mitto ĩpręſentia q̃ hæc opinio rebus

aufert cõtingentiam: quã saltẽ circa ĩfima mũdi doctissimi quiq; arbitrantur accidere. Id ãt ĩprimis Plotinus detestare uidet̃: quod rõnalẽ aĩam electiõis libertate & actionis auctoritate ꝓculdubio priuãt: si mõ uerũ sit quod aiũt actionẽ quãlibet aĩę ab ĩpetu quodã: & ĩpetum ab imaginatione: & imaginationẽ a pręsenti rerũ serie uel in nobis uel circa nos agẽte necessario ꝓficisci. Quã uero turpe sit ĩtellectualẽ aĩam/ĩcorporea a corporibus segregantẽ/illaq; his pręponẽtẽ/corporum necessitati subicere/ĩ theologia satis ostẽdimus. Nõ incitari ãt a cælo quẽlibet animi motũ/ Zael & Mesadach & alii/ubi de ĩterrogatiõe locunt̃/ostẽdunt. Aiũt.n.ĩterrogationẽ tũc & iudiciũ dũtaxat habere: effectũ/ quãdo ĩterrogãs uehemẽtiori quadã sollicitudine quęritat: q̃si tũc solũ moueri cælitus uideat̃. Sed quãdo ĩterrogatio nõ est sollicita: fallacissimũ esse respõsum: q̃si tũc ĩterrogator non moueat̃ a cælo. Quid plura? Studiũ & ĩdustria cõtradicẽdi fato/nobis non dat̃ a fato. Cultus suꝑcælestis Dei ĩ cãm cęlo suꝑiorẽ postremo resoluitur.

¶ Qũo aĩa sit suꝑ fatum: ĩ fato: sub fato Cap. VIII.

COmunis de fato philosophorũ opinio ẽ/esse necessitatẽ quãdã ex corporearũ causarũ cõspiratione rebus illatã. Cũ uero & corporũ motus ab aĩa/ & ordo corporaliũ formarũ ab ĩtellectu ꝓueniat: merito ĩtellectualẽ aĩam a necessitate/quæ ex motu & ordine uel serie corporali solet ĩferri/existimamus naturaliter esse solutã: tãtũq; abesse/ꝙ subiiciat̃ fato: ut ẽt ipsa sit ipsius fati principiũ: Siqdem fatũ sit corporea series: hæc ãt ab aĩa ĩtellectuali depẽdeat. Ab aĩa inq̃ uniuersi/series cõmuniter uniuersa. Ab aĩabus quoq; cęteris simili quadã intelligẽtia pręditis/series alibi/passim alibiq; ꝓpria. Duo sunt igit̃ in fato genera causarũ: Causę inq̃ aĩales uelut fati prĩcipia. i. aĩæ sese corporibus regendis accõmodãtes. Causæ iterũ corporales tanq̃ cõplentia fatũ. Est ordo præterea triplex: tũ corporũ oĩum ad primũ corpus: tũ aĩarum ad primã aĩam: tũ corporũ ad aĩas perq; aĩas ad aĩam primã: ꝑq; illã intellectualẽ ad intellectũ primũ. Atq; ita series uniuersa fatorũ ad diuinã tandẽ redigit̃ ꝓuidentiã. Si igit̃ aĩa extra corpus sit oĩo/similiter est extra fatũ. Si sit ĩ corpore/quatenus ĩdulget corpori naturaliter patiẽti sub fato/ipsa quoq; eatenus ĩ fato patit̃. Sin aũt ꝓ uiribus se a corpore segregat: solãq; huic uim accomodat uegetalẽ/in fato dũtaxat cõputat̃ ut agens. Agit tamẽ pro cõditione fortunę. Et nõnulla quidem ipsa uel naturali facultate permutat: uel arte quadam emẽdat & corrigit: uel magnanimitate facillime tolerat. Quod aũt anima eatenus fatum subeat/quatenus se immergit ĩ corpus/ostẽdit Timeus dicens: animas tunc primum leges didicisse fatales/cum sunt cõiunctæ uehiculis. Hinc.n. fati trahuntur exordia. Sed ĩterea ꝙ libero motu & fatum adeãt: & deiceps quãdoq; se soluere possint/declarat quod ait Plato & ĩ Timeo & in decimo de Repu. Deũ docuisse aĩas tũ fatales leges/tũ rõnẽ iuris diuini pariter & humani: ut extra culpã Deus existeret: & addit uirtutẽ rõnẽq; liberã esse.

¶ Qũo aĩa in fato sit ut agẽs: qũo ut patiẽs: Itẽ de cõtingẽtia rerũ Cap. VIIII.

AD illos ãt qui dicebãt/qcquid fit/ideo necessario & ĩeuitabiliter euenire: quia cũctę simul causę cõnectunt̃. Positis ãt oĩbus undiq; causis effectus

neceſſario ſequiť/iam ſic obiciť. Etiã ſi nobis id cõcedať: auctoritatẽ tamẽ ſuam poteſt aius retinere. Nã & ipſe eſt ī ordine cauſarũ/tũ naturaliũ/quatenus ꝑ uim uegetalẽ nõ patiť/ſed agit ī corpore/tũ earũ quæ uolũtate faciũt. Ideoq; ex ſe libereq; mouenť. Quãdo igiť aius liguam brachiũq; mouere decreuit/ neceſſario fit motus ī mẽbro: ſi mõ cauſæ cũctę cõcurrãt: una cũ electione uidelicet atq; proꝑ poſito/ſingula quæ circũſtant. i. quæcũq; ſunt præter aium: quorũ concurſus hic fortuna uocať. Scilicet ut & mẽbra ſint apta/& nihil obſtet. Annumerať etiã inter externas cãs/quæ fortunæ noie deſignanť: ſiqd ex uniuerſi motu una cũ ſequẽtibus cauſis cõducit ad opus. Opus itaq; tũc neceſſitate ꝓcedit: nõ tamẽ aius tanq̃ cõpulſus moueť ad opus: ſi neq; icitamentũ ex corpore ſurrepẽs ſequiť elicitat externa: neq; falſa opinione decipiť: Sed itelligentiã rõnẽq; certã & paſſiõis expers hẽt ducẽ: atq; ad ipſius optimũ habitũ uelut ad finẽ oĩa dirigit. Ex eo certe ꝙ ſapiens aius ad ſe uelut ad finẽ dirigit actiones/cõſtat ipſũ non externũ ſed internũ actionis principiũ poſſidere. Hactenus agere aius iudicatur: quia ꝑ formã ſibi ꝓpriã & intimã & præcipuã/& ſui ipſius gratia opať. Quando uero uel ipſe ex ſe prius degenerãs/uel ignorãs/uel extrinſecus incitatus/& iſtigatus a corpore aggrediť aliqd aliorſũ ſpectans q̃ ad aium/nõ tam agere q̃ pati cenſeť. Agit ãt maxime/ubi nõ ſolũ ex ſe & ſui gratia opať: ſed etiã in ſe ipſo ꝑ ſe ſolũ ſine iſtrumentis agit. i. munus contẽplatiõis exercet. Vbi uero uel uoluptuoſam uiuit uitã ſine moderatione: uel actiuã ſequiť ſine prudẽtia/grauiſſime ſeruit & patiť. At quotiẽs actiuã cũ prudẽtia partim qdẽ agit ipſe: parti uero agiť: quatenus & ab externis icitať ad motum: & ꝑ cõditione circũſtantiũ exequiť miniſterium. Memẽto uero Plotinũ hic cõcurſũ rerũ quę nos ꝓpe circũſtãt/quẽ fortunã noiat/exiſtimare/nõ neceſſario ubiq; ī fata cęleſtia redigẽdũ: ita ut diſponať ad unguẽ/quẽadmodũ ex ſe cęleſtia digerũt. Nõ. n. tã exactus ī his q̃ ī illis ẽ ordo: neq; firmitas æqua: neq; concordia ſimilis. Hĩc illud Plotini. Effectus apud nos cæleſtiũ ꝑ cauſarũ iferiorũ cõditiõe cõtingũt: Itẽ naturales effectus ſimilitudinẽ cũ cauſis ꝓpinqs lõge maiorẽ habẽt q̃ cum remotis. Rurſũ cæleſtiũ aſpectus plerunq; nõ tã cauſæ ſunt q̃ ſigna. ꝓpea cũ quadã cõditione loquiť: ubi ait: Et ſiqd præterea ex cæleſtiũ motione cõducit ad opus. Deniq; mutari ordinẽ inde huc forſitan prouẽturũ/diligẽtia nõnunq̃ humana uirtuteq; animi poſſe putat:

Natura ītellectualis agit libere: ſed eius effectus aliq̃do īpediť ī rõne. Cap. X

Concludit igiť neq; res agitari caſu: Sed eſſe ī rebus ordinẽ ꝑ cãs cõſequẽtẽ: unde res artificioſe fieri ſignificariq; poſſint. Neq; rurſũ oĩa ſẽp externa neceſſitate pulſari. Siquidẽ oporteat nõ ſolũ eſſe quæ extrinſecus: ſed etiã quæ intrinſecus moueanť. Et quę ītrinſecus partim quidẽ a determinato quodã inſtinctu naturæ: partim uero ab abſoluto & amplo liberoq; pricipio. Alioquin ordo mobiliũ aut nullus erit: aut nõ rediget ad ſummũ. Et quæ mobilia ſunt ꝑ aliud ad ipſũ quod ꝑ ſe mobile eſt: quod tamẽ oportet eſſe/minime referẽtur. Quod enī fertur ſolum inſtictu naturæ nõ ſeipſũ mouet: ſed uel impellitur ab ipriměte naturã morę ſagiptę: uel trahitur a cognato/ſicut a magnete ferrum. Quamobrem intellectualis anima cum optima quadam ideſt intellectuali ratione ſit oĩa:

Ratione inquam uniuerſali prorſus & abſoluta quæcunq; promit ex ītellectua
li principio agit ipſa/non patitur:Sapientia enim intellectualis apud Plotinum
& magnos pleroſq; philoſophos cauſam nō habet externam ex occurrentibus
uidelicet incitantem:Sed intus ab æuo lucet & micat intrinſecus:hucuſq; nullo
prorſus impediente. Emicat quoq; ī rationem intelligentiæ proximam:& uten
tem intelligentia/quotiens nō impeditur. Impeditur autem tum cōmuniter ob
diſtractionem quādam animæ circa plurima:tum proprie ī quibuſdam qui uel
naſcuntur inſani/uel fiunt. Et hoc quidem tribus præcipue modis. Nam aut he
betes uel obliuioſi:aut ſtolidi:aut furioſi ſunt. Huius iſaniæ cauſa eſt tum ſen
ſualium inſtrumentorum ineptitudo:tum eleuatio uaporum:tum uehemētior
imaginationis intentio:qua rationis remittitur actus:tum naturę occupatio ni
mia circa morbi curam:tum deniq; occupatio quędam dęmonica. Forſan uero
ſicut immanes ī moribus actiones a nobis inſtigatione dęmonum infimorum
procedere ſolent. Sic inſania fit plerūq; mira quadam machina dęmonum. Qui
ſicut uapores humorum ſenſibileſq; imagines ad incitamenta cōcitant uitiorū.
Sic & uapores ī corpore & imagines ī phantaſia nōnunq̄ prouocant/ad eam in
citādam/ac pęnitus roborādam:ut inde ratio uel remittatur uel illudatur. Fieri
uero inſaniam a dęmonibus humores mirabiliter irritantibus Serapio & Auicē
na maioreſq; nō negant. Et Euāgeliū ubiq; teſtatur: Vbi dum ſanantur correpti
dęmone/curātur inſani. Nō enim ueriſimile eſt aīam diuinitatis participem uel
tam ſcelerate peccare.uel adeo inſanire:niſi natura id inſup dęmonica moliaſ.
Ideo forſan in ſecūdo capite dixit: ingētem ingeniorum morumq; diuerſitatē
nō eſſe a manifeſtis tātū cauſis atq; propiquis. Iccirco Paulus Apoſtolus inqt:
nobis non eſſe certamē dūtaxat aduerſum corpus:ſed aduerſum dęmones cali
ginoſo huic aeri deſtinatos. Proſpera igiť uel diſpoſitio humorū ac mēbrorū:
uel ſtellarum poſitio nō efficit ſapiētiam:ſed ſignificat ſapiētiæ uſum ab oppo
ſita diſpoſitiōe uel poſitiōe nō impediri. Quo quidē impedimento nobis ſub
lato p ſeipſum foras emicat ſapiētiæ lumē. Quę uero de dęmonibus diximus/
ſic a Porphyrio ī libro de oraculis cōfirmātur:Sunt inqt corpora hominū mali
gnis plena dęmonibus/præſertim illorū qui epulis delicationibus uiuūt:Come
dētibus.n.nobis aduenīūt & ihærēt corpori. Iccirco ieiuniū & caſtitas maxime
laudanť:nō quia ꝓprie Deus bonus ita placeť:ſed ut recedāt illi q ſāguine &
immunditia gaudētes/ut his ipſi quoq; fruātur/corpora uoluptuoſorū igrediun
tur. Cōſtat.n.uehemētem caducarū rerū cupiditatē & libidinoſi ſpūs impetum
non aliūde q̄ ex malignorū dęmonū præſentia nimiū inualeſcere. Quare cū ap
petitio uehemētius iflammata eſt/& uoluptatis ardor aium ſic exagitat:ut oīs
cogitatio ad exteriora uageť:tūc huiuſmodi dęmones præſentes eſſe cognoſci
to. Quorū præſentia facit/ut ſpūs naturaliter auidus ī nobis excreſcat. Hęc ibi.
Quæ & ī libro de abſtinētia eiſdē pene cōprobat uerbis.

## SVMMA MARSILIANA

### Quod nō oīa fatali neceſſitate proueniant. Cap.I.

QVONIAM VERO deſideras Laurenti ſeorſum quid de his Marſi
lius Ficinus ſentiat intelligere:rem ipſam ab alio rurſum exordio re
petam. Ipſum bonum omnibus prouidere conſtat ex ordine rerum

omnium ad certum finē mirabiliter ſtituto. In quo quidem ordine & ſingula ubique ad bonum proprium diriguntur: & cuncta ſimul ad bonum communē cōducunt. Et ſi mirum uideri poteſt/ ipſum bonum in ordine prouidentię ſuæ permittere malum. Satis tamen cōſtat: id ſæpe permittere uidelicet gratia boni: Dum rerum præſentium permittit interitum: ut infinitæ deinceps nouarum formarum facies generentur: Quas quidē exiſtere ſimul/neq; formarum repugnātia patitur: neque locus admittit. Cum uero Deus ſit bonitas ipſa ſimpliciter/ non tamen ſimpliciter ſit ipſa neceſſitas! Sed quantum ſpectat ad bonum/magis uidetur (ut ita dixerim) opponi malum Deo q̄ cōtingentia. Itaq; ſi permittit malum/nimirum contingentiam quoq; permittit. Veruntamen ſicut malum ubiq; reducit in bonum: ita contingens paſſim in neceſſarium redigit. Quicqd enim dum futurum erat/fore contingere poterat atq; non fore: id totū & dum iam eſt/neceſſarium eſt exiſtere. Et cum præteriit/neceſſarium præteriiſſe. Et collectis per conditionē undiq; circunſtantiis ex contingenti plerūq; neceſſarium uidetur euadere. Proinde non eſt putandum neceſſitatis oppoſitum ſecundū formalem rationem eſſe ipſum quod dicitur impoſſibile. In ipſo enim formali neceſſitatis oppoſito nulla debet includi neceſſitas. Hæc tamen in eo quod impoſſibile eſt includitur. Impoſſibile enim eſt quod eſſe non poteſt: Quod uero nequit eſſe/neceſſarium eſt non eſſe. Item in ipſo neceſſario impoſſibile uidetur includi: Quod enim neceſſarium eſt exiſtere/impoſſibile eſt nō eſſe. Verum igitur oppoſitum neceſſarii eſt contingens. Sicut enim ipſa neceſſarii ratio ad eſſe tantum uel non eſſe ſolum definita eſt: ſic uiciſſim ratio cōtingentis ad eſſe uergit pariter atque non eſſe. At uero inter neceſſarium id ue quod pariter contingit utrinq;/medium uidetur eſſe cōtingens ut plurimum. Cuius quidem oppoſitum rarius accidit. Sic itaq; humanam ſpeciem eſſe neceſſarium eſt. Hominem uero hunc & illum moueri uel quieſcere pariter accidit. Hominis manum habere digitos quinq; cōtingit ut plurimum: rarius autem ſex habere uel quattuor. Eſſe autem ipſum æque ad utrunq; contingens rerum ordo requirit: ut ſi datur neceſſarium/detur & ipſius oppoſitū: in qua quidem oppoſitione ꝓpria ipſius quod dicitur ens diſtinctio reperitur. Sic ergo ſi dandum eſt oppoſitum neceſſario/ratione formali/extare oportet ipſum pariter ad utrunq; contingens. Rurſum ſi dandum eidem eſt oppoſitum ratione materię: dicemus ei quod eſſe neceſſarium eſt opponi quod impoſſibile ſit exiſtere. Inter hęc uero medium poſſibile collocabimus. Id ār eſt cōtingēs: tū ſæpius quod neceſſario potius appropinquat: tū rarius quod declinare uidet ad ipoſſibile: tū indifferēter eſſe uel nō eſſe cōtingēs: quod ſane concedēdum eſt tanq̄ uerū & ęque diſtās hac rōne medium inter neceſſariū eſſe/atq; ipoſſibile fore. Naſcitur uero contingens ipſo rerū ordine ꝑ gradus cōtinue plurimos deſcēdēte. Quo quidē in ordine quæ ꝓpinquiora ſunt primo pęnitus immobilia ſunt ipſi uidelicet intellectus. Animæ deinde tanquam paulo remotiores motu tantum formali mouentur ſubſtantiam non mutante. Cæleſtes ſubinde ſubſtantiæ dum ipſæ quoq; permanent/locali interim quodam motu uoluuntur: & formali rurſus quatenus configurationes quaſdam uiciſſim orbe commutāt. Sed mouētur (ut ita dixerim) immobiliter. Quatenus eodem ſemper ordine neceſſario reuoluuntur. Ad hæc autem conſequens eſt/ut quæ ſub cælo ſunt iam mobiliter moueantur. In hac ſane uaga

motionum ſorte naſcitur contingentia. Dum quę ita mouentur a proprio non nũq̃ ſolitoq; ordine digredi & prę̃uaricari uidẽtur/ q̃uis cõmunem ordinem uniuerſi tandem tranſgredi nequeant. Cum enim per plurimos deinceps agentium gradus & uirtus efficax minuatur: & complurima tãdem repugnantium formarum confluat multitudo: nimirum ſequitur/ ut propria quæq; natura ab officio quãdoq; deficiat: dum paulatim debilitata uirtus aliquando diuerſorum occurſu facilius impeditur. Sic itaq; ſeminaria plãtæ animalis ue natura prolem ſuam neq; parit ſemper: neq; oportune parit ubiq;/ neq; perfectã. Quãuis igitur q̃tũ ad naturam cęleſtem pertinet rem proculdubio neceſſariam/ abſoluta proles hęc plãtę uel animalis certis foret temporibus prouentura. Cõtingit tamẽ interdum nõ euenire/ uel nõ prouenire perfectam. Quãdo ſcilicet natura generãtis propria uel intrinſecus deficit: uel impeditur extrinſecus. Sæpe quidem præſens diſpoſitio cęli certam quandã ĩ hac materia qualitatem iamiam productura uidetur. At diuerſa materiæ qualitas ex propiquis cauſis cõditionibuſq; contracta effectum cæli aliter aliter ue pmutat. Neq; nobis obiiciat aliquis hanc quoq; materię qualitatem iccirco a cæleſtibus eueniſſe/ quia propinquę cauſæ a cęleſtibus mouentur. Eſto moueanť quidem: Sed pro natura ſua: neq; enĩ uel Deus dum per cęlũ agit/ inferiora/ aufert ſua munera cælo: uel cęlum cum per cauſas inferiores agit in noſtra/ interim proprias naturaleſq; his cauſis uires actioneſq; ſubducit. Cum igitur effectus uniuſcuiuſq; forma ſimul atq; cõditio pro affectione materiæ ſoleat ꝓuenire: ipſaq; materiæ huius affectio a cæleſtibus quidem cõmuniori quodam pacto/ a propinquioribus uero cauſis mõ pęnitus proprio fiat: Sequitur ut propria effectus terreni conditio talis proueniat potius/ qualẽ cauſa propinqua materiam afficiendo requirit/ q̃ qualem temptare uel ĩchoare cauſa remota uidetur. Non enim ſi cauſa remota neceſſaria eſt: mox euẽtus inde omnis prouenit neceſſarius: niſi etiam cauſa propinquior neceſſaria fuerit. Iam uero manifeſtum eſt/ quod ſæpe iam dicimus effectus ſingulos cauſis ubiq; ꝓpriis ſimiliores euadere q̃ remotis: ut plantæ & animalia quęlibet/ nõ tam cęleſtibus ſimilia iudicantur/ q̃ propriis genitoribus & ſeminibus unde naſcuntur. Ex quo patet/ effectus eiuſmodi naturam ſortemq; ſuorum ſeminum ſequi/ potius q̃ cęleſtium. Ac pro conditione familiarium cauſarum/ rerumq; omnium circũſtantium quę omnino mutabilis eſt/ mutabiliter euenire: non neceſſario pro conditione cęleſtiũ. Et merito/ quorum natura non neceſſario ſuum retinet eſſe: ſed ab eo deficere poteſt: eorundem quoq; uirtus nõ neceſſario agit: ſed interdum cadit ab actione. Quãobrem quæ neceſſaria fore forſan iudicarentur ex cælo/ eadem apud nos ex hac materia regioneq; contingenter eueniũt. Materia inquã: quoniã omnium ęque formarum ſemper eſt auida. Regione inquam: quoniam ĩnumerabiles hic & inter ſe pugnantes confluunt qualitates. Influxum ergo cęleſtẽ proprio quodam ordine quãdoq; ad certum aliquid proceſſurum: tum materia hæc aliorũ quoq; auida/ facileq; capax & cõfundit cum aliis & ꝓdit/ ſubinde aliud receptura: tum regio plena diſcordium qualitatũ cõmiſcet protinus atq; tranſformat: ut uix certum aliquid hic cælitus oriatur: & uix quale ſit naſciturum ualeas cõiectare: niſi forte circũſpexeris uniuerſum. Vt quot qualesue tum ex alto/ tum e medio/ tum ex infimo cauſæ conditioneſq; quolibet momento confluant: quid ue rurſus & quale cõſurgat ex cunctis perpendere poſſis. Proinde ſi natura corporea quę &

manifeſtius corpori cæleſti ſubiicit: & ad unũ quiddam potiſſimum determinata uidetur non neceſſario cæleſtes admittit influxus: Tales dico prorſus: quales mittuntur e cælo: multo minus rõnalis aĩa/cuius notio motioq; & intima & latiſſima eſt. Et ſæpe genus corporale tranſgredit/corporiq; repugnat/cæleſtem iſtinctum neceſſario ſequitur. Cui ſane fruſtra natura dediſſet/ut quotidie conſultando poſſit pro cõiecturarũ diuerſitate plura iter ſe oppoſita in cõſultatione ꝓponere: niſi poſſet ad utrũlibet eligendo ſeducere. Nõ poſſet ãt ad utrũlibet ſe conferre: ſi certa quotidie conſtitutione cæli cõpelleretur ad certum. Accedit ad hęc/ q cum diuina prouidentia ꝓmittat in rebus naturalibus quandã ad utrũlibet cõtingentiam: ex earum defectu naſcentẽ: multo magis ĩ agentibus uolũtariis ubi hęc ex ꝓfectione oritur ꝓmittit eandem. Quæ ꝓfecto magis admodum horum propria eſt. Quippe cũ illa quidẽ ex impreſſa tantũ forma: hæc ãt ex cõcepta iſu per notione moueantur & agant. Adde q oĩs cęleſtis inſtinctus quatenus e cælo eſt proximo diuinæ prouidentiæ inſtrumẽto: atq; ide mirabiliter ordinato/ad optimum ſemp certoq; ordine ducit. Quod igitur abſq; ordine recto ſępe uagemur/& ab optimo ſæpius aberremus/ nõ a cęlo quidẽ/& multo minus a motore cęli: ſed a ꝓpria noſtri generis/aut moris/aut fortunę cõditione cõtingit. Iam uero ſi generis noſtri moriſq; ꝓprietas cæleſtem influxũ ex ordinato bonoq; ĩ oppoſitũ ꝓuertere poteſt/multo facilius ex qualibet alia qualitate in aliam ſępe cõuertere. Dedit natura cõmunis ꝓ grauitatẽ grauibus ut deſcenderent. Deſcẽdent igitur oĩa grauia quodã naturæ cõmunis impulſu/niſi forſan ĩpediant. Impediri uero proculdubio poſſunt/ne moueantur. Sæpe etiam ĩcitari/ut rapacius q̃ natura ferat pręcipitentur: tum uero pro diuerſitate figurę ſiue naturalis/ſiue artificioſę aliter ꝓ decliuia/aliter ue deſcendent. Aliter. n. ſphęra/aliter chylindrus/aliter angulans figura labet: Quod quidẽ Chryſippus ille fatetur fati cæleſtis magnus aſſertor. Ergo ſimiliter pręſens hęc aut illa conſtitutio cæli his hac hora naſcẽtibus/atq; illis/cõmuniter tum ĩ corpore calorem/tum ĩ aĩo uehementiã illatura uidetur. Sed ĩ hoc quidem natura parentum/loci/temporis/nutrimẽti frigida humidaq; iminẽtem cæli uim tempat: & cõuertit forſitan ad oppoſitũ. In illo ãt eorundem calida ſiccaq; natura/moderatã quodãmõ qualitatem cęlitus uenientem producit ĩ nimiam. Rurſum tum proprię uariæq; naturæ generantiũ atq; naſcentium/tum leges cõſuetudineſq; diuerſæ impulſum tam animi q̃ corporis talem cęlitus deſcendentem uaria inter ſe graduũ modorũq; ſorte diſtingũt. Quo factum eſt/quẽadmodum ſæpe diximus/ut nõ tam pro agẽtis natura præſertim remoti: q̃ pro cõditione propinquiorum agentiũ: & deniq; pro affectione materię/ac diſpoſitione loci ſæpius effectus ſoleãt exoriri. Quid plura? Radius ſolis idem aliud aliterq; agit ſi ex recto q̃ ſi ex obliquo ꝓcutiat. Si ꝓ aerem ſerenum q̃ ſi per caliginoſum tranſeat. Caliginoſum uero aerem nõ tam cęleſtia q̃ terreſtria reddunt. Item aliud agit ſi ceram q̃ ſi lutum aggrediatur: Hanc enim liquefacit: hoc exſiccat. Rurſũ ſi glaciẽ q̃ ſi cryſtallũ: Illã aliquando fundit/hoc uero nunq̃. Si niuem in cacumine mõtis q̃ ſi ĩ concauo montis ĩuadat. Illã. n. tardius admodum: hanc citius liquefacit: licet & hic ſępe uidere in eodem cacumine niuem eodẽ delapſã tẽpore: qua parte ad meridiẽ uergit/citius admodũ extillare: Qua uero ad ſeptẽtrionẽ/durare diutius: q̃uis pars a parte uix cubito diſter: tantũ efficiat uel breuis diſcrepãtia ſitus. Deniq; radius ſi ad breue tẽpus agat/ſępe caligines

congregat: Si ad longum/disgregat. Et aliter ꝑ aperta: aliter per concaua facit: & aliis quidem eodem tẽpore prodest: aliis uero uel in eodem loco nocet. Tãtum uero supiorũ uires mutãtur ex loco atq; materia: ut cum ad motũ lunę aquę plerunq; crescant atq; decrescãt: nõ tamen oẽs id aquæ faciãt. Nã & mare non ubiq; id patiẽ aut æque. Atq; ubi maxime uideẽ id obseruare: uẽto sępe cõtrario impeditur excrescere. Sunt ꝑprię locorũ sub quolibet sidere qualitates: alię quidẽ palustriũ: aliæ uero campestriũ puriorum: alię ãt domesticorũ colliũ: alię uero siluestrium. Itẽ pro uarietate caloris/frigoris/siccitatis/humoris/uentorũ/uaporũ/fluminũ/ualliũ qualitates longe diuersæ: quodcũq; sidus ímineat. Vnde & differẽtes ętatum termini/& uariæ corporũ habitudines diuersi ingeniorũ captus ꝑficiunt. Quocũq; momẽto nascanẽ/multi simul nati/quia diuersis í locis habitãt/non simul egrotãt. Multi nõ simul nati/ex uẽto & nebula & uapore simili simul egrotant. Et quocũq; tẽpore nati sint/& í quacunq; ętate sint constituti/simul in morbos incidũt: qui í regionẽ cõtagiosã pariter cõfluxerũt. Profecto q̃uis uniuersales supioresq; causæ uim habeãt in effectibus amplam/ítimã/diuturnã: Media tamen causę potissimũq; propiquę ad ꝑprias euentuũ qualitates q̃plurimũ ac fere totum possunt. Quo fit/ut effectus eis admodũ similiores euadãt. Cõmunissimi.n. ífluxus causarũ longinquiorũ ꝑsequentes cãs gradatim determinanẽ/atq; distinguntẽ: sic uiuifica cæli uirtus cõmuniter fauẽs oíbus nascituris/í diuersis plantarũ & aíalium spẽbus ad eas ipsas spẽs definitur. In singulis quoq; sub specie ad ꝑprietates cõtrahitur singulares. Actiones deíde passionesq; naturales rerum tales potissimũ aut tales singularia indiuiduorũ pricipia íprimis/& specialia insup potius q̃ cõmunissima ubiq; secunẽ: præsertí quãdo pricipia cõmunissima sunt æquiuoca: ac genere ab effectibus diuersissima. Talia esse cęlestia nemo negat. Cęterũ nequis forsan obiiciat: quicquid est í secundis causis/a primis in esse: ac deinceps quicqd in tertiis repitur tribui pęnitus a secundis: atq; ita nihil ullo modo a sequentibus causis ꝑuenire: qn similiter a supioribus quoq; proueniat: memẽto causæ sequentis naturã non solũ esse supiori similem: quatenus habet inde: sed etiã dissimilẽ: quatenus extra ꝑcessit: neq; solum degenerauit inde: sed insup aliud quiddã & qualitate quadã propria differens iam euasit: Sicut radius í cælo mulcens: in terra uorãs: Item í cælo nitẽs: in nube rubens. Vt nõ mirũ sit/aliquid hinc subinde fieri tale/quale ꝑprie nõ prouenit inde. Itaq; multa per causas cælo íferiores effici talia passim atq; talia: qualia nõ efficiunẽ a cælo. Memento rursum has sub luna cãs sortiri uires a uita mundi nõ solum per cælestia/sed etiam proxime ꝑ uegetalem aíę uim ubiq; uigentẽ: sicut & animalis uita multa dat pedibus manibusq; per mẽbra præcipua: multa etiã ꝑ se ipsam: & quę dat per mẽbra prędpua etiam transformantur in illis: Memẽto deniq; ex omnium causarum concursu consurgere uim/quę proprie reperitur in nullis: sicut ex confluxu materiarum & qualitatũ materia quędam noua/qualitasue resultat. Neq; uero negabit oío sub necessariis cõtingẽtia legitimus ille Platonicus qui sub unitate multitudinẽ/sub statu motum cõtemplaẽ rite nascentẽ. Atq; res ipsas ab unitate statuq; simplici per certam multitudinem mobilitatẽq; longo graduũ tractu ad ínumerabilẽ ferme numerũ & incertam mobilitatẽ deniq; ꝑuenire: In quo quidẽ amplissimo graduũ differẽtiũ ordine decus bonũq; uniuersi cõsistit. Quãobrẽ singulæ singulorũ motiões & passiões/quę í multitudinẽ mobilitatẽq; ífinitæ

multiplicem uariantur: nõ possunt ꝑ uires motionesq; cælestes/ quę certo nume
ro definitæ sunt/ & ordine certo procedunt: ita ut cõtinue uariant̃/ distribui pro
prie atq; duci: nisi forte quispiã ita deliret: ut singulos etiã delirantium & luden
tium puerorũ motus/ quouis momento singulis cęlestiũ assignet influxibus: ut
nec aliter moueant̃ manus/ pedes/ digiti/ labia/ oculi/ sensus/ imaginatio momen
to quolibet/ q̃ cælestis ille decernat influxus. Sic ad illius normã innumerabiliũ
locustarũ saltus describat̃/ muscarũq; uolatus/ & offensiones quælibet illatæ qui
buslibet. Sed ꝓfecto nõ oĩa fiunt prorsus & cõpellũtur a cælo: ĩmo & cęlum opa
actionesq; elementorũ & mixtorũ plantarũq; & aĩalium non efficit sine illis. Atq;
ignis sub quolibet sidere calefacit/ & generat ignẽ proprietate naturæ. Neq; sub
ullo sidere frigefacit/ uel generat aquã: cæteraq; similiter. Quãobrem qũocũq; se
cælum habeat cõtinue naturalia quælibet/ tam nõ uiuẽtia q̃ uiuentia pro natura
sua impulsu/ occasione/ indigẽtia/ imaginatione ita potius agunt/ aut ita huc po
tius/ aut illuc manifeste ferũt̃. Atq; hæc oĩa ꝙ sint uiuãtq; cõmuniter/ & agere cõ
muniter mouereq; possint/ ac moueri habẽt cælesti fauore. Quod aũt in tali spe
cie & singulari proprietate sint/ a genitoribus habent atq; loco: Et quia talia tali
ter agunt. Quod uero tot tales ue ĩ uniuerso sint spẽs/ tum ex idealibus diuinæ
mentis prouenit spẽbus: tum ex rõnibus aĩę seminalibus. Ipsa.n. specialis distin
ctio rerũ neq; casu accidit: cũ semꝑ ordinatissima sit: neq; ex materia fit ꝓrsus in
formi: cũ ipsa sit mira formositas subiecto formato præstantior. Neq; uel ex mo
bili cælestium habitudine: ipsa.n. est ĩmobilis ac ꝓrsus æterna: uel ex cælestibus
formis duntaxat atq; figuris. Cum & ĩ cælo spẽs ita describi non possint: & mul
tę sint rerum spẽs ĩcorporeę: & formalis ipsarũ ordo artificiose directus ad finẽ/
ab ĩtelligentia quadã prescribente finem debeat proficisci.

Confirmatio contra cæleste fatum ꝑ Alexandrũ/ Enomaum/ Dioge
nianum/ Ptolemeum. Cap. II.

Alexander Afrodisius in libro de fato ad Antonium Chrysippi opinionẽ
de fato refutat: multisq; argumẽtis ostendit/ nihil aliud esse fatũ uel fata
le: q̃ quod natura fit: & ostendit præter naturã etiã fieri nõnulla. Cum in
terdum accidat impedimento quodã naturã detineri. Cum ergo pręter naturam
quædam fiant: profecto si natura fieri est fato fieri/ fient ẽt præter fatũ. Atq; ita
subdit: Videmus corpora humana egrotationibus aliis aliud secundũ particula
rem eorũ naturam esse subiecta. Scimus qnetiã naturalẽ eiusmõi corporũ habitu
dinem diligenti norma uiuendi/ & medicorũ arte/ & deorum cõsilio ĩ melius uer
ti. Quod similiter aĩo quoq; accidit. Nam præter naturalẽ inclinationẽ eius quã
complexione corporis habet/ exercitio atq; doctrina sæpe fit melior. Vnde cum
physiognomon Zopyrus turpia quędam de Socrate & a uirtute ipsius aliena di
xisset: & a multis iccirco derideret̃: respondit Socrates: Nõ errat Zopyrus. Talis
.n. natura forẽ: nisi naturã philosophia suꝑauissẽ. Huiusmõi ergo sunt illa qbus
natura pręest. Quę naturalia nihil a fatalibus differunt. A fortuna uero ea fiunt:
quę nullo mõ intẽdunt̃. Quãdo alterius gratia quędã fiũt/ & aliud accidit quod
ab initio nec sꝑabat̃ quidẽ. Vt siqs agrũ fodiẽs thesaurũ reꝑiat/ cũ huius gratia
nõ foderet. Quæ certe nõ agunt̃ fato. Sũt ãt causæ quędã hoĩbus ꝓrsus ignotæ.

Nonnulla enim ſuſpenſa collo morbos quoſdam curare dicũtur. In quibus nullam certã habemus cauſam. Excantationes etiã maleficæq; artes quam cauſã habeant incertum eſt. Sed pręter hęc nõnulla ſunt/quæ ad utrũlibet contingentia nominanť: quæ fato fieri omnino negamus. Vt mouere pedem. Leuare ſupercilia: Tacere: Loqui: cæteraq; huiuſmodi prorſus inumerabilia: quæ fieri fatis nullo modo dici poſſunt. Quod.n. fatale eſt ſuſcipere contrarium nequit. Præterea cõſilium hoís omnino uanũ eſſe nõ debet. Eſſet aũt fruſtra/ſi quęcunq; agimus/neceſſario faceremus. Proculdubio aũt id præter aĩalia cætera homo poſſidet/ut non ſimiliter atq; illa phantaſiam ubiq; ſequať: Sed rõnem habeat: qua faciũda diiudicet: cuius quidẽ uſu quę in phantaſiã inciderunt examinans. Siquidẽ examinãdo ꝓbat/phantaſię concedit: atq; ad agendũ deinde moueť. Sinaũt improbat: illa reiicit expellitq;/obtemperans rõni. Itaq; de his ſolũmõ quę agere poſſumus uel nõ agere/deliberare ſolemus. Ac ſi quãdo cõſilio nõ maturo: ſed cupiditate præcipiti aliquid ꝓpetremus: poſtea nos ipſos temeritatis ſpretiq; cõſilii crimine accuſamus: & omnes temere aliquid agẽtes uituperamus: hortamurq; conſilio uti: quaſi nobis inſit agendi poteſtas. Quod aũt opinio quę de fato habetur/falſa pęnitus ſit/ide patet: Quod etiã opiniõis eiuſmõi auctores & docẽt/& diſcunt/& hortantur/& cõſulunt. Increpant etiã caſtigantq; ſuos tanq̃ ꝓpria uoluntate peccantes. Quare uel ſecundum ipſos nulla eſt hęc fati neceſſitas. Libertas igiť noſtra natura oĩbus ineſt: plura tamẽ non eſſe noſtrę poteſtatis concedimus: Vt quę natura uel fortuna fiunt/quæ nullus ſubiecta fatis dicere ꝓrſus audebit. Hæc Alexãder. Similia ferme tradit. Enomaus philoſophus cõtra Chryſippum: cõcludens aĩalia bruta ꝓprio quodã appetitu quolibet momẽto utcũq; cõtingit moueri: potius q̃ neceſſaria quapiã ſerie cauſarũ. Multoq; magis homines proprio conſilio uiuere. Qui etiã multas ex cauſis quo minus concurrãt ad effectũ conficiendũ ſua poſſint induſtria ꝓmutare. Confirmat eadem Diogenianus philoſophus ĩ libro cõtra Chryſippum: probatq; nõ oĩa fieri neceſſaria quadam ſerie cauſarũ ineuitabiliter concurrentiũ: Sed & alia inſuꝑ propria quadã & ſingulari natura: alia uero fortuna: alia cõſilio noſtro: alia uolũtate deorum. Cõfirmat Ptolemeus & ſępe alibi: & ĩ quatripartito: dicens/effectus & a Deo ĩ celeſtia/& a cæleſtibus inter ſe indiſſolubili quadã ſerie ꝓficiſci. Sed a cæleſtibus ad uerſus inferiora nõ ſemꝑ ineuitabiliter & ordine cælitus inchoato. Permutari.n. & impediri poſſe tum naturis inferioribus aliquando repugnãtibus: tum arte ſimul atq; cõſilio. Tum uero ĩ libro de iudiciis inquit/hoíes nõ ſemꝑ ſequi generales inſtinctus cælitus inſtitutos propter particulares locorũ generantiũq; naturas. & propter cõſuetudines uarias: atq; regionum occaſiones ad quædam ꝓpne prouocantes uel adiuuantes.

## Cõfirmatio ſupiorũ ꝑ Bardeſanem Syrũ ꝑq; alios & ꝑ Marſiliũ ipſũ. Cap. III.

Bardeſanes Syrus quem tradunt aſtronomia Caldeorum omnium ſapientiſſimũ extitiſſe/lõgo quodam dialogo diſputat: bruta quidẽ ferri ſingulatim ad propria quędã inſtinctu naturę. Hoíes aũt pręter naturalẽ inſtinctum poſſidere mentẽ/& orationẽ quæ a mẽte ꝓferť: cuius munere non omnino natura ferantur. Vnde uaria ſit hominũ uita. Non uictus unus more brutorum:

non ueſtitus idem: non mores ſimiles atq; leges: non cupiditas rerum ſimplex: ſed pro arbitrio ſit uariis electio differẽs/ac uitæ inſtitutio uaria. Hinc ergo probat nõ natura paſſim hominẽ ferri: quoniã una ĩ oibus ſit natura: ſtudia uero diuerſa. Narrat ſubide longo quodã ordine q̃ diuerſæ leges moreſq; ſint gẽtibus. Quibus actiões quędã prohibeãtur/uel etiã ꝓmittanť. Quę quidẽ inſtitutiones ſeruẽtur ab eis quacunq; hora naſcãtur/& ad quãcũq; tranſmigrauerint regionẽ. Neq; ulla poſitione ſiderũ aut ĩ geneſi/aut ĩ loco regnãte aliter agere cõpellanť. Quaſi firmior ſit ad uiuendi normã ĩ legibus & moribus: q̃ in ſideribus auctoritas. Subdit uero poſt multa hũc in modum. O ẽs Iudei Moſayca lege octaua die pueros circũcidũt: Nec alicuius ſtellæ ui ad talia compellũtur: Nec regionis natura cogũtur: Nec alienis moribus unq̃ ut aliter faciant adducuntur. Profecto ubicunq; ſunt/legẽ ſuã ſeruant. Quod neceſſitate natiuitatis fieri nullo modo põt. Non.n. poſſibile eſt/eandem natiuitatem Iudeos oẽs habere: ut ſimul nati ſimiliter octauo die ſanguinem fundant: uel ſeptimo quoq; die pariter conquieſcant. Quid ãt dicemus de chriſtianorũ ſecta: qui ĩ omni orbis parte: ĩmo uero ĩ omni ciuitate repiunť: & ubicũq; ſint/ut alienis legibus moribuſq; uiuant cogi nõ poſſunt. Nec genetriaca neceſſitate/aut pricipis alicuius impio compellũtur/ut quæ nephanda magiſter eorũ duxit/faciẽda putent: Sed pauptatem/labores/ignominiam/cruciatus intolerabiles ſufferũt. Proide ſi oĩa poteſtatis eſſent noſtræ: nos eſſemus uniuerſum. Sin uero nihil poſſemus/aliorũ eſſemus inſtrumẽta: neq; uoluntate noſtra quicq̃ ageremus. Deo aũt uolente nihil impediri poteſt. Illius.n. poteſtati cuncta ſubdunť. Qui unicuiq; naturæ præcipuum aliquid eſt largitus. Homini aũt illud dedit eximiũ/ut libertate uoluntatis atq; iudicii uteretť. Oſtendit inter hæc uanũ eſſe terrarũ quidẽ orbem ĩ ſeptẽ climata partiri: & aliũ planetarũ dicere/ĩ alio climate dominari. Quorũ uirtute paſſim ſint cõditæ leges. Nã & ſi terrarũ orbis ſeptẽ partibus diuidať: ĩ ſingulis tamẽ partibus multas/nec ſeptẽ ſolũmõ/ſeptẽ planetarũ iſtar: nec rurſũ duodeci/ad duodecim numerũ ſignorũ: nec triginta ſex/ad numerũ triginta & ſex facierũ! Sed ĩnumerabiles legũ afferit differẽtias inueniri. Quarũ inſtitutiõibus alii aliter uiuãt ad quãcũq; cõmigrauerint regionẽ. Eadẽ oĩo eiſdẽ pene uerbis cõfirmat Clemẽs ſectator apoſtolorum. Cõfirmat expientia morũ. Vbi.n. ĩpune peccare licet/ẽt modeſtiores peccãt. Vbi uero & quãdo acrius aĩaduertiť ĩ peccantes: etiã q naturaliter iſtiganť ad ſcelera/ cohibenť. Sępe etiã pro maiori minori ue occaſione/cõmoditateq; magis minus ue peccatur/uel etiam recte agitur. Cõfirmant eadẽ Ariſtoteles & Plutarchus potiſſimum auctoritate Lycurgi: quẽ tradunt oſtẽdere uolentẽ/q̃tum prę̃ęteris lex & conſuetudo & educatio ualeat: catulos geminos eiuſdem partus educauiſſe. Qui quatenus a Lycurgo diſſimiliter educati fuerĩt: eatenus euaſerint ĩter ſe diſſimiles. Quod ſi educatio ĩ brutis ſupat paritatẽ geneſis & parẽtum: multo magis ĩ hominibus ſupare poteſt. Iam uero q̃tum conſuetudo & diligentia ualeat ſonga narratione Plutarchus oſtendit: ubi ſcribit multos natura ſemp infirmos diligentia ſola ſeniũ impleuiſſe. Mitto quid de Phyleta poeta/& Mecẽnate ſcripſerit cæteriſq; ꝑmultis. Ariſtoteles ꝑfecto ſcribit Herodicũ quendam litteratũ ui rum: ſed admodũ ualitudinariũ/ſola uictus diligẽtia centum annos impleuiſſe. Qua de re Plato etiã teſtis eſt ĩ Repu. Sed quid opus eſt teſtibus? Et nos cognouimus ſimiles: & miros medicinæ & diligẽtiæ fructus ſæpius exꝑti ſumus. Atq;

ex diuerſa conſuetudine/educatione/diſciplina diuerſitatem plurimam ī corpo
ribus moribuſq; & īgeniis proficiſci. Et quod phyſici oēs comprobāt/comptum
habemus ī plurimis cōſuetudinem ipſam alterā eſſe naturā. Cōſuetudinem uero
ſcimus nō quadam naturali neceſſitate conſtare: ſed uel legibus publiciſq; mori
bus: uel exemplo & diſciplina priuata/ uel fortuna & occaſiōe quadā/uel ꝑprio
quodam cōſilio opinioneq; ꝓuenire: aut etiā ex his oībus congregari. Sæpe qn
etiā conſuetudo regionis & temporis & alicuius preſtātioris exēplum/muſicos
facit multos & poetas uel oratores atq; pictores uel etiā uenatores potius q̄ cer
ta natiuitas. Et quādo natiuitas ĩchoat/nō tamē abſoluitur/niſi pro facultate na
ſcentium/& regionis & temporum. Sꝛpe militaris uel regia domus milites efficit
atq; reges potius q̄ natiuitas. Imitatione bonorū multi quotidie fiūt boni: mali
uero imitatione malorū/quocūq; ſidere nati fuerint: Sicut ex cōtagione ꝓ unum
multi ſubinde languēt/non tam ſtellis q̄ ueneno contagionis infecti. Quid plu
ra?/Quantū poſſit facultas regionis & hominū inſtitutio declarat̄ ex eo ꝙ nullū
ſidus piſcatores facit & uenatores: ubi nulla facultas/nulla cōſuetudo piſcandi
eſt atq; uenandi. Atq; uiciſſim oēs ferme ſub quolibet ſidere nati piſcant̄ atq; ue
nantur: ubi & occaſio & uſus id & indigētia preſtat. Quādo & ubi cōſueuerunt
homines aīalibus ueſci: aīalia prorſus īnumerabilia quotidie ante inſtitutū a na
tura tempus interimunt̄. Cōtra uero/aīalia eadem conſeneſcunt/ſub quocunq; ſi
dere nata dicantur. Similia de frugum pomorumq; deuaſtatione cōtingere/quo
cunq; tempore coaluerint/pro conſuetudine hominū atq; libidine/non pro fatali
ſerie licet argumentari. Obſeruo equidem quotidie terminos aſpectuſq; planeta
rum: quid ue portēdant diligēter exploro. Mitto ꝙ ī die(ut dicitur) ifortunato
ꝓſpera multis eueniūt: In die fortunato/accidūt multis aduerſa. Et quolibet mo
mento certantes/alii quidē ſupant: alii ſupant̄. Certe īfelices aſtrologorum dies
ſæpe ſereniſſimi ſunt atq; placidiſſimi. Fꝛlices ſꝛpe contra. Ego uero exptus ſum
tum corporū tum aīorum qualitates potius ad aeris differētias/q̄ ad differentes
ſtellarū aſpectus aliter atq; aliter affici. Tandē comptum habeo/notatos planeta
rum effectus pro diuerſitate regionum atq; hominū longe differētes euadere. Si
pluuia ꝓmittatur: alibi quidē pluit multū: alibi parum: alibi nihil ad differentias
regionum. Si deſignent̄ diſcordiꝛ uel libidines/alii quidē ad hꝛc uehemētius in
citātur: alii uero remiſſius: alii minime:. Neq; tantū id pro corporum naturali ua
rietate: ſed ēt pro ętatū diuerſitate: Immo ēt pro differētia educationis & diſcipli
nꝛ cōſuetudiniſq; & occaſionis differēter cōtingere uideo. Vt deniq; certus ſim/
igitur infundens ſui aliquid ī materiam/ īmmobilis ipſe quietuſq; cōſiſtens oīa fabricauit. Id ār eſt rō ab ītellectu profluēs. Sane quod ab ītellectu defluit rō eſt: effluitq; ſemp q̄diu intellectus ipſe ī rerum ordine permanet. Quēadmodū ue ro ī rōne inſerta ſemini ſimul oīa in eodēq; ſunt: nihilq; cū alio pugnat/ aut diſſi det/ aut impedit: atq; ītērea aliquid fit ī mole. In qua quidē alibi eſt pars alia: & aliud impedit lediturq; ab alio: Sic utiq; ex uno ītellectu rōneq; ab ipſo manāte pululauit hoc uniuerſum a ſeipſo iam diſtās. Atq; neceſſario alia quidē nata ſūt amica īter ſe atq; ſalutaria: alia uero inimica atq; pnicioſa. Et partim quidē uolē tia: partim uero nolētia inuicem ſe diſperdunt: ipſoq; ītēritu generationē mutuā opanť. Atq; ſimul harmoniā unā ī his talia patientibus agētibuſq; faber iſtituit: dum ſingula proprium quiddā ſonāt: rō uero ī ipſis cōſonātiam cōtempantiāq; ordinis unā p uniuerſa cōſtituit. Eſt. n. id uniuerſum nō quēadmodum illic ītel lectus & rō: ſed ītellectus ipſius rōniſq; particeps. Quapp ī diguit conſonātia in tellectu uidelicet ſimul neceſſitateq; cōcurrēte: & hac quidē ad id quod deterius eſt trahente: ī priuationemq; rōnis deflectēte: quippe cum ipſa careat rōne. Intel lectu ār neceſſitati interim dominātē. Intelligibilis. n. mūdus ſolū rō eſt: neq; fie ri poteſt alter talis/ ut ſit rō ſolū. Quod ſiq̄d aliud poſt ipſū factū eſt: oportuit minus illo euadere: neq; amplius rōnem: neq; rurſus quandā duntaxat materiā: alioquin ordine caruiſſet. Prodiit itaq; mixtū. Et p̄fecto illa in quę mūdus deſi nit materia ē & rō. Illud uero unde exordiť & regiť aīa eſt mixto prę fecta. Quā quidem laborare nō eſt putandum. Quippe cum ipſa uelut præſentia gubernet facillime totum.

¶ Mundus corporeus procedit ab intelligentia diuina mō naturę: & q̄ optimus fieri poteſt: ſi totus ipſe conſideret. Cap. III.

Neq; poteſt quiſpiam huic mūdo quaſi nō pulchro iure detrahere: uel q̄ſi nō optimus ſit oīum/ quę eſſe cum corpore poſſint. Neq; rurſus cauſam p quam mūdus eſt/ incuſare. Primo quidē cū ex neceſſitate ſit mundus: neq; rōnis conſilio ſit conſtructus: ſed a natura prēſtantiore ſecundum naturam opus ſibi ſimile generāte. Deide neq; etiā ſi conſilium ī cā fuerit: mūdus dedeco ri eſt auctori. Ille nāq; totum quiddā fecit pulchrū p̄rſus/ atq; ſufficiēs/ ſibiq; met amicum. Prēterea partibus ſuis tum maioribus tum minoribus æque cōueniens Quiſq; igiť in partibus uitupat totū ſtulte uitupat. Siquidem tū partes ad ipſū totum cōpando decet cōſiderare num cōſonent: accōmodenť q; toti: tum ipſum totum cōſiderādo ad minimas quaſq; particulas nequaq̄ decet aſpicere: alioqn id nō foret hominis mundum uitupātis: ſed quaſdam mūdi partes ab aliis ſeor ſum accipientis. Quēadmodū ſiqs totius aīalis pilum ſolum uel digitulū pedis intueať: negligens mirum totius hoīs ſpectaculū contemplari. Et p Iouem pīde ac ſiquis omiſſis oīo cæteris animātibus/ accipiat abiectiſſimum: uel genere quo dam toto dimiſſo uelut humano Therſitem adducat ī medium. Quoniā uero quod factum eſt/ mūdus ſimul eſt totus/ ſi mentis aures ad hūc cōuertere libeat/ forſan audies ita clamantem. Me proculdubio fecit deus. Atq; ego inde factus ſum perfectus ex cunctis aīalibus cōſtitutus: Mihi ipſi ſufficiens. Mihi penitus ſatiſfaciens. Nullius indigus. Quoniam oīa ſunt in me aīalia ſimul atq; plante.

cunctorum natura generabiliũ. Dii q̃plurimi dęmonum populi bonorum exercitus animorum. Homines uirtute fęlices: Neq; enĩ terra ſola ornata quidem eſt plantis omnibus & oĩgenis aĩantibus: neq; tantum uſq; ad mare poteſtas aiæ ſe diffudit. Aer aũt totus & æther totumq; cęlũ aĩa uitaq; caret. Verũ aię illic quoq; ſunt oẽs bonæ uitam ſtellis ſuppeditãtes: reuolutioniq; cæleſti ordinatiſſime ſimul atq; ſempiterne. Adde & ad imitationem mentis ĩ circuitum agitatę/ſapienter circa idem ſemp: nihil. n. quęrit extriſecus. Pręterea quęcunq; ĩ me ſunt appetunt quidẽ oĩa bonum: ſingula uero pro facultate ꝓpria cõſequũtur. Dependet enim totũ ab illo cælum: tota quietiã aĩa mea. Præterea dii qui in parnibus meis regnãt. Item aĩalia oĩa ſimul & plãtę. Deniq; ſiquid etiã eſſe ĩ me uideť in aĩum. Tum uero alia quidem eſſendi tantum participia eſſe uidenť. Alia uero uiuẽdi. alia magis ſentiendi. Alia iam rõnem habẽt. Alia totã deniq; uitã. Nõ. n. ęqualia paſſim ĩ rebus nõ æqualibus requirere decet. Neq; ut digitus uideat/exigẽdum: ſed oculo id eſt aſſignandũ. Digito uero aliud quiddam deſiderandũ. Id autẽ eſſe arbitror/ut ſit digitus propriũq; officium ꝓgat.

## Nuſq̃ eſt purũ malũ. Nã & circa corpora & circa aĩas miſceť bono. Cap. IIII.

In Emo admirari debet q; ignis & ab aqua extinguať/& ipſe alia ſępe conſumat. Et. n. aliud quiddam hunc ad ſuum eſſe ꝓduxit. nec iniuria a ſeipſo nõ productus ab alio quoq; corrumpiť. Quinetiã ĩ eſſe ſuum ex alterius corruptione ꝓceſſit. Atq; interitus ipſi ſic ſe habẽti nihil infert iniquũ. Item pro extincto igne alius aliquãdo uiget ignis. Profecto ĩ cęlo icorporeo unũquodq; ꝓmanet. In hoc aũt cęlo totũ quidẽ uiuit ſemp/& quęcũq; honorãda ſunt & prę cipua ꝓmanent. Aĩæ uero uiciſſim corpora ꝓmutãtes/alias quidẽ ĩ alia fiunt ſpecie. Et quotiens aĩa poteſt/extra generationem poſita/una cũ uniuerſa aĩa uiuit. Corpora uero ſecundum ſpẽm atq; ſingula ſecundum tota. Siquidem ex ipſis & aĩalia erunt & nutrienť. Vita. n. hic eſt mobilis: Illic autẽ immobilis. Oportebat ſane motum ex ĩmobili natura prodire. Atq; ex uita ĩ ſe ipſa uigẽre alterã manare quaſi ſpiraculum quoddam uitale quodãmõ iam inſtabile: quod quidem expiratio quædam ſit uitę quietę. Aĩalium pręterea mutui inter ſe impetus atq; cędes neceſſario accidũt. Nõ. n. nata ſunt ſempiterna. Nata uero ſunt quoniam rõ totam materiam occupauit/in ſeipſa oĩa poſſidens: quæ quidem ĩ ſupno illic cęlo cõſiſtunt: Alioqn unde nam ueniſſent/niſi illic exiſterent? Proinde mutuę hominum ĩter ſe iniuriæ ab ipſo forſan boni appetitu ꝓficiſcunť. Quando uidelicet bonum cõſequi nõ ualentes aberrant: alioſq; inuadunt. At uero qui egerũt iniuſte/poenas luunt: tum quia ex actionibus prauitatis reportãt aĩam depraua tam: tum quia certo quodam ordine ĩ locum tranſmittunť deteriorem. Nihil. n. poteſt unq̃ quod ĩ uniuerſi lege ordinatum eſt effugere. Nõ eſt aũt ut quidam putat ordo ꝓp prędeuaricationem ordinis inſtitutus: neq; lex ꝓp legis trãſgreſſionem. Quo uidelicet ꝓp deteriora/fiant illa nobisq; appareant: Immo uero ꝓpea q; ordo hic eſt aduentitius: & quoniã ordo eſt/trãſgreſſio ordinis habet locum. Atq; ꝓp legem & rõnem/ & quia exiſtit rõ/accidit legis rõniſq; trãſgreſſio. Non ita tamen ut quæ meliora ſunt/ deteriora fecerint: ſed quia quæ indigẽt debẽtq; meliora ſuſcipere/ſæpe uel ſuapte natura/uel fortuna/uel impedimento aliunde

illato accipere nequeant. Quod.n. ordine utiẽ aduentitio. id forsitan nõ assequi tur uel interiori uitio: uel ꝓp aliud quiddã ab alio accidẽs. Multa quoq; ab alijs patiẽ/aliis quidem nolẽtibus/alioq; tẽdentibus. Animalia uero quę ꝓ se ipsa spõ taneum habent motum/tum quidem tẽdunt ad meliora: tum uero ad deteriora labunẽ. Quærere aũt ab ipsomet inclinationem lapsumue ad deteriora forte nõ decet. Exiguum nanq; ad labendum momẽtum ab initio datum/eademq; uia ꝓ cedẽs erratum & plus & maius assidue reddit. Adest qnetiam corpus: atq; ex ne cessitate concupiscentia inest. Pręterea quod primo subitoq; occurrit/neq; statim aiaduertiẽ atq; deprehendiẽ/electiõem quoq; ad illud efficit/ĩ quod quis primo fuerit inclinatus. Sequiẽ tamẽ sub diuino iudicio poena. Neq; iniustum est/ani mum qui talis est factus/affectioni suæ cõsentanea pati. Neq; requirẽdum ẽ eos fore fęlices/qui nihil dignum fęlicitate fecerunt. Boni aũt soli fęlices sunt. Nam ob id ipsum sunt & dii beati.

¶ Confirmat eadem/docens nullum posse de prouidentia conqueri. Et unde sit malum Cap. V.

Si igitur animis quoq; hoc ĩ mundo daẽ facultas ad beatitudinẽ cõsequen dam: nõ licet de hac regione cõqueri: ꝙ aliqui nõ sint fęlices: Sed eorũ im becillitatem potius criminari: ꝙ strenue certare nõ ualeãt/ubi uirtutis prę mia proposita sunt. Quis enĩ iuste cõqueraẽ/eos qui non dum facti sint diuini/ uitam nõ habere diuinam? Proide paupertas & morbus bonis quidem uiris mo menti nihil habent: malis uero utilia sunt. Quinetiã necesse interdum est egrota re/cum corpora habeamus. Nec inutilia hæc sũt oio ad ordinem ipsum cõmunẽ/ ac plenitudinem uniuersi. Nẽpe quẽadmodũ corruptis quibusdam rõ ipsa mun di rerum artifex ad aliorum utiẽ genituram. Nihil enĩ usq; effugere potest/quin ab hac ipsa comprehẽdatur: sic & deprauato corpore/& aĩa passionibus eiusmõi languida/quæ morbis prauitateq; occupata fuerũt/mox sub alia serie & ordine comprehendunẽ. Et alia quidem ipsis conferunt patientibus: sicut pauptas atq; morbus: Prauitas autem utile quiddam affert ad uniuersum: facta uidelicet iuris ipsius exẽplum/multaq; ex se utilia pariens. Reddit enĩ aĩos uigilantes: efficitq; ut diligenter excogitẽt/qua uia potissimum a præcipitio prauitatis ualeãt decli nare. Facit rursus/ut q̃tum bonum uirtus sit/compatione malorũ uitiosos aĩos affligẽtium cognoscamus. Neq; ꝓp hæc facta sunt mala: sed dictũ est ipsam mũ di artificem rõnem malis postquam facta sunt/oportune admodum uti solere. Id autem maxime potestatis est/malis etiam bene uti ualere. Posse quinetiam rebus quę informes iam factę sunt/uti ad formas alias generandas: Omnino uero malũ existimare debemus boni defectum. Necesse aũt est hic boni defectũ accidere: quoniã est ĩ alio. Ipsũ itaq; aliud ĩ quo bonũ est/cum diuersum sit a bo no infert boni defectum. Id nãq; non erat bonũ. Quaꝓp ut Plato inquit: Impos sibile est mala pęnitus extirpari: quoniã & alia aliis inferiora sũt ad ipsã boni na turam: & alia diuersa sunt a bono/subsistentiæ suæ cãm inde sortita. Taliaq; eua serunt: ꝓpea ꝙ a bono remotissima prouenere.

¶ Confirmat eadem & mouet dubia Cap. VI

ADid ueto quod uidetur pręter dignitatem sępe contingere/quando uel boni mala/uel mali bona reportãt: recte utiq; respõdebit̃/ nihil uel bono malum accidere: uel malo cõtingere bonũ. Cęterum queri potest: cur nã multa præter naturam bono homini accidant/multa uero naturę cõsentanea pra uo cõtingant. Qua.n.rõne recta distributio hęc esse potest? Verum si quod secũ dum naturam est/ neq; fęlicitatis quicq̃ addit bonis: neq; mali quicq̃ demit pra uis: atq; quod præter naturã non demit quicq̃ bonis: Quid nã interest/sic ne aut sic potius se habere: quẽadmodum neq; si malus quidẽ pulchro sit corpore: bo nus uero deformi. Verũtamen decorũ atq; cõsentaneum/ & quod pro dignitate dici potest/mõ illo potissime fieret/quo nũc minime fit. Optimæ uero ꝓuidẽtiæ erat ita instituisse. Præterea malos quidem esse dominos pricipesq; ciuitatũ: pro bos aũt seruos minime decuit: neq; etiã si hæc uel bono uel malo nihil addant. Profecto princeps iniquus iniustissima patrat facinora. Quid uero? Quod scele sti ĩ pręlio supant: aduersusq; captiuos turpissima quęq; cõmittũt. Hæc oĩa dubi tare compellũt qua rõne regnãte ꝓuidẽtia fiãt. Et si ad ipsum totum spectare de bet quisquis est aliquid effecturus. Verũtamen partes quoq; quod eis expediat assequi debẽt. Pręsertim ubi aĩatę sunt/uitamq; habent. Præcipue si rõnẽ. Deniq; ꝓbabile est prouidẽtiam se ꝑ cuncta porrigere: idq; eius officiũ esse/ut nihil pror sus alicubi negligat. Quãobrem si totũ hunc mundũ ab ĩtellectu depẽdere con cedimus: uirtutẽq; mẽtis se ꝑ oĩa fundere/ conãdum est oĩo/quo pacto singula hæc bene se habeãt demonstrare.

Dat principia respondendi. Tractat quoq; de cõditione huius mundi a pri mo degenerante: Et de libero aĩarum arbitrio Cap. VII.

PRincipio nos latere non debet/quãdo pulchritudinẽ in mixto quęrimus/ nõ esse oĩa exigenda/quæ pulchritudo cõtinet ĩ natura nõ mixta: neq; in rebus sequẽtibus primas esse quęrẽdas: Sed quãdoq̃dẽ mũdus habet cor pus: cõcedendum ab ipsa natura corporis/uniuerso nõnihil accidere. Itẽ ab ipsa rõne eatenus expetendum/quatenus mixtum suscipe potest: quasi satis fuerit fa ctum si nihil ex his quę potest capere desit. Quẽadmodũ siquis ĩ terris hominẽ pulcherrimum cõtemplet̃: nec tamẽ oportere existimet hũc ipsi qui ĩ mente ẽ ho mini eundem fore: Sed satis ab auctore factum putet/si hoĩem hunc q̃uis in car nibus/neruis/ossibus sit/tamẽ rõne complexus est/ usqueadeo ut hęc quoq; pul chra reddiderit: effeceritq; ut rõ sup materiam se diffunderet. His itaq; cõcessis deinceps ad quæsita progrediendũ. Forte.n.ĩ his admirãdum ꝓuidẽtię munus mirabilemq; potẽtiam mũdi huius artificem ĩuenire poterimus. Profecto circa illas aĩarum actiones/quæ in ipsis aĩabus collocant̃/quãdo agũt deteriora/uelut quãdo iniquę aĩę alias lędunt: uel quãdo iniquæ iniquas: nisi forte quispiã pro uidentiam prauitatis earum cãm esse uelit/nõ decet ab ipsa ꝓuidentia rõnẽ facti retractationemq; exigere: quin potius cãm referre ĩ eligẽtem. Dictum nãq; ẽ/aĩas quoq; oportere ꝓprias motiones habere. Item nõ aĩas solum nunc esse: sed iã aĩa lia. Præterea nõ esse mirãdum/quãdo tales quędam sunt/uitam quoq; talem ha bere cõgrue cõsequentem. Nõ.n.ex eo ꝙ mundus erat huc uenerũt: sed ante mũ dum habuerunt/ ut mundi quandoq; forent/mundana curarent: sistendi causæ

forent/gubernarent/ efficerent: quocūq; id modo facerent: ſiue prę ſidēdo ex ſe nōnihil attribuentes: ſiue īmergendo ſe dederent: ſiue aliæ quidem ſic: alię uero aliter id efficerēt. Non.n. id agitur īpræſentia. Sed qūocunq; ſe res habeat ꝑuidē tiam nō eſſe culpādam: At quādo quis cōſideret malorū cōpationem ad cōtra rios: uidelicet bonos quidem eſſe pauperes/malos aūt diuites. Ac plerunq; dete riores plus admodum i his poſſidere/quæ humanæ naturæ neceſſaria ſunt. Item dominari: & ciuitates genteſq; occupare: quid nā dicet? An forte prouidentiam uſq; ad terras minime ꝓuenire? Verūtamē cū cętera rōne fiant oīa/teſtimonio id ipſum eſt ad terram uſq; deſcēdere. Et.n. aīalia & plātæ rōnem & aīam uitāq; par ticipāt. Forſan huc uſq; ꝓuenit quidem: ſed nō dominaī. Verum cum uniuerſū hoc unum aīal ſit/ꝓinde id ſe haberet/ac ſiquis dicat/caput quidē facięq; homis a natura fieri/rōne uidelicet ſeminaria ſupante: reliquū uero aliis quibuſdā attri buat cauſis ſiue fortuitis ſiue etiam neceſſariis/ideoq; eſſe deteriora: uel etiā ob naturæ imbecillitatem talia ꝓuenire. At uero neq; ſanctum eſt/neq; pium cōcede re/hæc non pulchre diſponi: unde opificiū ſimul atq; opificē criminari cogaris.

## ¶ Reſpondet dubitationibus Cap. VIII.

REliquum eſt/ut queramus/qūo hæc recte ſe habeant/ordinēq; teneant/uel ſi quo pacto nequaq̄/ uel potius haud male. Omnis autē aīalis ſuprema qdē. s. caput/& facies/pulchriora ſunt. Media uero & ifima minus. Homi nes aūt i medio iferioriq; ſūt. At ī ſublimi cęlum/diiq; cæleſtes Et mūdi plurimū dii tenent/omneq; ī circuitu cęlum. Terra uero quaſi centrum/& uelut una quæ dam ex ſtellarum numero. Miranī profecto pleriq; hoīem iniuſte uituere: ꝓpea q̄ homiem ī uniuerſo exiſtimāt apprime uenerandum: quaſi nihil oīo ſit ſapien tius. Sed re uera homo deorū brutorūq; eſt medius: & ad utraq; uergit. Itaq; alii quidem diis/alii uero brutis ſimiliores euadunt. Plurimi aūt inter hæc obtinent medium. Qui ergo deprauati brutis qualitate ꝓpinquāt/rapiūt medios/uimq; illis inferūt. Hi uero cogētibus ſunt meliores: ab ipſis tamē deterioribus ſuperā tur. Quatenus ipſi quoq; deteriores ſunt/neq; ſūt boni/ neq; ſe ita compauerūt/ ut pati nō poſſent. Si ergo pueri quidā exercitauerint quidē corpora: aias āt ob impitiam deteriores his habeāt. Ideoq; ī paleſtra uincāt eos qui neq; corporibus neq; ais exercitati fuerint. Rapiāt eorū cibos/mollibuſq; ueſtibus eos expoliēt. Quid nā uel durum uel ridiculum uideri debet? Cur enim nō rectum ſit/ut ipſe quoq; legum cōditor talia illos pati ꝓmittat/meritas poenas ignauę delirioſæq; uitę luētes. Quippe cum gymnaſia illis demōſtrata iam fuerint: ipſi uero ꝑ igna uiam & mollitiem & incuriam adeo ſuum neglexerint cultum/ ut ſeipſos reddi derint uelut pingues agnos prædamq; luporum. His ergo qui eiuſmōi ſcelera ꝑ petrarunt/prima īminet pęna/ut lupi ſint/ & homies infęlices: Deide præſcriptū eſt/quę tales pati cōueniat. Neq;.n. daī hic factos iam malos mori: Sed ad prio ra ſemp ſequunī quæcūq; ſecūdum rōnem ſunt atq; naturā. Deteriora. s. ſequun tur deteriores: meliora uero ſimiliter meliores. Nec talia quædam paleſtra ſūt. Ludus nāq; habeī ibi. Oportuit enī poſtq̄ adoleuerint pueri/& utriq; cum inſci tia utroſq; iam accingi/armaq; habere/moreſq; præſtātiores q̄ eſſe ſoleant ī pale ſtra luctantium: nunc aūt hi quidem inermes ſunt: Armati ār ſupant. Vbi ꝓfecto

non oportet Deum ipſum ꝑ his qui ſunt imbelles pugnare. Lex enī ait/ſalutem non uotis:ſed fortitudine ī bello quęrendā. Neq; decet eos qui uouent:ſed eos qui colunt terram colligere fructus. Neq; ſanos eſſe eos/qui curā ualitudinis negligūt. Neq; grauiter ferēdum eſt/ſi mali quidā fructus plures accumulent/ſi mō in agricultura ualuerint. Prętерea ridiculum eſt/cętera quidem ad uitam ꝓtinētia oīa propria ſentētia facere/quāuis nō ita(ut placet diis) efficiāt. Salutem uero ſolam a diis exigere: præſertim cū neq; illa fecerint/ꝑ quę dii hoīes ſeruari iubent. Quinetiam mors illis eſt melior q̄ eiuſmōi uita/ qualem ipſę uniuerſi leges agere nolūt. Cōtrariis itaq; factis/ſi ꝑſeuerāte ſtultitia prauitateq; pax diuinitus cuſtodiaī/negligentię accuſari poterit prouidētia/quaſi ꝓmittat ſupare deteriora. Dominanī uero mali ignauia ſubditorum. Hoc.n. iuſtius eſt q̄ illud.

Prętер actionē Dei cętera etiam agunt preſertim homines: qui interim omnibus modis a prouidentia prouocanī ad Deum. Cap. VIIII.

Non oportet autē ita prouidētiam eſſe/ut nos oīo nihil ſimus. Alioquin ſi prouidētia ipſa ſit oīa/ipſaq; ſola/non erit amplius prouidētia. Cuius.n. ulterius prouidētia foret? Profecto ſola diuinitas eſſet. Nunc uero diuinitas quidem eſt/ſeq; cōfert ad aliud: nō ramē ut ipſum aliud auferat: Sed accedēs exempli gratia ad hominem/ſeruat ī eo quod eſt eſſe hoīem. Id aūt eſt ſeruare ꝑ uidentiæ lege uiuentem: Quod quidem eſt agētem quęcūq; lex ei pręſcribit. Prę ſcribit āt hoīes qui boni facti ſint/manere deiceps uitam bonam etiam poſt obtum cōſtitutam. Malos āt cōtrariam. Nefas aūt eſt exiſtimare eos qui euaſere mali/ſeruatoribus aliis cuſtodiri/dum ipſi deſides uotis dūtaxat cōfidunt. Quāobrem neq; fas ē deos uita ꝓpria intermiſſa malis negocia ſingula diſpēſare. Neq; etiam decet probos uiros aliam agētes uitam humano principio meliorem detrionibus gubernandis incumbere: Quādoquidem neq; hi aliquādo curauerunt qua uia boni aliorum prīcipes fierēt/meditantes qua rōne ipſis id adſit. Sed inuident etiam ſiquis ſponte bonus exoriaī: Quoniā plures facti iam eſſent boni/ſi hos pręſides ſtatuiſſent. Humanū itaq; genus factū aīal quidem/non tamē rerū oīum præſtātiſſimū: ſed mediū obtinens eligēsq; ordinem: ſimul tamen quo ī loco poſitum eſt/prouidentiæ beneficio perdi nequaq̄ dimittiī: ſed ad ſuperna reuocaī aſſidue/oībus ubiq; machinis/q̄bus diuinitas utiī/uirtutē cōtinue reddēs potentia pręualētem. Quo quidem factum eſt/ut genus humanum rōnalē nūq̄ amiſerit facultatē: imo particeps & ſi non ſūmoꝑ ſapiētiæ/ſit mentiſq;/& artis/atq; iuſtitiæ/quā ſinguli inter ſe exercent. Atq; ubi iniuria nōnullos afficiūt/ſe iuſte id agere opinanī. Eſſe nāq; eos iudicāt dignos/qui ab ipſis afficianī iniuria. Hō ꝑfecto tā pulchrū opificiū eſt/q̄ pulchrū eſſe pōt/atq; ita ī mūdo cōſtitutus ē ut ſorte hēat potiorē q̄ cętera quę ī terra ſūt aīalia. Quādoqdē aīalia ēt inferiora hoīe terrę afferētia ornamentū prudēs nemo uituꝑat. Ridiculū nāq; foret/ſiquis aīalium naturæ detraheret/ ꝙ hoīem mordeant/ quaſi deceat hoīes ſecura ꝓrſus ignauia uiuere. Neceſſarium eſt aūt hęc etiam eſſe. Atq; utilitates quę ab illis prouenire poſſunt partim ꝑ ſe euidētiſſimę ſūt: partim uero ſi minus manifeſtę ſūt/ temporis lōgitudo demonſtrat: adeo ut nihil ī eis uel quoad ſe/ uel etiā quoad hoīes fruſtra ſit. Riſu uero dignum eſt/ſiquis ꝓpea improbet/ꝙ pleraq; aīalium

agreſtia ſunt. Quippe cum homines etiam ſint agreſtes. Quod ſi multa nō parent homini/ſed diffidentia reluctanť: nihil mirum uideri debet.

Quāuis habitus mali nō ſint uolūtarii: actiōes tamē uolūtariæ ſunt. Cap. X.

HAT uero ſi homines inuiti ſunt mali: taleſq; ſunt nolentes/nullus uel inferentes iniuriā criminabiť: uel eos q patiunť: quaſi p ſeipſos talia patiantur. Sane ſi neceſſe eſt ita fieri malos/ſiue motu cæleſti/ ſiue pricipio quodam deiceps afferēte quæ cōſecūtur/ naturaliter id ita ſe habet. Atq; ſi & rō ipſa hæc efficit: quonā pacto ſic nō facit iniuſta? Forſan uero dicunť non ſpōte peccare/quoniā peccatū ipſū nō ſit uolūtariū. Id āt non prohibet q̄n ipſi ex ſeipſis agāt. Sed quoniā ipſi faciūt/iccirco & ipſi peccant: alioq̄n nec ipſi qdē peccauiſſēt/ſi ipſi nō eſſent actionū taliū auctores. Quod āt diciť eos neceſſitate malos fieri nō ab extrinſeco accipiendum eſt duntaxat: ſed quoniā cōmuni quadā cōditione peccant. Quod item de motu cęleſti dicitur/non ſic accipiendum eſt/ quaſi nihil in noſtra poteſtate ſit poſitum. Ereni ſi ab extrinſeco duntaxat cuncta fierent: certe ita fierent/ſicut auctores ipſi uolebāt: Quapropter homines cōtraria ipſis minime patrauiſſent. Atqui nec hoīes forent impii/ſi Dii hęc omnia ꝑpetraſſēt: Nunc aūt id ab ipſis procedit hominibus: dato uero pricipio/quod conſequiť inde/pagiť: cōprehenſis uidelicet ad cōſequentiā cunctis quoq; illis quę principia ſunt. Pricipia uero ſunt & homines. Mouentur igitur ad honeſta ſuapte natura: quæ quidem ſpōtaneum eſt principium.

Ratio mundi artifex diſpares in mundo uoluit gradus ad mundi perfectionem. Cap. XI.

UTrū āt naturalibus q̄buſdā neceſſitatibus cōſequētiiſq; ita ſingula fiūt? & utcūq; fieri pōt/recte fiūt. Forſan uero nō ita: Sed ipſa rō dominās hęc oīa facit. Atq; ita uult. Et quę mala dicunť/ipſa rōnaliter agit nolēs ęque bona oīa eſſe/ Quēadmodū. n. artifex nō oīa quę in aīali ſūt/ efficit oculos: ita neq; rō fecit oīa Deos. Verum alia quidē eſſe Deos ſtatuit: alia uero dęmones ſequēti natura. Poſt hæc āt hoīes: aīaliaq; deiceps. Neq; id quidem inuidia: ſed rōne intellectualē habēte uarietatē. Nos āt ſic affecti ſumus/ſicut īpiti picturæ: q̄ pictorē dānant q̄ nō ubiq; pulchros ęque colores poſuerit. Pictor āt unicuiq; parti quod eā decebat attribuit: Ciuitates quoq; bene īſtitutæ nō æqualiter inoibus diſponunť. Præterea q̄snā comędiā tragędiāq; uituperet? q̄ oēs in ea nō ſint heroes: ſed interſit & ſeruus/& ruſticus aliq̄s rudiori uoce ꝓnūtiās. Poema tamē nō erit pulchrū. ſiquis inde tollat deteriores: quod ue ex cūctis impleť.

Ratio ſeminaria mundi omniformis emicat ab omniformi natura iutellectuali Neq; cogit animas ſe immergere mundo. Cap. XII.

SI igitur ipſa ratio ſeipſam materiæ prorſus accommodans hæc omnia fecit/id ipſum exiſtens quale eſt quiddam ſcilicet diſſimilibus conſtās

partibus/tale quidem exiſtēs ex eo quod eſt ante ipſum/certe id quod factum eſt/ita factum nihil aliud poteſt habere ſe pulchrius. Ratio uero ex omnibus ſi milibus penituſq; conformibus atque proximis fieri minime debuit. A tq; hoc quidem modo non eſt culpandus auctor: cum eiuſmodi ratio rerum artifex ſit dum alia introduxiſſet uelut animas/compuliſſetq; preter earum naturam cum opificio mundano cōgruere/ac plurimas in deterius: Quanam ratione id recte factum fuiſſet:/Sed profecto putādum eſt animas quoq; quaſi partes ipſius exi ſtere: Rationemq; non faciendo deteriores accommodare mūdo: Sed ubi cōue nit expeditq; ipſis pro dignitate diſponere.

## Cap. XIII.

### Omnium rerum uiciſſitudo eſt.

Pernendum præterea non eſt/quod dici ſolet: non decere ſemper ſpe ctare preſentia: ſed præteritos quoq; circuitus atq; futuros. Inde nāq; iuſte pro dignitate repēditur: dum cōmutatio fit ex dominis in prio ri uita/in ſeruos in uita ſequenti: ſi modo īprobi fuere domini. Et pro fecto ita mutari his hominibus expedit. Preterea ſi diuitiis abuſi ſūt/in paupe res tranſferuntur. Vbi bonis quidem eſſe pauperes non eſt inutile. Item qui in iuſte quempiā occiderunt/iniuſte ſimiliter occidentur. Iniuſte quidem quo ad eum ſpectat qui īterficit: Iuſte uero quo ad eum pertinet qui necatur. Sane qui patietur ita in idem conducet una cum illo qui ad hec perpetranda fit prōptus/ quæ illum pati decebat. Nemo putet quēpiam temeraria ſorte fieri ſeruum. neq; caſu quodam fore captiuum: neq; abſq; ratione uiolari corpus/Sed quondam ille perpetrauit aliquando quæ īpræſentia patitur. Et qui olim extinxit matrem in poſterum extinguetur a filio/aliquando natus fęmina. Et qui uitiauerat mu lierem/ortus deinde mulier uitiabitur. Hīc oraculum illud de Adraſtia ideſt di uinarum legum ineuitabili poteſtate. Eiuſmodi nāq; ordinis inſtitutio procul dubio Adraſtia eſt. Ac re uera iudicium & iuſtitia ſapientiaq; miranda. Conie ctare licet talem in uniuerſo ſemper ordinem eſſe/ ex his quæ quotidie uidētur in mūdo. Vbi certe ordo quidam talis per omnia uel minima quæq; percurrit. Arsq; apparet ubiq; miranda non in diuinis ſolum: Sed in his etiam quæ facile quis ob exiguitatem ſperni a prouidentia iudicarit. Qualis utiq; eſt in abiectiſ ſimis quibuſq; beſtiolis artificioſa ſtupendaq; uarietas. Q uinetiā uſq; ad plan tarum fructus & folia ars eiuſmodi ſe propagat. Vbi mirari licet q̄ pulchre ſint formæ q̄ facile oportuneq; floreſcant/q̄ ſine labore naturæ uaria ſpecioſaq; pu lulent. Neque ſemel ita facta ſunt: ſtatimq; fieri deſiuere: Immo uero ſemper ita fiunt: dum ſuperiora ſecundum hæc non omnino ſimiliter perferuntur. Quæ cunq; igitur per uices alias atq; alias traducuntur: non temere permutantur/nō caſu figuras alias induunt: Immo uero ſicut & mundi decor expetit/& diuinas potentias agere decet. Agit nanq; diuinitas omnis ut propria fert natura. Fert autem diuina natura ſecundum ſuam duntaxat eſſentiā. Eſſentia uero eius pul chrum iuſtumq; una in ſuis actionibus explicat. Niſi enim ibi hæc eſſent/nuſq̄ eſſe poſſent.

¶ Quanto naturalia opera rationabiliũ disposita sunt mouenturq; q̃ nostra/tanto prestantior ratio ducit illã q̃ nostra. Item non est in partibus ipsa totius perfectio requirenda: Nec in parte altera alterius proprietas exigenda.

Cap. XIIII.

Habet igitur ordo sic institui secundum mentem/ ut absq; rationis discursione consistat: atque ita consistat: ut siquis perfectissime discurrere ualeat ratione/supra modum stupeat/totum sic esse dispositum: ut non aliter ratio inuentura fuerit atq; factura. Quale semper animaduertẽ ĩ singulis quoq; naturis effici: Semper inquam intellectualis formę plus habens q̃ uel concipiat rationis ordo uel pariat. In quolibet igitur eorum quę fiunt genere non licet rationem effectricem incusare: nisi quis existimet unumquodq; oportere ita esse factum: ut ea quę non sunt facta/ sed sempiterna sunt/tum ĩ genere intelligibili/tum sensibili: in quo nonnulla etiam sunt sempiterna: requirens uidelicet cumulum boni quamplurimum. neque putans speciem unicuique attributam per se sufficere: Veluti si naturam culparet in homine q̃ comua ei non dederit. Neq; considerans fieri non potuisse/quin ratio per omnia se diffuderit. Oportuisse tamen in maiori minora etiam contineri: partesq; ĩ toto: neq; posse ęqualia esse: alioquin partes minime fore. Supernum quidem omne est omnia: Inferiora uero non singula omnia sunt. Atque homo quatenus unusquisq; pars quædam est/non est omnis. Quod sicubi ĩ partibus quibusdam aliquid quoq; aliud sit/quod quidem non sit pars/per hoc & illud est omne. Nec exigendum est/ ut quilibet singulatim quatenus id proprie est summum sit uirtutis adeptus: Alioquin non ultra pars foret. Non tamen pars dignitate excellentius exornata quasi per inuidiã toti detrahit. Totum nanq; efficit pulchrius/ quatenus dignitate magis excellit · Talis enĩ fit/quatenus toti fit similis: & quasi concessa sit esse talis: atque ita simul ordinata: ut & secundum hominis locum in eo nonnihil effulgeat/non aliter q̃ per diuinum cęlum stellę coruscent: Hinc uero talis quædã oritur excogitatio: uelut si statua quædam ingens atq; pulchra/ siue animata/ siue arte Vulcani ficta habeat quidem micantes in facie stellas: Alias insuper & in pectore. Atque ita dispositas: ut decorem rite conficiant.

¶ In naturę uniuersalis intentione sunt mala necessaria totius bono. Ideoq; toti bona. Item in hoc mũdo uanitas uanitatum/& omnia uanitas.

Cap. XV.

Singula igitur in seipsis considerata ita se habere uidentur. Horum uero complexio tum quę facta sunt/ tum quæ perpetuo fiunt instantiam dubitationemq; patitur: Tum circa mutuam animalium brutorum uoracitatem: tum circa hominum impetus aduersus homines. Item propter perpetuũ bellũ/quod quidem neq; sedari põt neq; facile tolerari: præcipue si ipsa mundi ratio ut hæc ita se haberẽt effecerit: Atq; ita bene se habere dicantur. Non enim

ulterius ita dicentibus illa ratio ſuffragaꝫ dicens quoad fieri poteſt hęc habere ſe bene/cauſamq; eſſe materiam/ ut quæ ſic habent/ inferiori habeant conditio ne. Neque poſſe mala funditus extirpari: Siquidem ſic oportuit ſe habere: atq; ita bene. Neq; accedens materia ſuperat: ſed inuecta eſt/ut ita fieret. Immo uero & ipſius materię cauſa ratio erat hoc pacto. Prīcipium itaq; ratio eſt: Et omnia ratio. Et quę fiunt. per ipſam fiunt: & quę in generatione ſimul inter ſe ordinā tur/ita pęnitus ſe habent. Quę nam igitur perpetui naturaliſq; belli in animali bus & hominibus neceſſitas eſt? Forſan uoragines animalium mutuę ideo ne ceſſariæ ſunt/ quia ſunt quædam uiciſſitudines animalium: quæ quidem etiam ſi nullus interimat/ ita ſemper manere non poſſunt. Quod ſi quo in tempore oportet obire/tūc obire ſic oportebat/ut aliis quoq; ex ipſis proueniret utilitas/ cur nam decuit inuidere? Quid uero/ſi quæ deuorata ſunt/quandoque alia re naſcūtur? uelut ſi in ſcena perſona quę fingitur interfecta/mox figuram mutet/ alterius q; perſonam induens regrediatur in ſcenam. At dixerit forte quiſpiam/ non uere hunc eſſe mortuum. Verum ſi mori eſt permutare corpus non aliter q̄ permutare ueſtem i ſcena: Aut ſi mors eſt corpus omnino deponere: Quemad modum in comoedia exitus ex ludo poſtremus: ubi tamen quis in poſterum quandoq; ſit rediturus ad ludū/ quidnā mali ſecum affert eiuſmōi animalium inuicem cōmutatio? Quę profecto multo melior eſt/q̄ ſi uel nata ab initio non fuiſſent. Tunc enim uitę orbitas eſſet: & impotētia quędam uitę in alio exiſten tis. Nunc autem cum multa i uniuerſo ſit uita/omnia facit uariatq; in uita: neq; cōtinere ſe poteſt quin pulchra ſemper efficiat animalia quaſi ludicra ualde gra ta conſpectu. Hominum uero arma uiciſſim illata/cum & mortales ſint/ & de centi quodam ordine pugnēt eorum more qui in pyrrhichiis armatorum tripu diis ludunt/plane declarāt & omnia hominum ſtudia ludos eſſe: & obitum nō eſſe durum exiſtimādum. Occumbentes autem in prędio breuiuſculo quodam tempore anticipare mortem in ſenectute futuram/ abeundo quidem uelocius / ſed uiciſſim alias redituros. Proinde ſi uiuentes fortunis expolientur/facile animaduertere poterunt/eas neque antea quidem fuiſſe ſuas: ipſiſq; raptoribus deridendam fore poſſeſſionem/ quandoq; ab alio uiciſſim expoliandis. Quin etiam ſi nullus abſtulerit/ detenorem fore poſſeſſionē q̄ expoliatis iactura fuiſ ſet. Quemadmodum uero in theatri ſcenis/ſimiliter & in uita contemplari de bemus cædes: obitus: expugnationes urbium: rapinas: & prædas: tāquā omnia tranſmutationes quædam ſint/figurarumq; uices alternę. Ficti quoq; fletus paſ ſim atque ululatus. Etenim in ſingulis uitæ humanæ actibus/non ipſa quę in tus eſt anima/homoq; uerus: ſed exterior hominis umbra lamentatur & eiulat: cæteraq; agit omnia in terra uelut ampliori quadam ſcena: In qua quidem mul tæ animarum umbræ reſultant: multaq; ſcenarum ędificantur umbracula. Talia itaque ſunt hoīs opera/qui ſolā iferiora externaq; uiuere nouit: neq; aīaduertit in ſeriis quoq; fletibus quaſi ſe ludere. Soli nanque probo ſerio ſtudendum eſt officiis ſtudio dignis. Alius autem homo nihil aliud eſt q̄ ludus. Illi uero in re bus quoq; ludicris ſtudioſe ſerioq; agunt/ qui res ſtudio dignas/& quomodo ſtudendum ſit ignorant: ipſiq; ridiculi ſunt. Siquis autem una cum illis ludens talia patiatur/agnoſcat ſe i puerorum ludos incidiſſe deponēs qua indutus eſt

ꝑsonã. Ac si Socrates quoq; ludat/ludet certe Socrate duntaxat extemo: Memi nisse insuper oportet non esse faciendum argumentum ꝙ hæc mala sint/ex eo ꝙ in eis lugeatur & eiuletur. Quoniam pueri quoq; in rebus nõ malis deflent atq; lamentantur.

¶ Quid sit ratio seminaria mundi. Quomodo agat. Item de quattuor gradibus plenitudinis. Item quomodo rationes rerũ in communi ratione contrariæ sint. Cap. XVI.

CAeterum si hæc recte dicuntur/quo nam pacto prauitas ulterius erit? ubi nam iniustitia? ubi erratum? Qua enim ratione si omnia rite decenterq; fiunt/fieri potest/ut qui agunt/iniuste faciant/& aberrent? Et quo pacto infelices erunt/si non agunt iniuste/si non aberrant. Item quomõ alia quidem secundum naturam: alia uero præter naturam esse dicemus? Siquidem quæcunq; fiunt agunturq;/naturali quodam ordine transigantur. Et nũquid impietas contra deum ulla esse poterit? Quippe cum talis sit qui facit: taleq; quod fit: uelut siquis poeta mimum interserat fabulis poetam ipsum mordentem atque reprobantem. Rursus ergo quid nam ratio sit/planius explicemus: probemusq; eam merito esse talem. Est igitur hæc ipsa ratio. Audeamus id eloqui. Forte enim sic assequemur. Est inquam ratio hæc non sincera mens/non mens ipsa/non animæ puræ genus: dependens uero ab hac & quasi fulgor ex ambabus/mẽte uidelicet atq; anima. Ab anima inquam affecta secundum mentem. His utiq; generãtibus rationem hanc uelut uitam/quę quietam quandã in se habeat rationem. Omnis uero uita est actus/uel uita uilissima. Actus inq̃ nõ quemadmodum agit ignis: sed ipsius actus etiam si nullus adsit sensus/ motio quædam est minime temeraria. Quodcunq; uero sit quod præsentem participat rationem/ subito rationabiliter euadit affectum ideſt formatur. Quasi actus qui est secũdum uitam/formare queat/atq; ita mouere tãquã formet. Quamobrem actus eius artificiosus est: ceu siquis tripudio moueatur. Tripudiator enim uitæ sic artificiosæ persimilis est: atq; ars mouet ipsum: & ita mouet/ propterea ꝙ ipsa uita talis quodãmodo sit. Talia itaq; dicta sint/ut planius cognoscatur/qualis sit etiam qualiscunq; uita. Procedens igitur hæc ratio ex una mente unaq; uita/ex ambabus scilicet plenis/non est uel uita una/uel mens quædam una: neq; est ubiq; plena: neq; tradit seipsam quibus imptit totam atq; omnem. Cum uero partes i se oppositas inter se habeat/ideoq; indigas/certe belli seditionisq; profert originẽ. Atq; ita est una omnis/si non sit unum. Facta enim sibimet per partes hostis: sic unum quiddam est & amicum/perinde ac si fabulæ tragicæ siue comicæ ratio una sit totius/ multa in se prelia continens. Fabula quidem ipsa cuncta quę dissident/i unam concordem redigit temperantiam: ceu pugnantium dispositionem omẽm cõficiẽs. Ibi aũt ex una rõne distantiũ dissidẽtiũq; pugna deducit. Quapp ꝙspiã harmoniæ expugnãtibus resultanti magis assimilabit: ꝙquiretq; cur nã in rõnibus ipsis repugnãtia cõprehendant. Si igit & hic acutũ & graue faciunt ipsę rationes/ cõspirãtq; in unũ/cũ harmonię rationes sint in ipsã uidelicet harmoniã/quę alia est ratio maior/cũ ipsæ minores sint & partes: ꝑfecto uidemus similiter in uniuerso contraria: album/nigrũ/calidũ/frigidũ. Itẽ alatũ/non alatũ: pedatũ/non pedatũ:

rationale irrõnale. Singula uero animalis unius uniuerſi ſunt partes. Iam uero to
tum ſe cum ipſo cõſentit/ partibus paſſim inter ſe pugnantibus ſecundum ratio
nem uero totum. Itaq; neceſſe eſt hanc quoq; rationem unam ex rationibus con
trariis unam eſſe: adeo ut oppoſitio talis conſtitutionem ipſi & quaſi eſſentiam
afferat. Etenim niſi eſſet multiplex/non eſſet & omnis: non eſſet & ratio. Ratio
uero exiſtẽs differẽs eſt ẽt ad ſeipſã: maximaq; differẽtia cõtrarietas eſſe uidetur
Quapropter ſi alterum quiddam omnino eſt: ipſum uero alterum agit aliquid/
nõ tamen alterum minus: ſed magis alterum efficit: ſequitur ut alterũ quiddam
ad extremum efficiẽs neceſſario contraria faciat: Perfectaq; erit ratio/ſi modo nõ
ſolum differentia quædam/uerum etiam contraria multa efficiat ſemetipſam.

¶ In diuina prouidentia præſcripta ſunt & quæ nos agimus: & quæ ſub
inde patimur. Cap. XVII.

¶ Vm igitur talis ſit/qualem ipſa omnino in ſe per uniuerſa ſe reddit/mul
to magis quę fiunt/cõtraria facit/quo magis iam diſtare coguntur. Sane
minus unum eſt ſenſibilis mũdus/q̃ rõ ſua. Ideoq; magis eſt multiplex/
cõtrariiſq; refertus. Præterea uiuẽdi appetitus eſt ĩ ſingulis uehemẽtior: amorq;
in unum rapiens eſt ardẽtior. Quæ uero amant/ſæpe amata corrumpunt proprii
boni auiditate: quãdo uidelicet corruptiõi obnoxia ſunt. Amor q̃etiam partis
erga totum trahit ad ipſũ quicquid poteſt. Sic itaq; &boni & mali quaſi ab eadẽ
arte cuiuſdam ſaltãtis tripudio per cõtraria perducuntur. Cuius quidem alteram
partem bonam/alteram dicemus eſſe malam. Atq; ita pulchre ſe habet. Sed enim
nulli uidebuntur amplius eſſe mali. Forte uero nihil hinc prohibet aliquos eſſe
malos. Sed forſan ſequeẽ ex ſeipſis nõ fieri malos. Fortaſſis etiam malis hinc ue
nia dabitur: niſi quibus danda ſit uenia/& quibus nõ/ipſa ratio faciat. Faciat ue
ro ratio/ut talibus quibuſdam nõ ignoſcatur. Cæterum ſi pars quidem eius alia
uir bonus eſt/alia uero malus/plures ĩ eo partes obtinet malus. Sed certe ita fit
quẽadmodũ ĩ fabula: ubi alia q̃dẽ hiſtrionibus poeta cõſtituit: aliis ãt pro eorũ
natura utitur. Non enim ipſe facit/ut alius uirtute primus ſit in ludo: alius uero
ſecũdus: alius deniq; tertius: Sed cõcedẽs ſuas cuiq; rõnes/ deiceps aſſignat ordi
nem unicuiq; prorſus accõmodatum. Sic itaq; unicuiq; deſtinatur locus tum bo
num tum malum maxime decens. Itaq; uterq; ſecundum naturam atq; rõnem ad
utrunq; progreditur prout decet/locum quem elegerat obtinẽs. Deinde pronun
ciat atq; agit alius quidem uerba operaq; prophana: alius uero cõtraria. Erant. n.
hiſtriones ſic aut ſic affecti ẽt ante ludos inde mores ſuos fabulis inſerentes. In
ſcenicis quidem hominum actibus poeta ſingulis diſtribuit rationes: li uero pe
nes ſe/& ex ſe ipſis habent/ q̃ recte/q̃ ue nõ recte agant. Eſt enim munus illis ul
tra uerba poetæ. Sed in ueriori poemate/ quod referunt homines ſecundum par
tem/naturam habentes effingẽtem anima ſubornatur. Et quemadmodũ hiſtrio
nes a poeta ſubornantur accipientes perſonas/ ueſtes/ croceos amictus/ laceros
ue pannos: Sic ſub mũdano poeta perſonatus animus fortunas haud remere ſu
bit. Hæ nanq; ſecundũ rationem ſũt eaſq; oportune ſubiens/fit mundanę tragę
dię uel comędiæ cõcors: ſeq; infert actibus rationiq; uniuerſæ cõſentientẽ: Deide
quaſi p̃nũtiat actiones & cætera quæcũq; aĩa ĩgenio ẽt p̃prio faceret q̃ſi aliquã

cãtilenam. Et quẽadmodũ uox atq; figura ex ſe quoq; pulchra ẽ aut turpis: atq; uel decus poemati uidetur adiungere: uel uitium uocis immiſcens nõ facit ut fabula ſit diuerſa iam atq; fuerat: ipſa uero incõcinna uideť. Poeta uero fabulę auctor reſpuit hunc pro dignitate uitupans optimi iudicis officio functus: aliũ aũt ad maiores promouet dignitates: atq; ſi habeat/ ad acta quædam præſtantiora. At alterum ad deteriora ſi poſſit. Eadem profecto rõne aĩa ingrediẽs in hoc uniuerſum mũdi poema/ſeq; ipſam ſcenicorum ludorum efficiẽs partem/ſecũq; affe rens ut geſtus bene trãſigat aut male. Item ĩ ipſo introitu annexa ordini reliquorum: cęteraq; omnia ſeorſum a ſe ſuiſq; officiis nacta/ pro dignitate pęnas bonoreſq; reportat. Adeſt præterea aliquid talibus hiſtrionibus utpote ĩ ampliori loco q̃ ſub mẽſura ſcenę ſubornatis. Præſertim cum auctor uniuerſi hos auctorita te donauerit: maiorq; ſit potentia ad multas morum/ geſtuum/locorum ſpecies compandas. Definiunt igiť honoris & ignominię modum ex eo quoq; q̃ ipſi ĩ honore dedecoreq; agendo cõmunicant. Vbi uidelicet habitationes ſingulæ ſingulis accommodatę ſunt moribus: adeo ut rationi ipſius uniuerſi conſentiãt: ac cõmodato uidelicet unoquoq; ſecũdũ iuſtitiæ iudiciũ ſuis ubiq; ſortibus. Sicut corda ĩ cythara quęlibet ꝓprio cõueniẽtiq; loco & ordine tenditur ꝑ ipſa rõne ſonandi/qualis uidelicet ad hoc ipſum facultas unicuiq; ſuppetit. Etenim in toto decorum pulchrumq; uiget/ſi quilibet ubi decet diſponitur/ſonans quidem mala in tenebris atq; tartaro. In his enim pulchrum eſt ita ſonare. Proinde id totum ita demum pulchrum eſt/nõ ſi quodlibet ſit ut lapis: ĩmo ſi unuſquiſq; tonũ cõferens proprium ad unam prorſus harmoniam rite conducat: uitam ipſe quoq; reſonans: minorem tamẽ inferioremq;/& a ꝑfectione remotiorem. Quẽadmodũ neq; ĩ fiſtula uox unica ſatiſfacit: ſed minor pręterea debiliorq; requiriť ad totã fiſtulę conſonantiam prorſus conficiendam: quoniam in partes inæquales diuiſus eſt cõcentus: & inęquales quidem ſinguli inter ſe ſunt toni. Perfectus autem ex cunctis concentus unus efficitur. Etenim uniuerſa ratio una eſt: Diſtribuitur autem ĩ ea quę non ſunt æqualia. Vndę diuerſa ſunt totius loca/partim meliora partim deteriora. Tum animę nõ æquales inæqualibus locis ita congruunt. Ex quo hic efficitur/ut loca diſſimilia ſint: animæq; ĩequales: atq; diſſimiles loca diſſimilia nanciſcantur: quaſi ſecundũ quaſdam fiſtulę uel alterius inſtrumenti diſſimilitudines: habitent quoq; loca pro animarum uarietate inter ſe differẽtia: cõcinẽtes quolibet ĩ loco proprios quidem cãtus/ſed tũ locis ſingulis/ tum uniuerſo cõcordes. Verum quod a quauis anima male ſibi ipſi canitur/bene toti cõcinitur. Item quod ipſis præter naturam accidit/ſecũdum naturã uniuerſo cõtingit: Neq; tonus minor cõcinit minus toti q̃ maior: Neq; canens ſibimet ĩeptius/totũ ob hoc reddit ĩeptius: Sicut neq; plebeus quidam prauus ciuitatẽ iuſtis legibus inſtitutam reddit deteriorem: ſi modo alio hoc exemplo uti nunc expedit. Neceſſarius enim eſt & praui uſus ĩ ciuitate rebus aliquãdo ita poſcentibus: taliſq; homo recte locatur.

## Differentie animarum: & confirmatio ſuperiorum. Cap. XVIII.

Hanime aũt meliores uel deteriores partim q̃dẽ ob alias cãs partim uero uelut ab initio nõ oẽs æquales. Hę nãq; cõpetẽti ꝓportiõe uniuerſe cõgruũt

rationi/ ſiquidem & in ratione & in aĩarum genere in partes inæquales facta eſt diſtributio. Reputare oportet animo ſecundos ac tertios ordines animarum. Rurſus eandem aĩam non ſecundũ eaſdem ſui partes ſemp agere. Sed & iterum hoc modo dicẽdum. Multa enĩ explicatiõis gratia pręſens diſputatio poſtulat. Conſiderãdũ ergo/nũquid forſitan nõ oporteat eos introducere hiſtriones/qui aliud quiddam pronũtient/pręter illa quæ poeta cõſcripſerat. Quaſi conſcriptio poetæ ex ſeipſa imperfecta ſit: illi uero quod reliquũ erat ſuppleãt/ iplentes ipſi locos/ quos forte uacuos poeta reliquerat/ quaſi mimmi futuri ſint nõ mimmi: Sed enim auctoris poetę potius partes ſint/qui pręuiderit/quę mimmi pronũtia turi ſint: ut ita reliqua & quę deinceps ſequunt̃ rite cõnectere ualeat. Cuncta enĩ quæ deinceps in uniuerſo ſequunt̃: Et quæ ad mala opera cõſequunt̃/rõnibus ri te conſtant: & ſecũdum rõnem diſpenſãtur ubiq; uelut quãdo ex adulterio atq; ſtupro per rapinam cõmiſſo/filii naturali ordine generãtur: & interdum forte ui ri præſtãtiores. Et quando urbibus opera malorum ſubuerſis/ciuitates alię excel lentiores cõſtituũtur. Si ergo abſurda eſt illa ĩtroductio ſupplentium animarũ/ hę uero & mala & bona faciũt/detrahemus .n. rõni bonorũ auctoritaté efficiédo rũ /adimẽtes illi oẽm ꝓrſus malorum cõmunionẽ/quid nã prohibet? Hiſtrionũ quoq; geſta partes aſſerere/ſicut fabulę ĩ comędia/ſic & ipſius quę ĩ uniuerſo eſt rationis. Atq; hic tum quod honeſte/tum quod turpiter fit includi: Adeo ut in ſingulos hiſtriones ſic ab ipſa rõne progreſſio fiat/quo perfectius eſt mundanũ hoc artificium: omniaq; ab ipſo: ipſiusq; rõne comprehendunt̃. At uero malo rum hĩc effectus cuius nã gratia concedetur? Atqui & animę diuiniores nihil am plius eſſe uidebũtur ĩ uniuerſo. Sed partes erũt rationis omnes. Atq; uel ipſę rõ nes omnes erunt animę: uel cur nam aliæ quidem rõnes erũt aĩæ: aliæ uero rõnes tantum? cum tamẽ uniuerſa rõ ſit anima quędam

## LIBER TERTIVS TERTIAE ENNEADIS: QVI EST DE PROVIDENTIA SECVNDVS

### Qualis ſit uniuerſalis natura: & q̃ facilis prouidentia: ubi multa redi guntur in unum. Cap. Primum:

QVID ERGO de his dicendum exiſtimamus? Forte & mala ſimul & bona ratio uniuerſa complectitur: cuius hęc quoq; ſunt partes. Non enim uniuerſa ratio hęc gignit: Sed una cum his exiſtit tota Ipſius nanq; animæ uniuerſæ actus ſũt rationes/partium uero par tes. Cum uero una differentes habeat partes/ſimili quadam ꝓpor tione rationes diſtribuũtur. Quapropter & opera quæ ultimæ ge nituręſunt/ſimiliter diſponuntur. Concordes uero inter ſe ſunt animę. Conſo na quoq; ſunt opera. Conſona inquam ita ut unum quiddam ex ipſis uel cõtra riis conſtruatur. Cuncta enim ex uno quodam fonte manantia/ĩ unum quoq; confluũt neceſſitate naturæ. Quamobrem uaria germina uel contraria deniq; fa cta ex eo/ꝙ ex uno pululant/in unum denique ordinem contrahuntur. Quãuis enim inſingulis animalibus ceu in equorum genere pugnẽt inuicem: q̃uis inter

se mordeãt: quãuis certatim agãt/ æmulationeq; iraſcañ: ſimiliterq; hoíes agãt: cunctæ tamen hę ſpẽs í unũ cõgregãdæ ſunt aíaliũ genus. Deíde & inaíata ſecundum ſpẽs iterũ. Deíde in unũ nõ aíal. Poſt hęc ſimul ſi placet/ ad ipſũ eſſe: poſtremo ad ipſũ quod eſſe unicuiq; tribuit. At rurſus hinc explicãs diuidẽdo deſcende: atq; contẽplare unũ ipſũ quaſi diſcerptum: ꝓpea q ꝓ oía currat: ſimulq; cũcta uno quodã ordine cõplectaã/ adeo ut uelut unũ aíal ſit multiplex atq; diſtictũ: uno quoq; eorũ quæ í ipſo ſunt/ agente quod naturæ ipſius eſt ꝓpriũ. exiſtente tamen í uniuerſo/ uelut igne qdem cõburente: equo ãt equi opa pagente. Hoíes uero ita ut natura inſtituti ſũt/ ſinguli munera ꝓpria exequũtur: differẽteſq; diferentia. Sequunt aũt ſecũdum naturas opa. Rurſuſq; uiuere tam bene q̃ male.

Prouidẽtia diuinę mẽtis præſẽs oíbus nihil relinqt í mũdo fortuitũ: Cap. II.

CAſus igiť atq; fortunę auctoritatem bonæ uitæ nõ habent. Cõſequũtur ãt hę quoq;/ quatenus prędentibus eſt conſentaneũ. Tũ uero annexę rerũ cõſequẽtię ordinatę ꝓcedũt. Cõnectit uero cũcta ipſũ pricipale/ quod oía ducit/ cõferentibus ad idem his/ quæ utrinq; uergũt ſecũdum naturã: quẽadmodum in exercitu fit ducente quidẽ impatore: cõſpirãtibus ãt qui ordine certo cõ militant. Totus nãq; mũdus prouidentia quadã impatoria eſt inſtitutus: cernente actiones & paſſiones/ & quæ adeſſe oporteat alimenta/ arma/ machinas: & profecto quotcũq; ex his inter ſe cõnexis cõſpirãtibus ue cõſequũtur ſunt præuiſa: ut quodcunq; ex his euenit/ locũ ubi bene ſitũ ſit nanciſcať. Procedũt quidẽ oía ab exercitus duce ſagaci quadã ſolertiq; rõne: q̃uis etiã externa ſint/ ab eoq; aliena/ quæ hoſtes ſunt illaturi. Quod ſi tam illi q̃ huic exercitui ſimiliter imperare ualeret: imo uero ſi maximus impator eſſet/ cui ſubiecta ſint oía/ quid nam ultrius ordine carere poſſet? quid ue cõnexione uacaret?

Quãuis ſingula ſint in prouidentis Dei mente ſignata/ tamen aíus agit libere
Item uniuerſum oportuit diſpares gradus habere Cap. III.

ET ſi ego dominus ſum ad hæc uel illa potius eligẽda/ í ipſa tamẽ electiõe cũ uniuerſo noſtra ordinantur/ quoniã natura noſtra nõ eſt aduẽtitia uniuerſo/ ſed i eius ordine numeratus ẽ talis qdã aut talis: At unde nã talis? Duo utiq; ſũt quæ ipręſentia requrunť. Quorũ alterũ qdẽ eſt: utrũ in effectorẽ q cũq; ille ſit/ referre oporteat cãm/ ꝑ quã unuſqſq; talibus affectus ſit moribus: an in ipſũ genitũ. An forte cã nulla ſit aſſignãda. Quẽadmodũ neq; in generatione plãtarũ/ cãm ꝑ quã nõ ſentiãt deſideramus: neq; in cęteris aialibus/ cur nõ ita ut hoíes ſe habeãt. Idẽ nãq; id foret/ ac ſi quare hoíes dii nõ ſint quęramus. Nempe cũ in his neq; ipſa neq; effectorẽ iure criminemur/ cur nã in homibus reprehendamus q nihil maius humana ſpecies habeat. Forte naturã culpabit quiſpiã/ q homo poterat excellentius quiddam eſſe. Quod ſi a ſe ipſo aliquid inſuper cõpante id conſeqni poſſe iudicet/ accuſare debet hominem non auctorem. Sin autem non a ſe ipſo/ ſed extrinſecus ab effectore aliquid inſuper additum fuiſſe deſideret/ ſtultus erit qui plus q̃ ſit datum efflagitauerit: perĩde ac ſi in cæteris animalibus plãtiſq; ſupra modũ naturę deſideret. Nõ .n. oportet inqrere/ nũ hoc minus

q̃ illud habeat. Sed nunquid hoc satis quod naturaliter habere expedit habeat. Non.n. ęqualia esse oportuit omnia. Nunquid igit̃ inęqualis rerũ distributio facta est dimetiente rõne ꝑ electionẽ quãdam decernẽtem non oĩa æqualia esse debere? Nequaq̃ uerũ sic fieri naturaliter habuit. Pedisseq̃.n. est rõ hæc alterius aĩę. Pedissequa & aĩa ipsa mẽtis. Mens ãt non unũ aliquid horũ est/ sed cũcta: cũcta uero sunt multa: multa rursus cum sint nec eadem: nimirum alia quidem prima: alia uero secũda/ alia deniq; tertia dignitate oportuit esse. Quin etiã quę fiunt aĩalia/ nõ aĩæ solum sunt/ sed aĩarum decremẽta quædam quasi ĩ exile quiddam iam procedẽtium. Nam rõ aĩalis quãuis sit aĩata/ ꝑ aliam tamen aĩam dicit̃ aĩata/ nõ per illam a qua rõ manat. Quin & uniuersa hęc rõ iam quasi decrescit/ dum ĩ materiam inclinat̃: & quod ex ipsa gignit̃/ prouenit ĩpfectius. Cõsidera precor quãto iam interuallo distat ab origine quod est factũ: Et tamen quãtum adhuc sit admirandum. Neq; tamen si tale quiddam est quod gignit̃/ etiam quod ante ipsum est/ oĩo tale putandum. Nẽpe omni effectu oĩo prestãtius est: extraq; cãm extat: magisq; mirãdum: ꝙ aliq̃d edidit post seipsum/ taliaq; ipsius uestigia sũt. Quod si plus tradidit q̃ res cape possent/ magis etiã id approbandum. Vnde appareat culpã oẽm in effectus reiiciẽdam. Prouidẽtię uero munus abũdãtius esse

De intellectu & rõne & imaginatione. Cur hoĩes natura sẽp utant̃ rõne. Cur aĩa fiat deterior: Quod non tiãsit in bestias Cap. IIII.

teria oĩum ẽ egena. Quinetiã indeterminata natura appetitiõis uergentis ad bo
nũ declarat id ipſũ quod appetit q̃tenuſ appetit/magiſ uicẽ hẽre materię: neq;. n.
forma neq; rõ adhuc in eo quod bonum appetit/ qua rõne appetit/eſſe uidetur.
Quãtum tamen ad ſeipſum ſpectat/ſpẽs tãtum eſt pmanens in ſeipſa/ſimulq; af
fectans accipere naturã ſuam bonum adhuc accepturam/cõpat ad occurrens bo
num iam quaſi materiam. Amor deniq; ſic eſt materiæ particeps/taliſq; dęmon
ex aĩa/quatenus bono quidem quodãmõ caret: ſed appetit procreatus.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM QVOD INCORPOREA NON PATIANTVR.

### SVMMA LIBRI

SVMMA Libri huius eſt aſſerere rem incorporeã pati nõ poſſe. Rem
quidem incorporeã appellat/quę uel nullã in ſua rõne quantitatẽ in
cludit: q̃uis eã extrinſecus accipe ualeat. Hęc ãt materia eſt: uel quan
titatem prorſus excludit. Hęc ãt eſt mens & aĩa. Prętерea paſſionem
eſſe uult mutatiõem/quę ſubſtãtiã perdere ualeat: ſiue diuiſione con
tingat: qualis accidit quãtitati rebuſq; neceſſariã habẽtibus quãtitatem: ſiue con
tingat alteratione: qualis accidit contrariis inter ſe qualitatibus: atq; inſuper for
mis: quas neceſſario qualitates eiuſmõi comitantur. Igitur tam materia prima/q̃
aĩa res eſt incorporea: neq; quãtitatem neq; qualitatem eiuſmõi ꝓpriã ſibi uendi
cans: ideoq; a paſſione ſeiungiẽ. Ac multo magis aĩa q̃ materia. Aĩa enĩ nõ ſolũ
formas nõ admittit pnitioſas: uerũ ẽt nec nouas aliquãdo q̃leſcũq; ſint formas
uideẽ accipe. Multa igiẽ in ſequẽtibus de ĩmutabili aię rõnalis eſſẽtia/deq; parti
bus eius: Nõnulla inſup de eſſẽtia prima: plurima de illius oppoſito. i. de prima
materia diſputanẽ/q̃tenus id deniq; cõfirmeẽ/rẽ incorporeã eſſe paſſiõis expẽ.

## Anima neq; patitur: neq; formas qualitates ue ſuſcipit. Item de duplici imaginatione.

IN prima igiť libri parte quæ capita quinq; cõtinet/oſtendit animã nõ eſſe paſſioni ſubiectam. In ſecũda deinceps oſtẽdet ſimile aliquid de materia. Quãtum uero ad primã ſpectat: aĩaduertes nullam incidere a corporibus impulſionem uel qualitatem ĩ potentia aĩæ cognoſcentem. Siue enĩ inciderit mõ quodã naturali/& ut ita dicã materiali/cõfundeť cognitio & diſcretio ꝓtinus/& iudiciũ: ſiue imaginali quadã cõditiõe ſaltẽ id eueniet: ut corpora formẽt aĩam: quod dictu nefas. Nã ad aĩam tãq; ſupiorẽ ſpectat formare corpora nõ inde formari. Oĩo uero oĩs cognitio & affectus aĩæ etiam ad corporalia uergẽs/eſt actio quędã aĩæ circa talia: neq; interim patiť inde. Neq;.n. cõuenit cũ corporibus ĩ materia/qualis cõmunio ſolet aliquã paſſionis uiciſſitudinẽ in agente committere. Quid igiť eſt ſentire? Eſt quidem ĩ aĩa hoc ipſũ.s. adhibere ſeipſam/& expedire uim ſuã circa illa ad quę habet eſſentiã conſentaneã/& naturaliter aptã. Recordari quoq; ſimiliter eſt expeditiſſime hoc ipſũ efficere. Nulla igiť potẽtia cognoſcẽdi ꝓ nouas formať imagines: ſed intellectus quidẽ actu ſemꝑ eſt illa ipſa quę cognoſcit. Rõ uero & phantaſia ex eo ſtatu in quo ſunt ſecundum potentiam illa quæ ab ipſis excogitanda ſunt/ actu quandoq; fiunt illa/quæ ſecundum actum in ĩtellectu ſunt ſemꝑ. Senſus exterior ꝓcipit ſentiẽda: nõ accipit. Vegetatiua nutrit/mouetq;: neq; nutriť interea uel mouet. Hæc oĩa cõfirmat Porphyrius oſtendẽs quãdo aĩa diciť pati: hãc ipſã paſſionẽ nõ eſſe alterationẽ ullam ĩ natura uel aliqua q̃litate: ſed accõmodationẽ quandã & affectionẽ aię ad rem hãc aut illã. Eſſeq; id aliquã actionẽ aĩæ circa externa: ſed anguſtã/ quãdo.s. ſuę potẽtiæ affectuſq; ãplitudinẽ ipſamet cõtrahit ad ãguſtũ. Cõcluditq; Porphyrius/oẽs aĩæ q̃ dicunť motus/nõ eſſe ꝓprie motus ĩ aĩa: ſed ĩ corpore. Et ĩ aĩa qdẽ eſſe actiões: ĩ corpore uero eoſdẽ fieri paſſiões. Addit actus uegetatiõis & ſenſus atq; memorię nõ imaginales eẽ: ſed ita quodãmõ naturales/ut calefacere/calere/illuminare/lucere. Eadẽ Plotinus exiſtimat. Notabis ĩterea uirtutẽ cõiter ĩ aĩa duplicẽ. Alteram qdẽ uelut priuatã. s. alicui ptiũ aię ꝓpriã. Hęc ãt ẽ/ut quęlibet rite ſuũ officiũ pagat. Alterã uero q̃ſi publicã. s. ut cũctę ꝓtes iuicẽ rite cõcinãt: a mẽte regať rõ: huic irrõnales ſubide uires obtẽpent: ĩter quas cõcupiſcẽtia ſubſit audaciæ. Neutra uirtus eſt uelut q̃litas aĩæ impreſſa ſicut ſubiecto ſimiliter neq; uitiũ: ſed eſt potius uelut motus & actus: horũq; uacatio. Siqua uero ĩ nobis eſt qualitas uel aliũde ĩpreſſa ꝓ modũ nature imaginis ue uel actiõibus acqſita: eiuſmõi qdem nõ ẽ ĩ aĩa: ſed ĩ corpore potius/ſic ꝓprie/aut ſic affecto. In quo & formatiões paſſioneſq; fiũt: dũ aĩa uegetat/ſentit/afficiť/atq; iudicat. Nulla deniq; ĩ aĩa mutatio fit niſi progreſſio a potentia quædam in actum. Atq; hæc quidẽ non ab alio motore: ſed ab ipſamet anima. Neq; rurſus in actum: qui adueniat q̃ſi qualitas: Sed qui ꝓdeat uelut actio. Siqua uero pars aie paſſiua diciť: nõ ſubiectũ aliquid paſſionibus corporalibus ĩtelligiť: ſed pricipiũ paſſionũ. Aĩaduertes iterũ duplicẽ in nobis imaginationẽ: primã qdẽ ĩ aĩa rõnali diſcurſiõis & iudicii cõpotẽ. Similẽ quodãmõ rõni. Secũdã uero ab hac ĩpreſſã ĩ aĩa ſeu uita ĩ nobis rõe carẽte quæ ſane imaginatio nõ tã diſcurſione utiť/q̃ ferť inſtinctu q̃uis ĩtimo: ſed circa corporis paſſiões: quæ tãq̃ cõis ſenſus pricipiũ eſt ſenſuũ reliquorũ. Ponit quãdoq;

Plotinus ꝑ tranſlationē quandā imaginationem in parte etiā uegetali: quæ neq; ſit diſcurſio ꝑ formas/ſicut prima: neq; intuitus formę: ut ſecūda. Sed formæ intus uigētis expreſſio ī ſeipſa: pq; hāc ipreſſio ī materiā: ubi naturalis actio ē ranq̄ imaginatio quędā ſubſtātialis agēs/nequaq̄ imaginādo. Hic quoq; notabis a facultate aię uegetali facultatē cōcupiſcēdi iraſcendiq; pululare. Quēadmodum ab intellectu naturaliter ratio profluit: & ſubinde imaginatio prima/ a qua profluit & ſecunda.

¶ Quod in uera eſſentia cōtinetur uita & intellectus. Item de uno quod eſt ſupra eam.

IN capite ſexto notabis/ens uerū eſſe illud quod oīo eſt ens. i. cui nō deeſt aliqd ad ꝑfectionē eſſentiæ neceſſariū. Eſſētia uero ꝑfecta actū intimum & pēnē ſui ipſius icludit. i. uitā. Atq; hūc qdē exigit maxime ītimū. Talis āt eſt ſi itelligētia fuerit. Hęc. n. ē uitæ reflexio ī eſſētiā. Ex prima ergo eēntia uelut ex radice pululat ī ſeipſā uita ſimul & itellectus. Sed germen eiuſmōi eatenus ex eā naſcit̄/ q̄tenus fęcūditatē hēt ex ipſo bono: cōem dico ceu uitis ex ſole. Vt āt fęcūditas hæc ad uitā proprie intellectūq; diſtinguat̄/ ex ipſamet eſſētia ꝓuenit: ceu ex uite factū eſt ut uirtus ſolis determinetur ad uuam. Munera igitur uiuendi/itelligendiq;/ & ſimilia ex ipſo quidē bono: uelut pricipio cōmuniſſimo atq; fine: ex ipſa uero eſſentia prima ꝓfluunt/uelut ex radice ꝓpria & quadā poteſtate formali. Proīde uerū ens ueraq; eſſētiā Plotinus hic nō ſolū accipit ens ipſū/ oīum caput entium: ſed etiā omnē formā habentē eſſe ſuum/atq; exiſtere ī eſſentia ꝓpria: ideoq; a materia ſeꝑabilē. In qua ꝓpea nulla eſt potētia & ꝓcliuitas ad nō eſſe. Nulla miſceť aliena natura. Nihil deeſt ad ſuā exiſtētiā neceſſariū: potentia ſpēi redacta ē ſemp ī actū. In qua rurſū una cū eſſentia pariter uita & itellectus includit̄. Eiuſmōi ſunt intellectus oēs & itellectuales aīæ/ in genere ueri entis cō numerata. Nā formę ſenſibiles inſeꝑabiles a materia/entia nō uera dicunť ob cō trarias earū quas hic diximus rōnes. Cū uero materia lōgius admodū a prima rerum forma diſter/ q̄ formæ ſenſibiles: atq; hę nō uere entia nuncupenť: nimirum ipſa uere nō ens apellari a Plotino & Porphyrio cōſueuit. Quoniā formale in ſe ipſa nihil includit: ſed ꝓrſus excludit. Eſſe uero formæ munus eſt. Siquidē eſſentia prima idē eſt quod & prima forma naturaliter oīformis. Huc adducēda ſūt quę de ipſo uno ī Parmenide tū neganť/ tū iterū affirmanť. Et quæ ī Sophiſte de ente ſimiliter atq; non ente. Vnū ergo tribus pręcipue modis accipies. Aut quod cum ente uideť æquari: aut quod ente ſupius eſt: aut quod eſt infenus. De uno quidem quod enti ęquale eſt/præcipue de ipſo ente primo/omnes rerum ſpēs ꝓ prietateſq; pariter affirmātur. Eſt enī fons entium oīum/& exēplar. De hoc ergo dici ſolet/ eſt idem & alterum ſtabile/mobile/æquale/inęquale/magnum/ paruū/ atq; ſimilia. Sunt enim hic ideales omnium ratiōes. De uno autē ſuppremo hæc ſimiliter negātur omnia. Eſt enim illic non horum forma/ſed cauſa. De uno tandem infimo ideſt materia omnia hęc ęque negantur. Nihil enim habet in ſeipſa formale.

¶ Quod naturalia nō ſint entia uera: & q̄ materia dicať nō ens: & inſtar ſpeculi uideať habere formas/quas nō habet ueras

INter hęc ubi ait naturalia non tam esse reuera/q̄ esse uideri: introducit Epicuream quandam obiectiõem: qua contenditur/res quę corpulẽtę sunt/solas ueram essentiam possidere. Idq; e duobus patere pręcipue/tum qa soliditate sua diuidenti resistunt/tum quia uehementer obiecta pcutiũt. Respõdetur ad primum: corpora eiusmodi dura dum uidẽtur resistere/diutius percutienti sunt exposita: ictumq; expectant/propterea q̄ ineptissima sint ad fugam: ac propter eandem ad motum ineptitudinem inefficacẽq; naturã/postq̄ diuisa sunt i pres/i priorẽ formã redire nõ possunt: Corpora uero subtiliora ubi cedere pcutiẽti uidenť/pp mirabilẽ efficaciam subterfugium celerrime passionem. Atq; ob eandem similiter efficaciam subito redeunt in seipsa. Denique cum motus in rebus sit actio quędã/uitæq; plurimũ interioris iditiũ & ubiq; sit uitę uestigiũ: & quæ minime corpulẽta sũt/prõptissima sint ad motũ: cõsequẽs est q̄tenus ad icorporeã naturã res accedũt/eatenus ad uitã motionis & efficaciæ cõpotem: ideoq; ad essentiã accedere uerã. Corpulẽta uero ab essẽtia cadere: Qua i parte respõdeť similiter ad secũdũ. s. corpulẽta/q̄do i aliq̄d icidũt lędere grauius/nõ qa firmiora sint: sed quoniã sint prsus ifirma/adeo ut se substinere non ualeãt. Iõq; ipsa sui ruina casuq; pxima quæq; lędãt. Nã & qui ad equitatũ ieptissimi sũt/hi equos premũt potissimum atq; defatigãt. Et lãguẽtia corpora gestãtibus onerosissima ẽe solẽt. Post hęc memẽto materiã q̄dẽ esse inanẽ essentię primę umbrã: formas uero materiales eẽ uanas imagines idearũ/quæ i prima cõtinenť eẽntia: nullã hẽntes cũ illis similitudinẽ in natura/ q̄uis i effectu representãdi similitudinẽ aliquã uideanť hẽre. Atq; ideo materiã instar speculi/dum uel solas imagines accipit: uel forte nec istas q̄dẽ accipit: Sed uideť accipe/reuera nihil pati/præsertí quoniã materia i aliud cũ ipsa sit ultimũ: resolui nõ põt. Iõq; nec pati. Huic sane nulla formarũ cõtraria ẽ/cũ oibus ęque naturaliter sit exposita. A nulla igiť pati põt. Quãdoq̄dẽ nec quę i materia fiũt quælibet a quibuslibet/ sed a cõtrariis patiunť. Itẽ materia ex prędẽtia formæ nullã sibi ppriã qualitatẽ contrahit uel uirtutẽ: & iccirco nõ patiť: alioqn iãdiu facta esset familiariter multiformis: Iõq; non foret ãplius subiectũ cõissimũ/ab oibus ęque formabile. Iã uero si in q̄libet alratione ipsã subiecti substãtiã pmanere oportet/ q̄litatibus iterim pmutatis/multo magis i trãsmutatione mũdana necesse ẽ materiã pmanere. Deniq; cũ substantiale aliq̄d in nihilũ resolui ipsa naturæ bonitas minime patiať: substantiæ uero simplices nequeãt i aliud quãdoq; resolui: merito neq; formę simplices i se subsistẽtes: neq; materia simplex pire aliquãdo pati ue possũt. Materia utiq; cũ sit malũ. i. maxime distãs ab ipso bono/ nõ sic appetit bonũ: ut naturale aliq̄d inde sibi uẽdicet: sed ut quãdã imaginariã inde uestẽ induat/atq; fallat: & quo magis i sua informitate pmanet: eo magis est mala/siue malũ: neq; calefit materia/sed cõpositum. Ipsa uero calorẽ substinet: mox depositura calorem quasi uestem minime permutata natura. Rursum quando diuiditur aliquid quantitas & quod hãc seq̄ť diuidiť/nõ materia/quę q̄titatẽ natura prędit. Atq; quẽamodũ i pces siõe colorũ/ postremũ. i. nigredo/ nihil hẽt primi. i. albedinis sic materia ultimũ in ipso entiũ desceẽsu/nihil uel itra se possidet simile primo/uel i facie suscipit aliq̄d de natura primi/sed imitamina quædã duntaxat inania. Atq; pp extremã ad primũ diuersitatẽ/nullũ ex imaginũ illius præsentia saporẽ entis sibi familiariter uendicat uel odorẽ: ut ad q̄slibet formas i posterũ aduẽturas/q̄tũcũq; repugnẽt prioribus/ipsa sit ad capiẽdũ ęque parata. Maxime uero inter hęc id obseruabis

quod ait naturalia ſi cū diuinis compenſ̄/non maiorē habere ſubſtantiā/ q̄ ima
gines corporū in ſpeculis apparētes. Nec aliter hęc a diuinis ꝑpetuo depēdere/q̄
imagines ab obiectis. Huc Salomonis illud tēdit. Oīa uanitas. Huc illud Pauli.
Videmus nūc ꝑ ſpeculū in enigmate. Sed quoniā nūc & corpora uidemus/& ſpe
culū: a quibus ī quo imagines oīo depēdent/ideo ipſā in ſe imaginū deprehēdi
mus uanitatē: alioqn niſi uideremus illa/hāc redarguere nō poſſemus. Sed quæ
imagines ſunt/eſſe res ueras arbitraremur. Sicut & nūc quæ naturalia noſanſ̄ ue
ras ēe ſubſtātias opinamur: quoniam neq; diuina: neq; materiam aſpicere poſſu
mus: a q̄bus in quā ceu ſimulachra ab obiectis ī ſpeculū ꝓſiliūt atq; reſiliūt. Pro
fecto uel ſicut putāt phyſici imagines rerū ipſę ſunt ī ſpeculis: uel ſicut pſpectiui
tradūt nullæ ī ſpeculis ſūt imagines: ſed radii rerū in ſpeculū incidūt: atq; inde ſi
idē reflectanſ̄ ad oculū. Quod accidit ubi ad pares angulos reflectunſ̄: tunc res
ipſę ꝑ eiuſmōi ſuos radios oculis ita reddunſ̄/ut tamē ſenſus ibi fallaſ̄: putās ali
bi ſe res uidere q̄ uideat: Q̄ocūq; uero res ſe hēat/q̄lis eſt cōꝑatio ſpeculi ad res
uiſibiles atq; uiſū/ talē eſſe Plotinus uult atq; Porphyrius materiæ ad res diuinas
& ſēſū. Quā ſane materiā uelut ipſi enti ꝓrſus oppoſitā/exiſtimāt radios actuſq;
primi entis & mētis/nō quidē intus admittere: ſed ceu dēſū quoddā & ꝑp diuer
ſitatē entibus inuiū repcutere ꝓtinus actus eorū. Atq; hac ipſa q̄ſi reuerberatione
apparere ſenſibus q̄ſi ſenſibilia/ quæ ī ſeipſis ītelligibilia ſūt/ adeo ut putemus ī
materia nos inſpicere quę ī primo ente ītellectuq; ſunt: atq; inde mouēt aīum ut
cognoſcat. Deniq; quoniā ipſa entia uel ideę dū in materiā agūt/ neq; de natura
ſua q̄q̄ amittūt: neq; de ſtatu mouenſ̄: neq; in ꝓportiōe uel affectu cōueniūtcū
materia: ideo quod dari uideſ̄ inde uelut inane debiliſſimūq; materiali ſemp hac
indiget ſede. Atq; interim materia hęc qa nec uerū aliq̄d accipit unq̄/neq; quale
cunq; uideſ̄ accipe/ob naturalē falſitatē uere accipit: ideo impleſ̄ nunquam: ſed
ſemp affectans tranſmutationi perpetuæ prębet occaſionem.

¶ Quātū aīa materiā ſupemineat: Et qūo certa q̄tas materiæ ſequaſ̄ modū cu
iuſlibet ſpēi ī materiā uenientis.

QVando lignū hoc eſſe dicīſ̄ extra lignū illud/ſeiuncta ſūt duo hæc inter ſe
nō multū: quoniā ꝑ terminos externos tātū: Spē uero cōiuncta ſūt inuicē.
Magis ergo ignis eſt extra aquā: nō ſolū. n. exterioribus terminis/ſed q̄li
tatibus cōtrariis ſeiūgunſ̄. Quoniā uero & genere cōueniūt & materia/poſſunt
quandoq; miſceri. At aīa toto genere a materia ſepaſ̄: lōq; q̄uis materiā penetret/
lōgius tamē eſt extra materiā. Ideoq; formas quas aīa mundi ab ītellectu diuino
nacta/nitiſ̄ ꝑ ſeminariā uirtutē ī materiā ubiq; traducere materia ſecum cōciliare
nō pōt: neq; miſcere ſibi: q̄uis illę inuicē miſceanſ̄. Tū uero materia ſicut ſuapte
natura formarū eſt oīum exps: ita ēt q̄titatis. Hęc. n. ē forma quędā. Et quoniā
q̄tas ē poſtrema formarū: iccirco certa quædā q̄tas & figura rebus ſecūdū ſpe
ciei formęq; precipue modū a mēte & aīa deſtinaſ̄. In formalibus igitur rōnibus
ſpērū ī mēte & aīa exiſtētibus incluſa ē atq; definita certa quātitas & figura quę
unāquāq; ſpēm comitaſ̄. In rōne quidem hoīs formali uel equi decreta eſt homi
nis quantitas aut equi. Expeditur āt quātitas hæc in effectum ob efficaciā rōnis
ubiq; formalis: morumq; eius quendam in actione: atq; ꝑp ꝓceſſionē formæ na
turalis emanantis ab ea. Hac igitur efficacia/motione/proceſſione ſuper materiæ
faciē producitur in molē ipſa materia: tantā uidelicet q̄tam exigit ipſa forma: tū

mundana mundo: tū humana homini: tū leonina leoni. Et ſicut una cū qualibet ſpecie ꝓpria uenit q̄tas ī materiā/ſic & abit una cū ſpē/ & ad nouæ deiceps ſpēi aduentū noua fit q̄tas/ſicut & qualitas ꝓpria ſpēi: producit aūt q̄tas in materia ſecundū diſtantiā/ ex q̄titate uirtutis agentis motuq; formali. Materia q̄dē ob ſuā debilitatē nequit eiuſmōi deuitare motū uel abſq; tali quadā diſtractiōe ſuſcipe formas. Aia uero quoniā & ipſa forma quędā eſt/ſpēſq; ſubſiſtens: ideo cūctas rerū ſpēs ī eodē quaſi centro cōplectit. Formas enī illas forma hęc accipit modo formę. Formarū uero modus ē/ut tū unaquęq; uelut ſimplex/in quolibet ſui collecta ſit tota: tū cunctę ī qualibet facillime cōcludanť. Hinc rurſus efficiť: ut rō noſtra poſſit formas tū abſq; multitudine numerali ī ipſa ſpēi unitate comprehēdere: tū a q̄titatis dimēſione ſeeernere. At materia cū extēſione quadā ſemper accipit formas: quoniā ad motū formæ ſup eā diuinitus ꝓcedētis ubiq; ꝓptu hiť/natura eius interim libenter ꝓtractioni cedente: parataq; cuilibet ubiq; moli: quoniā ꝓpriā ſibi nullā poſſidet molē. Ac dū in dimēſionē p totū extendiť mundi ſpatiū/nō diuidiť in materias plures: ſed unica reſtat atq; cōtinua: tū qa non eſt obnoxia paſſioni: tū quia nō in uita/ſed libēs poteſtatē ſequiť extendentē: & ab una extendiť rōne ad unā uniuerſi formā. Hæc utiq; quaſi mundi mater eſt/ac minus etiam eſt q̄ mater. Pater aūt eſt Mercurius ille antiquus: quē eſſe uolūt tum ſeminariā mūdi rōnem in ipſa aīæ mundanæ natura: tū etiā rōnē oīum idealem ī mente diuina. Et reuera idealis ipſa rō pater eſt uniuerſi. Seminalis autē rō mater: quatenus cōmertū habet aliquod cū materia/deſupq; repleť. Materia uero matrix & locus eſt potius generationis atq; ſuſceptaculū. Tu uero memento in planeta Mercurio eſſe tū donū contēplationis a mēte diuina: tū actiōis a natura mūdi: atq; hinc ab eo dari ingeniū uel contēplationibus uel actionibus & artibus aptum: uel quādoq; ſtrenuū ad utrūq;. Si Saturnū trino ſextili ue aſpexerit/uel eius domiciliū occupauerit/ fauet cōtemplationi potiſſimum. Si Martē aſpexerit/aſpirat potius actioni. Si Iouē/utriq; fęliciter afflat officio. Si Venerē intuetur/ſuauitatem ingenii eloquiiq; ſimul ornatumq; deſignat.

## LIBER SEXTVS TERTIAE ENNEADIS DE IMPASSIBILITATE INCORPOREORVM

Aia ſentiendo & uiuificādo paſſiones corporis ipſa nō patiť. Cap. Primū.

SI SENSVS dicamus nō eſſe paſſiōes: ſed actiones iudiciaq; circa paſſiones: quæ quidē paſſiones circa aliud quiddā fiāt uelut forſan circa corpus tale: iudicium uero fit ī aīa: neq; ipſū paſſio ſit: alioquin oporteat aliud quoq; iudiciū eſſe: atq; ꝓ infinitū ꝓgredi. Si inq̄ ita dicamus/nihilominus & hic dubitare cōtinget: utrū iudiciū ipſum qua ratione iudicium eſt/nihil habeat illius in ſe de quo iudicať/ an formā eius quandam: quam ſi habeat iam paſſum fuiſſe uidebitur. Licet tamē dicere de his quę formationes ſenſuū uel ipſius intelligētiæ nūcupanť/lōge aliter fieri q̄ a plerīſq; exiſtimeť. Quod præcipue ī intelligētiis ipſis apparet: quæ q̄dē ipſę quoq; ſunt actiones/potētes aliq̄d abſq; paſſione cognoſcere. Oīo uero noſtra tū ratio tū uolūtas optat: ne aīa talibus cōuerſiōibus mutatiōibuſq; ſubdať/q̄les ſunt calefactiōes frigefactiōeſq; corporū. Oportet q̄netiā de parte aīæ quę paſſiua dicť-

diligenter cõsiderare/utrũ hanc quoq; ĩmutabilem fateamur: an soli huic passio
nẽ aliquã cõcedamus. Sed de hoc ĩ sequẽtibus. Nũc uero priorũ dubitationes di
scutiamus. Ambigit̃ sane quonã pacto ĩmutabile possit esse etiã quod est ante
passiuũ atq; sensũ: & oĩo quodcũq; sit aĩe/quãdoquidẽ prauitas ĩ ea fiat: & falsa
sępe opinio ignorãtiaq; cõtingat. Rursus cõformitas & difformitas dũ gaudet/
męret/irascit̃/inuidet/emulat̃/ affectat: quiescit nusq̃ quolibet ĩcidẽte: mouet̃/ &
ꝑmutat̃. Verũ si aĩa corpus est/habetq; magnitudinẽ/difficile est ĩmo etiã ĩpossi
bile/eã impassibilẽ ĩmutabilẽq; ostendere ĩ quouis eorũ/quæ circa ipsã dicunt̃ ac
cidere. Sinautẽ est essentia magnitudinis exꝑs/ oportetq; dotẽ illi incorruptibilẽ
nõ deesse: cauendũ est/tales illi cõcedere passiões: ne forsan inscii eã esse corrupti
bilem cõcedamus. Tum uero siue numerus siue rõ (ut solemus dicere) eius essen
tia est/quonã pacto passio ulla numero uel rõni cõtinget? Sed potius rõnes irrõ
nales & ĩpassibiles passiones ĩ ea fieri ẽ putandũ: atq; hæc a corporibus ĩ eã trans
lata/ꝑ oppositionẽ accipienda sunt singula: & secũdũ analogicã ꝓportionẽ qua
si traducta: adeo ut aĩa habens hæc nõ habeat: & patiens nõ patiat̃/ Et quis taliũ
modus sit/cogitandum.

Quid uirtus/q̃d prauitas: & ꝙ nõ sint uelut q̃litates ĩ aĩa: sed ut actus Cap. II.

PRĩcipio de uirtute uitioq; dicendũ: q̃dnã fiat/quãdo uitiũ inesse aĩę dicit̃
Eteni sępe solemus dicere oportere a uitioso auferre nõnihil/q̃si sit aliq̃d
in ipso mali. Itẽ adhibere uirtutẽ atq; ornare: & honestatẽ pro turpitudine
pręcedẽti adducere. Nũq̃d igit̃ si dicamus uirtutẽ esse cõsonãtiã quãdã: uitiũ ue
ro dissonãtiã: opinionẽ antiquis cõsonã in medium adducemus. Ac pręterea ad
id quod quærimus admodũ conducemus. Si.n. uirtus ẽ hoc ipsum.s. partes aĩę
esse secundũ naturã ĩter se cõcordes: uitiũ uero esse discordes: nihil utiq; aduenti
tiũ/nihil aliũde nobis adueniet. Sed pars quælibet qualis ĩ se est cõcentum ingre
diet̃: neq; ingredie t̃ in dissonantiã sic se habẽs: quẽadmodũ tripudiatores saltan
tes/& inuicẽ concinẽtes: & si non iidem sint: & solus q̃s canẽs/cæteris non canẽti
bus: & quolibet secundũ se cantãte. Non.n. oportet concinere solũ/uerũ ẽt quẽli
bet q̃tũ ad se ꝑtinet musica ꝓpria rite cantare: adeo ut & illic ĩ aĩa consonãtia sit/
quãdo pars quęlibet quod sibi ẽ consẽtaneũ ꝑagit. Oportet sane ante consonan
tiã ipsã aliã uniuscuiusq; ꝑtis uirtutẽ esse uel aliã prauitatẽ/ante mutuã dissonan
tiã. Quonã igit̃ pręsente quælibet pars ẽ mala? Forsan prauitate pręsente. Quo
rursus bona? pręsẽte uirtute/ in parte q̃dẽ rõnali siquis inscitiã esse prauitatẽ eius
cõfiteat̃. Inscitiã inq̃ ꝑ negationẽ sciẽtiæ/nullius ob hoc pręsẽtiã afferet. At quan
do falsę quoq; opiniones insunt/quę quidẽ potissimũ faciunt prauitatẽ: quidnã
ꝓhibebit/aliquid illic ĩtus fieri: atq; ita ipsã aĩæ partẽ fuisse iã in qualitatẽ aliquã
ꝑmutatã. Pręterea irascẽdi natura nõne aliter affecta est/quãdo meticulosa est: ali
ter aũt quãdo ẽ fortis. Itẽ uis concupiscẽdi quãdo intẽꝑata ẽ/aliter ẽ disposita/q̃
quãdo ẽ tẽꝑata. Forte uero ubi quodlibet uirtute pręditũ iudicat̃/ agit tũc secun
dũ eã essentiã/qua quod est existit: idq; esse dicimus rationi obtemperare. Et fa
cultas quidem rationalis ab intellectu regitur: reliquæ uero a ratiõe. Forte etiam
rationi obtempare est quasi uidere/dũ uidelicet quod obtempat uidetq;: non fi
gurat̃ q̃dẽ: sed intuet̃: actuq; existit quãdo uidet. Sicut uisus & potentia & actu
existens una eadẽq; eẽntia est: actus ãt non ẽ alteratio: sed simul ad id se adhibet

ad quod essentiã habet accõmodatã atq; cernit: & procul a passione cognoscit. Quinetiã rõcinãdi facultas ita se hẽt ad intellectũ atq; uidet: & potẽtia intelligẽdi tale quiddam est: nõ quod intus ipressiões uelut a sigillo suscipiat: sed habet quod uidet: rursusq; nõ habet. Habet enĩ ex eo ꝙ cognoscit: non hẽt aũt ꝓpea ꝙ nihil a spectaculo illatũ illic imprimit̃: ut forma fieri solet ĩ cæra. Meminisse uero oportet memoriã quoq; nõ esse quãdã formarũ impressarũ custodiã: sed facultatem quãdã aię ita seipsã excitãtis/ut & quod nõ habet habeat. Quid ergo? Nõne alia erat/anteq̃ ita recordaret̃: & alia rursus quando iam recordatur? Si tibi placet aliã dicere: ne tamẽ dicas alteratã: nisi forte qs alterationẽ noĩnet quãdã ex potẽtia in actũ progressionẽ. At tamẽ nihil ibi est adiunctũ: sed quod naturaliter facere põt/id efficit. Oĩo uero rerũ ĩmaterialiũ actiones nõ ita fiũt/ut uires ipsę quę agunt interim alterent̃: alioqn & interirẽt: sed potius efficiãt ꝓmanendo. Quod autem agens patiat̃ agendo/rerũ quæ cũ materia sunt conditio esse solet: Sinaũt quod ĩmateriale est/patiat̃: non hẽt/quo maneat: quẽadmodũ ĩ aspectu/uisione quidem agẽte/oculus est qui patitur. Opiniones autem quasi uisiones quędam sunt. At irascẽdi natura quonã mõ timida? & quo pacto fortis? Forte timida/quidem est/ꝓpea ꝙ uel nõ aspicit rõnẽ: uel rõnẽ aspicit iã malã: uel ĩstrumẽtorũ uitio uelut defectu uel labefactatione armorũ corporeorũ/ uel agere ꝓhibet̃: uel nõ incitat̃. Fortis ãt est/si cõtra fiat. In quibus nulla alteratio est/nulla est passio. Rursus uis ipsa cõcupiscẽdi quotiẽs agit sola/affert intẽpantiã. Oĩa enĩ interdũ agit sola: neq; tũc adsunt reliqua/quibus licet quandoq; prę̃sentibus uicissim exsupare/ipsiq; mãdare. Ipsũ uero quod ĩ uidendo uersat̃/interim aliud agit: neq; enim agit oĩa: sed uacat alicubi/ꝓpea ꝙ alia quędã quoad potest contueat̃. Forsan uero plurimũ mala corporis habitudo huius est prauitas: uirtus aũt habitudo contraria. Quapp nulla utrinq; animæ facta est adiunctio.

## Anima nõ est subiectum corporalium passionum: sed principiũ Cap. III.

Quærebat̃ ãt qũo cõformitates/difformitates/dolores/irę/uoluptates/cõcupiscẽtię metus nõ sint ꝓmutationes passionesq; interiora mouẽtes. Oportet sane de his quoq; ita distinguere. Negare qdẽ alteratiões earũq; uehemẽtes sensus nobis accidere: est oĩbus manifesta negare. Oportet igit̃ id concedẽtes/quid nã sit quod trãsmutat̃ inquirere. Profecto si talia quędã de aĩa concedamus/uidebimur simile quiddã admittere? Perinde ac si aĩam esse rubeã uel pallidã cõcesserimus/minime aduertẽtes/ꝓp aĩam quidẽ eiusmõi passiones accidere: sed circa aliud quiddã/quod cõpositũ sit/uersari. Iam uero ipsa uerecũdia ĩ aĩa in quadã turpitudinis opiniõe cõsistit: quoniã uero ipsa corpus cõtinet/quod quidẽ ne in uerbis erremus/dicẽdũ est esse ĩ ipsa aĩa cõtinẽte: neq; idẽ esse cũ inaĩato corpore hoc inq̃ ex ipsa aĩæ uerecũdia ĩ sãguine ꝓmutat̃: prę̃sertim si facile mobile fuerit. Præterea timoris pricipiũ ẽ ĩ aĩa: pallor ãt ĩ corpore: dũ sãguis ad ĩteriora relabit̃. Item in uoluptate sensibilis ipsa manifestaq; diffusio atq; dilatatio fit ĩ corpore. Quod uero tũc fit ĩ aĩa/nõ est passio: Similiter ẽt de mę̃rore dicendum. Quando quidẽ & ĩ affectu concupiscẽdi/pricipiũ quidẽ appetẽdi ĩ aĩa existẽs uelut initio latet. Quod ãt inde ꝓcedit/sensus ipse iã ꝓcipit. Iam uero quãdo dicimus aĩam libidinibus & discursionibus rõnis opinionibusq; moueri nequaq̃ intelligimus

eam in his iactari: ſed ex ipſa fieri motiões. Quãdoqdẽ & uiuere motũ eſſe dicẽtes nõ intelligimus alterationẽ eſſe. Nẽpe uniuſcuiuſq; partis actio naturalis uita eſt a ſeipſa minime diſtãs. Sũma deniq; horũ ſufficiẽs erit eiuſmõi. Si neq; actiones/uitas/appetitus eſſe alteratiões aliquas admiſerimus: neq; memorias eſſe formulas quaſdã ipreſſas aĩo: neq; phãtaſias eſſe configurationes ueluti cẽra deſcriptas cõceſſerimus: cõſequẽs erit abſq; cõtrouerſia cõfiteri: aiam i oĩbus quę actiones motioneſq; noſanť/eodẽ mõ ſe ipſo ſubiecto eſſẽtiaq; habere. Tũ uirtutẽ & prauitatẽ non ſic i aĩa fieri/ut uel albũ & nigrũ: uel calidũ & frigidũ circa corpus: Sed eo quo diximus mõ aiam ad utrũq; p oĩa ſimpliciter oppoſita ſe habere.

## Cõfirmatio ſupiorũ: atq; de duplici phãtaſia Cap. IIII.

COnſiderãdũ uero de parte aię/quę paſſiua dici ſolet: tametſi de hac quoq; nõnihil ẽ dictũ/ ubi de paſſiõibus oĩbus quę uel i ipſa iraſcẽdi uel cõcupiſcẽdi natura naſcunť/qua rõne fierent ptractauimus. Verũtamen aliqd in ſup de hoc ipſo dicẽdũ. Primo quidẽ definiẽdo qdnã hoc ipſũ ſit quod paſſiuũ in aĩa noiať. Diciť itaq; id patibile/circa quod paſſiões uerſari uidenť. Hæ uero ſũt quas uoluptas dolor ue ſequiť. Paſſionũ uero aliæ qdẽ ex opiniõibus oriuntur: ceu cũ qs opinatus ſe iã moriturũ metuit: aut bonũ ſibi mox affuturum gaudet. Vbi certe opinio quidẽ eſt i alio: pturbatio uero iciťať in alio. Aliæ ãt paſſiones quodãmõ tales ſũt/ut iprouiſo exoriẽtes/i eo quod naturaliter opinari põt/ gignãt opinionẽ. Opinionẽ quidẽ pmittere opinãtẽ interim imobilẽ pmanere iã diximus. Inopinatus ãt metus accedẽs/ ſi repetať altius ab opiniõe rurſus trahit exordiũ/uelut pceptionẽ quandã prębẽs parti aię metuẽti. Quid.n. facit hic ipſe metus? pturbationẽ aiũt cõcitationẽq; i exiſtimatione expectationeq; mali. Phãtaſiã pfecto eſſe cõſtat i aĩa/tũ primã quã apellamus opinionẽ: tũ eã quę ab hac naſciť: neq; ulterius ẽ opinio: ſed circa id quo d eſt iferius q̃ſi opinio quedã exilis & obſcura/& idiſcreta quædã imaginatio/qualis ineſt nature/uelut actio quædam q̃tenus unũquodq; facit/ut dici ſolet abſq; officio phãtaſię. Sẽſibilẽ uero pturbationẽ inde ſequẽtẽ patet i corpore fieri: ceu tremorẽ/cõcuſſionem/ palloreẽ/ uocis ipedimẽtũ. Nõ.n.i parte aię ulla talia fiũt: alioq; corporeã noiabimus. Nã ſiqua pars aię talia patereť/non ẽt in corpus talia puenirẽt. Quippe cũ id ipſũ cuius officiciũ eſt/hęc mittere/nõ ãplius pagat miſſionẽ: ppea cp a paſſionibus iam oppreſſũ ſit/& ab ſeipſo diſtractũ. Proide patibilis pars hæc aię nõ corpus qdẽ eſt: ſed ſpẽs aliqua/i materia tamẽ. Tũ cõcupiſcẽdi facultas/tũ uis nutriẽdi/augẽdi/generãdi: quę qdẽ cõcupiſcibilis patibiliſq; ſpẽi radix eſt/atq; principiũ. Nulli uero ſpẽi pturbatio uel paſſio debet accidere. Sed pmanere qdẽ ipſa: materia uero eius paſſionẽ ſubire quotiens mouẽtis illius preſentia paſſio ſurrepit. Non.n. quod uegetale ẽ/quãdo uegetat/uegetať: neq; quando auget/augeť: neq; oĩo cũ mouet/mouetur ea motiõe qua mouet: ſed uel nullo modo/ uel alia quadam ratione motionis uel actionis moueri dicitur. Oportet itaq; ipſam ſpeciei naturam eſſe actum/& præſentia facere: ceu ſi harmonia cordas ſeipſa moueret. Enitigitur quod patibile in anima nuncupatur/paſſionis quidem cauſa ſiue ab ipſo fiat motio paſſionis ex ſenſuali uidelicet phantaſia: ſiue etiam ſeorſum a phantaſia. Cõſiderandum id præterea nunquid opinione deſuper ordiente: ipſum quidem in harmonię ſpecie maneat: cauſę uero mouendi muſico compentur: deinde quę

per passionē impulsa sunt cordas referāt. Nā & ibi non harmonia quidē patitur: sed corda: neq; rite corda mouēt/uel si musicus uelit: nisi id harmonia dictauerit

¶ Purgare animum non est qualitatem aliquam auferre: sed affectum actumq; dirigere. Cap. V.

Quid nam igit cōtēdendū nobis est aīam philosophię studio reddere pas sionis exptē: siquidē nec ab initio quidē pati. Forte quoniā ab eo quod patibile dicit uelut imaginatio quędā in eā incidēs/quæ deinceps sequit passionē pturbationēq; infert: ipsiq; pturbationi coniugat opinabilis imago ma li. Eiusmodi passionē rō philosophica præcipit extirpare: neq; pmittere ullo mō alicubi pullulare. Quasi ubicūq; nascat/aīa nōdū pspere ualeat: ubi uero nō ger minet/sana sit. Quippe cum imaginatio/quę passionis causa est/ nōdum incide rit. Velut siquis molesta somniorū uisa excutere cupiens/animam reuocet ad ui giliam. Aut si passiones accidisse dicat ab his quæ extrinsecus sentiuntur/passio nes eas aīæ esse dicēs. Sed quæ nā aīæ purgatio erit/cū nullo mō inqnata sit aīa? Aut qd nā erit eā a corpore separe? Forsan purgatio qdē erit/aīam relinquere so lam: neq; pmittere/ut una cū aliis cōmertiū habeat: aut respiciat aliud: aut rursus opiniones habeat alienas/ quæcūq; sit opinionū (ut dictum est) passionūq; cōdi tio: Aut simulachra ispicere/uel ex ipsis parere passiōes. Si āt ad supiora ab infe rioribus cōuertat: qd nā pbibet hāc esse purgationē/atq; ēt sepationē aīæ quan dam/aīa uidelicet nōdū adeo corpori mācipata/ut facta sit corporis: quę quidē quasi lumen est turbido nō imersum: q̄uis etiā ipatibile sit/quod turbido est ifu sum. Eius āt quod patibile dicit purgatio quidē est suscitatio quædā ab intuitu absurdorū passim simulachrorū. Sepatio uero ē/haud quaq̄ præcipitari/uel ima ginationem ad infima detorquere. Est iterū separe ipsū/illa e medio tollere: qui bus sublatis quodāmō id segregat: quādo uidelicet nō pmittit iacere in spū ob uoraginem turbulento: ne forte sit carnibus suffocatum: sed id in quo est rite ex tenuatur: ne ipsi forte recalcitret.

¶ Formę sepatę uel sepabiles a materia dicunt entia uera: cōiunctę uero materię necessario dicunt entia nō uera: materia deniq; dicit uerū nō ens Cap. VI.

Dictū iā satis arbitror quēadmodū existimandū sit passionū oīum exptem esse essentiā ipsā intelligibilē: quæ quidē oīs in spēi ordine collocat. Quo niā uero materia quoq; aliqd incorporeū est/q̄uis alia rōne/iuestigādum est de hac iterū quo nā pacto se hēat. Vtrū passiua (ut fert) cōmutabilisq; p oia. An potius hāc quoq; esse oporteat a passione remotā. Et qūo dicat a passione se iuncta. Pricipio ad id pducti/deq; natura materię qualis nā sit tractatum/asseue rare debemus: entis naturam essentiāq; & esse/nō ita se ut multi opinant habere. Est enī ens quod re uera ens qs possit dicere (ut ita dixerim) enter ens. Hoc āt est quod oio ens est. Id uero cui esse ipsius deest nihil. Cū uero pfecte sit ens/nihilo indiget quo sit atque seruetur: sed ipsum aliis quæ uidentur esse/ ut esse uidean tur est causa. Si hęc uera sunt: necessarium est/ipsum in uita esse/atque uita perfe cta. Alioquin si ī hoc ipso deficeret/nequaquam ens magis foret: Id autem intel lectus est/sapiētiaq; perfecta. Itaq; determinatum est atq; definitum: ac pęnitus absolutum: Neq; quicquam illic in potentia est/quod non iam in tanta quadam

potentia ſit. Alioquin defectum aliquem pateretur. Quãobrem ſempitemũ eſt: eodẽ mõ ſe habet ſemp: nihil aliquãdo ſuſcipit. Nihil i ipſũ infertur aliquãdo. Si quid.n. ſuſcipet/pręter ſe ipſũ acciperet aliquid: id uero non ens. Oportet ãt oío ens exiſtere. Venire igiť ipſum in eſſe oportet penes ſe oía poſſidẽs: & ſimul oía unumq; omnia: Si mõ per hæc definimus ens: oportet autẽ ita. Alioquin ex ipſo ente intellectus & uitã nõ emanarẽt: ſed hęc enti aduentitia forent. Neq; tamẽ ex nõ ente eſſe poterũt: atq; ipſum quidẽ ens uitę mẽtiſq; erit exps. Quod ãt nõ ue re ens ẽ hæc hẽbit ſicut oportet hęc eſſe i deterioribus: ipſoq; ente poſterioribus. Quod enī exiſtit ſup ens/enti quidẽ hæc largiť: neq; tamẽ his ipſũ indiget. Si igi tur ens tale ẽ/ neceſſe eſt ipſũ neq; corpus eſſe: neq; quod corporibus ẽ ſubiectũ: Sed corporum ſubiectiq; eſſe oportet i nõ eſſe uerſari. Atqui quonã pacto natura corporum/& quomõ materia nõ eſt ens?/In quibus hi mõtes lapideſq; ſũt/toraq; terra ſolida: & quęcũq; aliis reſiſtere poſſunt?/. Profecto quę pcutiunť coacta im pulſibus eſſe ipſorũ eſſentiã cõfitenť. Siquis ergo dixerit: quonã igiť pacto quæ neq; collidunt/neq; uim inferunt aut ſufferũt/neq; reſiſtũt/neq; uidenť oío. s. aía & intellectus/entia ſunt/& entia uere?/Nos contra dicemus: Inter ea quæ ſunt cor pulẽta magis terra quieſcit. Sed magis mobile eſt/quod minus eſt ponderoſum. Atq; huius ipſius quod ſublimius eſt/id quoq; mobilius. Iã uero ignis mobiliſſi mus eſt: iãq; naturam fugit corpoream. Verum (ut arbitror) quę magis ſibi ipſis ſufficiunt/minus alia turbant/minorẽq; moleſtiã afferunt. Quæ uero magis pon deroſa terrenaq; ſunt/quo magis deficiunt caduntq;/neq; ſe ipſa poſſunt attolle re/hæc utiq; ob debilitatem cadentia ipſa ruina & quaſi inertia colliſionẽ cæteris uidentur inferre. Quãdoqdẽ corpora quę uita carẽt in ꝓximũ quenq; moleſtius incidunt/uehementiuſq; pcutiunt/atq; lędunt. Aíata uero utpote quę magis ens participant. quo magis eſſe poſſident/eo magis ínoxia ꝓximis obtingere ſolẽt. Proinde motio quę quaſi uita quædam eſt i corporibus/uel imitatio uitę/magis adeſt quibus corpulẽtiæ minus ineſt. Quaſi defectus entis id cui accidit magis/ corpus magis efficiat. Rurſus ex his quę dicunť paſſiones/manifeſtius cogno ſci poteſt/quod magis corpulentũ eſt/magis eſſe paſſibile. s. terrã magis q̃ cętera & reliqua ſimili rõne. Alia nanq; cum diuiduntť/in unũ ſubito redeũt/nihilo ꝓbi bente. Quãdo uero quod terrenũ eſt ſcindiť/diuiſę inter ſe portiones ſemp ſepa ræ manent: tanq̃ quibus naturalis deeſt ualor: quæ ex paruo impulſu ſic manẽt: ſicut impulſa ſunt atq; ꝓiere: Sic & quod maxime corpus factũ eſt/tanq̃ maxime in nõ ens ꝓlapſum/reuocare ſeipſum in unũ minime ualet. Ponderoſæ igiť ue hementeſq; cõcuſſiones ruinæ quędã ſunt/quibus alia ruendo uiciſſim agunt in alia. Cum uero debile incurrit in debile/ualidũ eſt aduerſus illud: Atq; nõ ens in non ens incurrens. Hæc itaq; dicta ſunt aduerſus illos/qui tantũ in genere corpo rum entia collocant: Adducti uidelicet ípulſionũ cõcuſſionũq; teſtimonio. Item imaginationibus ꝓ ſenſum factis ueritatis fidem teſtificantes. Qui ſimiliter atq; ſomniãtes affecti ſunt: dum quæ uident reuera eſſe putant/cum ſint inſõnia. Sen ſus. n. munus eſt aíæ dormientis. Quantũ nãq; aíæ eſt in corpore/tantum ꝓfecto dormit. Vera aũt exꝓrectio atq; uigilia eſt uera a corpore nõ una cum corpore re ſurrectio. Quæ.n. fit cum corpore trãſmigratio quædam eſt a ſomno in ſomnũ: quaſi a lecto tranſeatur in lectum. Sed uera oío eſt/quæ a corporibus ſurgit oío. Quę quidem cum naturam habeãt aíæ repugnantem/pro eſſentia quoq; habent

oppoſitū. Teſtatur id prærerea generatio ipſorum/& fluxus/atq; interitus. Quæ quidem ab ipſa natura entis alieniſſima ſunt.

¶ Conditiones materiæ mirabiles quas repperi etiã apud Porphyrium: & de ua nitate materiæ/formarũq; apparentiũ in materia. Cap. VII.

SEd iterum reuertendũ eſt primo quidem ad ſubiectam materiã: deinde ue ro ad illa/quæ ĩ materia eſſe dicuntur. Ex quibus ꝓſpicue cognoſcaĩ/tum materiã eſſe paſſionis exptem: tum neq; materiã/neq; illa reuera exiſtere. Eſt igiĩ ĩcorporea: quoniã corpus poſterius eſt atq; cõpoſitũ: & ipſa una cũ alio complet corpus. Sic enim eãdem apellationẽ ſecũdum incorporeũ genus ſortita eſt: quoniã utrunq;.s.ens atq; materia a corporibus diuerſa ſũt. Cum uero mate ria neq; aĩa ſit/neq; mens/neq; uita/neq; ſpẽs/neq; rõ/neq; etiã terminus: eſt enim indefinitas quædam. Rurſus neq; poteſtas. Quid enĩ faciat? Sed hæc oĩa ſubter fugiat: nimirũ neq; entis apellationẽ ſortiri debet. Sed merito non ens nominaĩ. Neq; tamen ita nõ ens dicitur/ut motus uel ſtatus non ens dici ſolet: ſed reuera non ens ſimulachrũ & imaginatio molis/appetitioq; ſubſtãtiæ ſiue ſubſiſtentię. Staris quidem nõ in ſtatu. Secũdum ſe inuiſibile. Et uidere uolẽtem effugiens. Et quãdo quis nõ uidet/tũc quodãmõ preſens. Quãdo uero quis intẽtius inſpicit non ꝓſpectum. Rurſus in ſeipſo cõtraria ſemp apparẽs: paruũ/magnum/minus/ magis/deficiens/ſupexcedens/ſimulachrum/neq; manens/neq; rurſus aufugere ualẽs. Neq; enim uel hoc unũ ualebit: Quippe cũ ualorẽ ab intellectu nullũ acce perit. ſed ĩ defectu totius entis factũ fuerit. Quapp in qualibet ſui denoĩatione mentitur & fallit. Nempe ſi magnũ excogitetur: interim paruũ eſt. Ac ſi magis/ẽ & minus. Atq; ens quod ĩ eius imaginatione occurrit nõ ens eſt: uelut ludicrum quiddam fugiens: Adeo ut quę in ipſo fieri uidenĩ ludicra ſint/ſimulachra in ſi mulachro/ profecto ſicut in ſpeculo: ubi alibi quidẽ ſitum eſt aliquid/alibi uero apparens. Et quod uideĩ impletum/nihil habens/apparens uero oĩa. Quæ uero ingrediunĩ & exeunt imitamina entium atq; ſimulachra circa ſimulachrum ĩfor me. Et quia informe: ideo ibi uiſa. Videnĩ quidem in ſubiectam materiã nõnihil efficere: faciũt uero nihil: utpote quæ debilia fluxaq; ſunt: neq; ſoliditatẽ ullam habent: Siue ullam repcutiẽdi uirtutem: atq; cũ materia nullã quoq; ſoliditatem habeat/penetrant in eã non diuidentia/ut imagines ĩ aquam. Vel forte ꝓinde ac ſiquis in id quod uacuũ diciĩ quaſi formas imittat. Iam uero ſi talia forent quæ inſpiciuntur/qualia illa a quibus ueniunt in materiam/forſan quiſq; attribuerit his uim quandam eorum quę mittũt: in materiã uere ꝓuenientem non iniuria pa ti ab illis materiã ſuſpicabitur. Cum uero alia quidem ſint quæ repreſentanĩ: alia uero quę uidenĩ intus/ex his quoq; ĩtelligere licet falſam eſſe materię paſſiõem. Quippe cum falſum ſit quod intus uideĩ occurrere/ nec ullã ad effectorem ſimĩ litudinem habeat. Inualidũ itaq; atq; falſum/& ĩ falſum ſimiliter incidens/uelut in quodam inſomnio/uel aqua/uel ſpeculo/ꝓculdubio materiã imparibilẽ reſta re permittit: q̃uis in his quę mõ dicebamus/ſimilitudo quędam ſit his quę appa rent/ad illa quæ referuntur.

¶ Quale ſit illud ad quod paſſio pertinet: Et quod non pertinet ad materiam .Cap. VIII.

OMnino uero quod patiꝫ esse oportet tale: ut ī cōtrariis sit potētiis qualitatibusq; eorū quę accedūt & inferūt passionē. Ei nāq; quod inest calido/alteratio fit ab eo quod frigefacit. Rursus præsēti humido alteratio a desiccante contingit: Atq; alterari subiectum dicimus/quādo ex calido frigidum fit/uel ex arido humidum. Testatꝫ id & illa quę ignis corruptio dicit̄/mutatiōe in elementū aliud accidente. Nō enī dicimus materiā corruptam esse sed ignē. Quapp & passiōes circa idem sunt/circa quod & interitus. Via.n. ad interitum est susceptio passionum. Atq; huius pire est cuius & pati. Materiā uero corrūpi est impossibile. In quid enim & qūo resoluatur cogitare non possumus.

Dubitatio.

HAT uero cum materia ī se ipsa suscipiat caliditates/frigiditatesq; q̄plurimas & qualitates prorsus inumerabiles: p easq; distincta sit/& quasi cognatas habeat inuicēq; cōmixtas. Nō enim singula sunt seorsum: ipsa uero relicta uelut media: quo nā pacto qualitatibus in cōmixtione mutua inuicē patiētibus nō & ipsa quoq; cōpatitur? nisi forte quis eam extra illas oīo posuerit. Attamen quicquid in subiecto est/ita subiecto adest/ut ex se tradat subiecto nō nihil.

Responsio. Quod materia neq; uere neq; uera suscipit: neq; patiꝫ Quid uesit id quod patitur Cap. VIIII.

HAnimaduertendum est/quod dicitur adesse alterum alteri: atq; ī alio aliud esse/nō uno dūtaxat modo nobis accipiendum: sed aliquādo ita se habere/ac siquid una cū p̄sentia sua melius uel deterius illud p̄mutatiōe quadam afficiat. Quod quidē in corporibus præsertim uiuētibus est manifestū. Aliquādo uero aliqd alicuius p̄sentia siue susceptiōe/melius fit aut deterius: seorsum a passione: quēadmodū de aīa dicebaꝫ. Aliquādo etiā id tale est/uelut siqs cēræ figuram adhibeat: Vbi neq; ulla passio est/p quam aliud quiddā cēra fiat: quando adest ei figura: neq; rursum defectus aliquis cēræ accidit deleta figura. Tum uero lumen neq; figuram quidē illuminato p̄mutat. Lapis q̄netiā frigefactus nōnihil a frigifaciente habet/lapis nihilominus interea permanens: nihil tamen nactus p̄ter frigiditatem. Proinde quid nā linea patiꝫ sub colore? Quid ue planum? Forsan uero subiectū corpus pati diceꝫ. Quāuis a colore quid nā patiantur potissimum designabitur. Non enim dicendum est pati esse aliquid adesse: uel ornari forma. Siquis āt dixerit specula oīaq; pspicua ab his quæ ibi apparēt imaginibus nihil p̄peti/exemplum certe afferet oportunum. Nam & quę in materia sunt/imagines sunt/ & ipsa materia magis etiā q̄ specula est a passiōibus aliena. Fiunt ergo in ipsa caliditates & frigora: neq; tamen calores materiā calefaciunt: Calefieri enim & frigefieri in eo consistit/q̄ qualitas subiectum ex alia qualitate traducit in aliam. Inter hęc aūt cōsideratione dignū foret/num forte frigus nihil aliud sit q̄ absentia quędā priuatioq; caloris. Cōcurrentes aūt in materia qualitates/plurimę quidē earum in se inuicem aliquid agunt: quæ uidelicet inter se contrariæ sunt. Quid enim odor aliquis ī dulcedinem agat? aut color in figurā? aut quod in alio genere est/in genus aliud agat? Vnde quis potissimū credat/posse in eodem esse aliud atq; aliud/uel aliud in alio/ipsa uidelicet sui p̄sentia nihil nocente cui uel in quo adest̄ aut inest. Quēadmodum igitur quod l̄ęditur non

a quolibet lęditur: ita neq; quod permutat̃ & patitur/ a quolibet mutatur & patitur. Sed enĩ cõtraria tantũ a contrariis patiũtur: cætera uero a cæteris nõ mutãtur. Nempe quibus nulla cõtrarietas est/ hęc a nullo cõtrario patiunt̃. Quãobrem necesse est/ siquid patit̃/ id nõ esse materiam: sed compositũ aliquid/ uel oĩo multa simul existere. Quod aũt solũ ẽ ab aliisq; natura secretũ: simplexq; oĩo/ a nullo pati potest: sed oĩbus inter se agẽtibus uelut mediũ potest subesse. Sicut in eodẽ habitaculo nõnullis se inuicẽ ꝑcutientibus habitaculũ ipsum nihil patit̃/ & forte neq; etiam qui in eo est aer. Congrediẽtia igit̃ inter se quæ ĩ materia sunt/ agant/ quęcunq; in se inuicẽ naturaliter agere possunt. Ipsa uero materia multo sit a passione remotior/ q̃ quęlibet qualitates in ea/ quæ ex eo ꝙ non sint cõtrariæ a se inuicem minime patiuntur.

¶ Confirmatio superiorum: ꝙ materia de statu suo minime moueat̃. Cap. X.

ACcedit ad hęc/ ꝙ si materia patitur/ oportet eam ex passione aliquid reportare: uel passionẽ ipsã uel aliter affectã esse/ q̃ anteq̃ ĩ ea passio fieret. Ingrediẽte igitur alia post illã qualitate/ haud ulterius materia erit/ quod suscipiet eã: sed materia qualis. Sin aũt & ipsa qualitas desinat relinquens sui aliquid ꝑꝑea ꝙ materiam iam affecerat/ adhuc multo magis aliud subiectũ fiet: atq; hac conditione procedens/ aliud quiddã q̃ mera materia subiectũ erit. s. uariũ qddã & multiforme. Quapꝑ nõ amplius erit cõmune oĩum susceptaculũ. Quippe cũ iam impedimentũ ad multa quãdoq; uentura ĩ seipso cõcepit. Neq; ipsa materia amplius ꝑmanebit. Neq; igit̃ ĩcorruptibilis erit. Quãobrem si oportet esse materiam/ quẽadmodum ab initio fuerat: ita semꝑ oportet eandẽ esse. Nempe hanc ꝑmutatã fuisse dicere/ nõ est eã seruare materiã. Pręterea si oĩo quod alterat̃/ oportet ꝑmanens in eadem specie/ in accidentibus alterari: neq; tamẽ ꝑmutari substãtia: si inq̃ manere oportet quod alterat̃: & quod ĩ eo patitur: nõ est id quod ꝑmanet: necesse est alterum e duobus accidere. Vel alteratam materiam a se ipsa discedere: uel nõ discedentem minime alterari. Siquis ãt dixerit alterari quidẽ eã: sed non qua rõne materia est alterari: primo quidẽ secundum quid alteret̃/ explicare non poterit. Deĩde confiteri cogetur/ sic quoq; ipsam materiã nõ alterari. Quemadmodũ enĩ in cęteris quę spẽs sunt/ fieri nõ potest ut secundũ essentiã alterent̃: quippe cum illorum essentia ĩ hoc ipso consistat: sic quoniã esse materię/ est esse/ qua rõne materia est: non licet eã quatenus materia est/ alterari: sed est necessariũ permanere. Et sicut illic species ipsa ĩmutabilis est: ita & hic necesse est immutabilem esse materiam.

¶ Quomodo formę ueniant in materiam secundum Timeum per modum imaginum in speculum. Cap. XI.

HInc Platonem ita excogitantem recte dixisse arbitror: ubi inquit/ imitamina uero entium ingrediẽtia egredientiaq; materiã. Neq; enĩ ab re ingredi & egredi exprexisse putandum: sed nos ĩ exponendo cautos reddere uoluisse/ quo uidelicet pacto spẽs participare materia possit. Hĩc & apparet Platonicam illam dubitatiõem/ qua quęritur/ quo nã pacto materia fiat particeps specierum/ non illuc tendere: quo multi priores existimarunt. s. qũo species ueniant in

materiã: Sed potius qũo sint ĩ ipsa. Reuera enĩ mirabile uidet̃ esse: qũo pręsenti bus his materiæ spẽbus/ ꝑmaneat ipsa eadem nullã ab his accipiẽs passiõem: præ sertim cũ quæ ĩgrediũtur ĩ eam / a se inuicẽ patiãtur. Sed enĩ ex Platonica senten tia putãdum est ea quæ materiã ingrediũtur/ priora inde expellere/ esseq; ĩ cõpo sito passiõem: neq; ĩ oĩ cõposito: sed ĩ eo cui opus ẽ accedẽte forma uel recedẽte: & quod ꝑ alicuius qdẽ absentiã defectũ in cõstitutione ꝓpria patit̃: ꝑ pręsentiã uero perficit̃. Materia uero neq; plus hẽt quicq̃ in natura sua quolibet accedẽte: neq; enĩ tũc accedẽte illo/ id quod est efficit̃: neq; rursus ullo recedẽte minus hẽt quicq̃. Perseuerat enĩ quod ab initio fuerat. Illis profecto utilis necessariaq; est exornatio/ quæ ornamẽto & ordine indigẽt: Atq; põt ornatus absq; trãsmutatio ne fieri: uelut quãdo ornamẽtum alicui circũdamus. Si naũt sic aliquid exornet̃ ut insitum hẽat ornamẽtum/ oportebit quod exornatur/ permutari ex eo quod prius erat turpe/ diuersumq; fieri: Atq; ita ex turpi euadere pulchrum. Si igitur materia existẽs turpis/ facta est pulchra/ nõ est ulterius id ipsum turpe quod an tea fuerat. Quaꝑꝑ dum sic exornat̃/ amittit esse materiã: Præsertim si nõ secũdũ accidẽs turpis esse cẽsetur. Quod si ita sit turpis ut ipsa sit turpitudo/ ornamẽti particeps fore nõ possit: rursus si ita sit mala ut malũ ipsum sit/ nullam unquam boni partem accipet. Quaꝑꝑ nõ ita participatio fit/ ut pleriq; putãt/ quasi patien te materia: Sed alia quædã ratio est: uidelicet/ apparendi. Forte uero & hoc mo do dubitatio illa solue t̃: qua perquirit̃ quonã pacto si mala sit/ appetat bonum. Quippe cũ ipsa participatiõe nõ desinat esse quod erat. Si enĩ hac cõditione par ticipatio fiat/ ut maneat eadem minime alterata/ sicut dicimus/ sed quod est/ sit & semꝑ/ nõ amplius mirabile uideri debet/ etiam si mala sit participare bonum. Nõ enĩ a seipsa discedit. At quoniã necessariũ est participare / iccirco quodãmõ q̃diu est/ participat/ ex eo aũt ꝙ permanet id ipsum quod est/ participatiõis mo do ipsam seruãte / nõ lædit̃ in essentia ab eo quod ita tradit. Videtur profecto nõ minus ob hoc esse mala: quoniã semꝑ id quod est permanet. Si enĩ reuera fie ret particeps: & uere ꝑmutaretur a bono/ nõ esset ꝑ naturã mala. Quamobrem si quis materiã dicat esse malã/ sic utiq; uera loquet̃/ si pati eam a bono negauerit. Id aũt idem est ac si oĩo impassibilis affirmetur.

Cõfirmatio suꝑiorum: & ꝙ materia neq; afficiat̃ aliquo modo ĩ natura sua ꝑ formas: neq; patiatur: neq; diuidatur Cap. XII.

PLato aũt idem de materia cogitãs/ participatiõemq; in ea nõ ita fieri iudi cans quasi ĩ subiecto fiat spẽs formaq; inserat̃/ ita ut unum fiat cõpositũ/ simul uidelicet transmutatis & cõmixtis atq; compatiẽtibus: & profecto nõ ita se dicere studẽs asseuerare / cupiẽs quinetiam declarare qũo ipsa impassibi lis perseuerãs/ spẽs habeat/ indagauit impassibilis participationis exemplũ: præ ter quod nõ facile foret ostẽdere: quæ nã potissimũ sua præsentia subiectũ idem permanere permittãt/ dubitatiões multas mouit: dum quo cupit peruenire con tendit: atq; præterea studuit asseuerare in rebus sensibilibus uacuitatem quidem esse substantię: locum uero uerisimilitudinis/ & imaginis esse q̃plurimũ. Propo nens igitur materiã sub figuris passiões corporibus animatis inferre / ipsam qui dem nullã ex passiõibus iis habentem/ stabilitatem eius hoc pacto significauit.

Ad argumẽtãdũ ꝓuocans/ nullo modo materiam ipſam ab his figuris pati uel ꝑmutari. In his quidẽ corporibus figurã aliam ex alia cõmutantibus/forte ali quis alteratiõem dicat fieri/ipſam uidelicet figurę mutatiõem:dicẽs alteratiõem eiuſmodi ęquiuocam eſſe.Cum uero materia neq; figurã neq; magnitudinẽ ha beat ullam/quonã pacto quis figuræ aduentũ/quomodocũq; fiat/alterationem uel etiã ęquiuoce dicat? Siquis igiť hic ea lege utať:& ſingula dicat/ qua decla ret ſubiectã naturã nihil ſic ut putať habere:a rõne minime aberrabit. Verumta men quonã modo hẽt?Si neq; tanꝯ figuras placet habere: ſed Platonica propo ſitio quoad fieri põt ſignificat/tum materiæ naturã eſſe paſſionis exꝑtem: tum præſentiã in ea formarũ eſſe dumtaxat apparentẽ/uelut imaginũ non præſentiũ. Forſan uero prius adhuc de impaſſibili eius cõditione tractãdũ:docẽdũq; opor tere conſuetis nominibus ad eius paſſionem quodãmõ deſignandam adduci: uelut quando deſiccatã eandem & ignitam uel humefactã excogitamus( ut Pla to inquit)& quæ deinceps:& aeris atq; aquæ formas ſuſcipientem. Quod enim ſubdiť a Platone:materiam formas aeris & aquæ ſuſcipe: tum tempat minuitq; quod dictũ fuerat/materiã eſſe ignitam & humefactã:tum oſtẽdit materiã in eo quod formas capit/nõ formari: ſed formas eſſe ita ut ingreſſæ ſunt:Item quod dictũ eſt ignitam/ haud proprie fuiſſe dictũ: ſed magis ſignificatum/ꝙ facta ſit ignis.Non enĩ idem eſt oĩo ignem fieri/atq; igniri.Nam igniri quidẽ ab alio fit ĩn quo quidẽ cõtingit pati:quod aũt pars ẽ ignis igniri nõ põt: alioquin ꝓinde id ſe haberet: ac ſiquis ſtatuam dixerit ꝓ ipſum æs proceſſiſſe/ uel ignem ꝓ mate riam fuiſſe ꝓgreſſum:atq; etiam ignire materiã. Atq & ſi ratio ipſa accedẽs age re id dicať/quonã modo materiam ignire dicetur?An forſan ĩ figuram?At enim quod igniť/ex ambobus iam conſtat. Qũo igiť ex ambobus/ſi non eſt factũ ex ambobus unũ: An forte ꝙis factũ ſit unũ/ nõ tamen e duobus habẽtibus inui cem paſſiões: ſed ĩ alia quædã agentibus. Nunquid igitur ambobus agẽtibus? Vel potius altero efficiente ut alterũ minime fugiat. At quando corpus diuidiť qũo fieri põt/ ut materia ipſa nõ diuidať. Et cum ipſum patiť/dum diuidiť/qũo non & ipſa eandẽ ſubſtinet paſſiõem. Forte uero nihil prohibet eadem rõne ma teriam ipſam corrumpere/dicẽtes uidelicet quonã modo corrupto corpore ma teria nõ corrumpitur?Profecto etiã dicẽdum foret quod patiť/& diuidiť tãtum quiddam eſſe magnitudinemq; exiſtere. Ei uero quod non eſt magnitudo/neq; etiã magnitudinis paſſiões ineſſe. Et oĩo ei quod nõ eſt corpus/paſſiones corpo ris nõ accidere. Quaꝑ quicũq; materiã pati poſſe fatenť:corpus quoq; eam eſſe cõfiteri cogunť.

¶ Cõfirmãtur ſuperiora:& probatur ꝙ materia ſe habet ad formas & ad mentẽ diuinam ſicut ſpeculum ad imagines/atq; ad ſpectacula Cap. XIII.

¶ Dꝑterea probare illos decet/qua rõne materiam dicant ſpẽm aufugere. Quo enĩ pacto ſaxa cęteraq; ſolida ipſam cohibẽtia fugiat?Nõ enĩ inter dum quidem fugere/interdum uero nõ fugere dicent.Si enim uoluntate propria fugit/cur nõ fugit & ſemp?Sin aũt neceſſitate manet/non datur tempus in quo non in aliqua ſpecie ſit. Sed enĩ cauſa ꝑꝑ quã non eadem ſpẽs ſemp ma teriam quãlibet contineat/ quęrenda eſt magis in his quæ ipſam ingrediuntur. Quonã igiť pacto fugere dicitur?Nunqd natura eadem atq; ſemper.Id autẽ qd

nam aliud erit / q̃ eam nunq̃ a ſeipſa diſcedẽtem ſic habere ſpẽm: quaſi nunq̃ habeat. Alioquin non habebũt illi qua rõne probabiliter quod dixerant tueantur. Apellat pr̃terea Plato materiam / ſuſceptaculũ generatiõis oĩs atq; nutricem. Profecto ſuſceptaculũ atq; nutrix aliud quiddã eſt q̃ generatio. Quod ãt alterat̃ / in generatiõe uerſat̃. Et cum ſuſceptaculũ atq; nutrix generatiõis generatiõem præcedat / alteratiõem quoq; pr̃cedit. Sane quod ſuſceptaculũ nutrixq; dicitur / ſeruat materiã impatibilem: ſeruat ſimiliter quod ſcribit̃ materiam eſſe illud in quo apparet unũquodq; fieri: rurſusq; inde abit. Item q̃ apellat eam locum atq; ſedẽ. Deniq; quod recta ratione dicit eam eſſe quaſi formarum locum nõ paſſionem deſcribit circa materiã: ſed alium quendam deſiderat modũ. Quiſnam hic modus eſt? Profecto cum naturã eiuſmodi nullum ẽe oporteat entium: ſed omnem entium eſſentiã effugiſſe: oĩoq; eẽ diuerſã / rõnes enĩ quẽdam entia ſũt / reuera exiſtẽtes / neceſſanũ eſt eã hac ipſa alteritate / ſalutẽ quã ſortita eſt / cõſeruare: ideoq; nõ ſolum nõ poſſe entia cap̃e: uerum etiam ſiquod ſit entium imitamen: huius quoq; familiaritatis exp̃tem eẽ. Sic enĩ dũtaxat / eſt ab entibus oĩo diuerſa. Alioquin / ſiqua cũ ſpecie intimam contraxerit familiaritatem / certe una cũ ipſa aliud quiddã facta / amittet iam illã diuerſitatem: Nec ulterius omniũ locus erit: Immo uero nullius erit amplius receptaculũ: cũ tamen eẽ dicat̃ cuiuſlibet pariter receptaculum. Oportet aũt tum formis ingrediẽtibus eandem p̃manere materiã: tum egrediẽtibus impatibilem: Vt & intret aliq̃d ſemp & exeat. Intrabit ãt quod ingredit̃ / tum ipſum ut ſimulachrũ / tum ĩ aliquid minime uerũ: ideoq; neq; ipſum etiã erit uerum. Sed nunquid uere accipietur? At quonã pacto uere accipietur ab eo / cui nullo modo fas eſt / ueritatẽ participare: p̃pea q̃ ſit ipſum falſum. Forſan igit̃ falſo p̃cedit in falſũ: ſimiliterq; ſe hẽt: atq; imagines obiectorũ apparẽtes in ſpeculo / q̃diu illa p̃manent e conſpectu. Etenim ſi entia ex uniuerſo ſubſtuleris: nihil p̃nitus uel momẽto apparebit unquã eorum quæ nũc in mundo uidẽtur. Speculũ quidem apud nos ipſum quoq; p̃ſpicitur. Eſt enĩ & ipſum ſpẽs aliqua. Quod uero ĩ mundo eſt quaſi ſpeculum / cũ nulla ſit ſpẽs / ipſum nullo mõ uidetur. Alioquin oporteret ipſum prius ſecundũ ſeipſum cerni. Verum tale quiddã patit̃ / quale illuminatus aer: qui tũc etiã oculis eſt occultus: quoniã abſq; illumi natione uideri nõ poterat. Hanc igit̃ ob cãm quæ apparẽt in ſpeculis / uel nullo modo / uel minus eſſe credunt̃: quoniã illud in quo ſunt manifeſte diſcernitur: & ipſum quidẽ manet: Hæc uero diſcedunt. Materia uero minime cernit̃ / ſiue habeat formas / ſiue nõ habeat. Sin aũt cõtingeret illa manere a quibus implent̃ ſpecula / & ipſa quidẽ nõ uiderent̃ / nemo utiq; diffideret: quin uera ſint quæ uident̃ in ſpeculis. Siue igitur eſt in ſpeculis aliq̃d: in materia quoq; ſimiliter ſenſibilia ſint: ſiue nihil eſt in ſpeculis: ſed dumtaxat apparet: Similiter quoq; ĩ materia dicendum eſt apparere: cuius quidẽ apparẽtiæ aſſignanda cauſa eſt entium ipſorũ ſubſtãtia: quã entia quidem ſemp uere participãt: Nõ entia uero / nõ uere. Quandoquidem nõ oportet ſic ipſa ſe habere / quemadmodum habuiſſent / ſi ipſa ente ipſo non exiſtente / fuiſſent.

¶ Confirmantur eadem: & q̃ materia nunquã impletur: ſed ſemper affectat noua: quia nõ accipit res ueras: neque uere accipit quod uidetur accipere. Cap. XIIII.

QVid ergo? Nisi materia esset/nihil ne oio subsisteret? Nihil prorsus/præter entia: sicut neq; imago sublato speculo uel eiusmodi quopiã. Quod enĩ sic natura compatum est/ut sit in alio/illo nõ existente fiat nunquã: Hæc enĩ ipsa imaginis natura est/in alio eẽ. Siquid enĩ a causis ipsis decederet: id profecto esse posset/etiam si nõ eẽt ĩ alio. Cum uero ipsę quidẽ maneãt: siquid inde appareat alibi/oportet aliud quiddam esse/sedẽ suggerens reuera non uenienti: Quod quidẽ sui prę̃sentia & audacia & quasi procacitate atq; indigentia quasi urgeãt urgeatq; ad capiendũ: decipiatur tamẽ nõ capiendo reuera: ut indigẽtia pseuerãs semp efflagitare cõpellat. Postq̃ enĩ semel substitit (ut tradit fabula) semper affectat. Qua quidem in re natura eius/boni expers ostenditur. Affectat uero nõ illa quę largitor hẽt accipe: uerum sat habere uideãt/si qualecũq; sit/non nihil accipiat: adeo ut hinc ostendaãt diuersum esse quod in materia nobis appareret. Nomẽ quoq; ipsum Penia. i. inopia materiam nõ impleri declarat. Quod uero dicitur cũ Poro Peniam congredi/non significat illam cum ipso ente uel saturitate congredi: sed cum re quadã artificiosa atq; mirabili. Id aũt est cum quadã imaginis sese ostentãtis astutia. Cum enim impossibile sit eẽ oio entis expers/quodcũq; & quomodocunq; extra ens ipsum sit/nam hæc entis natura est entia facere/cumq; oio non ens misceri cũ ente nõ possit/certe nõnihil mirabile proue nit. Nempe & participat nõ participans: & ipsa propinquitate nanciscãt aliquid: quãuis suapte natura cõglutinari nõ ualeat. Relabitur igitur/uelut ab aliena natura quod accepit/uelut Echo a locis lenibus atq; planis. Quod ue non manet ibi/id & apparet ibi/atq; inde uenire. Sinautẽ materia sic participaret: accipetq;/ut quidam forte putaret/pfecto quod accedit ad eam uelut imbibitũ penetraret. Nũc uero apparet imbibitũ nõ fuisse: Sed pmãsisse illam prorsus eandem nihil adeptam: sed instar sedis cuiusdam repercutientis inhibuisse processum: esseq; receptaculum concurrentium in idem ibiq; inuicem commixtorum. Neq; aliter hic fieri/q̃ ubi nõnulli ad solem cupientes ignem accendere/lenia quędam solidaq; opponunt: quæ & aqua implent: ut flamma ab eo quod intus contrarium est/cohibita non pertrãseat: sed extra cõsistat. Hac itaq; ratione materia causa generationis euadit: Et quæ cõponuntur ĩ ipsa/hoc modo constituunt.

## De rõne seminali quæ est in aĩa: q nõ miscetur cum materia: ac de uanitate materiæ formarumq; sensibilium Cap. XV.

IN his quidem quę ignem sub sole circa se congregãt/utpote quæ ab igne sensibili flammã accipiũt: ipsa quoq; id habẽt ut sentiant. Itaq; apparẽt/quoniã quę ibi conficiuntur/ extrinseca sunt/positaq; deinceps & proxima: seq; cõtingunt: terminiq; illic duo proculdubio sunt. Ratio uero seminaria in materia/aliter hẽt/ut sit extra materiam. Naturæ nanq; alteritas sufficit/duplici non indigẽs termino. Sed multo magis q̃ terminus quilibet alienus uim retinet repugnantem cõmixtioni ob alteritatem essentiæ cognationis oĩs exptem. Causaq; ĩ se consistendi hæc ipsa est: quoniam neq; quod ingrediãt ipsa fruitur: neq; ipsa uicissim fruiãt uenientę: Sed quemadmodũ opiniones imaginationesq; ĩ aĩa nõ miscenãt: sed abit unaquęq; rursus/uelut sola quod est existens/nihil uel secũ trahens/ uel sui relinquens/quoniam ammixta non fuerat: Habetq; quod extra

dicaꝫ/ non ꝑpea ꝙ ſecus adiaceat: neq; aſpectu tanquam diuerſa a fundamẽto: ſed rõne diſcernitur. Hic igitur imaginatio/ſimulachri cuiuſdam locũ obtinẽs/ cum tamẽ aĩa naturaliter nõ ſit ſimulachrum: quãuis ĩ multis uideatur ducere/& pro arbitrio ducere: cõparaꝫ nãq; ad aĩam ꝑportiõe quadã uelut materiã/ quan uis inquã ita ſit: nõ tamen obſcurat occulitq; aĩam: quippe cũ propriis quibuſdã aĩę actionibus frequenter excutiaꝫ: neq; unquam efficit uel etiam ſi tota ꝑ totã ſe diffuderit/ut aĩa pęnitus deliteſcat: quãuis interdum quodãmodo talis appa reat. Habet enĩ aĩa ĩ ſe actiones/rõneſq; repugnantes: ꝑ quas accedẽtia reppellan tur. Materia uero/cũ ſit longe inualidior aĩa/nihil habet entium ſeu uerum ſiue etiã falſum aliquãdo proprium: neq; habet quicquã/ ꝑ quod appareat: quippe cum in omniũ ſolitudinẽ ſit reiecta: fit aũt cauſa cęteris ut appareãt: neq; ipſa ta men uel hoc ſaltem põt dicere: hic ego ſum/quanuis minime uidear. Sed ſiquan do inueniat ipſam ratio quædã ꝑfundior hãc ex aliis entibus aſſecuta/ clamat eam ẽe nõnihil ab oĩbus entibus deſtitutũ: & cũ ea quæ entibus poſteriora ſunt uideanꝫ eſſe/id ꝑ hęc oĩa tractũ ut appareat ea ſequi/rurſumq; nõ ſequi.

## Quomodo ratio formalis atq; ſeminalis/quatenus exhibet materiæ formas: eatenus adhibet quãtitates & figuras formarũ comites Cap. XVI.

AT qui accedens ratio quædam/atq; extendens quatenus uult materiã/effi cit quantã. s. eſſe quantã ex ſeipſa materiæ adhibẽs/nequaq̃ ꝑ ſe habenti: ſed neq; id etiã factæ. Alioquin quantũ in ea quãtitas ipſa eẽt. Siquis igiꝫ ſpẽm hãc abſtulerit/ neq; erit amplius ſubiectũ ipſũ quantũ: neq; etiã apparebit: Verum ſi ſit quod factũ eſt quantum/ hõ uel equus/& una cum equo/magnitu do equi proueniẽs equo etiã diſcedente/diſcedit. Siquis ãt dixerit equum ĩ ma gna quadã tantaq; mole fieri/& magnitudinem ꝑmanere/dicemus non equi ma gnitudinem/ſed magnitudinẽ molis ibi manere. Si tamẽ hęc moles ignis eſt uel terra/certe abeunte igne/uel terra/magnitudo ignis uel terrę diſcedit. Quãobrẽ neq; figura neq; magnitudine materia fruiꝫ: alioquin aliud ex igne non fiet: ſed illa ignis ꝑmanens/ nunquam fiet ignis. Quandoquidẽ & nũc tãta ut uidetur effecta/quantus eſt hic mũdus/ſi deſinat eſſe cęlum & quæ in ipſo ſunt oĩa/una cũ his oĩs etiã magnitudo ab ipſa recedet: ſimulq; oẽs alię qualitates: atq; relin quetur deinde quod erat/ conſeruãs nihil prorſus eorum quæ prius ita fuerant circa ipſam. Quanq̃ quibuſcũq; cõtingit aliquorũ pręſentia pati/eiſdem quoq; licet abeuntibus illis accepti aliquid retinere. Quę uero nõ patiunꝫ/ minime reti nent. Quemadmodũ aer lumen nactus/nihil luminis abeunte lumine retinet. Si quis ãt mireꝫ qũo fieri poſſit/ut quod nõ hẽt magnitudinẽ/fiat magnũ: obũcie mus ſimiliter quo pacto fiat/ut quod non hẽt calorẽ/fiat calidũ. Nõ enim idem eſt in materia/eſſe materiam/atq; magnitudinem eſſe: ſiquidem ĩmaterialis ẽ ma gnitudo: quemadmodũ ĩmaterialis etiã eſt figura. Ac ſi materiã cõſeruamus/ participatiõe quadã eam oĩa ſortiri dicemus. Vnum uero aliquid omniũ eſt ma gnitudo. In corporibus quidem cũ cõpoſita ſint/eſt & una cũ aliis magnitudo/ nõ tamen determinata. Quoniã in ipſa corporis rõne includiꝫ etiã magnitudo: In ipſa uero materia neq; etiam indeterminata magnitudo includitur. Quippe cum non ſit corpus.

¶ Materia nullam habet ex ſe quantitatem: ſed ad eam protenditur ſub efficaci ingreſſu formę in ipſam Cap. XVII.

SEd neq; etiã magnitudo ipſa erit. Spēs enī eſt ipſa magnitudo: neq; eſt ad ſuſcipiendū parata. Quinetiam ſecūdum ſeipſam magnitudo exiſtit. Ac ſi materia neq; etiã imitatiões entium familiariter ſibi põt cõciliare/ certe neq; hoc pacto eſt magnitudo. Sed quoniã uult quod in ītellectu uel aīa ſitum eſt/eſſe magnū: ideo tradidit his quæ procedendo quaſi imitari uolūt deſiderio eius uel motu erga ipſum facultatem quãdam ad paſſiõem earum ī alio quodã imprimẽdã. Magnū itaq; ī ꝓceſſu imaginatiõis ſiue apparẽtię currẽs in amplū/ efficienſq; ut ipſū materię paruū in hoc ipſū magnū cõcurrat/fecit ut illud appa reret magnū etiã coextenſiõe nõ repletum. Falſo. n. magnum: hoc eſt: quãdo nõ habẽdo hoc ipſum ut ſit magnū/ad illud extenſum quaſi coamplificatur exten ſione. Cum enim entia oīa ī alia uel in aliud agãt ipſorum apparentiam ſpecula rem & unūquodq; efficiẽtium ſimili quadam rõne ſit: faciatq; magnum/qua & totum/cõcurrit uniuſcuiuſq; rationis magnū poſt ipſum aliquid: uelut equi uel alterius cuiuſcūq;. Extat prẽterea ipſum magnū/ & uniuerſa quidem apparentia ſpecularis/fit magnum/ uidelicet/ ad magnum ipſum effulgens. Quęlibet uero portio fit magnum q̄ddã. Atq; ſimul oīa apparuerūt ex uniuerſa ſpecie/cuius ẽ magnū: Atq; etiã ex q̄libet: & q̄ſi extẽſio facta ẽ/& ad omne & oīa. Atq; ī ſpecie id ẽe coacta/ & in mole quantū potẽtia fecit/quãtū potẽtia ferebat: Vnde cõtigit ut quod eſt nihil/ rurſus ī apparẽdo ſit oīa. Iccirco & color qui ex nõ colore pro cedit: & qualitas quę apud nos ex nõ qualitate contingit/denominationẽ nacta ſunt ab illis ęquiuocã: & magnitudo ex non magnitudine/uel ęquiuoca magni tudine. Vbi certe illa cõſideranꝺ media inter ipſam materiã ipſamq; ſpẽm. Et ap parẽt q̄dẽ quoniã inde quodãmõ micãt: Fallunt uero quoniam id in quo appa rent/nõ exiſtit. Quęlibet uero ī magnitudinẽ protendunꝺ/tracta'uidelicet uirtu te eorum: quæ hic apparent: locumq; ſibiipſis efficiunt. Fit uero tractus ꝑ oīa nõ uiolẽtia ex eo q̄ materia eſt uniuerſum. Vnūquodq; uero trahit ꝑ eam quã hẽt potẽtiã. Habet uero inde: Et quod materiã facit magnū/ ut uideꝺ/ id agit imagi ne ipſius quod magnū eſt/ hic apparente: Atq; id eſt quod apparẽs dicꝺ: quod hic eſt magnū. Materia uero coacta concurrere uel in qua hęc cõcurrere cogunꝺ/ ſimul tota & ubiq; ſemetipſam præbet. Materia. n. eſt: Et huius uniuerſi materia / neq; eſt aliquid. Quod ãt ex ſeipſo nõ eſt aliquid/põt & ꝑ aliud rurſus cõtrariū fieri: & poſtquã factum eſt cõtrarium/neq; etiã illud eſt. Alioquin tãtum in hoc ipſo cõſiſteret.

¶ Materia ſicut nõ habet uerã formam/ita nec uerã magnitudinẽ. Et qũo ad effi cacem motū formę uenientis ī eam ipſa ī dimenſionẽ ꝓducitur: nõ tamen di ſtractam: ſed continuam Cap. XVIII.

SIquis igitur intelligentiam magni poſſideat/quæ quidẽ potentiam hẽat/ꝑ quã nõ ſolum ī ſeipſa ſit/uerū etiam quaſi extra prodire ualeat/ nanciſca turq; naturam quandã in ītelligẽte nõ exiſtentem/ neq; uel ſpẽm haben tem/uel aliquod magni ueſtigiū/ uel alicuius oīo/quidnam ꝑ potẽtiã eiuſmodi faciet: non equum/ nõ bouem. Hæc enim aliæ facient cauſæ. Forſan quoniam a

magno uelut patre prodit/nõ poteſt aliud q̃ddam id magnum capere. Hoc aũt habebit imaginarium. Huic itaq; nequaquã ita conſecuto magnũ/ut ipſum magnum fiat in natura ſua/quãtum põt/ apparere magnum/iam reliquum eſt. Hoc aũt eſt nõ deficere. Atq; ſi paſſim propageť/nõ quaſi in multa diſertum progredi:ſed cognatas ĩ ſe partes habere. Et nuſquã prorſus abeſſe. Neq; enĩ fieri poterat/ut in parua mole/æquale etiã magni ſimulachrum eſſet: cũ ſit imago magni. Sed quatenus illius ſpe cõcupiuit/acceſſit: Currenſq; quoad poteſt una cum ſuo concurrente deſeri nõ ualente/effecit magnum illud quod nõ magnum. Neq; ſic quidem ut appareat magnũ. Et quod uideť in mole magnum. Materia uero interim ſuã conſeruat naturã urens hoc magno ueluti ueſtimento/quod quidem induta eſt: quãdo cõcurrebat cũ ipſo: dum uidelicet currẽs illud ducebat ipſam. Quod ſane ſiquando exuerit/ꝑmanet rurſus eadem: quæ & ante penes ſe ipſam erat. s. tanta/quãtam ſpẽs præſens reddit eam. Proinde aĩa entium ſpẽs habens/ cũ ipſa quoq; ſit ſpẽs ſimul poſſidet oẽs. Cum etiã ſpẽs quelibet tota ſimul ſecũ ipſa ſit. Quinetiã ſenſibilium ſpẽs quaſi reflexas in ipſam accedenteſq; uidens/ nõ ſubſtinet una cum multitudine cape: ſed mole ab his ſubtracta diſcernit. Nõ enĩ põt aliud q̃ quod eſt fieri. Materia uero cum nullã hẽat excutiendi potẽtiã/ nullam enĩ habet actiõem: cũq; ſit umbra/perpeti ſubſtinet quodcũq; uult cauſa in eam aliqd effectura. Quinetiã quod ex rõne quæ ibi eſt ꝓcedit/ iam ueſtigiũ habet/eius quod eſt faciẽdum. Quaſi enim ĩ phantaſia uel apparentia quadam imaginaria/ratio mota/uel motio a rõne dependẽs/partitio eſt. Alioqn ſi unum idemq; eẽt oĩo/nullus ibi fieret motus: ſed ꝑmaneret. Atqui materia nequit ſpẽs ſimul oẽs ut aĩa intus accipe. Alioquin una quędam eẽt earum. Cum uero hanc oporteat oĩa cape: neq; tamen indiuidue cape/neceſſarium eſt eam locum omnibus exiſtentem ꝑ oĩa progredi/omnibuſq; occurrere: & uniuerſo paſſim interuallo ſufficere: quoniã ipſa nullo ſpatio cohibeť: ſed expoſita eſt futuro. Quonã igitur pacto fieri poteſt/ut ingrediens aliquid/nõ ꝓhibeat alia? Quæ ſimul concurrere nequeunt. Forſan non erat unum aliquid primũ: Quod & ſi erat/id ipſa erat ſpẽs uniuerſi: Quapp cuncta quidẽ ſimul: in parte uero quodlibet. Viuentis enĩ materia diſtributa eſt ſimul cum uiuentis ipſius partitione. Sin minus/ nihil utiq; prẽter rõnem fuiſſet effectum.

## ¶ Qũo materia ex qualitate formarũ nõ fiat qualis: ideoq; nec patiaťr. Et qũo ĩ conceptione formarum minus etiã q̃ fęmina ualeat Cap. XVIIII.

QVæ igiť materiã intrãt quaſi matrem nihil pẽnitus eam lædunt: ſed neq; utilitatem aliquã afferunt. Non enĩ impulſus horum ad eam attinẽt: ſed potius inuicem: Quoniã & potentiæ ſunt ad contraria/ non ad ſubiecta: Niſi quis forſan ſubiecta una cum his quæ ſunt in eis collecta cõſideret. Callidũ enĩ ſedat frigidũ: Et nigrum offuſcat album. Vel ſi cõmiſcenť/ aliam quandã ex ipſis cõficiũt qualitatẽ. Patiunť ergo quæ cõmiſcenť. Pati uero penes illa eſt/nõ amplius eſſe quod erant. Tum uero ĩ aĩalibus paſſiones quidem circa corpora ſunt: dum ſecundũ qualitates/inſitasq; uires alteratio ꝓuenit. Cum uero conſtitutiones ipſæ ſoluunť/aut congrediuntur/ ſiue tranſponuntur ꝓter naturalem cõſtitutionem/paſſiones quidem ſunt in corporibus: In aĩabus aũt cognitiones

sunt uehementiores passiones percipiẽtibus. Sin minus/nõ cognoscunt. Materia uero ꝑmanet. Nã & abeũte frigore & ueniẽte calore nihil patr̃. Nõ enĩ ipsi horũ quicq̃ uel amicũ est ꝓprie uel inimicũ. Quãobrẽ nomẽ eius maxime ꝓpnũ est susceptaculũ atq; nutrix. At uero qua nã rõne mater etiã est apellata/iNhil enĩ hæc generat. Videntr̃ aũt matrẽ illi hãc apellare/quicũq; matrẽ quoq; erga genitos habere uicẽ materię arbitrantr̃: quasi suscipiat tantũ: nihil uero tribuat genitis: quando quidẽ & q̃tũ corporis est ĩ nato/habet̃ ex nutrimẽto: Siquid aũt mater tribuit genito/nõ qua rõne materia est: sed qua spẽs dare censet̃. Sola enĩ spẽs est fęcunda: natura uero altera sterilis. Hinc prisci / ut arbitror / sapiẽtes in sacris mysteriis id subobscure significãtes/antiquũ Mercuriũ introducũt instrumentũ generationis ad opis effectũ semp habentẽ. Generantẽ uero in sensu declarãtes esse itelligibilem rõnem. Sterilitatem uero materiæ semp idem manentis/ostendentes p illa quę circa ipsã sterilia disponunt̃. Introducũt enĩ matrem oĩum: quã utiq; sic prædicãt/accipientes uidelicet pricipium secundũ subiectum: imponentesq; nomen eiusmõi/ut quod uolunt planius indicent/ scilicet materiã nõ esse matris oĩo psimilẽ: idq; penes illos qui absolutius/ quis modus sit in his intelligere student. Neq; dũtaxat rerum superficie sunt contẽti. His inq̃ id procul quidẽ pro uiribus tamẽ demonstrauerunt sterilem esse materiã: neq; oĩo fęminam esse/ sed ea rõne fęminam/qua ꝓprie suscipit. Quantum uero spectat ad generandum nullo modo: qa quod hucusq; puenit: neq; fęmina sit/neq; gignere ualeat. Verũ sit omni gignẽdi potẽtia sepatũ. Quæ quidẽ potestas ei tãtũ qui ꝑmanet masculus/inest.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIBRVM PLOTINI DE AETERNITATE ET TEMPORE.

Quid ętemitas/& ubi sit. Quid sempiternitas. Quid perpetuitas. Quomõ se habeat æternitas ad tempus.

a Æternitatẽ Platonici primũ ponũt ĩ prima mẽte: deide ĩ mentibus aliis: tertio ĩ corporibus: q̃tenus ĩ eis stabile aliq̃d reseruat̃. Similiter tpũs primũ ĩ aĩa prima: deide ĩ cæteris aĩabus: tertio ĩ corporibus: q̃tenus in his repit̃ & motus. Quęrit̃ quidnã ĩ mẽte prima/primoq; ente sit æternitas. Certe ibi sũt qnq; entis genera uel elemẽta .s. eẽntia/motus/status/ idẽtitas/& diuersitas. Sũt & rerũ spẽs quę noĩant̃ ideæ/humanitas atq; similia. Genera q̃dẽ entis de se inuicẽ mime prædicãt̃: ipse nãq; status neq; motus ẽ/neq; ẽ mobilis. Idẽtitas neq; diuersitas ẽ: neq; diuersa. Hæc.n. opposita sunt. Essẽtia quoq; ipsa ĩ primo sui signo nullũ hẽre uidet̃ oppositorũ. Ideę qnetiã de se iuicẽ nõ prędicãt̃. Nam idea leonis /nec ẽ idea hoĩs/nec humana. Aeternitas ãt ita de oĩbus quæ ibi sũt prędicat̃/ut quodlibet eorũ sit æternũ. Aeternitas itaq; neq; aliquod genus entis ẽ ibi/ nec idea quędã. Est.n. cũctis cõe donũ: cętera uero illic ĩter se distinguunt̃ uel secũdũ ꝓprietates incõmunicabiles/atq; (ut ita dixerim) singulares sicut ĩter se ideæ: uel oppositiõe quadã/ut motus/& status/idẽtitas & diuersitas. Aeternitas sane & si cũctis est cõmune donũ/adeo ut etiã ipsi motui & ipsi diuersitati & multitudini illic existentibus competat: hæc.n. oĩa sunt ętema: tamen secundum ipsum statũ/ipsã idẽtitatẽ/ipsã unitatẽ pręcipue designat̃: a qbus illic & cętera possidet̃. Neq; putãdũ ẽ æternitatẽ esse ꝓprie ipsũ statũ. In formali.n. rõne eternitatis tria

præcipue cõtinent̃: status.s.& sempiternitas: quasi dicas ipsũ semp. Et identitas siue unitas siue (ut ita dixerim) indistantia. Ipse uero status nõ necessario hæc in sua rõne cõprehẽdit: Nõ cõprehẽdit ipsũ semp. Possumus.n. cogitare stare quidẽ aliqd: sed nõ semp. Nõ cõplectit̃ necessario unitatẽ siue unũ. Põt.n. ĩ multitudine pmanere. Itẽ motus opponit̃ statui: nõ aũt opponit̃ sempiternitati. Quid enĩ phibet/ quod mouet̃/ moueri semp? Atq sempiternitas ipsa & si non sola sit tota æternitatis rõ/ est tamẽ ĩ illius rõne potissimũ. Cũ itaq motus statui potissimũ opponat̃: nõ tamẽ aduerset̃ sempiternitati: quæ est ĩ æternitate potissimũ: nimirum non est idẽ pęnitus æternitas atq status: q a cęteris illic quodãmõ discretus est. Aeternitas uero cũctis est ęque cõis. Est.n. ęternitas uigor qdã ipsius essẽtialis intellectualisq uitę: sẽp qdẽ ipse uigẽs ęque: simulq sua oĩa possidẽs: nec amittẽs sui aliquid: nec nouũ aliquãdo munus acqrens. Vigorẽ eiusmõi quæcũq ibi sũt æque sibi uẽdicare uident̃. Interea meminisse debes sẽpiternitatẽ simpliciter esse q̃si genus aliquod pseuerantiã seu uitã significãs/ prĩcipio fineq carẽtẽ: sub qua duę sunt spẽs: quarũ prima est ęuũ.s. ęternitas/ quæ ẽ uita uel pseuerãtia ĩfinita p manẽs simul tota. Secũda ppetuitas siue ipsũ tpũs.s. pseuerantia ĩfinita p partes successiõe pgrediẽs. Vnde ut ait Proculus/ utrũq mẽsura quędã est: tpũs tẽporaliũ atq mobiliũ: æternitas ęternorũ. Sed tpũs crebra repetitione/ & q̃si numerãdo metit̃: æternitas autem semel adhibita & coaptata mensurat. Propria æternitatis rõ apellatioq nõ tã essentia uel intelligẽtia est q̃ uita. Est ergo uita: Sed q̃ta? Infinita pfecto: ut a parte qualibet tẽporis differat. Rursũ q̃lis? Certe tota simul ut a toto tẽpore differat. Est igit̃ ęuum uita infinita tota simul: & ut breuius cõplectamur uita iã infinita: tẽpus ãt uita pcedẽs p infinitũ. Ipsum quidẽ ęternitatis esse pręsens oĩo fixũ est uelut centrũ: ideoq sufficit unũ. Cum.n. nunq̃ prętereat/ nõ est opus aliquo succedẽte. Quod uero pręsens ĩ tẽpore dicit̃/ cũ subito transeat/ pręsente alio indiget successore: ne tota tẽporis natura pdat̃: quę ex infinitis sibi inuicẽ succedẽtibus momẽtis paulatim coaceruat̃: ideoq siqua eius essentia ẽ/ ea ex esse misceť/ atq nõ esse: dũ præsẽs ĩter pręteritũ futurũq quæ nõ sunt interuenit: & utcũq põt ęmulat̃ ipsũ æui pręsẽs p aliquod iugiter sui præsens adhibens seipsũ ad stabilẽ æui pręsentiã: neq tamẽ stabilit̃. Ideoq quã nõ põt cõsequi permanẽdo/ saltẽ succedendo cõsequit̃. Vt p plura momẽta infinite pcedẽs se puiribus ad ĩfinitatẽ ęui fixã simplicẽq adęquet: dũ unũ pmanẽs (ut ita dicã) ęui momentũ uelut centrũ innumerabilia momẽta tẽporis uelut pũcta quędã in circũferentia ppetuo pcurrentia e cõspectu pariter sibi præsentia contuet̃/ atq cõplectit̃. Distãt quidẽ inter se extra centrũ lineę atq pũcta. In cẽtro colligunt̃ in unũ. Similiter & momẽta tẽporis/ & tẽporaliũ rerũ pgressiões ĩter se quidẽ distãt: sed ĩ æternitate tẽporis tẽporaliũq prĩcipio ita redigunt̃ in unũ: ut una sit præsẽtia oĩum/ & uita eadem/ unusq cõspectus. Inter hæc ubi Plotinus de toto pfecto loquit̃/ memẽto omne totũ ue quod ĩ arte repit̃ atq natura/ eẽ cõem quãdã formã/ post partes singulas ibi sequentẽ/ & ex partibus resultantẽ. Nõ est igit̃ eiusmõi totũ p se totũ: sed p partes: & p illud quod partes inuicẽ cõgregauit: nec igit̃ est primo totũ. Primo itaq totũ ẽ/ quod ẽ forma & substãtia quædã simplex ĩ se ipsa generãs/ siquas hĩtura sit ptes. Et qa generat eas/ iõ quodãmõ pręcedit eas: & quo signo ãtecedit ptes: ẽ pęnitus ĩdiuidua. Iã uero quoniã ĩdiuidua ẽ/ ideo dũ ptibus se ĩserit singulis/ ĩserit ubiq se totã: atq hoc ipsũ ẽ absolute totũ/ quod reseruat̃ ĩ

quolibet ſui totū. Talis utiq; diuina mens eſt ad ideas. Talis uniuerſa natura ui talis ad ſemina rerum. Talis ęternitas mentiſq; primæ uita ad omnem ſui prę ſentiam/manens ſemper in uno atq; ad unum. In uno quidem ſui ipſius eſſe actuq; præſenti. Ad unum item quod ſuper eſſentiam eſt bonum amando/ & agēdo ſe conferens. Manens inq̄/quoniam quicquid expedit habere/iam habet. Manens item per infinitum: neq; tamen ipſa illic infinitudo eſt quātitas aliqua præter ui tam. Cum enim ipſa entis primi uita/quæ primus intimuſq; eſt actus illius/q̄tita tem quālibet antecedat: ſiqua ponatur ī ea durationis & pſeuerantię quantitas. nihil ꝓpea intelligas additum indiuiduę illius uitæ præſentis ſimplicitati.

De conformitate intellectus ad ęternitatem. Item quid nō ſit tempus. Scilicet q̄ nō ſit duratio in corporali motu/uel menſura ſimilis: aut numerus: aut con ſecutio comeſq; corporei motus.

UBi Plotinus poſt diſputationē de æternitate ꝓfundā/deſcēdit ad tpūs: cō ſiderabis qua rōne ꝓbet mētis ęternitatē/ꝓpea q̄ ęterna tāgat ītelligēdo. Siqdē intelligere eſt quodāmō tangere. Cū.n. ſenſus oēs tactu quodā rē percipiant ſentiendam: multo magis ſupremę uires animæ rō intelligentiaq; co gnoſcēdo tangūt: preſertim quia res penetrant earū intima diſcernendo: quod non efficit ſenſus. Atqui & obiecta earū efficacius ueniūt ad tangendum. Immo nec uenire neceſſe eſt/quæ nuſquā abſunt. Cognatio igitur intellectus ad ꝓpria & æterna eius obiecta maior eſt q̄ cognatio ſenſus ad ſentienda. Cognatio inq̄ intelligentię mutua. Quatenus enim tangit/tangitur atq; uiciſſim. Sicut igit̄ ſen ſus eſt/agitq; in tempore: ſic intellectus in ęuo. Rō uero tanquam media eſt in utroq;. Nā & ęterna tangit & tēporalia. Medium quidē eiuſmōi eſſe pōt. Nam & cælum eſt in utroq;: per ſubſtantiam ī æuo: ꝓ motū actionēq; ī tēpore. Debet qn etiā uniuerſo eiuſmōi mediū nō deeſſe: ut īter res ſupnas quę tam actiōe q̄ eſſen tia ſūt ęternę: atq; īferiores: quæ utrinq; ſūt tēporales: ſint rōnales animę: ꝓ eſſen tiam quidē in ęuo: per actionem uero motumq; in tempore. Proīde notabis id admodum placere Platonicis: animā rōnalem eatenus ſeipſam accommodare fo ris tum his/tū illis gradibus uniuerſi: tum æternis: tū tēporalibus: tū etiā mediis: quatenus ī eoſdē intus ſeipſam expedit gradus ſibi quodāmodo naturaliter iſi tos: quēadmodū & corpus noſtrū uariis ſeipſum modis loco cuilibet aptat/pro ut uariis ſeipſum figuris modiſq; componit. Tempus eſt aut ipſe motus: aut ali quid propriū motioni. s. uel intimū motiōis ſpatiū/ uel mēſura eius/ uel comes. Tēpus nō eſſe motū patet/ex eo q̄ motus oīs ꝓpagit̄ tēpore: quaſi aliud q̄ddam ſit tēpus ī quo motus agit̄: aliud ipſe motus. Præterea ſi corpus quod nunc mo uetur/paulo poſt moueri deſinat: deinde moueat̄ iterum: interceptus q̄dem erit motus: tēpus uero nō ītermiſſū. Sicut.n. cogitamus q̄diu motum fuerit: ſic & q̄ diu q̄euerit: atq; eadē ꝓpetuitate tēporis tū uices motionū/tū media q̄s agi mē ſurariq; poterūt: ac ſi deſinat moueri corpus ab alio mobile adhuc ſuperfore tē pus ſaltē ī motore ꝓ ſe mobili poſſumus cogitare: q̄ſi naturā tēporis ſupra motū corporis quærere debeamus. Itē ī motu uelociſſimo plurimū ē de motu ipſiuſq; natura: ſed de tēpore minimū: ī motu tardiſſimo fit uiciſſim. Quippe cum aliud ſit tempus atq; motus. Deniq; ꝓpria quidē tēporis ſūt breuitas atq; longitudo.

Propria uero motus intenſio atq; remiſſio: quæ declarant celeritate quadam & tarditate prouentus. Quorum uero propria inter ſe differunt: diſcrepant ipſa ſi militer. Probabilius ē igitur tempus ēe aliquid ad motū proprie ptinens/q̄ ipſū proprie motum. Dices forſan eſſe ſpatium: non quidem loci: quod eſt extra mo tum: ſed durationis atq; perſeuerātię: quę eſt intima motui. Quaſi proprium in teruallum & ductus tractuſq; & progreſſio motus. Ad hæc obici duo poſſūt. Pri mum quidem totidem eſſe eiuſmodi īterualla motibus intima: quot ſunt & mo tus. Tempus autem unum eſſe debere mēſuram quaſi cōmunem: cuius uſu quo dam motus omnes quātūcunq; inter ſe diuerſos metiri aliter aliterq; poſſimus. Secundum uero durationem eiuſmodi/non aliud uideri q̄ motum: ipſam. s. mo tionis continuitatem/qua ſublata non erit motus ſi factus ſubito fuerit. Et pro fecto hęc eſt ſūma proprietas uel natura motus: ſicut dimenſio extenſa per locū/ aut eſt ipſum corpus/aut corpori maxime propria. Atqui ipſa duratio motibus intima nō eſt ubiq;: ſed in hoc motu ſeruatur atq; illo. Tempus autem eſſe cogi tamus ubiq;: atq; durationem & perſeuerantiam quālibet motionis tempore me tiri ſolemus. Vnde uidetur tempus eſſe interuallum aliquod menſurale/& prēter interuallum proprium motionis: nec tamen ad locale ptinens interuallum. Pro inde quæremus de externo eiuſmodi interuallo ſiue ductu: Quidnam ſit natura liter in ſeipſo/ante hunc menſurationis effectum. Prius enim in ſe hoc ipſū quod eſt debet exiſtere/q̄ aliquid metiatur. Quæremus item nūquid metiatur quietē/ & quo pacto. Eatenus enim quieſcit aliquid/quatenus mouetur & aliud. Tria quædam propoſita ſunt de tempore ab his qui dicūt tempus eſſe aliquid motio nis. Primum quidem eſſe ſpatium durationemq; motus: de quo ſatis eſt dictum. Secundum uero eſſe menſuram quandam durationis eiuſmodi. Tertium eſſe ali quid comitans ſiue conſequens. Sed redeamus nunc ad mēſuram: ad quam pau latim modo deſcendimus: cōpulimuſq; reſpondere/quidnam ſit in ſe anteq̄ me tiatur: & utrum externa mēſura ſit/uel intima/& quæcunq; ſit. Quomodo metia tur motum ſimiliter & quietē. Addimus inſuper quomō menſura numeralis eſſe dicatur/quaſi ſit ex unitatibus congregata. Probabilius autē eſt tempus ob ipſā eius continuitatem ſimpliciter menſuram quandam apellare q̄ numerum/Atqui ſi menſura quędam eſt/ergo eſt q̄titas quædam qualiſcumq; ſit/ſiue q̄ntū qddā motum dimetiens/quatenus cum motu concurrit. Hic ergo quæretur qua condi tione cum motu concurrat: & cur potius metiatur motum/q̄ menſuretur a mo tu. Solemus enim tantum tēpus ex tanta motione metiri: atq; deprehendere tem pus ex actione non minus q̄ econuerſo. Sūmatim iterum dubitatur/an tempus ſit motus ipſe quadam magnitudine menſuratus: an potius magnitudo quędā motum metiens: an tertium quiddam. Quod magnitudine utatur ad motum di metiendum: & omnino de hac ipſa magnitudine mēſurali poterit dubitari. Tan ta enim eſt in ſe/ſicut & motus eſt tantus. Nunquid igitur ſicut motus per eā cē ſetur tantus: ita & ipſa p ſupius aliquid exiſtit tanta? Deniq; quidnam ſit prius q̄ metiatur (ut diximus) inueſtigare licebit. Similes quædam dubitationes exo riuntur: ſi tertia de motu opinio admittatur/dicēs tempus eſſe aliquid/ quod co miratur motum. Cogimur aūt ponere tempus ipſum eſſe aliquid: etiā ſi nullus aīus electione utēs metiaē tempore motum. Generat. n. aīa mundi tempus natu rali quodam ſuo intimoq; motu/nulla ad hoc utens electione.

Aeternitas est in mente diuina: Tempus in anima mundi: quo agitur mensuraturq; mundi motus.

IN mente quidem diuina non est tempus ꝓprie: sed idea quædã tẽporis uelut exẽplar cõceptũ illic ad quandã ęui similitudinẽ/imitantẽ quidẽ æuũ: Sed iterim diuersitate degenerantẽ: Tẽpus ãt ꝓprie ẽ ĩ aĩa mundi: in ipsa eius uegetali natura/& imaginatione rursũ quodãmõ naturali/assidue comitãte naturam. In hac inq̃ gemina facultate aĩę actio ad generãda & imaginãda mũdana/ob debilitatẽ nõ simul tota pagiť: sed gradatim mõ alia oriť/mõ alia ordinata quidẽ: sed dissimilis/ atq; nũc ad hęc uertiť: nũc ad illa secũdũ prius posterius ue ꝓcedens. Processio q̃dẽ deinceps secũdũ gradus eiusmõi/motus est. Cõtinuitas ãt & lõgitudo ꝓcessionis est tempus. Iam uero siqua rõne lõgitudo corporis ab ipso corpore differt: eadẽ differt & tẽpus a motu. Longitudo inq̃ motionis a motione. Atqui & hæc ipsa lõgitudo ita se ad ęternitatem habet: sicut linea se habet ad pũctũ: præsertim si fingere liceat/ex quodã pũcti motu ꝓcedere lineã/punctumq; ꝓduci. Putat uero Plotinus/sicut ex uirtute cuiuslibet aĩę suo quandoq; semini insita pululat corpus ꝓprium: Sic ex naturali aĩæ mundanę potẽtia intus afflante materiam/corpus pululare mũdanũ. Idq; in aĩa uelut quodã mũdi loco cõtineri regiq;: & moueri ad ipsũ aĩę motũ. Moueriq; tẽporaliter/certisq; tẽporũ interuallis ad tẽpus ipsũ motionis quæ fit ĩ aĩa: & ad certa illius tẽporis interualla. Siquidẽ aĩa illa ꝑ intimũ sui motũ creauit in seipsa tẽpus. Et una cũ hoc motu simul/& tẽpore ꝓduxit mundũ in tẽpore mobilẽ. Vnus uero est mundi locus/aĩa mũdi. Vnũ & ubiq; tẽpus. Siquidem & anima hęc motum exercet ubiq; uitalem. Sed regitur interea motus quidem mundanus ab ipso animę suę motu. Hic aũt ab intellectu proprio & æterno: Ille tandẽ ab intellectu diuino primaq; ipsius æternitate.

## LIBER DE AETERNITATE ET TEMPORE TERTIAE ENNEADIS SEPTIMVS.

### Prohemium ad æternitatem & ad tempus.

QVM AETERNITATEM & tempus diuersa ĩter se esse dicamus & illam quidem circa naturam sempiternam esse/ hoc autem circa id quod fit: idq; uniuersũ uersari existimamus nos quasi sponte/ ex naturaliq; ĩgenio/& subito quodam intelligentię intuitu manifestum quendam circa hęc habere instinctum nostris animis pęnitus insitum: eadem uidelicet de his semper dicentes/passimq; nominantes. At uero quando conamur propius ad hęc accedere/& absolutius explicare: in dubitationes ĩcidimus. Atq; prisc̃orũ de his sententias alius alias/forsan uero & aliter easdẽ accipiẽtes/ĩ his deniq; ĩmoramur/ satis nobis factũ exĩstimantes/si interrogati referre antiquorum sentẽtiam ualeamus: Atq; ita hęc ulterius ĩuestigare desinimus. Profecto putandum est quosdam antiquorum fęlicium q; philosophorum ueritatem adiuenisse. Operępretium uero est deinceps inquirere/ quinam potissimum ueritatem assecuti fuerint/& qua ratione pręcipue

nos quoq; eadem cognoſcamus. Prius autem de ętemitate quęrẽdum/ quidnam ipſam eſſe cenſeant/ qui diuerſam a tempore iudicant. Cognito nanq; illo quod loco exemplaris habetur/ forte planius illius imago/ quod tempus nominant/ co gnoſcetur. Siquis autem anteq̃ contempletur ętemitatem/ quid ſit tempus ima ginetur. Accidet & hoc forſan huic per reminiſcentiam quandam hinc illuc pro gredienti/ cui tẽpus aſſimilatur agnoſcere: ſiquidem hoc ad æternitatem ſimilitu dinem habeat.

¶ Quid nam ſit ętemitas: q̃ ſit in prima eſſentia: & ſit aliquid eius: nec tamen ſit proprie ſtatus. Cap. Primum.

QVID nam igitur æternitatem eſſe dicendum? Num forte intelligibi lem ipſam eſſentiam: quẽadmodum ſiquis tempus eſſe dicat cęlũ totum atq; mundum. Id nanq; de tempore fertur nonnullos exiſti maſſe. Cum enim quiddam maxime uenerandum ętemitatem eſſe imaginemur atq; intelligamus: maxime uero uenerandam eſſe naturam intelligi bilem iudicemus. Neque utrum horum uenerabilius ſit/ diſcernere ualeamus. Et quod his ſuperius eſt eiuſmodi apellationibus deſcribi nõ debeat/ iure quis for ſan naturam intelligibilem æternitatemq; pro eodem accipiet. Rurſus & mũdus intelligibilis & æternitas in ſeipſis eadem complectuntur. At uero quando alte ra in altero dicimus/ & intelligibilia in ętemitate locamus: & quando intelligibi le quodlibet enuntiamus æternum/ quemadmodum in Timeo/ ubi ſcribitur: ſi exemplaris natura æterna eſt/ in his inquã ętemitatem aliud quiddam eſſe/ q̃ na turam intelligibilem affirmamus. Eſſe tamen circa illam/ uel in illa/ uel illi adeſſe fatemur. Quod autem utrunq; iudicatum eſt uenerandum/ non neceſſario ea dem inter ſe eſſe demonſtrat. Forte enĩ horum alterum q̃ ſit uenerandum habet ab altero. Quod rurſus additum eſt ab utroq; eadem contineri/ exponendum eſt naturam quidem intelligibilem continere ſua quælibet/ ſicut partes: æternita tem uero complecti ſimul totũ/ non ſicut partem: ſed quoniam eiuſmodi omnia per ipſam dicuntur ętema. Sed nunquid ſecundum ſtatum illic exiſtentem iu dicare debemus ętemitatem? quemadmodum & hic tempus ſecundum motum excogitare cõſueuerũt. Sed merito qs ĩ primis de ętemitate pquiret/ utrũ idẽ eſſe cũ ſtatu dicamus: neq; forte ſimpliciter/ ſed cũ ſtatu/ qui circa eſſentiam eſſe cenſe tur. Si enim cum ſtatu idem eſt/ primo quidem ſtatum non dicemus æternum: ſi cut neq; æternam ętemitatem. Aeternum enim eſt quod ętemitatis eſt particeps: Deinde quonam pacto motus erit ętemus? ſic enim foret & ſtabilis. Præterea ſta tus ipſius notio quomodo ipſum ſemper in ſe habebit? Dico autem non ipſum ſemper in tempore/ ſed quale potius intelligimus/ quando dicimus ſempitemũ. Si nautem in ipſo eſſentiæ ſtatu continetur ipſum ſemper: ſane reliqua rurſus en tis genera ab æternitate iam ſegregabimus. Accedit ad hęc q̃ æternitatem non in ſtatu ſolum oportet/ ſed in uno etiam intelligere. Quinetiam indiſtantię mu nus ętemitati ſeruandum: ne forte idem omnino ſit cum tempore. Status autem qua ratione ſtatus eſt/ neq; unius neq; indiſtantis in ſe intelligentiam continet: Proinde de æternitate prędicamus in uno manere. Participat ergo ſtatũ/ nec ipſe ſtatus erit.

¶ Aeternitas eſt in prima eſſentia p modum uitę & ſtatus & identitatis: ac retta eſt interminabilis uitę tota ſimul & pfecta poſſeſſio Cap. II.

QVid ergo potiſſimum id ipſũ erit/ per quod totũ diuinũ mundum eſſe dicimus ęternum atq; ſempiternũ? Quid ue ſempiternitas eſt: ſiue idẽ ipſa quoq; cum æternitate eſt: ſiue ſecũdum ipſam extat æternitas. For ſan ſecundum unum aliquid ęternitatem excogitare debemus/ Vnum inquam e multis collectum/uel intelligentiam unam uel naturam/ſiue quę illic ſunt conſe quentem/ſiue ſimul exiſtentem/ſiue intus inſpectam. Cuncta hęc inquã in illam redacta/unam quidem exiſtentem: quæ etiam multa ſit/multaq; poſſit. Profecto qui potentiã multiplicem cõtuetur/ ſecundum hoc aliquid quidem quod ſubie cti uicem habet/eſſentiam nominat: Quatenus uero uitam inſpicit/nominat mo tum. Deinde & ſtatum/quatenus eodem prorſus modo ſe habet. Alterum uero & idem qua ratione hęc multa ſunt ſimul unum. Sic utiq; componens rurſus in unum: in unam inquã uitam ſolam/contrahenſq; in ipſis alteritatem: & contuẽs interminabilem actioĩs identitatem: neq; unquam aliud/neq; ex alio in aliud/in telligentiam aut uitam pertranſeuntem: Sed eodem modo ſe ſemper habentem/ & procul a diſtantia conſiſtentem. Cuncta hæc inquam cõtemplans contempla tur æternitatem: uidens certe uitam manentem in eodem: totum preſens ſemper habentem: neq; nunc quidem hoc aliquid: poſtea uero aliud: ſed omnia ſimul: neq; nunc quidem altera: poſterius altera: ſed indiuiduũ finem. Vbi ſicut in pun cto ſimul omnia ſunt: nondũ in fluxum progredientia: ſed ibi in eodẽ ideſt i ſe ipſo manente: nec aliquando permutato: ſed i preſenti ſemper conſiſtente. Quo niam nihil ex eo præterit: nihil rurſus in eo futurum: ſed hoc ipſum quod eſt/ ſemper exiſtit: adeo ut æternitas ſit nõ ſubiectum: ſed quod ex ipſo ſubiecto ue lut effulget ſecundum ipſam identitatem quam de poſſeſſione non quidem fu tura: ſed iam præſente ſibi ipſi uendicat: promittens uidelicet ita ſe habere: neq; unquam aliter habiturum. Quid enim iposterum huic quod nunc non ſit/cõtin gat? Neq; rurſus futurum aliquando/ quod non eſt ipreſentia. Neq; enim eſt ali quid a quo i preſens quandoq; perueniat. Illud enim non aliud quicquam: ſed hoc ipſum eſſet: quod quidem non eſt futurum: quod nunc ex neceſſitate non habeat. Neq; circa ſeipſum habet quod dicitur ipſum erat. Quid enim eſt quod erat ipſi atq; preteriit? Neq; rurſus accidit quod dicitur erit. Quid enĩ erit i ipſo? Relinquitur igitur in ipſo eſſe/hoc ipſum quod eſt eſſe. Quod igitur neq; erat/ neq; erit/ſed eſt dũtaxat: id ſtabiliter habens eſſe: propterea q neq; pmutaĩ in fu turum: neq; eſt a preterito pmutatũ/eſt æternitas. Eſt itaq; ipſa circa ens in ipſo eẽ uita ſimul tota & plena/ & ubiq; prſus indiſtãs ęternitas/ipſa quã quęrimus.

¶ Aeternitas in eſſentia prima/non accidens: ſed ut eſſentialis proprietas eius & illa eſſẽtia eſt uere totum ipſum atq; omne. Item quo differat eſſe æternorũ/ & eſſe temporalium. Cap. III.

AN E q; profecto putandum eſt æternitatem extrinſecus illi naturæ cõtin gere: ſed eſſe illam/atq; ex illa/ ſimulq; cum illa. Inſpicitur enim ex ipſa penitus inſita: Quoniam & reliqua omnia quęcunq; dicimus illic eſſe/

inſpiciẽtes uelut intima/dicimus ab eſſẽtia & ſimul cum eſſentia omnia eſſe. Nã quæ primo ſũt coeſiſtere oportet primis/& primis ineſſe. Quoniam & pulchrum in ipſis eſt/atque ex ipſis: Similiterq; in eis eſt ueritas. Et partim quidem totum ipſum eſt uelut in parte: partim uero uelut partes in toto: Tanquam id reuera ſit omne non ex partibus congregatum/ſed ipſum partes generans: ut & hac rõne reuera ſit omne. Veritas quinetiam illic uigens non eſt conſonantia quædam erga aliud/ſed ipſius cuiuſq; eſt ꝓprie/cuius eſt & ueritas. Oportet ſane id omne uerum/ſi modo uere ſit omne/ nõ ſolum eſſe omne quatenus eſt omnia: uerum etiã ipſum omne ſic habere/ut nihil ſibi deſit. Quod ſi ita ſit/neq; erit ei quicq̃. Si enim erit/hac ex parte prius deficiebat. Non igitur ante hac erat omne. Præter naturam uero huic accidere nihil poteſt. Nihil enĩ patitur. Si ergo nihil ipſi fiat/ certe neq; futurum eſt aliquid: neq; erit/neq; fiebat/aut eſt factum. A rebus quidem generalibus ſi abſtuleris/ipſum erit: cum in perpetua acquiſitiõe uerſẽtur/ ſubito non eſſe contingit. Rebus autem quę non ſunt tales/ ſi ipſum erit adiunxeris/accidit e ſede ipſius eſſe labi. Manifeſtum enim ex hoc fuerit/ipſũ eſſe nõ eſſe illis innatum: ſi fiat ex eo ꝙ futurum ſit/& factum fuerit/ & ſit ĩpoſterum faciendum. Videtur enĩm ĩ rebus generalibus id potiſſimum eſſentia eſſe/ſcilicet tractus quidam ab ipſo eſſe ex generatiõis initio/quouſq; ad temporis extrema pueniat/quando non ſit ulterius. Idq; ipſum quod dicitur eſt in eis exiſtere. Ac ſiquis quicquã ex hoc ductu circũcidat/ uita cõminui. Quapropter & eſſe diminui: Et uniuerſo quidem eſſe eiuſmodi oportet quouſq; ſic erit. Quamobrem ad ipſum eſſe futurum natura feſtinat/ neque uult quieſcere. Quippe cum eſſe ſibi hauriat/ dum aliud quiddam atq; aliud agit: moueturq; ĩ orbem quodam eſſentię deſiderio. Itaq; eſſe nobis in his ſic eſt inuentum. Inuenta & cauſa motionis ad ſemper eſſe/futuri adminiculo properantis. Primis autem rebus atque beatis neque deſiderium ineſt futuri. Iam enim totum ſunt/& quicquid habere uitæ debent/iam totum poſſident: ideo nihil quærunt: quoniam his nihil eſt futurum. Neq; igitur illud eis accidit/ in quo eſt futurum. Ipſa igitur abſoluta entis eſſentia & tota/quę & nõ diſcerpatur in partes: ſed ĩ partibus ſuis tota ſit/ & in nullo deficiat/ nihilq; ſibi deſit/& cui nihil omnino quod non ens dicatur poſſit accidere. Non enim ſolum entia omnia oportet omni totiq; adeſſe: Sed etiam nihil aliquando non entis accidere. Hæc inquam proprietas ipſiuſq; natura æternitas eſt: ideſt æuum. Aeuum.n. ab eo quod eſt ſemper/eſt dictum.

## Cap. IIII.

Aeterna quadam potentia ipſam contemplamur ęternitatem: quę eſt infinita quædam uita ſimul tota

ID ita potiſſimum ſe habere cognoſcitur: quando quis mentem ad aliqd adhibens põt de ipſo dicere: immo uero cernere ipſum tale/ut nihil prſus circa id factum aliquãdo fuerit. Alioquin non ſemper ens exiſteret: uel nõ ſemper aliquid ens totũ. Nunquid iam ſempiternum eſt? niſi natura quoq; inſit eiuſmodi/ut de eo ꝓculdubio credi poſſit/ita nec aliter ulterius ſe habere adeo ut ſi rurſum id reſpexeris/ ſis tale ſimiliter inuenturus. Quid uero ſi qs nunquam ab eius contemplatione deſtiterit: ſed aſſidue perſeueraueritq; naturam admiratus/poſſitq; indefeſſa quadam natura perſeuerare forſan cõfugiens

ipſe in æternitatem ibidem ſiſtit pedem: nuſquam omnino declinans/ut ſimilis ęternuſq; ſit: dum eo quod in ipſo eſt ęternum/ęternitatem ęternumq; contẽpla tur. Si igitur quod ita ſe habet eſt æternum/& ſemper ens/ quod quidem ĩ natu ram alteram minime labitur/uitam quam habet totam iam poſſidens: neq; acce pit quicquã/neq; accipit/neq; eſt accepturum. Quod ita inq̃ ſe habet/eſt procul dubio ſempiternum. Sempiternitas autem eſt talis quędam ſubiecti conſtitutio/ ex eo & in eo ſimul exiſtens. Aeuum uero ideſt æternitas ſubiectum una cũ eiuſ modi conſtitutione ibi micante. Quamobrem uenerandum aliquid eſt ęuũ ęter nitaſq; idemq; cum Deo: Siquidem id inſita dictat intelligentia. Dictat aũt idem eſſe huic Deo: quem entis & uitę nomine nuncupamus. Atqui recte dici poteſt æuũ ſiue ęternitas eſſe Deus fulgens proferenſq; in lucẽ ſeipſũ qualis potiſſimũ eſt ſecundum eſſe: Eſſe inq̃ incõmutabile pęnitus atq; idem: & ita firmiter ĩ uita cõſiſtens. Neq; uero mirari quiſquã debet/q; ipſum dicamus ex multis. Quod libet enim eorum quę illic ſunt/multa dicitur ob potentiam infinitam. Quãdo & infinitum ibi dicitur: quia nullo modo deficiat. Et hoc quidem præcipue/quo niam e ſuo nihil amittat. Ac ſiquis æternitatem ita deſcripſerit/ſcilicet uitam iam infinitam/ex eo q; ſit uniuerſa: nihilq; amittat/cum nihil uel prętierierit uel ſit fu turum: alioquin iam tota nõ eſſet: Is profecto proxime ad definitionem eius ac cederet. Quod enim deinceps ſubditur/ſcilicet totam eſſe/nihilq; amittere/expoſi tio quędam eſt eius quod dicebatur. s. uita iam infinita.

¶ Aeternitas eſt actus primæ mentis in uno/& circa unum/ſimul totus. Atq; eſt ipſum eſſe præſens tantum: ſiue ipſum reuera ens. In quo quod ipſum ſemper dicitur neceſſario continetur. Cap. V.

QVoniam uero natura talis omni pulchritudine pollens/ atq; ſempiterna circa ipſum unum extat/ab illo & ad illud: nullo mõ ab ipſo digrediẽs: ſed manens circa illud ſemper/atq; in illo/ ſecundumq; illud uiuẽs/iccir co dictum eſt a Platone non temere: ſed præclare admodum profundaq; ſenten tia/ſcilicet ęternitas manet ĩ uno. Vt uidelicet non ſolũ ipſe eam in unum quod ĩ ipſa eſt redigat: ſed etiam ipſa entis uita circa ipſum unum ſimiliter ſe reducat. Hoc itaq; eſt quod quærimus/quod ue ita permanet eſt ęternitas. Id nãq; ipſum & ita manẽs/& hoc ipſum permanens/ quod quidem eſt actus uitę manentis ex ſeipſa ad illud atq; in illo neq; in eſſendo/ neq; in uiuendo mentitur/ abſq; con trouerſia eſt ęternitas. Nam uere eſſe eſt nũquam non eſſe/neq; aliter eſſe. Id aũt eodem modo eſſe: hoc uero ſine diuerſitate eſſe. Aliud igitur aliud ue nõ habet. Neq; tu igitur in uera eius contemplatione diſtantiam finges/ neq; extrinſecus explicabis/neque adiunges/neq; protendes. Neq; igitur uel prius/ uel poſterius ĩ eo quicquam accipies. Quod ſi neq; prius neq; poſterius penes ipſum fingi po teſt: ſed ipſum quod dicitur eſt/ueriſſimum eſt omniũ quę de illo dicuntur/imo eſt id ipſum: atq; ita eſt ut eſſentia ſit & uita. In his inq̃ nobis ſuccurrit rurſum/ quod dicimus ęuum. Quando uero dicimus ipſũ ſemp. Itẽ ipſum non aliquan do quidem ens aliquando uero non ens/putandũ eſt id declarationis gratia dici. Quoniã ipſũ ſemp forte non prędicue dicit: ſed aſſũptũ ad oſtendendum incor ruptibile: animum poteſt reddere uagabundum p quendam in plura exitum &

prouentum. Item ſignificat rem nunquã deficientem. Forſan uero præſtabat id tantum ens dicere. Verum quemadmodum ens nomẽ eſt eſſentię ipſi ſufficiens attamen quia generationẽ quoq; eſſe multi putarũt eſſentiam: opus fuit diſcipli næ gratia ipſum ſemper adiungere. Nõ enĩ aliud quiddã eſt ens/aliud uero ſem per ens: ſicut neq; aliud eſt philoſophus: aliud uero philoſophus uerus. Verũta men quia nõnulli philoſophiam ſimulant/ adiunctũ eſt philoſophus uerus: Sic & enti ipſum ſemper/& ipſi ſemp adiungitur ens/adeo ut dicat aion/ideſt ſemp ens: unde dicitur ęon. i. ęuum. Quapp ſic accipiẽdũ eſt ipſum ſemp cum ente/ut uere ens nobis ſignificet. Profecto colligendum eſt ipſũ ſemper ad indiſtãtem potentiam demõſtrandam/quę præter id quod habet nullius indigeat: habet ãt omne. Omne igitur eſt & ens: atq; p omne nullius indigum. Eiuſmõi uero natu ra non eſt hac quidem ex parte plena: alia uero uacua. Quod enim in tẽpore eſt/ q̃uis perfectum uideatur uelut corpus aliquod ſufficiens animæ: p animam eſt pfectum: indigetq; alicuius quandoq; futuri: utpote cui tempus illud quo indi get/deſit. Quapp ſimul cum illo ſiquando preſens ĩmineat/atq; cõcurrat: impfe ctum exiſtens: hac utiq; ratione ens ęquiuoce pfectum eſſe dicetur. Quod uero tale eſt/ut neq; futuro egeat/neq; redigatur ĩ tempus aliud menſuratum neq; in finitum & ifinite futurum: ſed quicquid expedit eſſe/iam habet/id profecto eſt/ quod intelligentia noſtra deſiderat: cui quidem eſſe non aduenit ex aliquo tan to: ſed ei adeſt etiam ante quodlibet tãtum. Decet enim ipſum cum neq; tantũ aliquod ſit/ omnino nihil tantum aut tantum attingere: ne uita eius iam diuiſa naturam ipſius pęnitus indiuiſibilem perdat. Sed ſit tũ per uitam/tum per eſſen tiam indiuiduum. Quod autẽ dicitur in Timeo/mũdi artifex bonus erat/refert ad intelligentiam uniuerſi/ſignificãs in eo q̃ ponit aliquid ſuper uniuerſum/nõ intelligendum hoc ex quodam tempore. Quamobrem neq; mundum initium aliquod temporale eſſe ſortitum. Quippe cum ipſa quæ eſſẽdi huic eſt cauſa/id quod dicitur prius adhibeat. Verũtamen poſtquã id declaratiõis gratia dixerat/ dictionem hanc/ideſt ipſum erat redarguit in ſequentibus: quaſi id in rebus ęter nis non recte dicatur.

## Anima per ſuum quiddam ęternum tangit ęternitatem: & per tempora le tempus. Item quot ſint opiniones de tempore. Cap. VI.

QVæ hactenus dicimus: nũquid alienis teſtificamur?& tanq̃ de alienis uer ba facimus? At enĩ qũo id fieri poſſet? Nam quæ ĩtelligentia in nobis fieri põt: niſi tãgamus? Et quonam pacto alienis/intelligendo poſſemus attin gere? Oportet itaq; nos æui. i. æternitatis participes ẽe. Sed quonã pacto/cum ſi mus ĩ tempore? Iam uero qua conditione potiſſimũ in tempore/& qua in ęterni tate liceat eſſe/notũ erit planius cum iam quid ſit tempus/fuerit adinuentũ. Pro fecto deſcendendũ nobis eſt ab ęuo/ad ĩdagatiõem tẽporis atq; tpũs. Ibi quidẽ erat ad ſuperna progreſſio. Nunc uero loquimur iam deſcendentes/ neq; tamen nimium: ſed ita quemadmodũ deſcẽdit & tẽpus. Principio ſi nihil oĩo de tem pore ab antiquis beatiſq; uiris dictum eẽt/ oporteret nos ab initio/quod ſequi deinceps cõnectentes æuo/dicere quæ de hoc uideanr̃/ſtudentes ipſius notioni iam partę opinionẽ noſtrã accõmodare. Nunc uero neceſſariũ eſt imprimis acci

pere/quę maiori cum ratione dicta ſunt: conſiderãtes ſicuí illorum noſtra ſententia cõſonet. Ante oía forſan ſentẽtias aliorũ de tẽpore debemus í tria membra diſtinguere. Tempus enim aut ipſe motus eſt: aut id quod mouet̃: aut aliquid motionis. Dicere aũt tempus eſſe ſtatum/uel ipſum ſtabile/uel aliquid ſtationis procul admodũ foret ab ipſa tẽporis notione. Quippe cũ identitatem minime patiat̃: lõqꝫ cum ſtatu atqꝫ ſtabili congruere nequeat. Eorum uero qui tẽpus ẽe motũ opinant̃/alii quidem motũ omnẽ eſſe dicẽt: alii uero uniuerſi motũ. Qui aũt ipſum mobile eſſe tẽpus affirmãt/ſperam totius adducẽt í medium. Proinde qui tpũs aiunt eſſe aliquid motiõis/ partim interuallum/ſiue ſpatium/ſiue durationem motus: partim menſuram: partim aliquid motũ comitans/ ſiue motum omnem: ſiue potius ordinatum.

## Tempus neqꝫ eſt motus: neqꝫ duratio corporei motus. Cap. VII.

Tempus quidẽ eſſe motũ eſt impoſſibile: Neqꝫ ſi cunctos ſimul motus accipias/ex cunctis quaſi unũ efficiens. Neqꝫ ſi motũ dumtaxat ordinatũ. Nã motus uterqꝫ fit in tẽpore. Siquis uero motus dicat̃ nõ í tẽpore fieri/multo lõgius ab hoc inſup aberit/ut ſit tempus: quaſi aliud quidẽ ſit/in quo motus agit̃/aliud uero ſit ipſe motus. Cum uero ſint & alia quæ dicant̃ dictaqꝫ ſint/id ſufficit/atqꝫ ſufficiet: q uidelicet motus deſinere põt atqꝫ intermitti. Tempus uero nequaq̃. Siquis ãt uniuerſi motũ dixerit nõ intermitti/attamen & hic motus ſi modo circuitũ ille dicat/in quodã fit tẽpore: Atqꝫ in idem quãdoqꝫ reuertitur: nõ í eo quidẽ ſpatio quo dimidiũ eius implet̃: Et hic qdẽ motus eſt dimidius: ille uero duplus: dum uidelicet uterqꝫ motus eſt uniuerſi: tum q ab eodem redit in idem: tum qui dumtaxat puenit ad dimidiũ. Prẽterea quod dici ſolet motũ extimę ſphæræ uehemẽtiſſimũ celerrimũqꝫ eſſe: idem quoqꝫ cõfirmat: uidelicet/ aliud eſſe ſphærę motũ: aliud uero tẽpus. Velociſſimus enĩ oĩum eſt/qui breuiori tempore maius maximũqꝫ ſpatiũ ꝑagit: alii tardiores/qui ſcilicet tempore longiori/partem eiuſdem ſpatii cõſequunt̃. Si ergo tẽpus nõ eſt motio ſphęrę: neqꝫ etiã erit ipſa ſphęra: quæ quidem ꝓpea q mouet̃/ exiſtimata eſt eſſe tẽpus. Sed nunquid tẽpus eſt aliquid motionis? Profecto ſi motionis interuallũ eſſe dicat̃: primo quidem obiiciemus nõ idem ẽe motiõis cuiuſlibet interuallũ: neqꝫ etiã ſi motus ſint uniformes. Velocius enĩ & tardius motus etiã qui fit in loco ꝑagit̃. Et fieri quidem põt ut utraqꝫ interualla uno quodã tertio menſurent̃: Quod rectius admodũ quis dixerit eſſe tpũs. Vtrius ãt horum motuum ĩteruallum erit tpũs? Immo uero cuius nã eorũ: cũ infiniti ſint. Si uero ordinati motus ſpatiũ tẽpus eſſe putet̃. Certe neqꝫ oís quidẽ eiuſmodi motionis. Hæ nanqꝫ multę ſunt. Quo efficiet̃: ut ſimul etiã multa ſint tempora. Sin aũt uniuerſi motus ſpatium / ſiquidem ſpatium quod ineſt motui/quidnam aliud q̃ ipſe motus erit? Tantus tamẽ. Tantum uero iſtud: uel loco menſurabit̃/quoniã ſcilicet tantus eſt locus quem ꝓcurrit: & ſpatiũ quidẽ id erit: hoc ãt nõ tẽpus/ſed locus erit: uel ſpatium ſiue interuallũ dicet̃ ipſe motus habere ob eius cõtinuitatem: atqꝫ ex eo q nõ repente deſierit: ſed ꝓpetuo prorogęt̃. At uero id nihil aliud erit q̃ multitudo/ſiue amplitudo aliqua motionis. Ac ſiquis ipſam intuitus motionem/multã eſſe pronuntiet: ceu ſiquis calorẽ eſſe dixerit multũ: neqꝫ hic quidem tpũs apparet:

neq; nobis occurrit: ſed motio iterum atque iterum inſtar aquę iterum iterumq; fluentis. Et interuallum quidem in ea perſpectum repetitaq; rurſus effluxio/erit numerus ſicut duitas atq; trinitas. Spatium uero ſiue ĩteruallũ ꝑtinebit ad molẽ. Sic itaq; & multitudo motionis erit ut denarius/uel tãquã inſpectũ uelut ĩ molẽ motionis ſpatium. Quod quidẽ nõ habet temporis notiõem: ſed erit eiuſmodi tantũ in tempore factũ. Alioquin tp̃us nõ erit ubiq;: ſed ĩ motu ſolũ quaſi ſubiecto: Accideteq; rurſus tẽpus dicere motionẽ. Non enĩ extra motiõem eſt ſpatium ſiue duratio motiõis: Sed ẽ motio ipſa nõ ſimul tota uel momento ꝑacta: Quando uero dicit̃ facta non ſubito/ſi aliquid factũ ſubito fieri dicat̃ in tẽpore/quęremus/quonã differat nõ ſubito factũ/ab eo quod ſubito atq; momẽto. Num ſortẽ differat ex eo quod agat̃ in tẽpore. Quamobrem & durãs motus/& ipſius duratio ſiue interuallũ nõ eſt ipſum tẽpus: ſed impletur ĩ tẽpore. Siquis ãt motiõis interuallum eſſe tẽpus affirmet: nõ quidem ipſius propriũ motionis/ ĩmo ſecundum ꝙ ipſa extenſionem hẽt/quaſi cum illo concurrens/ nondũ tamẽ quid hoc ſit/eſt explanatum. Conſtat enĩ id eſſe tẽpus/ in quo factus eſt motus. Hoc aũt erat quod ab initio quęrebamus/quid nam exiſtens ſit tempus. Quoniã & hoc perinde ſe hẽt/ac ſiquis interrogatus ꝙd eſt tẽpus/reſpondeat/interuallũ motionis ĩ tempore. Quid igit̃ eſt hoc interuallum?/Quod ille apellat tempus: ꝙ hoc extra propriũ motionis interuallũ ponit. Et.n. rurſus & qui in ipſo motu temporale collocat interuallũ: hic quietis ſpatium ubi nã collocet/dubitabit. Quatenus enim mouebit̃ aliquid/eatenus quieſcit & aliud. Atq; dices utriuſq; tempus idẽ fore: quanuis aliter alterũ ſpectet & alterũ. Quidnã igit̃ eſt/quam ue naturã hẽt hoc ĩteruallũ?/Locale ꝙdẽ eẽ nequit: Quãdoquidẽ & hoc extrinſecus adeſt.

## Tempus nõ eſt menſura corporei motus inſita motui: nec ut menſura continua: nec ut numerus Cap. VIII.

Conſiderandum eſt deinceps qua rõne tempus eſſe queat numerus motionis: ſiue menſura: quod quidẽ forte probabilius eſſet ob ipſam continuitatem dicere. Principio hic quoq; ſimiliter ambigetur atq; de interuallo: utrum uidelicet oĩs ſimiliter motus numerũ uel menſurã tp̃us dicere debeamus. Quo enĩ pacto numerabit quiſpiã inordinatũ inęqualemq; motum: Aut quiſnã numerus ſiue menſura. Aut ſecundũ quid potiſſimũ ſit menſura. Sin aũt eodem numerabit/metiet̃ ue utrunq; motum & oĩo quemlibet: ſiue uelocem ſeu tardũ/ erit quidẽ numerus & mẽſura/ ceu ſi denarius & equos & boues pariter metiat̃: aut ſiqua humidorũ & ſiccorum eadem ſit menſura. Si itaq; mẽſura talis ẽ tp̃us/ iam quidem quorum ſit tempus/eſt dictum. s. motionũ. Ipſum uero quid ſit/nõdum ẽ explicatum. Quod ſi quemadmodũ denarius etiã abſq; equis acceptus ĩtelligi põt tanꝯ numerus: atq; ẽt mẽſurà ĩ ſe eſt menſura naturã habẽs propriã/ etiam ſi nondum metiat̃/ ſic ſe habere oporter & tempus/cum ſit mẽſura: ſi inꝯ tale tp̃us eſt ĩ ſeipſo/qualis & numerus/quonã ab hoc numero differet qualis ẽ denarius uel alius quilibet ex unitatibus cõgregatus. Sin aũt menſura quędam cõtinua eſt: certe/quãtum aliquid exiſtens/mẽſura erit uelut cubitalis aliqua magnitudo: Erit itaq; magnitudo/uelut linea quędã cum motiõe cõcurrens. Ar.n. ipſa cõcurrens quonam pacto id quo cum una cõcurrit/metietur?/Cur nã potius

alterutrum q̃ alterutrum metiatur? Probabilius aũt poneretur nõ in motu quoli
bet: ſed in eo qui cum cõcurrit. Id ãt continuũ oportet eſſe/quatenus & cõcurrẽs
motus tenorem cõtinuabit. Neq; extrinſecus/quod metitur/ponere decet: neque
ſeorſum: ſed ſimul menſuratũ motum. Proinde quidnam id erit quod metitur.
Nunquid motus quidẽ menſuratus erit/magnitudo uero menſurans? Et utrum
horum tẽpus erit? Num menſuratus motus/an potius metiẽs magnitudo. Profe
cto tẽpus erit uel motus magnitudine menſuratus/ uel magnitudo menſurans:
uel quiddã tertium magnitudine utens uelut cubitali menſura ad metiendum
quantus ſit motus. At in his oĩbus/quod ꝓbabilius eſſe diximus/ ſupponẽdũ
eſt/ęqualem. s. eſſe motũ. Abſq; enĩ ęqualitate atq; etiã unitate motus etiã ipſius
uniuerſi/magis ꝓfecto q̃ motus ea uacillat opinio: quæ tempus quomodocũq;
menſurã eſſe putat. Si ãt tpũs ſit motio mẽſurata: a quãto. s. mẽſurata/quemad
modum ſi oportuit menſurari motum/nõ a ſeipſo oportuit menſurã aſſumere:
ſed ab alio quodam accipere: ita opus eſt ſiquam motus præter ſeipſum menſu
ram aliam habeat: atq; ob hoc indiguimus mẽſura continua ad ipſum dimetien
dum: ita inq̃ magnitudini quoq; ipſi mẽſura opus erit: ut motus ẽe poſſit quan
tus fuerit menſuratus: poſtquã uidelicet illud ſecundum quod menſuratur/tan
tum fuerit aut tãtum. Atq; ita tẽpus erit numerus ille magnitudinis comitantis
motũ: nõ aũt magnitudo ipſa ſimul cũ motu currẽs. Qualis aũt hic numerus ſit:
nunquid ex unitatibus cõſtitutus: & quomodo metiaẽ/ neceſſario dubitãdum.
Quãdoquidẽ ſiquis etiã inueniat quomodo/nõ tẽpus inueniet metiẽs/ ſed tem
pus proprie tantum. Id aũt nequaq̃ idem eſt atq; ipſum tempus. Aliud nãq; eſt
tẽpus dicere/ aliud tẽpus tantũ enuntiare. Nam anteq̃ tãtũ ſit/definiendũ eſt/qd
hoc ipſum ſit/quod eſt & tantũ. Sed nunqd numerus motũ extrinſecus metiẽs
erit tẽpus? Non ſic acceptus/ut denarius una cũ equis: ſed potius ut denarius in
equis. Quis igiẽ hic numerus ſit/non eſt dictũ: qui & anteq̃ metiaẽ eſt id ipſum
quod eſt quẽadmodũ ipſe denarius. Nunqd hic eſt qui ſecundũ prius & poſte
rius motiõis diſcurrẽdo metiẽ: at hic ſecundũ prius atq; poſterius metiẽs/nondũ
qualis ſit/nobis apparuit. Verũtamen quod ſecundũ prius poſteriuſq; metitur:
ſiue ſigno quodã uelut puncto/ſiue quouis alio metiaẽ: oĩo ſecundũ tpũs dime
tieẽ. Erit ergo tẽpus id motũ metiens ꝑ prius atq; poſterius/connexum tempori
tempuſq; attingens/quo metiri queat. Aut enĩ prius poſterius ue ſecũdum locũ
quis accipit/ſicut ĩ principio ſtadii atq; ſequẽtibus: aut certe nõ locale prius atq;
poſterius: ſed temporale accipiendum. Eſt. n. oĩo id ipſum quod prius dicitur/
tẽpus deſinens in id quod præſens: quod uero poſterius/tempus ſimiliter exor
diens a pręſenti. Tempus igiẽ aliud eſt q̃ numerus per prius poſterius ue dime
tiens motionẽ/nõ ſolum quãlibet/ uerum etiã ordinatã. Præterea cur nã/nume
ro quidẽ adhibito ſiue ſecundũ mẽſuratum/ſiue ſecundũ metiens/põt enĩ idem
forte & metiens & menſuratũ eſſe: at cur inq̃ adhibito numero/tẽpus erit? Motu
uero iam uigente/atq; priori prorſus poſterioriq; circa motũ ꝑueniẽte/nondum
erit tpũs? Perinde ac ſiquis dixerit magnitudinẽ quãta eſt nõ eſſe: niſi quis quan
ta ſit magnitudo depręhẽderit. Item cum tẽpus ſit dicaturq; infinitũ/qua nam
cõditione erit numerus circa ipſũ? niſi forte quiſpiã partẽ aliquã tẽporis ſeligens
metiaẽ. In quo quidem contingit eſſe/etiã anteq̃ menſureẽ. Quid ãt ꝓhibet eſſe
tempus anteq̃ ſit aĩa metiens? niſi forte quis generatiõem eius dixerit ab anima

proficiſci. Per ipſam tamen menſurationem nullo modo neceſſarium eſt ipſum ab aĩa fieri. Exiſtit. n. quantum eſt/etiã ſi nullus dimetiaꝛ. Ad id uero quod dicebaꝛ tempus forſitan eſſe quod magnitudine utiꝛ ꝑ mẽſura: ſiquis adducat id eſſe aĩam/obiiciemus id nihil ad notionem tẽporis ꝑtinere.

¶ Tempus nõ eſt aliquid conſequens ad motum corporis. Item prohemium ad tractandum quid ſit tempus Cap. VIIII.

Dicere autẽ tempus eſſe quandã motionis cõſecutionem/non eſt quid hoc ipſum ſit docere/neq; etiã dicere licet: priuſq; quid eſt quod conſequitur/ expliceꝛ. Illud enĩ tempus forſan ẽe poſſet. Conſiderandũ uero ẽ de hac ipſa cõſecutione ſiue prius fiat/ſiue poſterius/ſeu ſimul: ſi modo talis quædam eſt conſecutio. Quomodocunq; enĩ dicaꝛ/in tempore diciꝛ. Ideoq; ſi id tempus ſit/tempus diceꝛ/cõſecutio motionis ĩ tempore. At quoniã nequaquã ꝙd nõ ſit ĩmo uero quid ſit tpũs/ inueſtigamus: dictaq; de hoc multa ſunt ante nos a multis. Vnde ſiquis ſingulas opiniões diſcurrat/ hyſtoriam ſit potius narraturus: Et quatenus percurrendo licet/ nõnihil de his eſt dictũ: Ac licet & dicẽtem tempus eſſe motionis uniuerſi menſurã/ex dictis refellere/ & alia inſuꝑ ad diſcuſſionem adducere/quæ modo de motus menſura dicebaꝛ. Præter enĩ inꝙualitatẽ/cæteraoĩa licet adducere/quæ & ad ipſos cõgrue afferenꝛ: Cum inꝙ res ita ſe hẽat/reliquum iam eſt/quid tẽpus ſit/planius explicare.

¶ Quid ſit tempus. s. perſeuerantia quędam in motibus animæ mundi: ad æternitatis imitationem. Cap. X.

Operepretium eſt reuocare nos iterum ad naturã illam quã in æuo ẽe in ſuperioribus dicebamus: naturam inquã ĩmutabilem ſimulq; totã: & uitam iam infinitam/prorſus indeclinabilem/& in uno ad unumq; cõſiſtentem. Tempus ãt nondũ erat/aut ſaltẽ non erat in illis. Secuturum uero rõne quadam poſterioris atq; natura. Supernis itaq; quietem in ſeipſis agentibus/quomodo principio tempus exciderit/ſiquis ĩtelligere cupiat/haud forſan ad hoc explicandum/muſas quæ forte nondũ erãt/ oportune uocabit. Fortaſſis etiã oportune/ſi quidem tũc etiam erant muſæ. Et quomodocũq; ſit/tẽpus ipſum iam factũ quis forſan inueniat/quatenus factũ eſt atq; iã manifeſtũ. Dicat aũt de hoc ipſo hũc in modũ. Priuſq; ipſum prius orireꝛ/poſterioriq; indigeret ſimul cũ ipſo in ipſo ente conquieſcebat tẽpus nondũ exiſtens. Sed in illo ipſum quoq; quietem agebat. Natura uero quædam ĩ multas pronior actiones/ & ſui iuris eſſe ſibiq; metiri imperare ꝑcupiens/atq; eo quod præſens eſt plus aliquid habere ſemꝑ eligens/ iam & ipſa quidẽ agitata eſt: & ſimul effluxit tẽpus deinceps ſemꝑ atq; in poſterum/neq; ꝑ idem/ ſed ĩ alterum rurſusq; alterum. Noſq; ex hoc motu longitudinem quandã ꝑceſſionis effectã excogitãtes/tẽpus iam fingimus æternitatis imaginem. Cum enĩ eſſet potentia quędã aĩę inquieta/ uolẽs uidelicet ꝙ illic inſpectum eſt tranſferre ſemꝑ in aliud/nõ ſuſtinuit totũ ſibi collectum ſimul adeſſe. Sed quemadmodũ ratio ſeminalis explicãs ſeipſam ex quodã quieto ſemine/diſcurſionẽ in plurimũ/ut putat/agit: diſperdẽs interea ipſum quod diciꝛ plurimũ

partitione quadam: & pro uno quod in se existit expendens consumensq; unū in seipso nō manēs/in debiliorem ꝓgreditur lōgitudinem: sic & ipsa quā diceba mus aīę natura/mūdum fabricata sensibilem supioris illius imitatione/ agitatū motu/nō qui ibi sit: sed similis potius motui qui sit ibi/motu inquā affectante imaginem illius referre/primo quidem seipsam reddidit tēporalem/pro æuo id iam reportās. Deinde opi quoq; facto dedit ut tempori iam seruiret. Quippe cū totū hoc esse ī tēpore cōpulisset: discursiones uidelicet huius oēs ī ipso cōplexa. In illa enī agitatū/neq; enī est alter uniuersi locus q̄ aīa: Nimirū & in eius tēpore est agitatū. Actiōem nāq; suā adhibēs aliam post aliam deinceps q; iterū aliam/ genuit una cum actione ipsum deinceps cōsequēs simulq; procedit cum cogita tione alia post illam/quod nō erat ante/quādoquidē neq; cogitatio talis quicq̄ fuerat opata. Iam uero uita præsens nō est oīo similis præcedēti. Simul ergo alia uita & quatenus alia aliud quoq; nacta ē tēpus. Distantia itaq; uitæ atq; protra ctio tempus sortita est: perpetuaq; prorogatio uitę sempiternū habet & tēpus: & uita pręterita tempus habet pręteritū. Siquis ergo dicat tempus esse actum aīæ in transitorio quodā motu ex alia uita ī aliam perpetuo procedētem/ forsan nō nihil afferre uidebiť. Si enī æuum est uita in statu & ī eodem similiq; habitu per manens/ iamq; infinita: Atq; oportet tpūs esse æternitatis imaginē: Quemadmo dum & hic mundus est mundi illius imago/certe loco uitæ quę illic uiget/alterā oportet uitam hic asserere in quadam animę mundanę potentia/tanquam illius æquiuocam. Et pro intellectuali motu/alicuius partis aīæ motum. Item ꝓ identi tate habituq; simili atq; manēte/uicissim quod nō permanet in eodem: sed aliud semp aliudq; exequiť. Rursus ꝓ indistanti proprietate atq; uno unius iam simu lachrum in quadam successiōe cōtinua unum possidēs. Pręterea uice illius quod infinitū est iamq; totū/quod in infinitū/secūdum quod deinceps sequiť/ perpe tuo sese propagat. Deniq; ꝓ eo quod simul est totū/uicissim quod per partes est futurum/sempq; futurum totū. Sic enī imitabiť illud quod totū iam existit/col lectumq; simul/iamq; īmensum/si uidelicet uelit/esse suum ī cōtinua essendi con secutione sortiri. Ita nāq; esse illius potissimū imitabiť. Oportet autē nequaquā extra aīam tēpus accipe/quemadmodum neq; æuum ibi extra ipsum/quod ens apellať. Neq; rursus cōsecutiōem esse/neq; posterius quicq̄: Quemadmodū neq; ibi: sed intus inspectū aliquid quod & insit/simulq; sit: sicut illic & æuum.

## Confirmatio superiorum Cap. XI.

Cōsiderandum est ex his quæ dicta sunt/tpūs esse naturā eiusmodi. s. lon gitudinem talis uitæ ī mutationibus procedētem/ęqualibus/& similibus clam leniterq; progredientibus: lōgitudinem inquā/cōtinuitatem actiōis habentem. Quod si rursus fingeremus uim eiusmodi quodāmodo retrahi/cessa req; ab hac uita/quam nūc agit interminabilē nunquāq; cessaturā/ppea q; sempi ternæ cuiusdam aīę actio est: nō ad seipsam/nō in seipsa: sed in effectione genera tioneq; uersatam: si fingamus inquam eam nō amplius operātem: sed actionem eiusmodi desinētem: partemq; hāc insup aīę ad superna/& æuum stabileq; cōuer sam/quidnam erit ulterius pręter æuum. Quid amplius aliud atq; aliud? Omni bus ī uno manentibus. Quid ultra prius aliquid uel posterius aut lōgius. Qua

rurſus cõditione anima ulterius ſe ad aliud cõferet? Niſi forſan in id in quo eſt. Immo uero neq; ī hoc ipſum. Alioquin diſceſſiſſe prius oportuit: ut in id ſe conferre ualeret. Quandoquidé neq; ipſa ſphęra eẽt: quę nõ prius q̃ tempus exiſtit. Nam hęc quoq; ī tempore eſt/ atq; moueť. Atq; etiã ſi ſtet operante illa/ quantus ſit ſtatus eius/ metiemur quoad ille æternitatis ſtatus exterior pſeuerat. Si igitur deſiſtente hinc illa prorſusq; unita/ tẽpus e ueſtigio tolliť/ conſtat huius initium motionis ad hęc/ atq; hãc uitam tpũs efficere. Quamobrem dictũ eſt in Timeo tpũs ſimul cum hoc uniuerſo factũ. Quoniam aĩa tempus una cũ hoc uniuerſo progenuit. Nam in eiuſmodi actione hoc quoq; uniuerſum eſt genitum. Et hæc quidem tẽpus eſt/ hoc ãt in tempore. Siquis ãt dixerit dici etiam tempora a Platone motus aſtrorũ/ meminiſſe debet Platonẽ dixiſſe hæc eſſe facta ad oſtenſionem diſtinctiõemq; tẽporis: atq; ut menſura nobis ſit manifeſtior. Cum enĩ nõ liceret aĩę tpũs ipſum determinare uel metiri penes ſe partes ſingulas temporis/ inuiſibilis atq; incompręhẽſibilis/ præcipue apud hoíes numerãdi prorſus ignaros/ diem effecit & noctem: p quæ liceret duo quædã ex hac diuerſitate p̃cipere. Vnde cogitationem numeri dicit exortã. Deinde percipientes quãtum ab ortu rurſus ad ortum peragitur/ habere potuimus quãtum temporis ſpatium/ ęquali exiſtẽte ſpecie motionis. Quatenus ad hoc ipſũ uelut innixi intuitũ figimus: & quaſi mẽſura utimur tali quodã: mẽſura inquã temporis. Nõ enĩ tempus ipſum mẽſura eſt. Quo enĩ modo metiretur/ & quid nam diceret metiẽs? An de aliquo diceret hoc tantum eſt/ quantum ego ſum. Quiſnam igitur eſt qui dicit̃/ uel dicit ego? An ſecundũ quem fit mẽſuratio? Nõ ne igitur in ſe exiſtit aliquid/ ut metiri queat: neq; tamẽ menſura. Motus igit̃ uniuerſi menſuratus ſecũdum tpũs erit. Ac tempus nõ erit mẽſura motus ſecũdum id quod eſt: ſed p accidens: uidelicet exiſtẽs aliud quiddã prius/ quãta ſit motio patefaciet. Tum uero motus unus acceptus ī tãto tempore ſæpe numeratus: in notitiam adducet quantum temporis præterierit. Quapp ſiquis dixerit motum reuolutiõemq; metiri quodãmodo tẽpus quãtum põt/ tanquam ī ſuo quãto quãtum temporis oſtendentẽ: quippe cum neq; accipi aliter/ neq; intelligi ualeat/ is profecto a decẽti declaratione non aberrabit. Quod igit̃ a circuitu mẽſurať. ī. declarať: tẽpus erit/ nõ genitũ quidẽ ab ipſo circuitu: ſed demonſtratũ. Atq; ita mẽſura motus/ eſſe uideť quod mẽſuratum eſt a motu determinato: mẽſuratumq; ab ipſo/ tanquam ab eo diuerſum. Quandoquidem ſi & menſurãs aliud eſſet/ & aliud utiq; mẽſuratum: mẽſuratũ uero p accidẽs. Atq; ita dictum fuiſſet perinde ac ſiquis dixerit quod menſurať a cubito: magnitudinem eſſe/ nõ dicẽs tamẽ quid ipſum ſit: definiẽs magnitudinem. Rurſus uelut ſiquis cum nequeat ipſum motum ob naturã eius indeterminatam planius explicare/ dicat motum eſſe quod mẽſurať a loco. Accipiẽs enim quis locum quẽ motio p̃tranſiuit: tantam eſſe motiõem dicet/ quãtus & locus.

## ¶ Tempus nõ eſt reuolutio: ſed declarať ab ea. Item mundus eiuſq; motus agit̃ ab ipſo animæ mundanæ motu Cap. XII.

TEmpus igitur ipſum reuolutio patefacit: in quo uidelicet reuolutio ipſa peragit̃. Oportet autẽ tempus ipſum nõ amplius ſolum id habere/ ut ī eo aliquid tranſigať: ſed etiam atq; prius id ipſum quod eſt exiſtere: in quo

mouentur cętera/& quieſcunt ęqualiter atq; ordinate:& a quodam ordinato in notitiã emicare:neq; tamẽ inde fieri/ſiue quieſcente illo/ſiue etiã agitato:magis attamẽ agitato:Siquidẽ motus ad notitiã conſecutionẽq; tẽporis magis q̃ quies conferre uideꝛ.Planiuſq; patere põt/quantũ aliquid motũ fuerit/q̃ quantũ ſtete rit.Quamobrem eo adducti ſunt/ut dicerent tẽpus eſſe menſurã motus/pro eo quod forſan dicere uelint/motu menſuratũ.Proinde adiungendũ quid in ſe exi ſtens motu menſureꝛ:neq; ſolũ dicendũ quod accidens ei cõueniat:& id quidẽ permutato dicendi modo.At forſan illi nõ pmutata rõne dictũ ab eis accipi uo luerunt:Nos ãt nõ intelligimus:Sed manifeſte dicẽtibus illis mẽſurã ſecundum menſuratũ/eorum ſenſum minime conſecuti ſumus.Cauſa uero ob quã minime intelleximus/hæc ipſa eſt.Quoniã ſcriptis ſuis/quidnam in ſeipſo ſit tẽpus/ſiue menſurãs/ſiue menſuratũ denomineꝛ: nequaquam explicant: ac ſi plane cogno ſcentibus auditoribuſq; ſuis hæc illi ſcripſerint. Plato ãt neq; menſurans aliqd/ neq; menſuratũ ab aliquo/eſſentiã tẽporis eſſe dixit:ſed ad ipſum patefaciendũ/ mundi reuolutionẽ minimũ quiddã eſſe ſortitam/ad minimã quandã temporis portionem.Adeo ut hinc cognoſci poſſit/quale ſit tempus & quãtum. Volens tamẽ eius eſſentiã indicare/una cũ cęlo natum inquit:eſſeq; ad ęuum imaginem mobilẽ exemplaris ęterni:quoniã nõ permaneat tẽpus/uita uidelicet nõ manen te:cũ qua cõcurrit/atq; cõuoluiꝛ.Natũ uero una cũ cælo diciꝛ:quoniã eiuſmodi uita cælũ facit:unaq; uita cælũ operaꝛ & tẽpus. Quare ſi poſſet eiuſmodi uita in unũ oĩo conuerti/protinus ceſſaret & tẽpus/quod hac in uita uerſaꝛ.Ceſſaret & cælum ea uita priuatũ. Siquis ãt uitæ inferioris & motionis huius/ipſum prius poſterius ue accipiens:hoc ipſum eſſe tẽpus affirmet/aſſerens hoc aliqd eſſe:mo tus autẽ uerioris naturã prius poſteriuſq; habentis neget aliquid eſſe/ admodũ ridiculus erit.Quippe cũ motui cuidã inanimato concedat prius atq; poſterius/ ac pręterea penes ſe tẽpus habere:motui autẽ/p quẽ & hic imitatione quadã na ſciꝛ/ minime id cõcedat:a quo tamẽ ipſũ prius atq; poſterius primo manauit:cũ ſit motus efficax per ſeipſum:& quemadmodũ actiones ſuas generat ſingulas: ſic & cõtinuam producat ſucceſſionẽ:ſimulq; cũ genitura/tranſitũ quoq; efficiat actionũ. Cur nam igiꝛ motũ quidem hũc uniuerſi reducimus in illius ambitũ/ & i tẽpore uerſari fatemur? Nõ tamen & motum aĩę in ſe uigentẽ/perpetuaq; di ſcurſione progredientẽ:forſan qa quod ſup hunc motũ extat/æternitas eſt/neq; concurrẽs cũ motione/neq; ſimul extendẽs aut extenſa. Primus igiꝛ ille motus reſpicit tẽpus & generat:ſimulq; cũ ſua poſſidet actiõe. Quo igitur modo tem pus eſt ubiq;?Quoniam uidelicet aĩa uitaq; illa motuſq; uitalis a nulla uſquam mundi parte abeſt:quẽadmodũ & talis i nobis uita partem noſtri deſeriꝛ nullã. Siquis ãt obiiciat tẽpus i quadã nõ ſubſtantia/ſiue nõ exiſtentia uerſari/mentiri enim circa ipſum eſſe/quemadmodũ de deo dicitur/mentiri nos circa ipſum erat & erit:Sic.n.erat & erit:ut illud in quo quis dicat ipſum fore:quid nã dicemus? Verum ad hæc alia quædã ratio diſputandi requiritur. Hoc ãt animaduertẽdũ eſt i pręſentia ad ea quę dicta ſunt:q; quãdo quis circa hoĩem qui mouetur con ſiderat:quãtum proceſſit:quantus quoq; ſit motus agnoſcit: & quãdo motum uelut p crura progreſſum iudicat/ſimul motiõem ipſam ante hũc progreſſum in hoĩe cogitat/uidelicet fuiſſe tãtam: ſiquidẽ in tãtum uſq; corporis progreſſionẽ regẽdo cõtinuauit.Corpus quidẽ motũ tãto tẽpore/rediget i motũ proprie tãtũ.

Hæc enim cauſa eſt/& in huius tempus :hunc uero motum in ipſum animæ mo tum/qui ſecundū æqualia produxerat interuallū. Ipſum itaq; motū aīæ in quid potiſſimū referemus?Certe ī quodcūq; referre uolueris/in aliqd deſinēs prorſus indiſtās. Hoc igīt hic exiſtit primo:Ipſumq; eſt in quo cætera cōtinentur. Ipſum uero nō amplius eſt ī alio. Nō enī habere pōt quo cōpręhendatur. Hoc igīt pri mo regnat. In aīa quoq; totius ſimiliter ſe res habet. Num igitur & in nobis eſt tēpus?Forſan ī omni aīa tali/& uniformiter eſt ī omni:Et oēs quodāmodo ſunt una. Quapp nō diſpergetur tēpus:quandoquidē neq; æternitas quę ſecundum aliud ī uniformibus cunctis exiſtit.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI IN LIBRVM DE NATVRA ET CONTEMPLATIONE ET VNO.

Naturalia fiunt a uita quadam agente p rōnes quaſi cōtemplatiuas/ſibi infuſas ab intellectu diuino.

PHiloſophi quondam nōnulli ſimpliciter naturales/putabāt naturaliā oīa a qualitate quadā elementali motuq; generari: Ac talia prouenire uel talia p uirtute qualitatis/quæ in agēte uigeret: & pro efficacia mo tus inde ī materiā deſinētis. Nec his pręeſſe rōnem ullā modo intimę artis agentem. Plotinus āt corporales qualitates/& motus duci uult ab incorpo rea forma nō ſubiecta motibus:ſed præſidente:quam uocat naturā uniuerſalem atq; primā. Formā dico ſubſtantialē/atq; uitalem. Quę nec ulla ſit corporū quali tas/ut poſſit omēs pariter procreare: nec ſolo impetu motus agat: ut diſponere poſſit oīa moderamie certo: ſed agat ſua quadā rōne formali/& naturali quadā arte. Perinde ac ſi artificioſa ratio/quæ eſt accidēs ī artifice/ ſit aliquid p ſe ſubſi ſtens: quanuis intra materiam: Atq; ita ſuapte natura agat artificioſe: ut artifex artificioſe agit electiōe. Immo ſic naturali arte agat artificioſe: ſicut ignis natura li calore naturaliter calefacit. Huic ergo uiuæ naturaliq; rōni parēt qualitates & motus/ut inſtrumenta. Tametſi abſq; motu corporeo/corporeū edit motum:& ſine qualitate ignis generat ignem. Ac ſine manifeſto ſemine paſſim uiuentia ge nerat. Vtpote quę eſſentiales ī ſe habeat/& uiuas oīum rōnes. Quod ſatis ī theo logia noſtra probamus:& ita ī præſentia breuiter confirmamus. Super nutritio nem & augmentum/quæ ſunt generatiōes quędā/eſt ipſa ſimpliciter generatio: quæ & ī his oībus reſeruaī. Cum igīt hę generatiōes quædā/uitarum quarundā uel quorundam uiuētium opa ſint:nimirū ipſa ſimpliciter & prima coīsq; gene ratio/eſt opus ſimpliciter uitæ/uitæq; coīs/totum regētis mūdum. Atq; cū in mo le mundi nō ſint certa ubiq; ſemina corporalium manifeſta/ profecto in ipſa to tius uita ſunt ſemina/& proprię rōnes ſeminum rerumq; ſenſibus apparentium. Natura enī quæ ſine electione facit/inſita forma facit: & certas ubiq; formas cer tis neceſſario formis.i.rōnibus ſeminalibus:Quibus ſane tanquā principijs atq; regulis motus oēs/qui per ſe indeterminati ſunt:certo quodā tenore definiat:& qualitates quæ toto impetu agūt/quicquid agūt/& cohibitę ſunt naturaliter in anguſtum:librata quadā moderatiōe ducat ad opus:& id quidem multiforme: uniformi tamē ordine. Nec aliter certum ubiq; finem ſpecter/in his quæ ipſa non

uident finem/q̃ ars ſoleat/& cõſilium. Ars hæc uiuens atq; naturalis omnes in ſe ſecũdum actum naturales cõtinet formas/nõ aliter q̃ ars humana poſſideat artificia. Materia.n. quæ in potẽtia formabili ſemper eſt ad oẽs: nõ aliter ad actum perducẽ oium/q̃ per uitam materiæ quidem pr̃ſidentem: ſed cognatã/in ſe oẽs actu compr̃hendẽtem. Natura quidem hẽc artifex oium/neq; materia quadam tali uel tali: neq; ipſa ſimpliciter materia ad ſuam indiget exiſtẽtiam. Ipſa enim materiã quotidie talem reddit/atq; talem: materiamq; expedito mouet imperio. Iam uero nec qualitate hac uel illa materiẽ indiget ad ſuam ſimpliciter actiõem. Poteſt enĩ qualitates abſq; qualitatibus generare. Quippe cum ipſa ſit cõmune principium ad oẽs pariter generandas. Ac ſi generat paſſim uiua ſine ſeminibus manifeſtis/magis poteſt qualitates elemẽtales per ſemina ſua tãtum ſine elementorum taliũ miniſterio procreare. Quod ſi utitur materia qualitatibus certis affecta/nõ quidem neceſſitate/eiuſmodi qualitatibus utiẽ/ſed per accidẽs. Quod ſane cõfirmaẽ ab illis q̃ in generatiõe/reſolutiõem fieri uſq; ad primã materiã arbitraneẽ. Proinde memẽto naturam eiuſmodi eſſe uerum generatiõis ubiq; principium. Forma nãq; materialis quia formarũ eſt ultima/formale nihil ꝓprie generat. Quod enĩ in aliquo genere poſtremũ eſt/nihil gignit ĩ eo. Eſt ergo materialis forma nõ tam generatiõis pr̃cipium q̃ affectio quædã materiæ inducta deſuper ab occulto principio ſpẽm generãte: ꝙ autẽ nihil generet/cõfirmaẽ ex eo/qa generatio ad uitam pertinet: hẽc aũt uita caret: uita uero carere cõſtat ex eo; quoniam oportet eſſentiam ulterius proficiſci q̃ uitam: Nec tamẽ uſq; ad materiam procedit eſſentia. Siquidem neq; forma. In qualitatem igiẽ eſſentia deſinit: & id quidem intrinſecus deſinit: ergo uita ĩ naturam ſimiliter ſuꝑ materiẽ qualitatẽ. Natura quidem hẽc incorporea eſt: quod enĩ corporeum eſt/ſi mouet quicquã/interea & moueẽ: moueẽ inquam etiam ĩ ſubſtãtia. Primũ uero mouẽs eſt/quod ſubſtantia permanet: ut perpetuũ cõtinuare queat in motu tenorem. Si tamen eſt motor intimus familiariſq; uelut forma quẽdam/qualis eſt ipſa natura: oportet dum mouet/etiã quodã pacto moueri per modũ quendã potius ſui alium atq; alium: nõ per eſſentiã aliquando declinantẽ. Deniq; ſicut in quolibet aĩato nõ qualitas elemẽtalis: ſed uitalis quædã ratio principiũ eſt eorum quæ in corpore fiunt: & ſuper & cõtra qualitatũ eiuſmodi modũ: ſic ĩ uniuerſo uiuẽte. i. mũdo/nõ elementalis qualitas aut motus/tam pulchra/tam diuerſa/ſed ratio quædam uiua diſpenſat. Quam Plotinus ait in ſeipſa per eſſentiam permanere: quanuis in affectiõem actu aliam uiciſſim ex affectione mutetur. Neq; a materia dependere pariter/& ab aĩa: ſicut & corporea qualitas/ſed ab aĩa tantum/uelut perẽnem actũ aiẽ/uergẽtẽ erga materiã: Ideo qualitatẽ Plotinus corporeã apellat accidẽs: quoniã utrinq; depẽdeat: uitã uero ab aĩa cõmunicatã corpori/nõ accidẽs corporis: neq; rurſum aĩæ accidẽs: ſed eſſentialẽ actũ aiæ: quaſi mediũ inter uerum accidens/ueraq; ſubſtantiã: quæ uſq; ad intellectualẽ progreditur aĩam. Siquidẽ uirtutem aliquã habet/qua ſeipſam quodãmodo ſubſtineat/& cõſeruet: & in ſeipſa proficiat: Quo quidẽ munere oẽs intellectuales eſſentiæ per ſe & ex ſe ſubſiſtere dici ſolent. Sed ut ad naturã redeamus. i. uitã ab aĩa dependentẽ/in hac ſunt rationes oẽs formarũ naturaliũ productrices: Ipſaq; ĩ ea ratio quælibet non notio quẽdã eſt/ex argumẽto uel indagine quãdoq; cõcepta: ſed eſſentialis proprietas atq; actus eſſentiæ non differens ab eſſe tali quodã atq; tali. Eſt igitur in natura

ſeminalis quędam ratio/eius quod indē gignitur: quę quanuis ſit actus eſſentialis naturę ipſius/ ipſumq; ſuū eē tale: tamē tranſlatione quadā nominaī intuitus nō acquiſitus aliquādo: ſed naturaliter illic affixus: nō quęrēs aliquid/ſed ab initio poſſidens: neq; aīaduertens ī ſe aliquid/ſed quaſi ſtupidus/qualis ī attonitis eſſe ſolet. Ac forte talis quidā ſenſus/qualē nōnulli plantis attribuebār. Nam & hæc eſt coīs uniuerſi planta per ſuū quendā quietū ſubſtantialēq; ſenſum ſua uita fruens/naturaliaq; cōcipiens. Atq; hūc ſine ſtrepitu ſenſum. i. ſine diſtractione ſui ad aliud: Orpheus naturæ tribuit in hymno naturæ. In natura quidē intueri nihil aliud eſt/q̄ eē tale/& tale qddā facere. Et quoniā quaſi quodā ītuitu & ſpectamine facit: ideo quod gignitur in materia/ſpectaculū dici pōt. Atq; ita inſup ſpectamen apellari naturę/ut ſolemus ī puero dicere: ſignū hoc huic ingenitum/ eſt quædā concupiſcentia & imaginatio matris. Omnino uero neq; in intellectu neq; in natura eſt ulla cognitio uel notio uel intuitus ſic ab eſſe differens/ ſicut differre ſolet intuitus/qui cōſideratio dicīr/qualis eſt in illis/qui rem ipſam quā ſpectāt/ nō poſſident naturaliter. Intellectus āt & natura quę a ſubſtātia intellectuali dependet naturaliter poſſident: īmo ſunt illa ipſa quę intuenī/ & faciunt intuendo. Quem quidem eſſentialem efficacemq; intuitū/apellat ſeminariam rationem. Primam quidem rōnem ponit in ipſo ſimpliciter intellectu: Secundam in aīa intellectuali: quā primā nominat aīam. Tertiam in natura: quā ſecundam aīam nominat. Quartā in materia. i. materialem formā. Formæ quidem rerū primæ in ipſo ſunt intellectu: ſuntq; ibi cōtemplationes uel cōtemplamina quædā. Dicimus āt cōtemplamina uel ſpectamina/notiōes oīum/ſiue conceptus ibidem reſultātes interea/dum intellectus ſeipſum cōtemplaī/& ſpectat. Secūdę uero formæ ab intellectu cōtemplante ī aīam intellectualē naturaliter exprimunī: ſuntq; hic etiā cōtemplamenta quędā. Tertiæ imprimunī hinc in naturā. Quæ cum examuſſim ex contēplationibus exprimanī/ ſunt & ipſę cōtemplationes quędam/ ne totiens dixerim cōtemplamina. Quartæ tandem ex ipſis cōtemplatiuis naturæ cōceptibus/cōcipiunī in materia mundi. Et quoniā prędictas cōtemplationes ſequunī ordine quodā/& imitantur ad unguem/contemplationes quędā nominari poſſunt. Artificia ſane ad uiſum ſpectantia dici ſolent intelligentiæ quędā ingeniaq; artificis. Multo magis ſoni muſici. Magis inſuper cantus. Quoniā cogitationem expreſſiorem affectumq; uiuū ſecū ferūt: maxime uerba ſiue prolata ſiue ſcripta. Formæ igitur naturales in primis id habent: ut & apellenī/ & ſint intelligentiæ quædā/cōceptuſq; expreſſi ipſius intellectualis naturæ/ſiue naturalis intelligentiæ. Natura. n. ipſa rerum artifex/eſt poteſtas quędā uiua intellectualis animę/figurās materiā/nō alienā ut ars: ſed ſuā: neq; ſicut ars extrinſecus/ ſed intrinſecus: neq; electiōe tali/ſed eſſētia tali ac ſine inſtrumēto/atq; ſemp. Iam uero in hoc natura differt a geometra puluerē figurāte: Quoniā hæc & intus/ & ſine inſtrumento electioneq; facit: perinde ſicut geometra dum uehementer/& affectu quodam figuras imaginaī/ ſpiritū eius intimū imaginatiōe mouet/ atq; figurat. Fingit uero Plotinus quattuor hæc/intellectum/aīam intellectualē/ naturā/materiam/eſſe quaſi uitra quattuor ſubinde diſpoſita: Ipſasq; primi intellectus intelligentias inde uelut a ſole radios per aīam naturā/materiā pertranſire/quaſi cōtinua quadā cōformitate: ut quodāmodo dici poſſint iidem radii/eędemq; intelligētiæ ī ſequētibus/ & poſtremis/q & ī præcedētibus ēe: ſed deinceps gradatim

a priori dignitate deficientes. Cū uero cōtēplatio ītellectus primi/ atq; deīceps cō tēplatio quędā ī aīa/& natura naturaliū ſit prīcipiū/nimirū & finis oīum ē cōtēpla tio:quā & ītellectualia ꝑpetuo poſſidēt:& ī eiuſmōi fine fęliciter cōqeſcunt:quā & rōnalia quærūt:ut ī ea quādoq; qeſcāt: quā & ſēſualia ꝑ actū cōtinuū ſentiēdi pro uiribus imitanť:quā & quę generāt oīa:tū ī ordine motus/ tū in pulchra genituręforma referre conanť. Deniq; diuinæ ꝓuidētiæ cōtemplatio ad exactiſſimā dirigit oīa pulchritudinē:dum in tota diſpoſitiōe rerum nō minus:īmo plus ornamento q̄ neceſſitati cōſulitur. Ex quo quidem ornamēto mirabili mentes excitat ad ipſā diuinę mentis artem inueniendā/& eiuſdem pulchritudinem cōtemplādam.

¶ De fine intellectualis nature. Et qī cognitiōe uera idē eſt cognoſcēs & cognitū. Et de gradibus uitę & intelligētię:& q intellectus primus eſt oīa:& ꝑfecte totū.

IN capite libri qnto ſextoq; notabis uitę ītellectualis finē eſſe nō ſīpliciter & qūlibet hēre bonū: ſed bonū hītum ītelligere. Nā & hoc ipſū ibi ē hēre.s.ītel ligere. Hæc.n. eſt actio ītellectualis naturæ ꝓpria/& prędipua rō poſſidendi. Itē bo nū nobis nō ſēſibile qdē:ſed ītelligibile eē ſūmū. Quoniā hoc ſolū nobis ē ītimū: maximeq; qetū:idēq; ē tandē cū ipſa cognoſcēdi potētia. Præterea memēto poten tiā cognoſcendi in ipſo cognitiōis actu unū quodāmō fieri cū obiecto. Et quo ma gis fit unū/eo ꝑfectiorē eſſe cognitionē/atq; uiciſſim: & ubi ꝑfectiſſima eſt:immo ubicūq; uera/ibi unū idēq; eſſe re ipſa cognoſcētē potētiā atq; cognitū. Intellectus igiť & ītellectualis oīs eēntia ſicut eſt oīa ſēp actu:ita & actu cūcta ſēp ītelligit. Rō nalis uero natura aię oīa qdē eſt:ſed nō ſēp in actu oīa. Et quatenus actu ſe cōfert in aliquā ītra ſe latētiū rōnē:eatenus fit ipſa rō. Perq; hāc ītelligit quæ ī huius uir tute cōprehēdunť. Et ītelligēdo fit illa. Sūmatim re uera cognoſcere aliqd nō eſt aliud/q̄ hoc ipſū eſſe uel fieri. Deniq; cū diuinus artifex ipſa cōtēplatiōe ſui faciat oīa:& facta ꝓuocet ad ſeipſū ꝑ uiribus imitandū/ nimirū oīa cōtēplatiuū uel cōtē plabile aliqd appetūt/atq; moliunť:ſiue ītelligēdo/ſiue ſēnēdo/ſeu ēt agēdo/atq; generādo:Prędterea ī capite ſeptimo cognoſces iterū oēm potētiā intellectualē/eſſe idē cū re ītellecta. Et in ea ītelligere ab eſſe nō diſcrepare:quia ī genere cognitionis eſt ſūma. Potentiam uero rōnalem fieri cum re cognita idem. Sed intuitum ſenſus exterioris atq; naturę uergere ad externum. Item primā formā ob ſūmam eius ad motū efficaciam eſſe primā uitā: & ob efficaciam intimā/ſuiq; ipſius cōpotem eſſe intelligentiam primam. Sicut ergo per omnes rerū gradus procedit forma a prima forma per eſſentiā facta:ſic & uitam ītelligentiāq; procedere/ut forma quęlibet di ci queat uita/& intelligentia quędam. Deniq; ītellectum primum ſicut uniformis eſt/ꝑpea q̄ ſit in eo genere primus:Sic & omniformem fieri: ꝑpea q̄ contemplan do ſeipſum propter fęcunditatem intelligentiæ ſub uariis ſeſe formis cōcipiat. Ve rūtamē in qualibet forma intra ſe cōcepta cōem totius agnoſci formā. Ideoq; eſſe totū qddā ꝑfecta rōne totū:quia totū conſeruať in ſingulis. Idq; hēre: quoniā ſit unitiſſimū. Ex eo q̄ unitati diuinæ ſit ꝓximū/a qua tamen degenerat. Quoniā in eo rōnes rerum formales diſcrepant inter ſe rōne formali: ꝑq; gradus deriuantur a ſuperiori quodammodo ad inferius/& a meliori ſimiliter ad deterius. Conclude in quolibet genere quod ē primo totū eē ꝑfecte. Et ideo ī qualibet ſui parte totū. Sic ens ipſū. Sic ipſa uita.. Sic intellectus. Quod uero ſic eſt totū nō ita cōponitur ex ſuis uelut quod ex partibus eſſentiam mutuatur. Sed ipſa ſui eſſentia eſſe dat

partibus. Atqui eiuſmõi totum quod ſe ꝑpagat ī ſua: quod ue ī ſingulis cõſeruaꝫ totum dicitur ifinitum. Nã infinite qcquid in eo accepis/cõſequunꝫ & reliqua.

¶ Intellectus ẽt primus ẽ neceſſario multiplex: & ẽ oĩa: igiꝫ ante ipſũ ẽ principiũ oĩum/quod nõ eſt oĩa: ſed ſuꝑ oĩa.

HAec in octauo capite cõſiderãda uidenꝫ. Rõ nãq; ītellectus hęc ipſa eſt q̃ mo ueaꝫ & illumineꝫ atq; formeꝫ. Intelligibilis ãt ipſius ꝓprietates oppoſitæ ſũt. Itẽ ī ipſa ītellectus rõne nõ neceſſario ĩcludiꝫ/ut ſit ipſũ ītelligibile. Nulla. n. neceſſitas ꝓhibet eſſe aliquẽ ītellectũ: ẽt ſi ītelligaꝫ a nullo: uiciſſim nec ad rõnẽ intelligibilis neceſſario ꝑtinet/q̃ ītellectus exiſtat. Intellectualis nãq; potẽtia in ãbitu obiecti ſui cõprehẽdit materialia ſimul & ſpiritalia: atq; iter hæc cõtinet quę ītelligũt/& quę nõ ītelligũt. Intellectus igiꝫ atq; ītelligibile diſtigunꝫ inter ſe quadã rõne formali: eiuſmõi uero diſtictio diſtinctiõi quę ſecũdũ rẽ apellaꝫ/ꝓxima ẽ. Hęc ipſa uero ſecũdũ rẽ diſtictio poſtrema ẽ: illa itaq; forma prima: in q̃ ītellectus cũ ītelligibili copulaꝫ/nõ ẽ unitas ſipliciſſima. Nõ ẽ igiꝫ primũ uniuerſi pricipiũ: Quod ſimpliciter unũ ẽ atq; ſimpliciſſimũ. Quẽadmodũ qcqd eſt ī aliquo genere primũ/ī eodẽ eſt neceſſario ſimplex. Eſſe uero ītellectũ quadã neceſſitate multiplicẽ: tõq; non primũ: ſic ẽt cõfirmaꝫ. Si ītellectus ẽ ſũma cognitio/ hẽt ſecũ intelligibile cõiugatũ. s. re ipſa idẽ: q̃uis nõ rõne idẽ. Itẽ ipſũ quod primo & ſecũdũ ſe ītelligibile ẽ/hoc hẽt & cõſequẽter/ut ſit ẽt ītellectuſ. Tale. n. ītelligibile ẽ forma ſepata ſubſiſtẽs. Iõq; in ſe reflexa reportat ītelligentiã. Res uero materialis ſi apellaꝫ intelligibile/talis euadit/q̃tenus trãſformaꝫ in aliud/uel ꝑ aliud ītelligiꝫ cõſequẽter. Cũ igiꝫ intellectus atq; ītelligibile ſe iuicẽ comitenꝫ/adeo ut quod eſt alterutrũ/ſit & alterũ. Atq; hæc differũt rõne formali/neceſſario ītellectus primus ẽ multiplex: neq; ſũmũ uniuerſi pricipiũ. Dubitaꝫ deiceps hũc ī modũ. Pricipiũ ipſũ q̃tenus ẽ extra genus ītelligẽtiæ uideꝫ eſſe ſibimet ignotũ. Et q̃tenus ſuꝑ ītelligibile genus extat/ cognoſci nullo mõ poteſt. Reſpõdeꝫ ad hęc: ipſũ prę̃ſtãtiore quadã rõne q̃ cognoſcẽdo ſeipſo frui. Atq; aĩam eo frui excellẽtiore forſan cognitiõe/q̃ intellectuali: uel potius eminentiore quodã pacto/q̃ cognoſcẽdo. Nõ. n. ītellectus ſimpliciterq; cognitio ī nobis ẽ ſũmũ: ſed unitas boniformis: ꝑ quã prima fruimur unitate ſimul & bõitate: Sicut & ꝑ luminoſũ ſenſũ ſẽſibili fruimur luminoſo. Sicut ergo q̃ ſtudet uehemẽter imaginari/a motu ceſſat & ſẽſu: & q̃ pęnitus ītelligere/imaginationẽ ſedat: ita q̃ optat attingere quod ſuꝑ naturã intellectualẽ ītelligibilẽq; exiſtit: õe ꝓrſus ītelligibile ꝓtrãſire debet: & ītellectũ ꝓpriũ poſthabere: ſilẽtiũq; ītelligẽtiæ ꝓrſus ĩpone re: redactus uidelicet in aliq̃d ſui primum/ ꝑ quod fruaꝫ uniuerſi primo. Cõclude aliud atq; aliud aliter atq; aliter ſe ipſo frui. Corpus q̃dẽ aialis frui ſeipſo ꝑ ſenſũ: rõnẽ uero nõ ꝑ ſenſũ: ſed ꝑ melius aliq̃d ſemetipſa frui. Intellectũ quoq; non ꝑ aliquẽ rõnis diſcurſũ: ſed ꝑ aliq̃d eminẽtius ſui ipſius fieri cõpotẽ. Similiter unũ ipſũ atq; bonũ ꝑ aliq̃d ītelligẽtia cognitioneq; ſublimius ſe ipſo frui. Proide ſi ab ĩpfectis ad ꝑfecta gradatim ẽ aſcẽdẽdũ/certe ſuꝑ imaginationẽ quæ ꝑ aliq̃ rerũ genera trãtũ: & lõgo iſuꝑ tẽpore diſcurrere ſolet/ponẽda ẽ rõ ꝑ oĩa diſcurrẽs/ac tẽpore ad hoc idigẽs breuiore/ & ubi ẽ ꝑfectiſſima/q̃breuiſſimo. Suꝑ hãc ītellectus/oĩa ſẽp ſine tꝑe cõſecutus: q̃ ſi ꝑfecte hẽt ī ſe uidetq; oĩa/nõ hẽt illa cõfuſa/ſed diſtincta ſine ceraq;/nõ intueꝫ obſcura/ſed clara diſcernit atq; diſtícta. Suꝑ hũc igiꝫ hac neceſſitate multiplicẽ primũ ẽ uniuerſi pricipiũ/quod neq; ẽ dũtaxat unũ aliq̃d oĩum: alioqn nõ hẽret ad oĩa poteſtatẽ/nec oĩum pricipiũ eẽ poſſet: neq; ẽt eſt ita oĩa tãtũ/ut

non ſit unum atq; ſimplex. Hoc.n. primum eſt. Vbiq; uero prius eſt unitas multitudine/ & cõpoſito ſimplex. Neq; rurſum eſt & unum pariter atq; oĩa. Si.n. hoc ab aliquo cõcedaĩ/ ita diſtinguimus. Aut eſt cuncta ſũmatim/ aut potius ſingulatim. Si ſũmatim. i. q; ibi ſit una quædã forma cũ multitudine/ aut hęc una forma eſt ante multitudinẽ: atq; ita hæc ipſa dũtaxat prĩcipiũ eſt/ neq; opus eſt/ ad hoc ut ſit prĩcipium/ ei multitudinẽ adhibere. Aut una hęc forma eſt cũ multitudine ſimul: atq; ita nõ eſt prĩcipiũ oĩum: quãdoquidẽ ante oĩa nõ exiſtit. Aut forma hæc una poſt oĩa ponĩ: quo nihil dictu uideĩ abſurdius. Sinaũt accipiaĩ alterũ illud diſiunctionis mẽbrũ. s. q; prĩcipium illud oĩum/ ſit ita oĩa: ut de unoquoq; oculis demõſtrato diſcurrẽdo p ſingula/ ſit uerũ dicere/ hoc eſt prĩcipiũ/ ſequeĩ ut quodlibet ſit prĩcipium. Cum uero prĩcipium ſit neceſſario unicum/ unica res erit in uniuerſo. Vel uiciſſim principia totidem/ quot res eſſe ponuntur.

¶ Ipſum bonum eſt ſup eſſentiã/ uitam/ intellectum: neq; intellectu põt attingi.

CVm in gradibus uiuẽtiũ uideamus/ cõſumatiſſimũ uitę gradũ eſſe tãdẽ/ uitã intellectualẽ conicere poſſumus/ primã i toto rerũ ordine ſimpliciter uitam eſſe ipſũ ſimpliciter itellectũ. Siue igiĩ ut uitã conſideras/ ẽ motio quædã ad terminũ/ ideoq; ad aliud/ ut ad bonũ: Siue ut itellectum accipis/ eſt motus aliquis ad uerũ/ ut ad bonũ. Vtroq; igiĩ pacto eſt dependẽs aliquid: neq; contentum eſt eſſentia ſua/ cuius uita & intellectus exiſtit: ſed quęrit aliquid eſſẽtia melius. i. ipſũ bonũ: quod neq; uita ſecũdũ formã/ neq; itellectu idiget: quo ãnitaĩ ad bonũ: quãdoq; dẽ ẽ ipſũ bonũ: cui nec ulla opus ẽ actione: ſiquidem oĩs actio eſt ad bonũ/ circa quod uerſaĩ. Quod q; dẽ cũ ſup intellectũ & intelligibile p;rſus exiſtat: noĩa uero ex itellectus cõceptione iponi ſoleãt: nullũ p;priũ hẽt nomen. Apellaĩ ãt bonũ/ quoniã inde oĩa efficiũĩ/ & facta p;ficiunĩ. Apellaĩ & unũ: quoniã interea ſupeminet oĩbus: neq; moueĩ/ dũ hęc inde p;cedũt: alioqn nihil alicubi p;maneret: neq; diuidiĩ i partes: alioquin ceſſaret unũ ipſũ: quo ſublato mox oĩa p;direnĩ: neq; oĩo multiplicaĩ in formas: alioquin admixtionẽ uel adiũctionẽ patiẽs/ nõ eſſet ãplius uera unitas & imẽſa ſimplicitas. Si p arbores/ p aĩalia/ p aĩam p;mẽtẽ p;ceſſeris/ iuenies quod i unoquoq; horũ ſipliciſſimũ ẽ maxieq; unũ eẽ oĩum potẽtiſſimũ/ reliquorũq; prĩcipiũ. Similiter uniuerſũ ad unitatẽ rediges potẽtiſſimã. De qua nihil ulterius p;dicabis/ cũ primũ cõcepiſti unitatẽ ipſã uel bonitatẽ. Alioqn ſiq; d præterea p;dicaueris/ cõpones/ & minues componendo reddeſq; indigũ/ & poſterius. Noli ergo huic itellectionẽ addere. Alia.n. ẽ rõ itelligentiæ/ alia boni. Nõ.n. æque utrũq; cuilibet cõuenit. Intelligẽtia igiĩ adiuncta bono cõgeriẽ conficit: neq; igiĩ illic adhibebis ideas/ quę cõcipiunĩ intelligẽtia: differũtq; iter ſe abſolute rõne formali/ p;ſertí cõtrariarũ rerũ oppoſitarũq; ideę quod patet ex ordine uniuerſi inde ſecũdũ eſſẽtiã formãq; geniti. Quę.n. in hoc opificio re ipſa differunt & ſubiecto/ hęc i opifice oĩum itellectu abſolute formaliq; differunt rõne. Alioqn hic ordo formarũ uel inordinato quodã caſu cõſiſteret: uel ex materia p;rſus iformi p;cederet. Diſticiões uero formales & abſolutas adhibere primo Platonici uetãt. Prohibent ẽt poſt unitatẽ uel bonitatẽ adhibere uitã aut eſſentiã: quorũ nixus nõ q;eſcit i ſe: ſed contẽdit ad bonũ. Iubẽt primũ illud ſup eẽntiã atq; eẽ ponere: ſicut materiã quę ex oppoſito ultimũ ẽ ſub eſſentia & eẽ iudicãt collocãdã. Iõq; ſicut i attigẽda maĩia deſcẽdẽdũ ẽ ſub oĩbus itelligẽtię cõceptibus q; formales ſũt: ſic ad attigẽdũ illud ſup oẽs eiuſmõi cõceptus

eſt aſcẽdendũ. Neq; mobili uel multiplici uel formali ītelligẽtię actu attīgi poſſe putandũ: quod ſup motũ multitudinẽq; & formã mirabiliter extat.

¶ Ipſum bonum eſt pater: cuius filius eſt ītellectus/ ſemp a patre plenus. Huius aũt intellectus eſt imago mundus.

QVemadmodũ aliud ẽ uiſus/ aliud uero lumẽ/ ad quod capiẽdũ eſt oculus inſtitutus/ ẽt ſiqs oculus fingaī ab æterno lumine plenus: ſic aliud ẽ intellectus: aliud uero uerũ ipſũ atq; bonũ/ ad quod naturaliter ītellectus annitī/ differtq; ab illo/ ẽt intellectus ipſe/ qui pp ꝓpinquitatem boni ſemp bono plenissime fruiī. Ipſi itaq; bono ſicut & lumini nihil opus ẽ uiſu. Iã uero ſiqs poſſet totius mũdi uiſibilis ornatũ totũ uno ſimul intuitu cõtueri: ſupra modũ admirareī: ac uelut ex imagine quadã facilius mũdũ intelligibilẽ opificẽ huius ſuſpicareī: ſed admodũ pulchriorẽ. Rurſũ ſiqs cõſpiciat illũ: in quo nihil informe/ nihil deforme/ nihil ímoderatũ/ uel uitę uel intellectus exps. In quo totus ſplendor & in ſplẽdore puriſſimo totus ordo naturę facilius cõiectaret/ qs pater eius: & qua ratione tãtũ talemq; genuerit filium: intellectũ quidem purum/ & oĩum plenitudinem pater penes ſe generans ab ętemo/ intellectu plenitudineq; ſupior.

## ¶ LIBER OCTAVVS ENNEADIS TERTIAE DE NATVRA ET COMTEMPLATIONE ET VNO

### PROHEMIVM DE CONTEMPLATIONE

STANTEq̃ agamus ſerio/ quaſi ꝓ ioco dicamus/ oĩa cõtẽplationẽ appetere: & ad finẽ eiuſmõi uergere/ nõ rõnalia tantũ aialia: ſed ẽt rõne carentia. Quinetiã naturã plantarũ/ & terrã deniq; hæc oĩa generantem. Itẽ cõtẽplatiõem oĩa cõſequi/ q̃tenus naturalis cuiuſq; habitus cape põt: alia uero aliter cõtẽplari & cõſequi: & alia qdẽ reuera: alia uero ꝓ imitationẽ imaginẽ q; attigere: ſi inq̃ ita dixerimus/ nũqd nouũ hoc prẽter opinionẽ adductũ qſq̃ a nobis accipiet? Forſan cũ tale qddã inter nos & ad nos agaī/ periculũ nullũ ſubibimus: dũ in re noſtra ludemus. Nũqd & nos iocãtes ludẽres ue ī preſentia cõtẽplamur? An forte & nos & oẽs qcunq; iocanī & ludũt/ hoc agũt: huiuſq; appetitione iocanī: uideīq; ſiue puer aliqs/ ſiue uir ludat/ aut ſenio ſtudeat/ cõtẽplationis gratia hic qdẽ ſtudere: ille uero ludere atq; iocari: tũ quęlibet actio ad contẽplationẽ intendere ſtudiũ: & neceſſaria quidẽ actio longius ſpeculationẽ ad externa ꝓtrahere: actio uero liberior breuius quidẽ educere. Simul aũt ipſa quoq; ſpeculationis deſiderio fieri. Sed hæc qdẽ oportunius ī ſequẽtibus. Nũc uero de terra/ & arboribus/ & oĩo de plãtis conſideremus: quæ nam horum ſpeculatio ſit/ & quo pacto quę inde fiũt atq; gignunī in ſpeculatiõis actionẽ redigere ualeamus: Deniq; qua rõne natura quã imaginationis rõniſq; exprem dicunt/ contẽplationẽ hẽat ī ſeipſa: & que facit ꝓ contẽplationẽ quã ipſa non hẽt/ efficiat/ & quo pacto perficiat.

### ¶ Natura ī ſe manẽs ꝓ rõnes ſeminales format materiã ſine electione & inſtrumento. Cap. Primum.

QVod igiī hic neq; manus ſint/ neq; pedes/ neq; aliquod inſtrumẽtũ/ uel aduẽtitiũ/ uel cognatũ: materia uero opus ſit ī qua faciat quã ue ponat ī ſpẽ ferme unicuiq; conſtat. Neq; uero putãdũ ẽ/ naturã ſic ſuũ opus efficere/ uelut ipellẽdo atq; premẽdo. Qualis. n. ipulſio ſiue preſſura uarios oĩformeſq;

colores & figuras efficere põt. Quandoqdẽ neq; cęræ fictores formatoreſq; ſimi
les/quos puparios noſant/quos ue intuentes aliq; putauerũt naturæ ipſius opifi
cium eſſe ꝑſimile/facere colores poſſunt/niſi hos aliũde opibus ſuis adhibeant.
Opepræriũ erat cõſiderare quẽadmodũ in artiũ eiuſmõi tractatoribus oportet in
tus aliquid ꝑmanere/ſecũdũ quod ꝑmanens ꝑ manus opa fabricẽt/ſimiliter eſſe
tale aliquid ĩ natura:quod quidẽ ſit poteſtas quędã ꝑmanens & abſq; manuum
miniſterio fabricãs. Permanẽs inq̃ tota. Nõ.n.indiget aliis quidẽ uelut manenti
bus/aliis aũt q̃ſi motis. Materia nãq; eſt id quod ibi moueť:in ipſa uero poteſta
te moueť nihil.alioquin quod mouebiť/nõ erit primo mouens:neq; id erit ipſa
natura:ſed ipſũ quod ĩ toto cõſiſtit ĩmobile. Obiciet aliquis rõnẽ quidem ĩmo
bilẽ ꝑmanere:naturã uero eſſe a rõne diuerſã/atq; moueri. At ſi totã dicant/ſimili
ter erit & rõ:Sin ãt aliquid eius ĩmobile/hoc ipſum & rõ erit. Et.n.ſpẽm oportet
hanc eſſe/nõ aũt ex materia ſpẽq; cõponi. Quid enĩ huic opus ſit calida frigida
ue materia? Siquidẽ ſubiecta fabricationi materia id ſecũ affert: ſiue fit eiuſmõi.
Vel potius etiã prius q̃ induat qualitatẽ/tangiť rõne. Nõ enim accedere oportet
ignẽ/ut materia fiat ignis/ſed rõnẽ:quod quidem ꝑſpicuum eſt argumentum: in
aialibus atque plantis ſeminales rationes eſſe omnium effectrices:naturamq; exi
ſtere rationem:quę uelut ipſius prolem alteram generat rationem/dum uidelicet
ſubiecto quidem tradit aliquid:permanet tamen interim in ſeipſa. Ratio igitur
ſecũdum formã uiſibilem extrinſecus edita/ ultima iam eſt/uitaq; carens: ideoq;
nec põt aliam ulterius facere rõnem. At rõ uitã habens penes formæ factorem/&
quaſi ſoror:atq; ipſa eãdẽ potentiã poſſidens rõnem gignit ĩ effectu poſtremã.

Rõnes ſeminales ĩ natura ſũt q̃ſi cõtẽplationes quędã ĩpreſſæ deſuꝑ ab ĩtelle
ctuali cõtẽplatione. Et ideo quæ natura fiũt & cõtẽplatione fiũt/& cõtẽplatio
nes quædam ſunt. Cap. II.

QVonã igiť mõ facit? & faciẽs qũo cõtẽplationẽ aliquã & quã attĩgit? Pro
fecto ſi manẽs agit/& ĩ ſe manẽs/atq; eſt rõ/ẽ utiq; cõtẽplatio. Actio nãq;
fieri ſecũdũ rõnẽ ſolet/diuerſa uidelicet exiſtẽs a rõne. Rõ uero aſſiſtẽs &
preſidẽs actioni/nõ eſt actio. Si igiť nõ actio ẽ/ſed rõ/nimirũ eſt contẽplatio quę
dã. Iam uero ĩ uniuerſa rõne poſtrema q̃dẽ rõ ex cõtẽplatione ꝑcedit:atq; ita cõ
tẽplatio diciť/q̃ſi ꝑ cõtẽplationẽ ipſã cõcepta atq; ꝑcepta. Rõ uero oĩs hac ſupe
rior alia q̃dẽ ſe aliter habet. Et altera nõ eſt tanq̃ natura:ſed uelut aĩa:altera uero
in natura eſt/atq; eſt ipſa natura. Sed nunq̃d hęc ẽt ex cõtẽplatione cõtingit? Ex
cõtẽplatiõe oĩo. Sed ſi ipſa quoq; ſeipſã quodãmõ contẽplata ſit. Eſt.n.cõtẽpla
tionis effectus/& cõtẽplati cuiuſdã. Qũo ãt ipſa ſpeculationẽ hẽt? Speculatiõem
q̃dẽ ex rõne ꝓficiſcentẽ nõ hẽt. Dico ãt ꝓfectã ex rõne:ipſã uidelicet de his quæ
in ſe ſũt conſiderationẽ. Sed cur nã ſua nequaq̃ cõſiderat? Cũ ſit uita quędã & rõ
potẽtiaq; efficiẽs. An forte qa cõſiderare ẽ nõdũ habere. Hæc ãt ſi hẽt/nimirũ ex
eo quod hẽt & efficit. Ipſũ igiť eſſe ipſi quod eſt/id certe eſt eidẽ & facere: & q̃tũ
cunq; eſt/id ipſum eſt & faciẽs. Eſt ãt cõtẽplatio quędã/&(ut ita dixerim) contẽ
plamẽ. Rõ.n.eſt: Quatenus igiť cõtẽplatio eſt atq; cõtẽplamen & rõ: eatenus fa
cit/qua uidelicet rõne hęc exiſtit. Effectio igiť cõtemplatio quædam eſſe iam no
bis apparuit:nempe eſt contẽplationis effectus/ſpeculatiõe manente: neq; aliud
aliter ue agente:Sed ꝑpea q̃ ipſa contemplatio ſit/faciente.

¶ Plenitudo rõnum ſeminaliũ in natura eſt quaſi ſenſus quidã/quo natura & ſe ipſa fruiť & ſpectat res generãdas: quę ſunt quædã ſpectamina ipſius naturæ dependentis a ſpeculatione ſupna. Cap.III.

Siquis ãt hãc interroget/cuius nã gratia faciat/ſi mõ interrogantẽ audire uelit & dicere/ reſpõdebit. Nõ oportebat ĩterrogare me: ſed te decebat ſilẽtio ĩtelligere: quẽadmodũ & ego ſileo/nec eloqui cõſueui. Quid ergo te oportuit ĩtelligere? hoc inq̃ ĩ primis/quod gigniť meũ ſpectamẽ eſſe/ĩterea me tacẽte: naturaq; genitũ cõtẽplamẽ/meq; ex cõtẽplatione quadã eiuſmõi natã nõ iniuria naturã habere ſpectaculi cupidã. Proinde id quod ĩ me uicẽ contẽplantis habet: ita contẽplamen efficere: ſicut & geometræ ſpeculãdo deſcribũt. Verũtamẽ non ſcribente me/ ſed ſpeculante hinc lineas corporũ uelut excidẽtes interim emana re. Profecto matris meę genitorũq; in me ſeruať affectio. Illi nãq; ex contẽplatione ducũt originẽ. Generatio quoq; mea a ſpeculatiõe deducíť. Eteni dũ illi nihil agũt/ſed rõnes ſũt maiores/ac ſe ſpeculanť: ego genita ſum. Quorſũ hęc? Naturã. s. eſſe aiam prioris aiæ genituã ualidius uiuẽtis/quietã ſpeculationẽ in ſe habentẽ/neq; ad ſupiora neq; ẽt ad inferiora uergentẽ. Hæc utiq; ſtãs ĩ eo in quo ẽ/ uidelicet ĩ ſui ipſius ſtatu & quaſi cõſenſu/ p hãc cognitionẽ conſenſumq;/quod poſt ipſã eſt/quoad eius natura fert nouit/neq; pquirit ulterius: ſed cõtẽplamen iam ſplendidum gratioſumq; pfecit. Ac ſiquis cognitionem quandam aut ſenſum ei tribuere uelit/nõ qualẽ in cæteris dicimus ſenſũ uel cognitionẽ attribuere debet. Sed pinde ac ſiquis ſomniantis cognitionem cum cognitione cõferat uigilantis. Spectamẽ nãq; ſuũ contẽplans cõquieſcit: ſpectamen inq̃ in ea factũ/ex eo q; in ſeipſa ſecũq; ipſa pmaneat: ſitq; ſpectamen ipſum quietaq; pſpectio. Obſcurior tamen atq; debilior. Altera. n. hac eſt efficacior ad intuitũ. Hęc ãt imago eſt contẽplationis alterius. Hac itaq; rõne quod ab ipſa genitũ eſt/ puenit debiliſſimũ: quoniã debilitata pſpectio ſpectamẽ debile parit. Quãdoqdẽ & hoies cũ debiliores fiũt ad contẽplandũ ſpeculationis & rõnis umbrã. i. actionẽ aggredi ſolẽt. Cũ. n. ad contẽplandũ facultas minime ſupperat: neq; ob debilitatẽ aĩe ſpectaculũ ſufficienter pcipe ualeãt: ideoq; nec ĩpleanť: cupiant tamen ipſũ cernere/ cõfugiunt ad agendũ: ut ibi ſaltẽ uideant/quod diſcernere mente non poterant. Quotiẽs itaq; faciũt: & ipſi uidere id uolũt/& ſpeculari atq; ſentire: & alios ſecũ etiã contueri: quãdo ppoſita eis eſt actio/quoad fieri poteſt/ut ipſi putãt: Profecto inueniemus ubiq; effectionẽ actionẽq; eſſe uel debilitatẽ contẽplationis/ uel conſequentiã. Debilitatẽ quidẽ/ubi præter id quod eſt actũ/nihil hẽas. Cõſequẽtia uero/ſi aliud ſup id melius effecto ope habeas: quod ſpeculeris. Quis. n. cum uerũ ipſũ contueri poſſit præcipuo quodã ſtudio/ad imaginẽ ueri ſe cõferat. Teſtanť hoc ebetiſſimi quiq; puerorũ: qui cũ ad diſcendũ ſpeculandũq; ineptiſſimi ſint/in artes actioneſq; delabunť.

¶ Intellectualis anima mũdi plena ſemp ex diuinorũ contẽplatione/inde graui da parit naturam ſimiliter fęcundã rõnibus quaſi ſpeculatiuis: & tali ſpeculatione generat omnia. Cap.IIII.

Cum uero iã de natura dixerimus: quo pacto generatio ẽ cõtemplatio quędã/deiceps ad aĩam hac ſupiorẽ pgamus ita dicẽtes. Nẽpe huius cõtẽplatio

ingeniumq; diſcendi cupidum/ quærēdiq; ſtudioſum: ac pręterea ſtimulus qdā ex his quę cognouit parturiēs iā plenaq; fęcūditas effecit/ ut ipſa p totū cōtēplamen effecta/alterū cōtēplamē efficeret. Quēadmodū ars quoq; facit/quādo iam plena eſt/ pcreans uidelicet alterā quaſi artē paruā in puero addiſcente/ imaginē oīum acqrente/aliter tamē hæc hēnte uelut obſcura debiliaq; & ſpectramina quę dā ab initio nō ualentia ſibi ipſis patrocinari. Rōnalis itaq; pars eius illa ſupna penes ſupna ipleta ſemp atq; illuſtrata ibi permanet. Pars uero altera participat eius quę i prima pticipatione pticipauit. Procedit. n. uita ſemp ex uita. Nā actus p oīa currit: & nuſq; abeſt: pgreſſa tamē cōcedit priorē ſui ptē/ ubi quodāmō de reliquit manere. Nā ſi prſus amiſerit primā/nō āplius erit ubiq;: ſed i quod deſi nit tantū. Neq; tamen equale eſt pcedens conqeſcenti. Si igiť oportet p oīa fien: neq; reſtare locū/ubi non ſit actio eadē: & quod prius eſt/ ſemp eſt aliud q̄ poſte rius. Procedit āt actio ex cōtēplatione uel actione: ſed tandē ex cōtemplatione/ quādo uidelicet actio nondū erat/ nā ante contēplationē eſſe non pōt: ſi res inq̄ ita ſe habet/neceſſariū eſt debiliorem qdem alteram eſſe altera/omnem uero con templationem eſſe: adeo ut & quę actio ſecūdū cōtemplationem uideť eſſe/ non aliud ſit/ q̄ debiliſſima cōtemplatio quædā. Oportet. n. ſemp quod gigniť quo dāmō quidem cōgruere genere: euadere tamen ifirmius: qppe cū exile fiat paula tim ipſo deſcenſu. Suauiter qdem & qete pcedūt oīa: quoniā contemplatiōe uel actione extrinſecus apparēte nō indigēt. Aīa quidē ipſa e ſūma ſpecula cōtēplať/ & quod ita cōtēplať/utpote quod ſurgit exterius/neq; eodē mō cū eo quod an te ipſā/certe quod poſt ipſā efficit: Cōtēplatio certe contēplationem gignit. Neq; eni hēt terminū contēplatio ipſa uel ēt contēplamen. Ob hoc āt & pcedit & per cuncta pgrediť. Quid. n. phibet/quo minus p oīa diffundať? Quādoqdē & in omni aīa idē eſt cōtēplamē. Nō. n. eſt magnitudine circūſcriptū. Nō tamē i oībus eodē mō. Quapp neq; mō eodē in q̄libet aię parte. Hinc utiq; apud Platonē aię auriga quod uidit/equis imptit: bi uero ide accipiunt/ utpote qui quę uiderunt affectāt: uniuerſum enī nō accepunt. Quod ſi affectantes agāt/ eius gratia quod deſiderant agent. Id āt eſt contemplamen ipſum atq; contemplatio.

## Quod finis ſit cōtēplatiua uita. Itē q̄ in aīa ſūt rōnes rerū: & q̄ū ipſa i eas actu ſe pfert: tūc re uera cognoſcit. Cap. V.

ACtio igiť cōtēplatiōis cōtēplaminiſq; gratia fit. Quapp agentiū finis con tēplatio eſt. Nēpe quod recta uia cōſequi nō potuerūt: id q̄ſi p ambages capeſſere moliunť. Idē quoq; prouenit/quādo quod cupiūt aſſequūtur. Quod qdē adeſſe uolebāt. Nō ita qdē ut nō cognoſcāt: ſed ut agnoſcāt iam ac quiſitū: & i aīa pręſens inſpiciāt/uelut ſpectādi gratia ibi ſitū. Quoniam & boni gratia ſemp agūt: Hoc āt nō ut extra eos ſit poſitū/ & i ſe minime habeat: ſed ut quod ex actiōe bonū fit/ipſi poſſideāt. Sed hoc ubi nā? Certe i aīa. Quapp actio rurſus i cōtēplationē ipſā relabiť. Quod. n. q̄s aīa capit/quæ rō quędā eſt/ quid nā aliud eſt/ q̄ rō ſilens: & quo magis rō/eo magis ſilens/atq; uiciſſim. Tunc. n. & quietē agit: & utpote plena nihil ultra requit: atq; contēplatio i eiuſmōi habi tu cōſtituta ob ipſā poſſidēdi fiduciā intrinſecus conqeſcit. Et quo certior fides: eo qetior cōtēplatio. Quę quidē potius i unū redigit aīam. Et hac qdē rōne co gnoſcēs ipſū q̄tenus cognoſcit: iam. n. ſerio agēdū ē/i unū cū re cognita puenit.

Si.n.duo ſint/hoc quidē aliud:illud uero aliud erit. Quapp uelut adiacēs q̄ddā eſſe uidebit̄. Atq; id ipſū duplex nōdū uerā cōtraxit familiaritatē:uelut quando rōnes exiſtētes ī aīa nihil agūt. Quo circa rōnē oportet nō externum aliq̄d eſſe: ſed aīo addiſcētis uniri/quouſq; ꝓpriū iā inueniat. Aīa igit̄ quando rōni familia ris euadit atq; afficit̄/ſimul ꝓfert/& expedita iam ꝓdit ī actū. Quod.n.habebat prius/aīaduertit atq; ipſa ī prōptū expeditione/q̄ſi altera ſit a ſeipſa/& ab illo al tera fuiſſe cognoſcit̄:& excogitās aſpicit aliud/tanq̄ & ipſa ſit aliud:quāq̄ ipſa etiā ratio eſt/& tanq̄ intellectus: ſed aliud intuēs. Nō.n.plena ē:ſed ab eo quod eſt ſupius deficit. Aſpicit tamē & ipſa quiete/quæ ꝓfert. Quæ.n.nō ꝓtulit/ non dū profert. Quę uero ꝓfert ex defectu quodā in conſiderationē ꝓmit/quod ha bet aīaduertēs. At ī rebus agēdis/iā externis quę ītus hēt accōmodat:atq; ex eo q̄ magis poſſidet q̄ natura/ poſſidet & quietius. Et ex eo q̄ plus habet/ ſpecula tiua magis exiſtit. Rurſus ex eo q̄ nō pfecte habet/cupit magis habere ꝓſpectæ rei ꝓceptionē/ſpeculationēq; ex cōſiderationis diſcurſione ꝓuenientē. Cū uero priorē reliquerit habitū/& ī alia ptranſiuerit/deinde regreſſa iterū cōtēplat̄/parte eius hactenus derelicta. At altera ꝑmanens ī ſeipſa minus id efficit. Quāobrem probus aīus iam ipſa rō eſt effectus:& quod penes ſeipſū eſt/aliis quoq; demon ſtrat. Ad ſeipſū uero uſus. Iā.n.hic ad unū eſt collatus & ad quietum nō ſolum quoad externa ptinet:ſed quoad ſeipſū:& intus deniq; cuncta.

Confirmatur q̄ oīa fiunt a contemplatione:& ideo ſunt contēplationes quæ dam. Et quicquid agūt contēplationis gratia faciūt. Cap. VI.

QVemadmodū igit̄ partim ꝓ ſe cōſtat/partim rō indicauit:oīa ex contēpla tione cōtēplationeſq; ſunt/tum uere exiſtentia/tū ex his genita his uideli cet contēplantibus/ipſa facta iam cōtēplamina uel ſenſui/uel cognitioni/ uel opinioni paſſim ſe offerentia. Actiōes præterea in cognitionem dingunt̄ ut finē. Appetitio quoq; affectat cognitionē. Generatiōes inſuꝑ a cōtēplatione tra henres exordiū in ſpēm ſpecimēq; aliud deſinūt fabricandū. Et oīo ſingula cau ſarū efficientiū imitamina paſſim ſpectacula ſpēſq; efficiunt:factę quoq; ſubſtan tiæ uelut entium imitamina declarant efficientes cās ſpectare tanq̄ finem:non ef fectiones/non actiones/ſed opificium ipſum/ad hoc ipſum ut contuentibus ſit ſpectaculū: Quin etiā cogitationes hoc ipſū uidere ꝓcupiunt. Arq; etiā prius ipſi ſenſus/quorum finis cognitio eſt. Rurſus ante hæc ipſa natura ſpecimen in ſe rō nemq; poſſidens/aliam præterea generat rōnem. Proinde cōſtat/cum ipſa oīum prima in contemplatione cōſiſtant:cętera oīa contēplationē ipſā neceſſario cupe re. Siquidē finis oībus ꝓpoſitus eſt:quod ē & pricipium. Iam uero & quādo aīa lia generāt/rōnes intus ſeminales ſtimulant ad gignendū: idq; totū contēplatio nis actio eſt/ſtimuluſq; affectās multas iam ſpēs fabricare/ uariaq; ſpectacula:& implere rōnibus oīa:& q̄ſi ꝑpetuo contuen. Facere.n.ut ſit aliq̄d/eſt ſpēm quan dam efficere. Id āt eſt contēplatione oīa ꝓrſus implere. Præterea errata tū in his quę gignunt̄/tum ī his quę agunt̄/nihil aliud eſſe uident̄/ q̄ contēplantiū caſus & diuerſio quędā ab ipſo cōtemplationis obiecto. Artifex quinetiam iners ei ſi milis iudicatur/qui deformes faciat formas. Deniq; amatores ipſi ī eorū nume ro pręcipue ſunt/qui in aſpiciendo uerſant̄:& ad ſpēm impenſius propant.

In cognitione uera cognoſcens & cognitum idem eſt: aut fit idem. Item pri
ma forma eſt idem quod uita/ & intelligentia prima: ideoq; hęc pariter per
cuncta ꝓcedũt: Itẽ intellectus neceſſario ẽ uniformis atq; oiformis. Cap. VII.

DE his qdẽ ita ſit dictũ. Cũ uero cõtẽplatio ab ipſa natura ſe attollat ad ani
mã/ & ab hac ĩ mẽtem/ ſemꝑq; cõtẽplationes magis ꝓprię familiareſq; eua
dãt: unianr̃q; cõtẽplãtibus/ & in aĩa ꝑ uirtutẽ iam ꝓfecta/ in idẽ iam ſubie
cto rediganr̃ quę cognoſcunr̃/ utpote quę ad ipſũ ꝓperent intellectum: certe in
hoc ipſo ĩtellectu iã ambo ſũt unũ/ nõ ꝑ acqſitã quãdã familiaritatẽ/ ut ĩ aĩa præ
ſtãtiſſima fieri cõſueuit: ſed potius ꝑ eſſẽtiã: atq; ex eo q̃ idẽ ibi eſt eſſe/ atq; ĩtelli
gere. Non. n. illic ãplius hoc quidẽ aliud/ illud uero ẽ aliud: alioq̃n rurſus aliud
quiddã erit/ in quo nõ ulterius aliud erit & aliud. Oportet igit̃ in hoc ãbo ẽe re
uera unũ: Id ãt eſt cõtẽplatio uiuẽs/ non quidẽ q̃ſi cõtẽplamẽ in alio. Quod. n.
in alio uiuẽte ẽ/ nõ eſt ſe ipſo uiuẽs. Si ergo uiuet aliquod cõtẽplamẽ &(ut aiũt)
intelligimẽ/ oportet ipſũ eſſe uitã nõ uegetalẽ/ nõ ſenſualẽ/ nõ aialẽ aliã. Intelligẽ
tię nãq; quodãmõ ſũt & alię. Sed hæc quidẽ uegetalis ĩtelligentia: hæc ãt ſenſua
lis: alia deniq; aialis. Quo igit̃ mõ intelligẽtiæ ſũt? Quia uidelicet ſũt rõnes: &
ois uita eſt intelligẽtia quędã: ſed alia tenuior alia/ ſicut & uita. Quæ uero da
rior eſt & ualidior/ uita prima eſt/ & ĩtellectus primus & unus. Intelligẽtia igitur
prima uita quoq; prima eſt: atq; ſecũda uita intelligentia quoq; ſecũda. Vita de
niq; ultima poſtrema ĩtelligẽtia eſt. Oĩs itaq; huius generis uita etiã ĩtelligẽtia iu
dicar̃. Sed uitę quidẽ differentias forſan dicere hoies poſſẽt: intelligẽtiarũ uero
nõ dicũt: ſed aiũt alias quidẽ eſſe intelligẽtias: alias uero oio nõ intelligẽtias eẽ:
quoniã nullo mõ q̃d ipſa uita ſit quęrũt. Sed illud prẽterea ſignificandũ. Sermo
nẽ. hũc noſtrũ rurſus uelut ſorte quadã oſtẽdere/ res oẽs cõtẽplationes exiſtere:
Si ergo uita ueriſſima ſecũdũ ipſã intelligẽtiã uita eſt: hæc ãt cũ ueriſſima ĩtelligẽ
tia idẽ eſt/ nimirũ ueriſſima ĩtelligẽtia uiuit. Atq; cõtẽplatio & eiuſmõi contẽpla
men uiuens eſt atq; uita/ & duo hęc ſunt ſimul unũ. Vnũ igit̃ ens ipſa duo. Qua
nã igit̃ rõne unũ hoc eſt multa? Forte quoniã nõ cõtẽplar̃ unum. Nã & quando
unũ intuer̃/ nõ contuer̃ ut unũ: alioq̃n nõ fieret intellectus. Sed incipiens quidẽ
ut unũ nõ ꝑmanet/ ut incepit: ſed dam quodãmõ factus eſt multiplex/ quaſi iam
grauidus: euoluitq; ſeipſũ uolẽs oĩa poſſidere. Cui forſan ſatius extitiſſet/ id mi
nime exoptare. Ex hoc. n. ſecũdus euaſit. Nõ aliter q̃ circulus ſeipſũ explicans fa
ctus eſt & figura & planũ quiddã circũferẽtiaq; & centrũ ac lineę: & alia quidem
ſurſũ/ alia uero deorſũ. Meliora quidẽ unde ꝓcedit exordium: reliqua uero dete
riora. Illud. n. a quo ꝓceſſio fit nõ erat tale/ quale id a quo & in quod ꝓceditur.
Neq; rurſus illud a quo ſimul atq; ĩ quod/ tale erat/ quale ipſũ a quo tantum pro
greſſio incohar̃. Et aliter quidẽ mens/ nõ unius alicuius mens: ſed oĩs. Oĩs uero
exiſtens eſt & oĩum. Oportet igit̃ intellectum tum omnia/ tum oĩum exiſtẽtem
partem quoq; talem habere/ ut unaquæq; omne ſit/ atq; oĩa. Sin minus/ partẽ ali
quã quæ intellectus nõ ſit/ habebit: atq; ex his quę nõ ſunt intellectus/ coacerua
bitur: eritq; fortuitus quidã aceruus/ expectãs ab oĩbus adminiculum/ quo intel
lectus euadat. Quapp & ſic eſt infinitus: ac ſiquid ab eo manat intus/ non cõmi
nuit̃: uel quod ab ipſo eſt/ quoniã id quoq; eſt oĩa: uel ille ex quo ꝓdit intrinſe
cus: quoniã nõ erat ex plurbus compoſitio.

V In primo intellectu est multitudo & est omnia. Principium autem omnium non est omnia: sed sup omnia. Cap. VIII.

Hic igitur talis existit ideoq; non primus: sed esse oportet aliquid ipso superius: cuius gratia supior habitus nobis est sermo: idq; propterea/quoniam multitudo semper est uno posterior. Hic ãt numerus est. Numeri uero principium est unitas: & talis numeri principium/quod ita est unum. Hic utiq; & intellectus est/& itelligibile simul. Itaq; simul est duo. Si ãt duo/oportet aliquid super duo hæc accipere. Sed quidnam hoc est dicendum? nunquid intellectus tantum? At cuilibet intellectui est intelligibile coniugatum. Ac nisi ibi sit coniugatum/nec etiam intellectus erit. Si igitur nec intellectus: sed duo hæc effugerit/ consequens erit/ut quod his duobus est prius/sit intellectu superius. Verum quidnam prohibet hoc esse intelligibile tãtum? Id ipsum uidelicet quoniã & intelligibile coniugatum semper habet & intellectum. Si ergo neq; intellectus neq; intelligibile est/quidnã erit? Illud certe/a quo intellectus & cum intellectu simul intelligibile. Quid hoc igitur/& quale ipsum excogitabimus. Etenim uel intelligẽs aliquid erit/ uel non intelligens. Si intelligens/erit & intellectus. Si nõ intelligens/ seipsum etiam ignorabit: nihilq; esse uidebitur uenerandũ. Nõ. n. si dicamus hoc esse ipsũ bonũ atq; simpliciſſimum: ppea manifestũ aliquid & pspicuũ afferemus: q̃uis uerũ q̃diu non habuerimus/in quo potissimum dum de eo loquimur excogitationis nostrę figamus intuitum. Pręterea cũ cognitio aliorũ per intellectum & intellectu fiat penes illos/uidelicet/q itelligẽs aliquid cognoscere possunt/hoc ipsum naturam intellectus exupans/ quonã intuitu simul collecto p̃cipiet. Respondebimus ad hęc/uidelicet quodam ĩ nobis illius quoad fieri potest p̃simili. Est enim ĩ nobis illius aliquid: uel potius non est in rebus aliquid/ubi nõ sit/quibus ineſt illius p̃cipandi facultas. Profecto ubicunq; admoueris aliquid/quod possit accipere/inde aliquid reportabis. Quẽadmodũ. siqua uox desertum quoddam occupet: uel una cũ deserto etiã hoies. Tũc enĩ in quacunq; parte accõmodaueris aures/uocẽ totam hauries/rursusq; nõ totam. Quidnã igit̃ est quod intellectũ adhibentes accipimus? Forsan uero intellectum oportet uelut a tergo se flectere: & cũ utrinq; uultũ habeat/seipsum a tergo relinquere ac si bonum ipsum sit inspecturus/operam dare/ ne oio sit ĩtellectus: ne ue sit illa quæ intelligunt̃ omnia. Est enim ipse uita prima/quę quidem est actus in quadã discursione p̃ oia. Discursione in q̃ non quæ discurrat quotidie: sed quæ discursum semp impleuerit. Si igit̃ uita est atq; discursio/habetq; oia nõ cõfuse quidẽ: sed exactissime: alioquin si indistincte habuerit/ habebit & imp̃fecte: necesse est illum ab alio depẽdere: quod quidẽ nõ amplius ĩ discursu uerset̃: sed discursionis principium sit. Principiũ uitæ/principiũ mẽtis/atq; cunctorũ. Principiũ nãq; non est oia: sed oia potius a pricipio sunt. Ipsum uero neq; oia est/ neq; aliquid oium: ut omnia generet: neq; sit multitudo: sed pricipiũ multitudinis. Eo nanq; quod genitũ est ubiq; simplicius est quod generat. Itaq; si hoc genuit mentẽ: necessario est mẽte simplicius. Siquis aũt putet/ipsum bonũ esse unũ & omnia: aut erit oia secundũ unũquodq; oium singulatim: uel cũcta sũmatim. Quod si cuncta simul accumulata/oibus posterius erit. Nã si oibus prius extiterit: alia quidẽ erunt oia/aliud uero & ipsum pręter cuncta. Sin aũt simul ipsum atq; oia sint/nõ

erit initium. Oportet tamen ipsum esse principium/& ante oĩa/ut & oĩa sint post ipsum. Sin uero dicaẽ ipsum esse singulatim secũdum oĩum unũquodq;/primo quidem quodlibet cuilibet erit idem: deinde cũcta simul: nec unq̃ ulla discretio. Atq; ita etiã ipsum nihil est oĩum/sed potius sup omnia.

Principium uniuersi est unũ ipsum sup ens: Quod neq; mouẽ: neq; diuidiẽ: neq; multiplicaẽ ullo modo/quãdo ab eo rerum multitudo ꝓcedit Cap. IX.

QVid ergo est?/Profecto potestas omniũ: Quæ quidem nisi eẽt/ neq; cętera forent. Neq; enim intellectus esset/qui prima est oĩsq; uita. Quod enĩ su per uitam extat/uitę causa est. Actus enĩ uitę/qui oĩa est/ nõ est ipsum primum: sed ex principio uelut fonte profundiẽ. Cogita fontem/principiũ aliud nõ habentem: fluminibus uero se totum tradentem: nec tamen fluminibus ullis exhaustum: sed in se quiete manentẽ: flumina uero/ab ipso fluẽtia: ante q̃ aliud alio fluat/adhuc una manentia/& quasi iam cognoscentia: quo ab ipsis fluxuri sint riuuli. Aut cogita arboris ingentis uitã/sese ꝑ totam arborem propagãtem: manente principio/ neq; diuiso ꝑ totam/ sed uelut in radice fundato. Hoc utiq; prębet quidem totã arbori uitam atq; multiplicem. Ipsum uero manet/nequaq̃ multiplicatum: sed multiplicis uitę principium. Neq; mirabile est ita esse. Forte etiam est mirandũ: quomodo multitudo uitę ex nõ multitudine sit: neq; fuisse multitudo possit: nisi ante multitudinẽ fuerit/quod nulla est multitudo. Nam principium in uniuersum nequaquã diuidiẽ. Alioquin si diuidaẽ/ perdeẽ protinus uniuersum. Neq; unquam fuisset factũ/ nisi principium in seipso ꝑmaneat/ sitq; ab hoc toto diuersum. Quapp reductio ubiq; fit in unũ. Et in quolibet quidem unũ est: ad quod reduciẽ. Atq; hoc uniuersum/ in unũ quod ante ipsũ/ nõ simpliciter unũ quoad quis ad ipsũ ꝑueniat simpliciter unũ. Hoc ãt nõ ulterius referẽ ad aliud. Proinde si ipsũ arboris unum. i. principium permanens/ si aĩalis unum/si unum aĩę & unum insuper acceperis uniuersi/accipies ubiq; potentissimum atq; uenerãdum. Sin autem unũ ipsum eorum quæ uere sunt. i. principiũ/ fontẽ/ potestatem acceperis/nũquid diffidemus? Nihilq; existere suspicabimur? Certe nihil horum est/quorum est principium: est & tale/ ut de ipso nihil prædicari queat: nõ ens/nõ essentia/nõ uita: ꝓpea q̃ sup hæc oĩa sit. Sin aũt ipsum esse inde auferẽs/illud apprehenderis: protinus obstupesces. Et dirigẽs te in illud/& assequẽs: atq; ĩ ipsius sedibus cõquiescens uno potissimũ simpliciq; intuitu iam cõspicias. Cõspicatus autem/magnitudinem eius auspicaberis per illa quæ post ipsum sunt/atq; ꝑ ipsum.

Intellectus est inferior bono. Atq; ita ꝑ hũc coniectamus bonũ: sicut per hunc mundum coniicimus intellectum Cap. X.

PRęterea & hac rõne cõsidera: quoniam intellectus est uisus quidam: uisus inquam uidẽs/ideo est quædam ĩ actum iam profecta potẽtia. Erit igitur in eo aliud quidẽ materia/aliud uero forma/ sicut & uisio secũdum actũ. Materia inquam intelligibilis. Siquidem & uisio secũdum actum duplicem hẽt proprietatem. Ante igiẽ q̃ uideret/unũ aliquid erat. Vnum ergo/duo factũ est: &

duo unũ. Viſioni quidem ab obiecto ſenſibili plenitudo & ſua quædã perfectio prouenit. Mentis uero uiſui/bonum eſt id quod implet. Si enim intellectus eſſet ipſum bonũ/quid nam uidere uel oĩo agere oporteret? Alia enĩ circa bonũ & pp ipſum bonũ actionẽ habẽt. Ipſum uero bonũ nullo pẽnitus indiget. Quamobrẽ nihil ipſi erit præter ipſum. Cum ergo bonũ pronũtiaueris/ nihil ultrius addas excogitãdo. Siquid. n. adiunxeris/ſtatim id cui aliquid addidiſti/ſuapte natura declarabis egenum. Iccirco neq; adiungere debes intelligẽtiam: ne ſic adiungas aliquid alienũ: duoq; reddas/intellectum. s. atq; bonũ. Intellectus quidẽ bono: bonum ãt intellectu nõ indiget: Itaq; mens bonũ cõſequẽs/boniformis fit: perficiturq; a bono: dũm uidelicet ſpẽs quæ eſt in mẽte/ procedit a bono: atq; efficit boniformem. Quale uero inſpiciẽ̃ i mẽte ipſius boni ueſtigiũ/ tale quoq; exemplar decet excogitare/exiſtimãtes. s. ueritatem eius p impreſſum i mẽte ueſtigiũ. Hoc itaq; ueſtigium impreſſum eſt intellectui: per quod uideret/& poſſideret. Quapp in intellectu quidem eſt appetitio: eſt ſemper appetẽs: eſt ſemper & cõſequens. Ipſum uero bonũ neq; deſiderat quicquã. Quid enĩ deſideret? Neq; cõſequitur aliquid. Nunquam enĩ deſiderauit. Neq; igitur eſt intellectus. In hoc enĩ eſt appetitio/& quædam ad ipſius ſpẽm applicatio. Intellectus ſane pulcher eſt/ omniũq; pulcherrimus in lumine puro ſplẽdoreq; ſimili cõſtitutus: entiumq; naturam in ſe cõprehendẽs: Cuius quidem noſter hic mũdus pulcher/umbra eſt & imago. Ille uero ſuperior mundus in omni claritate poſitus eſt. Vbi nihil intellectu uacãs/nihil tenebroſum/nihil ĩmoderatum: ſed i ſeipſo beatam agit uitam. Quem ſiquis aſpexerit/protinus obſtupeſcet: pręſertim/ſi quatenus oportet illi ſeipſum inſinuet: Iunſq; illius euadat. Nempe quemadmodũ qui cælum diligentius ſuſpicit/ſtellarumq; ſplendorẽ impenſius cõtuetur: protinus auctorem mundi cogitat/atq; perquirit: ſic oportet & eum qui mundum intelligibilẽ intuetur/ cernit/admiratur/effectorem eius diligẽter inquirere: quis nam ille ſit/qui talem mũdũ intelligibilẽ genuit: uel ubi/uel quomodo talem genuit filium: intellectũ puerum purum atq; formoſum: filium inquam a patre plenum. Iam uero pater ille ſũmus/neq; intellectus eſt: neq; filius aut puer: ſed ĩtellectu pueroq; ſupior. Nã poſt ipſum ĩtellectus & puer/alimonia & intelligẽtia indigens: q & proximus eſt ei/quod nulla re indiget: neq; intelligentia eget. Plenitudinem uero & intelligentiam ueram filius habet/quoniã habet primo. Quod uero ſuperius eſt/neq; indiget/neq; habet. Alioquin ipſum nõ eſſet bonum.

## ARGVMENTVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN LIERVM DE OCTO CONSIDERATIONIBVS.

Propoſitio prima/q̃ mundi auctor ſit intellectus primus/ipſius boni filius.

Anouem pręcipue in hoc libro cõſiderationes apparẽt. Prima eſt de auctore mundi: ubi ſiquis uiam Iamblichi Proculiq; ſequatur/ exponet Timei dictum illud de opifice mundi. s. quot ideas intellectus intelligit in ipſo uiuente/totidẽ ſpẽs cogitauit mundi opifex in mũdo diſponere. Exponet id inquam ita: Tres. s. ſaltem eſſe diuinas ſubſtantias inter principium primũ. i. ipſum bonum atq; mundũ. Quarũ prima ſecũdũ

formam ſuam/eſſentia ſit boni particeps: Ac inſuper uitæ intellectuſq; cauſa. Secunda uero/ſecundum formã ſit uita/particeps quidem eſſentiæ. Intellectus aũt formalis cauſa. Tertia deniq; ꝑ formam ſit intellectus/uitæ quidem particeps/& cauſa mũdi. Primũ nominabit Cęlium: ſecundum uero Saturnũ: tertium deniq; Iouem: Tantoq; ſuperiorẽ Saturno Cęlium/& Ioue Saturnum exiſtimabit/quanto ſupior priorq; eſſẽtia eſt q̃ uita/& uita q̃ intellectus. Eſſe uero eſſentiã ſuperiorem uita/quatenus ampliꝰ ſe diffundit/& uitã: ꝑp ſimilẽ amplitudinẽ eſſe mente ſuperiorem. Dicet itaq; intellectum formalẽ/Iouemq; eſſe ꝓximum mundi fabrum: intellectuales ideas mundanarum rerum ĩ ſe habentẽ.: Quas quidẽ ideas acceperit ab intellectu uitali. s. a Saturno: in quo ideæ ſint intellectuales/& intelligibiles ęque. Quas Saturnus habeat ab intellectu eſſentiali. s. ab ipſo Cęlio: in quo intelligibiles dũtaxat ſint ideę. Sic igiť Timeum interpretabitur. Prouidentia Iouis excogitauit tot ĩ mundo ſpẽs fabricare/quot animaduertit Saturnium intellectum ideas cõtẽplari/in ipſo uiuente. i. in Cęlio: qui eſſentia ſit cauſa uitę. Apud Plotinum uero nõ tres ſubſtantiæ: ſed una tantum ſubſtantia eſt illa quæ nominať eſſẽtia uitaq; prima & intellectus primꝰ. Vita enĩ prima nihil aliud eſt q̃ intimus ꝑpetuusq; uigor & actus eſſentiæ formæq; primæ efficaciſſimæ oĩum ad agẽdum. Primus quoq; intellectus eſt reflexio quædã in ſeipſam uitæ primæ potiſſimum ſecum ipſa cõſtantis. Illam ergo ſubſtãtiam Plotinus apellat intelligibile primũ: Quatenus uiua eſt atq; fęcũda/põtq; in ſeipſa cõcipere intellectũ: cõceptumq; mouere: penituſq; formare. Apellat item hãc ſubſtãtiam intellectũ: quantũ ſpectat ad uitalem eius actiõem a ſe exortam in ſe reflexam. Apellat rurſum cogitatiuũ aliquid quodãmodo. Quoniã ſtatuit/quę uidit intus diſtribuere foras. Proinde putat in ordine rerum exoriri motum ante diuiſiõem: Ideoq; intellectum prorſus ĩmobilem/motu inquã fluente: nõ poſſe ĩ plures intellectus imparticipabiles propagari. Genus ãt aĩæ ſuapte natura mobilis ĩ animas plures multiplicari. Et quoniã genus hoc eſt intelligentiæ particeps: ideo ĩ hoc intellectũ in plures/intellectus participabiles propagari: quatenus genus aĩæ in plures aĩæ ſpẽs propagať. Exiſtimat quoq; intellectũ mundi opificem/aĩam generare: tum ipſam mũdi aĩam: tum reliquas cõmunes ſphęrarũ ſtellarumq; aĩas: tum deniq; particulares aĩas dęmonum/uidelicet atq; hominũ. Et quoniã ad genus animæ tanquã mobile/atq; multiplicabile diſtributio pręcipue pertinet: iccirco uult intellectum illum ędificatorem mundi/ꝑ ipſam mundi aĩam primo creatam: ꝑq; cões aĩas collegas eius diſtributiões ꝑ gradus ſuos mũdanorũ aĩalium ꝓgiſſe.

Propoſitio ſecunda: Quomodo anima põt colligere ſe ĩ proprium intellectum: & ꝑ hunc intellectu formari diuino. Sunt & in hoc Capitulo tres alię propoſitiones. Duæ de anima/& una de Deo.

Hactenus cõſideratio prima: quæ intellectum mundi opificem declarauit. Secunda uero cõſideratio tractat quomodo aĩa in uniuerſum hunc intellectum tranſferre ſe poſſit: uidelicet/ſi aĩa quemadmodũ multiplices ſenſus colligit in unum imaginatiõis ſenſum: ſic imaginatiões inter ſe longe diuerſas in unam colligat cõem regulam rõnis. Deinde uarios rõnis noſtræ diſcurſus ad ſtabilem rediget intelligentiæ normam. Intellectu pro uiribus tota formetur

ſuo: per quem uniuerſo formabitur intellectu totius opifice mundi. Poteſt aũt id in gradibus uitæ fieri. Quãdoquidẽ fit idem ĩ ipſis ſcientiæ gradibus. Propoſitionibus mille conſtat geometria / & a priori poſterior neceſſitate deducitur: Ideoq; ſequẽtes antecedẽtibus cõprehẽdunt̃: Omneſq; cõtinent̃ ĩ prima. Anima quidẽ noſtra ꝑ facultatẽ rõnalem ex potentia tranſferens ſe ĩ actũ / atq; uiciſſim: ſi totam geometriam habet: põt quidem habere propoſitiões oẽs eius potentia quadã atq; habitu: dum aliquã earum habet ĩ actu. Intellectus interea / etiam noſter in qualibet cõſiderata ſecũdũ actũ / cõſiderat ꝑ eundẽ actũ / & poſſidet oẽs. Studendum eſt igit̃ ut rõnalis noſtra facultas ꝓuinibus intellectui ſe cõformet: Quo ĩ ſtatu notiones omẽs ſequẽtes eodem actu / quo & primam cõtueat̃ in prima. In tertia conſideratione Plotinus exiſtimat mundi aĩam / quia ſemel atq; potentiſſime animalem uitæ formam ĩ ſe cõplexa ſit totã: & inde totum corpus / locumq; pẽnitus occupauerit / non poſſe uel in ſe mutare uitæ formam / uel extra ſe corpora ꝓmutare: ſimiliterq; ſe habere putat ſpherarum & ſtellarũ omniũq; cæleſtium aĩas: quoniam uniuerſalem ab initio firmiter ſortitæ ſint prouidentiã. Animas uero particulares / particularem nactas ꝓuidentiæ modũ: quales ſunt dẽmonum plurimum atq; hoium: uiciſſitudine quadã explere quodãmodo perpetuã illam prouidentiã ſupernorũ. Et quatenus ĩ ſeipſis de hac uitæ forma mutantur in aliam: eatenus corpora ſedesq; mutare. Vnde uidenť ad corpus locumq; accedere: mutatione uidelicet prius ĩ ſe facta. At mundi corpus accedere uidetur ad ipſam mundi aĩam. Illa enim ĩ habitu ſuo firmiter ꝓmanẽre: Corpus hoc ab initio ſic affectũ inde uiuificat̃. Sicut ætheris ꝓſpicua regio / ſemꝓ illuminat̃ a Sole. Dicunt̃ autẽ & particulares aĩæ deſcendere quandoq; ab aĩa. s. mundi: Quoniã ab uniuerſali prouidentia formaq; uitę: quã ſimul cũ mundi aĩa quandoq; poſſidẽt: labunt̃ in propriã. Nõ enĩ firmiter poſſederunt. In quarta conſideratione aĩam noſtram in tres diuidit formas. s. intellectualem / & rõnalem / & rõne carẽtẽ. Putatq; aĩam quandoq; totã ad intellectualem ſui tranſferri formã. Atq; tũc habitare cum intellectu diuino: quandoq; illinc in ſe deſcendere. i. in formã rõnalẽ huius aię propriam. Quãdoq; uero hinc in formã rõne deteriorẽ. Vnde ſimulachrum ſui promit: uitam uidelicet cõmunicatam corpori. Cui quidẽ uitę ſubeſtr & ultimũ oium ſimulachrum. i. materia. Quam aĩa ꝓ uegetalem ſui potentiam / ꝓpriua propinquitate ſua format corporea qualitate / certaq; figura. Deinde mox ꝓ hãc affectionẽ quaſi eſcam allicit̃ naturaliter ad uiuificandũ corpus hoc / certo iam modo diſpoſitũ. In quinta cõſideratione ita notabis. Sicut ĩ circulo datur punctum ĩ ſeipſo quod eſt centrũ / & punctũ in toto ambitu & qualibet eius parte / procedẽs ab eo quod ĩ ſeipſo eſt / imo quaſi ipſum uel propagatio eius. Item ſicut eſt unitas ĩ quolibet numero eiuſq; parte fluens ab unitate quadã extra numerum ĩ ſe ſimpliciter cogitata: ſic ĩ tota rerum eſſentia eſt unitas quædã eſſentię fundamentũ / & cuiuſlibet cõſeruatio / procedẽs ab unitate diuina / ſupereſſentiã in ſe manente: atq; ita implente oĩa / quatenus præſentia ubiq; ſua ex ſe procreat unitatem quandã in qualibet re creanda ſupeſſentialem cuiuſlibet eſſentiæ productricem / atq; ſeruatricem. Iam uero quia unitas hæc eſt prędantior q̃ eſſentia / coniicimus hanc ubicunq; eſt / prędentia unitatis diuinę fieri atq; cõſeruari.

De intellectu etiam noſtro / quomodo eſt ſemper in actu.

Sexta consideratio est de anima simul atq; mente/hunc in modum. Natura oculi diaphana. i. tralucida/fit potissimum a natura Solari/& iccirco lumen naturaliter appetit: facileq; implet lumine Solis: similiter diaphana ī cęlo natura proficiscit a cęlesti quodā lumine/secundū ordinem uniuersi antecedente diaphanū. Emananteq; ab intellectuali lumine. Et confestim dum emanat diaphanū producente/productūq; implente. Vnde cęlū fit quasi oculus cęlestis animæ/hoc diaphano simul atq; lumine cūcta prouidētis. Eodem pacto diuina mens suo lumine rōnalē generat aiam/quasi materiā sub illo diaphanā. Implerq; illam perpetuo lumine: Quo aia semp tum seipsam intelligit a mēte illuminatā/ tum mentē semp illuminantē. Id aūt agit perpetuo intellectus noster/aiæ caput. Rationalis uero facultas ad hūc quoq; se habet/quasi uisus ad lumē: nō quidem semp: sed aliquādo rōnaliter intellectū. Quādo igit homo p rōnē quodāmodo seipsum intelligit: si modo pfecte intelligit/agnoscit interea se intelligentē esse: Ergo & intellectualē/qua sic intelligat se habere naturā. Hęc ipsa (ut ita dixerim) intellectualitas/est intelligētia quædā/ nō tam ī motu posita manifesto/q̄ in statu nobis occulto. Quin etiam p rōnalem intelligētiā cōtemplator intelligit in se ipso ante intellectualitatem esse uitā atq; essentiam. Ad quas intellectualitas ipsa posterius accedit/ ut actus: Actus inq̄ ex quadā essentię uitęq; fęcūditate progenitus. Vnde necesse est hāc ipsam essentiā atq; uitam esse in se eminentioré quandam intelligentiā. Probat quidem Plotinus hic aiam ex intelligentia sui noua habere prius æternam sui ipsius intelligentiam: Quæ sit essentia uitaq; fęcunda. Ideoq; habere in se intelligibilia firma actu ibi perpetuo intellecta. Cuius intelligentiæ imago quædam sit discursio rōnis: quādo peruenit ad summū. Vnde & intelligentia nominatur. Nos idem sic aliter cōfirmamus. Tria sunt in ordine rerum ad cognitiōem nostrā puenientia. Singulare quiddam. i. hic homo. Et spēs cōmunicata singulis. i. homo. Item idea hois sup singula. Quoniā uero tria hęc essentiali quodā ordine a priori in posterius dispositā differūt/uires quoq; proprię cognoscentes hęc/similiter inter se differunt. Singulare quidem imaginatio iudicat. Spēm uero cōem singulis ratio colligit & discernit. Ideam āt intellectus agnoscit: quoniā uero idea longius differt a specie extra quam existit/q̄ spēs ab indiuiduo: in quo seruat: ideo intellectus a rōne longius q̄ ratio ab imaginatione distat. Verūtamen intellectus inest aiæ. Alioquin nō posset animus augurari ideas esse p rōnem: nisi ratio id ageret per insitam nobis ab intellectu uirtutem. Et quia ratio singula resoluit ad uniuersale: & corpus ad incorporeū: sine imaginationis nostræ subsidio: imo ea inuita/quę retrahit ad oppositum. Ideo intellectus absq; motu argumētoq; rōnis semp intuet ideas: semp inquam. Nam si nō peruenit ad illas imaginatione argumētationeq; noua/ aut nunquā puenit/ aut semp habet. Merito cū aia sit media inter ęternitatem atq; tempus: essentia enim eius fixa est: & antecellit motum ab ea dependentem. Cōsentaneum est: ut eius essentiæ fixæ/eo ipso signo/quo præcedit motum/ uis actioq; insit prorsus īmobilis/& stabiliter intuens. Quippe cum hic intuitus ab essentia & uirture stabili ad ideam oīo stabilem uergēs/utrinq; stabilitatem sibi uendicet. Sicut ergo ī anima ex eo q̄ sub æternitate est/cōuenit imaginatio mobilis/sic ex eo quod super tempus/competit intellectus īmobiliter agēs. Actus quidem ītellectus omnino immobilis est. Actus autem imaginatiōis oīo mobilis. Actus deniq; rationis est

mixtus: Neq; posset anima esse congruum uniuersi medium / nisi tria hæc in se possideret.

¶ Quomodo Deus est sup motum/ & statum/& cognitionē. Item de eo quod in actu est/& quod in potentia.

Septima consideratio ꝓbat in primo oīum principio nullum esse motum: nedū fluentem: sed nec etiā methaphoricū: qui est actus tendēs ad aliud. Nō enī tendit ī aliud/quod est primum pēnitus atq; ultimū. Probat nec ibi esse statum. s. quietem ad quam tendit motus/oppositā motiōi. Omnino uero nec quiescit ī alio quod nō mouetur ad aliud: neq; proprie quiescit ī se quod est ipsa simplicitas. In ea enī eiusmodi distinctio nulla cadit/ꝑ quā distingui solet quiescēs/ tum a quiete/tum etiā a sede in qua quiescit. Iam uero motus a statu uum habet. Dum a stabilitate motiuæ uirtutis suum seruat tenorem. Status ār ab unitate: Stare enim nihil est aliud q̄ unitatem propriam cōseruare. Vnitas igit̄ ipsa & motum antecedit/& statum. Antecedit igit̄ & actum ītelligentiæ: qui motus quidā est a potentia ītelligendi ad uerū intelligibile tanquā bonū. In omni ergo intelligente/etiam si seipsum intelligat/distinctio talis cōsiderab̄. In primo aūt nulla est absoluta distinctio. Deniq; alia quidem ratio est existētiæ: alia prorsus intelligentię. Nō enī quicquid existit/intelligit. Primo quidem principio existentia cōcedet̄. Si addab̄ intelligentia/tum cōpositio fiet: tum cōstabit existentiā ipsam sibimet ad perfectiōem minime suffeciſſe: quādoquidē intelligentia indiguerit/ ꝑ quā tenderet ad ꝓfectum. In octaua cōsideratione notabis cōditionē actus formalis: potentiæq; formabilis inter se opponi: adeo ut potentia hęc accipiat actū: actus uero qua rōne actus est/potētiā nō recipiat. Vbi ergo actus est solus ut in primo sempiterna res est. Quoniā nulla ibi ad aliam formā potētia latet. Item ubi potentia tota formabilis: translata est in naturā formæ: adeo ut forma illic nullo mō ad naturā potentiæ retrahab̄: res etiā est sempiterna: præsertim quia potentia illic totum hēt actū quantūcūq; pōt cupitq; habere: Quales sunt intellectuales essētiæ: igniſq; cęlestis. Ignis āt sub cælo inter inferiora ꝓfectius ē/ quatenus maxime est ī actu: quod apparet ex efficacia formæ/& ex motu perpetuo: & quoniam nō tolerat mixtionē. Quoniā uero materiā hēt sub actu/nec eo cōtentā/nō est semꝑ. Nona cōsideratione memineris/ipsam intelligētiā nō esse bonū ipsū simpliciter: primū atq; ultimū: Alioquin eēt simpliciter expetēda: Nūc aūt conditione quadā eligib̄. Eligis enī cognoscere: si modo cognoscas bene feliciterq;: & quod tibi tanq̄ bonum sit profuturum. Item ipsum bonū nō habere sui ipsius agnitionem: Tum quia aliud hæc est/aliud ipsum bonum. Tum quia si ante agnitionem sibi sufficit/non est addenda: sin minus/ non erat ipsum bonum. Quo autem pacto Deus neq; cęcus sit/ neq; ignorans: etiam si ei cognitio nō addab̄: sup quā Dionysius quoq; Areopagita eum collocat/in q̄nta sexta ue Enneade oportunius explicabimus.

¶ LIBER ENNEADIS TERTIAE NONVS DE DIVERSIS CONSIDERATIONIBVS AD AVCTOREM MVNDI ET AD IPSVM BONVM PERTINENTIBVS.

¶ Mundi faber est intellectus primus: ideas in seipso cõtemplans considera tionem unam continet

Cap. I.

MEns (ut scribit in Timeo) ideas in eo quod uiuens est/insitas contuetur. Hinc mundi artifex cogitauisse dicit in hoc mũdo includere: quæ mens in eo quod uiuens siue aial est/cõtemplat. Nunquid igitur inquit/iam spẽs esse sup mentem? Easq; iam existentes/mentem inspicere. Principio igitur ipsum quod uiuens uel aial dicit/querendũ est/num forte nõ sit intellectus: sed ab intellectu diuersum. Quod enĩ cõtemplat/est intellectus. Ipsum igit uiuens/ nõ intellectus quidẽ: sed intelligibile potius nominabimus: dicemusq; intellectũ extra se habere quæ cernit. Quocirca simulachra quædã/nõ res ueras habebit: si modo uera illic existunt. Illic enĩ & ueritatem esse ait/ in ipso .s. ente: ubi ipsum unũquodq; regnat. Forsan uero quãuis alterũ sit utrũq;: nõ tamẽ inter se segre gata sunt: sed solũ quatenus aliud hoc est q̃ illud. Deinde nihil ꝓhibet/quantũ pertinet ad id quod dicit/ambo unum existere: solum uero ꝓ intelligentiã inter se diuisa. Siquidem solũ ipsum se habet ut ens: idq; partim quidem itelligibile: partim etiã & intelligẽs. Vbi enĩ dicit/ intellectus intuet ideas/ nõ significat oĩo in alio cõtueri: sed ĩ seipso intelligibile possidere. An forte nihil ꝓhibet/ipsum intelligibile esse etiam intellectum/sed ĩ statu/unitate/quiete: naturã uero intelle ctus inspicientis/intellectũ illum ĩ seipso manentem esse actũ quendã ab illo ma nantem: q̃ suspicit illum. Et dum eum suspicit quasi illum euadere/ intellectũq; illius existere/quatenus intelligit ipsum. Ac dum illum itelligit/ipsum quoq; in tellectum & intelligibile aliter esse/ ꝓpea q̃ imitat. Hoc igitur est quod excogi tat/quæ ibi cernit/in hoc mũdo facere aialium genera quattuor. Videt tamẽ ibi Plato ipsum excogitãtem modo quodã occulto tanquã diuersum a duobus il lis inducere: Aliis uero uidebit/tria hæc unum existere: ipsum quod est uiuẽs/& intellectus/& qui excogitat. An forte sicut in multis/ille proponit aliter: hic ue ro aliter intelligit esse tria. Iam uero duo dicta sunt. At tertiũ quid nã est? Quod deliberauit inspecta ab intellectu spectacula in ipso uiuente posita/opari/facere distribuere. An forte possibile est modo quidẽ alio intellectũ esse distributorẽ/ alio uero modo distributorẽ nõ eẽ mentẽ. Qua .n. rõne ab ipsa mẽte ꝓcedũt q̃ diuidunt/ipsam diuidentem esse: qua uero ipsa permanet indiuisa/quæ uero ab ea sunt/diuiduntur: ipsq; .s. aiq; aiam esse in aias plures distributricẽ. Quãobrem tertii cuiusdam inquit esse partitionẽ: atq; ĩ tertio: cui assignatũ est cogitationis officium: nõ autẽ est mentis officiũ cogitatio: sed munus aiq; partibilem actionẽ habentis ĩ natura partibili.

¶ Tres continet cõsiderationes de anima quomodo ascendat ad Deum/& quomodo descendat ad corpus

Cap. II.

PRoinde sicut tota quẽdã una sciẽtia ĩ propositiones siue notiones singu las distribuit: neq; tamẽ secat/uel in segregatas distrahitur portiones: sed habet unũquodq; ĩ potentia totũ: ubi idem est principiũ atq; finis: sic pro fecto comparare seipsũ oportet/ ut principia sibi insita & fines sint & tota. Atq; oĩa denicq; ĩ ipsum naturæ optimũ redigãtur. Quãdo enĩ unusquisq; hoc ipsum

euaſit/iam illic habitat. Nempe hoc ipſo ſui optimo/quãdo ei ſe iam inſinuauit/ protinus attingit & illud. Vniuerſa quidem aĩa nuſquã facta eſt/ neq; ꝑgreſſa. Neq; enĩ erat quo progredi poſſet: ſed proximum ei corpus effectũ/participauit eam. Ideoq; aĩa nõ eſt ĩ corpore: neq; id Plato uſquã dixit. Sed corpus in aĩã eſt aduectũ. Cęteræ uero aĩæ habent unde ueniant: Ab aĩa enĩ ipſa ueniunt: habent præterea ad quod & deſcendãt/atq; pertranſeant: habent & unde regrediantur. Anima uero totius ſuperiorem ſemꝑ habitat regionem/ ubi quidem ẽſſe ipſius aĩæ fert natura. Quod uero ſubeſt uniuerſum/ita ſubiecta propinquitate uiuifi catur/ſicut perſpicuũ corpus Soli ſubiectum illuminaẽ. Illuſtraẽ quidem particu laris aĩa/cum ad ſuperius cõfugit. Enti enĩ ipſi illic occurrit. Quando uero labiẽ ad inferius/in nõ ens delabiẽ. Id uero agit/quãdo deſcendit in ſemetipſam. Affe ctans enim ſeipſam ex alto ĩ ſe recipe/quod poſt ipſam ſequiẽ/iam facit ſuum/ uidelicet/ſimulachrum: quod & nõ ens apellamus. Quaſi enĩ delabitur ꝑ inane & indeterminata illic euadit. Atq; ſimulachri huius ſimulachrũ indefinitum eſt/ pęnituſq; obſcurũ. Eſt enim rõnalis oĩs intellectualiſq; naturæ pęnitus expers: & ab ipſo ente longiſſime diſtans. Interea uero quaſi ꝑ media domeſticã habitat ſedem. At rurſus inferiora ꝑſpiciens quaſi ſecundo quodã oculorũ iactu/ſimu lachrum format: & hoc opificio delectata intrat in ipſum.

¶ Quinq; habet cõſiderationes de Deo/quomodo eſt ſuꝑ oĩa/ & in omnibus. Et de intellectu ſemꝑ in actu. Et q̃ Deus eſt ſuꝑ intellectum Cap. III.

QVo igitur modo ex uno multitudo prodiẽ?/Quoniam ipſum unũ eſt ubiq;. Neq; enĩ alicubi tantum eſt: neq; ubi non ſit/locus eſt ullus. Implet igitur oĩa. Iam igitur multa. Potius ãt iam oĩa ſpẽsq; oẽs. Si enim ipſum eſſet ubiq; tantum/ipſum eſſet oĩa. At quoniam etiam nuſquam eſt/fiũt quidem per ipſum oĩa/quoniam eſt ubiq;: diuerſa uero ab ipſo/quoniam eſt & nuſquã. Cur nã igitur ipſum nõ ſolum eſt ubique: Sed præterea nuſquam? Nempe quia oportet ſuper omnia unum eſſe. Quamobrem neceſſe eſt ipſum implere & face re cuncta: neq; tamen omnia hęc eſſe quæ facit. Tum uero animam ipſam opor tet quaſi uiſum eſſe: huic aũt uiſibile eſſe mentem. Viſum inquã indeterminatũ ante q̃ uideat. Natum uero ad uidendum atq; intelligendum: talemq; eſſe ut ad mentem materia ſit. Quãdo intelligimus nos ipſos/inſpicimus naturam intelli gentem. Alioquin circa intelligẽtiã mentiremur. Si ergo intelligimus/ipſiq; nos intelligimus/ꝑfecto naturã exiſtentem intellectualẽ intelligimus. Quãobrem ante hãc intelligentiam/altera intelligẽtia eſt/quaſi quieta. Nempe & eſſentiæ in tellectio eſt/& intellectio uitę. Iccirco ante hãc altera quędã eſt eſſentia uidelicet atq; uita. Hæc itaq; nouerũt quotcũq; ſunt actus. Quod ſi intellectus ipſi ſunt actus/ſic in intelligẽdo ſe cõſiſtẽtes/ipſi ueri nos intus intelligibile poſſidemus. Intellectio uero noſtrũ/fert imaginem. Primũ oĩum principium/poteſtas eſt mo tionis & ſtatus. Ideoq; ſuper hæc exiſtit. Quod uero ſecũdum eſt/ quieſcit circa ipſum/atq; moueẽ. Ad ſecũdum aũt pertinet intellectus. Aliud nãq; exiſtens/ad aliud intelligentiã dirigit. Illud uero nõ hẽt intelligentiã. Quod enim eſt intel ligens/duplex iam eſt/ ſeq; ipſum ĩtelligit. Ob idq; etiam eſt egenum: quoniam nõ in ſubſtãtia/ſed ĩ actu intelligẽdi/proprium habet bonum. Cum eo quod in

240

corpus exuere possit/excogitari posse semp extra corpus esse uicturam. Quod & Plato in phedone significat: & Porphyrius/atq; Iamblichus suspicant̃. Sin aũt ut ait Proculus/semp est ĩ aliquo corpore/ poterũt cõsequenter fingi uicissitudines corporũ sempiternæ. Vt aũt cognoscas qũo aĩa tua/ imo prius qũo mundi aĩa suo insinuet̃ corpori/cogita ĩ aĩa mũdi uim intellectualem eius/in sũmo ceu lumen: rõnalem ĩ medio/ut splendorem: uegetalem in infimo/ut calorem. Prete rea circa eius essentiam considera duo. Primũ prout ipsa aliud quiddã est q̃ illa tria. Secundũ ꝑut tribus iam illis est insignita. Iam uero quo momẽto ẽ aliud/ quodãmodo obscura est/& deformis/& frigida. Obscura quidem/nondum habens intelligentię lucem: Deformis item/nondum rõnis splendorem possidens: Frigida deniq;/non adhuc adepta uegetalis naturę fomentũ. Ex hac ergo essentia sic egena cogita ꝑdire primã mundi materiam prorsus egenã/& oĩo tenebrosam/deformemq;/& frigidã. Sed interim ab essentia/quatenus tribus iam illis est insignita/cõtemplare mundi materiã prodeuntem protinus exornari: Per intelligentiam quidem formis pęnitus ꝑmanentibus. Per rõnem uero formis: quę moueantur stabiliter. Per uegetalem deniq; formis/quæ mobiliter moueant̃: Ira tamen ut quæ intelligentia rõneq; procedũt/tam naturaliter inde profluãt q̃ naturaliter quæ uegetali natura nascunt̃. Atq; sic aĩa mũdi prædita/in mũdo formando exemplar præcipuũ (ut Timeus innuit) nõ mobilem & quasi generabilẽ spectat naturã uel rõnem: si modo sit ratio mobilis: sed intellectualẽ potius formã oĩs generationis expertem: siue sit aĩalis intelligẽtia: siue prima. Cogita rursum animã quatenus mobilis est intrinsecus/naturaliter anniti/ut eatenus moueatur extrinsecus: ex hoc ergo nixu materiã iam natam statim longe lateq; protendi. Adeo ut ex aĩæ motu micãte foras/dimẽsio materię sit exorta/simul & mũdi motus. Sic ergo locus inde simul nascit̃/atq; tpũs. Locus quem habitet anima uegetando. Tempus quo locum. i. corpus moueat uegetãdo. In exemplari primum intellectuali destinata est idealiter certa tum mũdi tum mũdanarũ dimẽsio rerũ. Ad quã sane destinationẽ tãta suborta ẽ ad motũ formalis efficacia ĩ uegetali natura: quæ pro mẽsura tali tantã mundo quãtitatem exhibet/tantasq; mundanis/ quãta simul & quãtæ præsignant̃ in ipsa mentis idea. Põt autẽ anima ꝑ essentiã suã tota simul adesse parti cuilibet mũdi tam grandis: Quoniam & tãtus hic est factus/quãtum ipsa processit quę procedẽdo fecit. Et ipsa quidẽ aĩa neq; dimensio est/neq; qualitas extensa dimensiõe: Sed indiuiduũ quiddã/nõ tanq̃ aliquis dimensiõis terminus alicubi in dimẽsione signatus: sed inde solutum ĩ se consistens/extra totũ quãtitatis genus in quodã plus q̃ substãtię genere: Molem totã lõgissimo naturæ uirtutisq; supeminẽs interuallo. Vnde hoc ipso indiuiduo sui totam undiq; molem possidet: neq; totũ possidetur ab ipsa.

Quomodo anima mũdi agit in seipsa: atq; ita naturaliter gignit mundum sic omniformem/sicut omniformis est ipsa.

CAput decimũ docet quẽadmodũ summus aer subest lumini: lumen uero Soli: semp tamẽ simul sunt ab æuo: sic mũdi animã intellectui diuino semper/intellectũ deniq; bono. Item mũdum semp naturaliterq; pululare ex seminaria suæ aĩæ potestate/sicut uiuẽs quodlibet ex semine suo. Hæc enĩ inde

uim euiſmodi nanciſcuntur. Cum uero natura particularis in quolibet uiuente nõ egeat ad motum generatiõemq; cõſilio uel machinis ullis: multo minus his uniuerſalẽ egere naturã. Hãc inſup facere mouereq; oĩa facilitate mirabili. Cum eni ex ea pendeat tota mũdi moles eiuſq; forma/ nihil uſquã ei poſſe reſiſtere: Præſertim quia inde oĩa ſub ſequẽti ſerie ita dependẽt: ut agentia uel leuiſſimo primũ nutu pulſata/mox oĩa moueanť: atq; ad actiõem primi mouẽtis finẽq; cõducãt. Proinde quę nõ uiuunt/foras & ĩ alienam tãtum materiã agũt: in ſeipſis uero torpẽt: Quæ uero uiuunt/agũt etiam ĩ ſeipſis: aguntq; perpetuo. Anima ergo uiuendi principium/mundana præcipue/agit ſemp atq; potiſſimum ĩ ſeipſa. Prout intelligẽria eius: hinc quidem ſuã rõnem format: inde ſuã quoq; naturã. Atqui & ratio naturaliter ſecum ipſa diſcurrit: & oĩa turget: geſtitq; ſeminibus rerum oĩum/etiã corporũ diuinorũ: Ex quo quidẽ intimo rõnaliq; p rõnes rerũ ſeminales motu naſcẽť forma rõnalis mũdi ſimiliter omniformis: forma inquã aĩæ q̃ſimillima. Si enim generãtia quæ ſequunť/ ſibi ſimilia generare cõtendũt: nimirũ uniuerſalis & ꝓximus hic mũdi genitor mũdũ ſibi generat q̃ſimillimũ.

¶ De deſcenſu animæ: Dionyſio: Ioue: Curriculis uitarum: Ordine mundi: Conſonantia uniuerſi Caput. XI.

Hic naturam ipſam. i. uegetalem aĩæ mundanę potentiã apellat Dionyſiũ. Cuius membra ſunt rõnes rerũ ſeminales ĩ ipſa natura. Quæ quidẽ membra quãdo p generationẽ quaſi ꝓcedunt in materiã/hic magis inter ſe diuiſa/iam a Titanibus. i. dęmonibus genituę prefectis diſcerpta uidẽtur. Quaſi membra Oſyridis. i. uiuificæ ꝓuidẽtię dilaniata a Typhone. i. dęmonum genefi corum duce. Animæ igiť in diuino quodã mundo uiuẽtes aliquãdo per imaginationem/quę ĩ eis erat ultimum/ ꝓſpexerunt formas ĩ materia mundi iacentes: quę ſunt imagines Dionyſii/eiuſq; membrorum ĩ materia quaſi ſpeculo. Proſpexerunt uero eas forſan intuẽdo recto quodam aſpectu ĩ naturã: Atq; inde aſpectum ĩ materiam deflectẽdo. Quorſum uero ſe ita cõuertit imaginatio: Illuc ſtatim ratio ſe diuertit ab ĩtellectu. Et utraq; nõ aſpiciẽdo ſolum/ſed amãdo. Amoriam prouincia hæc indiget aſſidua noſtrę rõnis attẽtione. Sed ĩtellectus interea quẽ nõ tangit affectus eiuſmodi/ſe in mundo ſuperiore ſeruauit ĩmotum. Beni gnitas uero Iouis inſtituit curricula tẽporum ĩ hac quidẽ laborioſa uita fore breuia. In uita uero apud ſuperos lõga. Longiſſima tãdem apud ſupremos. Reuertuntur ãt aĩę noſtræ quãdoq; ad aĩæ mũdanæ gradũ. Vbi prouidẽtiam eius publicam cõtemplentur. Et facilitate gubernatiõis propriæ circa corpus tũc ſuũ/& circa ſuã prouinciã imitenť. Præterea mundi aĩa quaſi mundanus Apollo canit quidem ĩ natura. Pulſat ãt in cælo lyram. In natura rõnum oĩum euolutio ſtatutis tẽporibus atq; reuolutio/uniuerſalis eſt concẽtus ex multis cantibus modulisq; compoſitus. In cælo ſimiliter perpetua quædã diſpoſitio ſtellarum atq; motionum ſonus eſt Apollineus/ad perpetuam cãtus illius cõcordiam inſtitutus. Siquis igiť diſpoſitiõem cõtinuam illius cãtus inſpiceret/in ea ſtatim cæleſtes ſonos cõtueretur: & quaſi iam(ut proprie loquar)audiret. Animæ quinetiã noſtrę progreſſiones ſuas tum ĩ deſcenſu/tum ĩ hac habitatione/ tum in aſcenſu quaſi

tripudio cõcordi ſaltantes/cantui mundano ſonoq; coaptant. Cum enim ab eo dem patre proficiſcãtur/a quo & aĩa mundi: eiuſq; germanæ ſint: & prouinciam eius inhabitẽt: Nimirũ ad cantũ ſonũq; illius ipſæ ſaltãt: nõ impulſę qdem inde: ſed uolẽtes: & naturaliter ſimul atq; libẽter ipſæ mundanæ mũdanum ordinem ęmulanẽ. Hinc efficiẽ: ut p cæleſtia progreſſiões humanas/& ſi nõ ubiq; quaſi p cauſas/ſaltem quaſi p ſigna quædam cõiectare quis ualeat. Præſertim qa uniuer ſalis naturæ cęliq; forma exemplari quadam rõne cõtinet quęcũq; gerũtur intra mundum: ſiue ab ea ipſa/ ſiue a ſeipſis/ ſiue quomodoliber aliunde ducantur. Habitãt uero aĩę aliquãdo extra cæleſte corpus: aliquãdo ĩ cęleſti puro: aliquan do ſub cęleſti. Et quatenus aĩa diuerſum intra ſe habitum induit/diuerſam foris induit & figurã. Itaq; aliquãdo ĩ hoiem cæleſtem uenit: aliquãdo ĩ aerium: alias in terrenum: atq; hic rurſum quatenus minus magis ue inde degenerat/in homi nem uenit uel diuinum/uel humanum/uel quaſi fennum. Nempe ita nos Ploti ni uerba emẽdare ſolemus: Nam rõnalem aĩam bouini corporis/uel ſuilli formã aliquãdo fieri a Platonicis nõ eſt receptum. Neq; etiam ab ipſo Plotino cõceden dum erat: cum propoſuiſſet mutatiõem ĩ aĩa ab imaginatiõe principiũ habuiſſe: quę in eſſẽtia ſpẽm mutare nõ põt. Tot quidẽ intellectus ĩ humana ſpecie eſſe quot ſunt & aĩę/receptum eſt. Intellectum uero noſtrum ĩ diuinis reſtare fęlicẽ/ dum rõnalis potẽtia quaſi ad terrã præcipitata ſit miſerrima: Ab Iamblicho qdẽ nõ uidetur pęnitus diſſidere. A Porphyrio tamẽ Plotini diſcipulo ſpretum eſt: A Proculo reprobatum/dicẽte tantã fore potentiã beatiſſimæ apud Deum men tis: ut uim ſibi cõtiguam/& ſimilliimã rõnem ſit interim retẽtura/quatenus ipſa minime declinauerit. Et ĩ hac uita nos minime peccaturos. Neq; cõſentire uideẽ ſtomachum infirmiſſimum fore q̃diu firmiſſimum iecur extiterit. Subdit Por phyrius/caſum animæ nõ ab imaginatione uel natura/ ſed ab intellectu cępiſſe. Nõ enim trahi ab inferioribus ſuperiora: ſed uim illam ſuperiorẽ agere p menſu ra quadã uirtutis ſuę. Itaq; intentiõem agendi quãdoq; ĩ ea remitti: atq; eatenus intendi uirtutis inferioris actum. i. imaginatiõis atq; naturę/cũ aĩa undiq; ociari nõ poſſit. Contra uero remitti rurſum inferiorũ actus/quãdo ſuperiorũ actus in tendiẽ. Vbi uero. d. intellectum agere p mẽſura uirtutis ſuæ/ſic emendãdus ẽ: ut quãdo intellectus apud Deum eſt beatus/agat nõ tam uirtute ſua q̃ diuina/ſub cuius forma iam agit. Itaq; aĩam ſemel ita beatam putandum eſt nunquã inde diſceſſurã. Cætera illi uiderint. Nobis uero ſat fuerit narrauiſſe: Id potius proba turis: quod Theologi noſtri potiſſimũ comprobauerint.

¶ Lex: Iudicium: Iuſtitia uniuerſi ducit intrinſecus animos tum ſponte/tum neceſſitate ad ſuum quenq; terminum

## Caput. XII.

Sicut aliquis lactucam porrigẽs allicit anſerem p exteriorẽ ſenſum: ita Ma gus ſenſum interiorem allicit p nõnulla/ſenſus interioris amica: Atq; ita libens hic moueẽ/ſicut & anſer. Ita rurſus diuina prouidẽtia uoluntatem omnẽq; affectũ animi ad terminũ trahit ſibi cõuenientem: uidelicet/ per affectio nem certam ĩ aĩo ſecundũ actiões ſuas & electiones iam cõceptã. Qua & ita uo lens/& tam uehementer ad terminũ iuſtũ ferẽ/ſortẽq; cõpetẽtem: quemadmodũ aliquis dam Magia raptus. Mouet enim Deus aĩam nõ ſolũ interius q̃ ars: ſed

etiam q̃ natura: Atq; certis temporibus/sicut natura solet. Animæ igit̃ ab initio sponte sua agentes: & sic agendo factæ tales: Demũ statutis a Deo temporibus nõ solum sponte: sed etiam necessitate legis intimæ/ad sortem decretã iuste pueniunt. Est aũt in uniuerso Lex/Iudicium/Iustitia. Lex quidem in mente diuina: ipsa.s.rerum oĩum dispositio. Iudicium ĩ mente aĩę mundi/ad Diuinæ legis normam singula decernente. Iustitia ĩ uoluntate eiusdem ita uolente/ & ita singula exequente/sicut iam est iudicatum. Animas ergo transfert/impuras quidẽ deorsum/per impuritatẽ suã illuc inclinantem: quemadmodũ natura uniuersalis mouet ad centrum grauia per propriã grauitatẽ: Puras aũt sursum uicissim ꝑ puritatem suam/eodem quoq; uergẽtem/ sicut & natura leuia sursum per propriã leuitatem. Hac interim summula licet interpretari quæ Orpheus ĩ tribus hymnis canit de Lege/Iudicio/Iustitia Dei: & quę Plato in quarto legum imitatus Orpheũ de lege diuina iudicioq; definit.

## De cõnexione huius mundi ad superiorem/& Prometheo statuisq; loquentibus Caput.XIII.

Mundanæ sphęræ intimas habẽt aĩas: & propria hinc imprimis uitalia dona. Per quas quidẽ aĩas/ ꝑq; animales dotes/uelut per media quædã/sortiunt̃ intellectualia quædã dona cõsequenter ab intellectibus indiuiduis suarũ ducibus animarũ. Per quos insuꝑ nõnulla etiã diuina munera nanciscunt̃ ab ipsis diuinæ mentis ideis: quibus( ut Plotinus putat & Iamblichus )insepabiliter coniuncti sunt intellectus: ut nõ mirũ sit/diuinũ mundũ illum mundo huic undiq; esse prorsus infusum. Post hæc aĩaduertes naturalẽ quandã ꝓuidẽtiam in uitali aĩę mundi parte regnantẽ sub Promethei cognomẽto: ex luto.i.materia prima statuas.i.res naturales effingere. Atq; esse huic opificio partim quidẽ alligatam/partim quoq; solubilẽ: nec eẽ hic Epymetheo.i.temeritati locum. Item rebus naturalibus non solũ uires aĩales inesse: sed dotes etiã quasdã intellectuales atq; diuinas/ & oĩa numina huic opificio aliquid ex se cõferre: Opificio inquã nõ uniuerso tantũ: sed etiam unicuiq;. Alludit inter hæc Plotinus statuæ fictilis uocẽ nactę mentione ad magos pręcipue illos/qui loquẽtes statuas cõstruebãt. In quibus nec proprie quidẽ ullæ statuarum aĩæ/nec sidera loquebãtur: Sed dęmones ab eodem sidere ducti: sub cuius imperio statuæ fingebant̃. Arbitror etiã in puero illo Regis filio/quo die natus est locuto/ut testat̃ Aly: q & interfuisse se.d.nõ cõiunctiõem planetarũ quattuor in eius horoscopo cõcurrentiũ formauisse uerba: nec etiã infantis aĩam uerba uaticiniũq; fecisse de paterni regni calamitate paulo post secuta: sed dęmonẽ potius illic fuisse locutũ: Dęmonem inq̃ Mercurialẽ. Nã in octauo librę gradu horoscopo/q & terminus ẽ Mercurii/Mercurius ipse cũ Venere Ioueq; & Marte fert̃ fuisse cõiunctus. Sed nõ licet ulterius in præsentia digredi. Immo neq; licet tenorem ab initio librorũ exponẽdorum hactenus cõtinuatũ ultra seruare. Si.n.lõga similiter argumẽta/ĩmo & cõmẽtaria seorsumq; ab ipsis Plotini capitibus disposita ꝓsequamur/& confusa continget interpretatio/& opus excrescet ĩmensum. Satis euagati sumus. Satis multa iam diximus. Sat igit̃ erit deinceps breues quasdam annotationes/ ut in Theophrasto fecimus/Plotini capitibus interserere.

# LIBER DE DVBIIS ANIMAE PRIMVS QVARTAE ENNEADIS TERTIVS.

## Quã necessaria sit cõsideratio de anima: & qũo aliqui suspicañ nos uiuere dũtaxat ex uita mundi

Cap. I.

OPerepretium est cõsiderare utrum oẽs de aĩa dubitationes soluen dę sint: an potius in dubitationibus ipsis lucrũ nobis sit collocan dum. Nulla ꝑfecto res est/de qua diligẽtius & diutius inuestigare tractareq; q̃ de aĩa debeamus. Cum ob alia multa/tum etiam quia ad utraq; cognoscẽda cõducit. s. tam ad ea quorũ est ipsa principium/q̃ ad illa ex quibus efficit̃. Sic ergo parebimus Deo præcipienti: cognosce teipsum. Præterea cum cætera oĩa pscrutari inuenireq; studeamus/merito quid nam sit hic in nobis inuestigator/imprimis inuestigabimus. Pręsertim cum id ipsum/quod in ipsis cõtẽplationis spectaminibus amabile iocundũq; est/consequi exoptemus. Est enĩ & in uniuerso intellectu ipsum geminũ. Quapp rõnabiliter in particulari bus intellectibus hoc quidẽ ita magis/illud uero aliter se potius hẽt. Consideran dum insup erit: qũo Deorũ susceptacula fiãt. Verum id quidem oportunius indagabimus; postq̃ quo pacto aĩa sit ĩ corpore/quæsiuerimus. Nũc uero iterũ ad illos regrediamur: qui aiunt nostras quoq; animas ex ipsa uniuersi aĩa esse. Forte enim nobis obiicient/nõ esse sufficiẽs argumẽtum/quo minus nostræ sint partes illius/quod dicit̃ aĩas nostras eousq; procedere/quousq; aĩa mũdi se fundit: quod ue tradit̃ intellectuales dores habere ꝑsimiles: etiam si id illi concesserint: Esse nanq; dicẽt partes toti plerũq; cõformes. Afferent præterea Platonem ipsum ĩ mediũ/quasi id opinantẽ/ubi probãs aĩarũ esse mũdũ/inquit. Quemadmodum corpus nostrum pars est corporis uniuersi: sic & animam nostram esse totius animæ partẽ. Item quod dicitur/& euidenter ostenditur/ sequi nos totius mundi circuitum: & inde mores fortunasq; habere. Rursus nos intra mundum genitos/merito ab ipso cõtinente aĩam nostrã accipe. Præterea quemadmodũ unaquæq; pars nostri a nostra aĩa suscipit: ita & nos simili rõne cum simus partes ad totum/ab ipsa totius aĩa tanq̃ partes accipe. Postremo quod scribit̃/oĩs aĩa totius inanimati curã hẽt/ idem prorsus significare: quasi præter ipsam mundi aĩam nihil usquã aĩæ relinquat̃. Hęc enĩ est quæ totũ curat inanimatũ.

## Nõ põt anima mundi in plures diuidi partes/sicut corpora uel dimensiones & numeri/& corporum qualitates

Cap. II.

ADhæc igitur id primo dicendũ: qꝫ illi ponẽtes aĩas esse cõformes: ꝓpea qꝫ eadem attingere cõcedãtur: interim idem cõmune genus admittẽtes/clam efficiunt/ut aliæ aĩæ nõ sint partes unius: sed ꝓbabilius inferrẽt unam eandemq; esse: & quãlibet uniuersam existere. Vnam uero efficiẽtes ad aliud quiddam redigẽt. Quod quidem nõ huius amplius uel illius/ sed nullius ipsum existens siue mũdi/siue alterius/ipsũ quidẽ agit qcqd & mũdi & cuiuslibet aĩati uita facere iudicat̃. Recte nãq; se habere uidet̃ nõ omnẽ aĩam alicuius esse/quippe cum essentia sit: sed extare aliquã/quæ nullius prorsus existat. Eas uero quęcũq; alicuius esse dicũtur/fieri aliquãdo secũdum accidẽs. i. alicuius euadere. Forsan

uero ī his accipiēdum planius quomodo pars dicat̄/modū quidem partium in corporibus apparētem/ siue uniforme sit corpus/siue difforme/dimittere decet: illud duntaxat significantes: Quādo ī corporibus cōsimilium partium pars no minat̄: secundū molē/nō secundum spēm esse partē: sicut in albedine possumus iudicare. Albedo.n.quę est in parte lactis/nō est pars albedinis quæ ī toto lacte: sed partis quidem est albedo: nō autē pars est albedinis. Siquidē albedo nō est quātum aliquid: sed p se oīo magnitudine carēs. Et id quidem ita se habeat. At quādo in rebus quæ nō sunt corpora/partē dicimus/uel ita ut in numeris accipimus partē: sicut binarius dicit̄ pars denarii. Sit aūt ī numeris rātū puris id dictū. Vel sicut circuli & lineę pars dici solet: uel tanq̄ propositio siue notio dici pars scientiæ cōsueuit. In unitatibus quidē atq; figuris necessarium est quemadmodū & in corporibus/minui tum totum ipsa per partes diuisione/tum minores toto partes singulas esse. Hæc enī cum sint quāta: & suū esse in ipso quāto possideāt/ nō idem quātum existentia/necessario maiora fiunt atq; minora. Hac certe con ditione pars ī anima dici nō pōt. Non enim ī ea ita quātum est/ut tota quidē sit ceu denarius/pars uero ut unitas. Contingēt profecto & alia absurda pmulta: & proculdubio decem nō sunt aliquid unum. Pręterea uel unaquęq; unitatum erit aīa: uel aīa ipsa ex cunctis inanimatis cōstituetur. Accedit ad hæc q̄ pars totius aīę concessa est uniformis existere. At in cōtinuo nō necessarium est/partem esse talem: quale existit & totum: sicut circuli uel trianguli partes. Aut certe nō omēs particulæ similes sunt/in quibus licet partem accipere: ceu triangulos in triangulis. Sed in his accidit per uaria pmutatio. Animā uero uniformem esse fatentur. Item in linea pars quidem hēt/ut linea sit: sed hic quoq; magnitudine differt. Verum in anima/si differētia magnitudine summit̄/partialis uidelicet animæ ad totam animā/quātum quiddā erit & corpus. Quippe cum differētiā ipsam qua est anima/a quāto susceperit. At oēs cōcessæ sunt esse similes atq; totę. Constat pręterea neq; ita ēe diuisam/ut magnitudines diuidunt̄: neq; illi etiā totā secari in partes cōfiterent̄. Alioquin totā ispam sunt funditus pdituri. Et siqua ab initio fuerat uniuersa: iam nomē erit solum. Ceu siquis uino ī multa distributo: quod singulatim est in poculo uini totius dixerit esse partem. Sed nunquid ita pars in aīa summit̄: sicut propositio quędā pars totius scientiæ nuncupat̄? Ipsa quidem scientia tota nihilominus integra permanēte: partitione uero sic se habente uelut prolatio quædā actusq; cuiusq;. In hac quidem re/unūquodq; totam ī potentia scientiā habet. Hæc uero nihilominus est interea tota. Quod si hoc pacto pars in aīa & uniuersa & cæteris censeat̄/profecto aīa uniuersa/cuius partes aliæ sunt eiusmodi/nō erit alicuius aīa: sed penes se ipsa cōsistet: Neq; igit̄ erit aīa mundi. Sed hęc quoq; erit quędā earū quę in pte ponunt̄. Partes ergo oēs unius unifor mes pęnitus existētes. At qūo hęc q̄dē mundi aīa: illa uero partiū mūdanarum?

## ¶ Non licet fingere esse unicā tantū in cunctis hominibus mūdi animā: sicut dicimus in cūctis hois unius membris esse unā hois animā Cap. III.

Sed nunq̄d ita partes hic accipiēdæ sunt/ ac siquis ī uno quodā animali dicat animā/quę est in digito/pte esse totius aīę quę est in toto aīali. At uero hic sermo uel nullam efficit aīam extra corpus esse/ uel omnem

non in corpore/ ſed extra corpus mundi illam quæ mundi anima dicitur. Con
ſideratione quidem id dignum eſt. Sed impræſentia quaſi ꝑ imaginem eſt agen
dum. Si enī totius aīa omnibus particularibus ſeipſam præbeat animātibus: atq;
ita quælibet. s. aīa pars dicaī: nam ſi diuiſa eēt/ nequaq̄ unicuiq; ſe præberet/ ꝑfe
cto eadē ubiq; tota erit: una inq̄ & eadem in multis ſimul exiſtēs. Sic aūt nequaq̄
obtinereī aliam quidē animā eſſe totā/ aliam uero partē: in his preſertim quibus
eadē adſit potētia: quandoquidē & ubi aliud alteri officiū eſt/ aliud uero alteri/
uelut oculis atq; auribus/ nō aliā aīæ partem oculo/ aliā auribus adeſſe dicendū.
Nam aliorū eſt diuiſio talis: ſed prorſus eandem: quāuis alia in utriſq; potentia
ſe exerceat. Sunt. n. in utriſq; oēs: ſed ꝑpea q̄ differētia ſunt inſtrumēta/ differen
tes quoq; apprehenſiōes fieri eſt putādū. Omnes tamē ſpērum eſſe: atq; in ſpēm
redigi oīo potentem/ formari ꝑ omnia. Patet uero hoc ex eo etiā q̄ neceſſarium
ſit omnia in unū deniq; ꝓuenire. Naturā uero inſtrumentorū/ ꝑ quæ ꝓueniī/ con
ſtat nō poſſe cūcta ſuſcipe. Et paſſiōes quidem inſtrumētis fieri differentes. Iudi
cium uero ab uno eodemq; agi uelut iudice tum quę dicunī/ tum quæ aguntur
pariter aduertente. Verum quod unū ubiq;/ dictū eſt indifferentibus etiā actioni
bus. Quod ſi uelut ſenſus dūtaxat ibi ſint/ nō licet unūquodq; ipſorū itelligere:
ſed potius illā. Si aūt ꝓpria intelligentia ſit/ nimirum quælibet in ſeipſa cōſiſtit.
Quādo uero & rōnalis ſit anima: atq; ita rōnalis dicaī ut tota: Quod dicīī pars/
nō pars quidem totius/ imo idem ent oīo.

Cōfirmanī ſuperiora: & doceī qūo fiat diſtinctio in intellectu: & qūo debeat
in aīa fieri: & qūo aliq fingāt diſtingui ad tpūs aīas/ iterūq; cōfundi Cap. IIII.

Quid ergo dicēdum erit: ſi modo ita ſit una/ quādo quiſpiā hinc nos ꝓcon
tabīī: primo quidem dubitās/ nunquid ita poſſit eſſe ſimul in oībus unū:
Deinde quādo anima in corpore ſit/ qūo & alia ſit extra corpus. Forte. n.
cōſequens erit/ omnem ī corpore ſemp eſſe: preſertim aīam uniuerſi. Nō enī ſicut
noſtra corpus relinquere dicīī: & ſi nōnulli aiunt hoc quidem derelicturā: nō ta
men oīo extra corpus fore. At ſi oīo extra corpus erit/ quo nā pacto hæc quidē
deſeret: hæc uero nequaq̄: cum ſit eadem? In ipſo quidem intellectu qui alterita
te diſtinguitur in ſeipſo/ ſecundum partes preципue inter ſe/ ſimul tamen exiſten
tes ſemp/ ſiquidē eſſentia ipſa impartibilis eſt/ nulla unq̄ talis incidet dubitatio.
At uero in aīa/ quę circa corpora dicīī eſſe partibilis/ hoc ipſum quod dicīī unū
eſſe oēs/ multis nos dubitationibus implicat. Niſi quis ipſum quidē unum in ſe
ipſo firmauerit/ in corpus minime decidēs: deinde oēs ab illo tam totius animā
q̄ alias uſq; ad certū quiddā uelut ſimul exiſtētes: atq; unā ex eo q̄ nullius pro
prii fiāt/ eſſe dixerit. Terminis uero ſuis ſuſpenſas ſimulq; cōſpirantes penes ſu
perna/ interim huc & illuc dirigere ſe atq; porrigere: inſtar luminis: quod quidē
in terra iam ē ꝑ domicilia diſtributū/ neq; tamē a ſeipſo diſiunctū: ſed ē nihilomi
nus unum. Et animā uniuerſi ſemp ſupeminere: ꝓpea q̄ nō accidat ei deſcenſio
neq; degeneratio ad inferius/ neq; conuerſio ad ſequentia. Noſtras uero minus
excellere: ex eo q̄ certa pars eis ī mūdo ſit aſſignata: & ad inferiora ſe flectāt ob
naturā corporis cura & ſollicitudine indigentē. Iam uero mundi aīa ꝑ infimam
eius partem ſimilis eſt ingentis arboris aīę. Quę ſine labore atque ſollicitudine

gubernat plantam. Infimum uero animæ noſtræ ita ſe habet/uelut ſi in putrefacta arboris parte puſilla quædã aialia generent. Sic.n. ſe hẽt animatũ corpus in uniuerſo. Alia uero aia cõformis ſublimi parti animæ uniuerſi ita ſe habet/uelut ſiquis agricola aialibus in planta genitis curãdis incũbat: & ĩ planta colenda ſolicitet. Aut forte ſiquis dicat/ſanũ quidem hoiem & cũ aliis ſanis cõcurrentem eſſe penes illa/quibus ſeipſum uel agẽdis uel ſpeculãdis addixerit. Aegrotãtem uero & in curãdo corpore occupatũ/dicat penes corpus ipſum eſſe/& iam ipſius corporis eſſe factum.

¶ Qũo intellectus humani ꝓfluãt ab intellectu diuino inter ſe diſtincti/atq; ita ꝓmaneãt: ac totidẽ in ſeipſis/& quaſi ſub ſe naturas cõcipiãt aiales Cap. V.

SEd qua nam ulterius rõne hęc quidem tua eſt: Hęc uero huius: illa deniq; erit illius. An forſan huius quidem eſt ſecũdun ipſius infimũ: non ãt huius/ſed illius potius per ſupremũ? At uero ſic Socrates quidem erit: quando ĩ corpore ipſa Socratis aia fuerit. Interibit ãt quãdo maxime erit in optimo: Sed certe entium nullum perit: Quãdoquidem & intellectus ibi non pereunt: quoniã nõ ſunt cõditione corporea ĩ unũ ſecti: ſed ibi permanet unũquodq; in alteritate/ſeruãs ipſum idem: quod ipſius eſt eſſe. Sic itaq; deinceps & animę ſuſpenſæ illinc/ſecũdũ quenlibet intellectum & rõnes quædã intellectuum exiſtentes magiſq; explicatæ q̃ illi/quaſi iam multum quiddã ex pauco factæ/& contiguæ pauco/impartibiliori illorum cuilibet diuidi iam uelle uidenť: neq; tamen ad ſummũ partitiõis ꝓgredi poſſe. Seruãtes.n. ipſum idem ſimul & alterum/manet unaquęq; unum: & ſimul unum cunctę. Dictum ꝓfecto iam eſt/quãtum ſpectat ad diſputatiõis ſummã/omnes animas ex una deduci: ex una inq̃ multas eodem tenore cum intellectu/ diuiſas eodem ordine/atq; etiã nõ diuiſas. Atqui ratio una mentis eſt aia illa quæ ꝓmanet: & ab ipſa rõnes partiales imaterialesq; ſicut & ibi.

¶ De differentiis aiarũ/quatenus magis minus ue conuertunť ad intellectũ tam uniuerſalẽ q̃ ꝓticularẽ. Et quatenus ad uniuerſũ uel ad uniuerſi ꝓtem Cap. VI.

SEd cur nam aia quidem mundi/quæ conformis dicit eſſe cum aliis/fecit mundum: Anima uero unuſcuiuſq; nequaq̃: Præſertim cum & quælibet in ſe oia complectať? Poſſe nãq; in multis eſſe ſimul/iamq; exiſtere/dictũ eſt. Nunc uero illud eſt declarandum. Forte enim & qũo idem in alio atq; alio partim quidẽ hoc/partim uero illud aut agit/aut patiť/aut ad utrunq; ſe habet/ex his cognoſceť. Forſan uero ſecundũ hoc ipſum cõſiderare ſatius eſt/quo nã pacto & quã ob cãm illa fecit mũdum. Aliæ uero partẽ aliquã mũdi gubernãt. Forte nihil mirum uideri debet/hoies eadẽ ſciẽtia ꝓditos/alios qdẽ pluribus/alios uero paucioribus dominari. Quæret forte quiſpiã/quã ob cãm res ita ſe hẽat. Reſpõdebit & aliquis/eſſe maiorẽ quoq; differẽtiam aiarum: quatenus hęc quidẽ nõ diſceſſit ab uniuerſa: ſed ibi cõquieſcens corpus circa ſe cõtinuit: Aliæ uero corpore iam facto/& iam exorſa/dominanteq; earum ſorore aia gradatim nactę ſũt ſortes: quaſi illa iam his parauerit domicilia. Neq; deeſt alia differẽtia: per quã hæc quidẽ uniuerſum ſuſpiciat intellectũ. Aliæ uero particulares potius

intellectus uidelicet unaquęq; ſuũ. Forſan uero hæ quoq; facere totũ poſſẽt. Ve rũ cũ illa iã fecerit/nõ dar̃ ulterius his facultas/poſtq̃ illa primũ iecerit fũdamen ta. Sed eodẽ mõ quiuis ãbigeret/ ſi ſorte quæuis alia primo fabricauiſſet. Satius aũt eſt dicere pręcipuã aię principali ob id potentiã & fabricã cõuenire: q̃ magis ſupnis adhęreat. Animabus.n. illic attẽtius incũbentibus potẽtia maior exorir̃: Cõſeruantes.n. ſeipſas ĩ tuto illic fundamẽto/facillime facũt: potẽtię nãq; maio ris ẽ/nõ pati ĩ his quæ facit: ꝓmanet uero poteſtas ex alto. Manẽs itaq; ĩ ſeipſa/ facit iam cõſequenter aliis accedẽtibus. Aliæ aũt quę acceſſerunt uel proceſſerũt/ in profundũ deceſſiſſe uidentur. Forte quod in eis plurimũ eſt deorſũ tractum/ ſecũ traxit & illas/adeo ut ꝑ cogitationes etiã deſcendiſſe iã uideanr̃. Quod enĩ in Timeo dicit̃ de ſecundo tertioq; ordine aĩarum/exponendũ eſt/ alias q̃dẽ ſu pernis ꝓpius inhęrere/alias uero diſcedere longius: quẽadmodũ & apud nos ac cidit. Nõ enĩ quęlibet aię ſimiliter ad ſupna ſe habẽt: ſed aliæ q̃dẽ ſupis uniunr̃: alię uero deſiderio ꝓpe accedũt: alię deniq; minus id aſſequunr̃: quatenus eiſdẽ uiribus nõ utunr̃. Sed hæ potentia utunr̃ prima: iſtę ſecunda/illę deniq; tertia: cũ tamen uires omnes unaquæq; poſſideat.

¶ Reſpõſiones ad dubia ꝓbãtes q̃ aię noſtrę nõ ſunt ex aĩa mũdi Cap. VII.

Ode his dictum ſit hactenus. Quod aũt ĩ Philebo dictũ ſuſpitionem indu cit/ne forte animæ omnes ſint mundanę aĩæ partes/non id quidem ſibi uult quod aliquis opinar̃: Sed quod tũc ei potiſſimũ conducebat. s. ani matũ eſſe mũdũ. Hoc enĩ cõprobare ſtudens inquit/abſurdũ eſſe/cęlũ inaĩatũ di cere: cũ nos qui corpus mũdani corporis partẽ habemus/aĩam hẽamus. Quo. n. pacto pars aĩam habuiſſet/ſi totũ eſſet inaĩatum? Sentẽtia uero Platonis liquet potiſſimũ in Timeo: ubi facta iam aĩa mũdi deiceps alię oriunr̃ in eadem patera: qua & illa cõmixtæ: eiq; conformes. Differentiam uero illarum per ſecundos ter tioſq; gradus aſſignat. Quod autem in Phedro dicitur/oẽm aĩam totius inaĩati curam habere: quid mirum? Nam quid aliud corporis naturam gubernat/format ordinat/facit/niſi aĩa? Neq; dicendũ eſt hãc quidẽ naturaliter id facere poſſe: illã uero nequaquã. Vnde ſubdit. Perfecta igitr̃ exiſtẽs aĩa ipſa. s. uniuerſi elata ſubli mius: neq; imerſa/ſed(ut ita dixerim ) ſupnatãs agit ĩ mundũ: & quęcũq; ꝓfecta ſit/ſimiliter diſpẽſabit. Præterea ubi aĩam fractis pennis quaſi ruentẽ inducit/eui denter eiuſmõi aĩam aſſerit ab aĩa mũdi eſſe diuerſã. Proĩde quod adductũ fuit/ aĩas ſequi circuitũ uniuerſi/moreſq; inde ducere/ & ĩde pati: nullo mõ ſignificat noſtras aĩas eſſe ꝓtes. Põt. n. aĩa ex natura locorũ aquarũq; & aeris/multa cęlitus ĩminenna ꝓpulſare. Habitatio quoq; & urbana cõſuetudo cõplexiõeſq; corporũ cęleſtibus reſiſtũt ĩfluxibus. Ac ſi dixerimus nos ĩcluſos ĩ uniuerſo hẽre aliq̃d a mũdi aĩa uitæ/ & a cæleſti circuitu pati/iduximus tamẽ ecõtra/aĩam quoq; alterã his oĩbus reſiſtẽtẽ: ipſaq; reſiſtẽtia ſe eſſe alterã manifeſte mõſtrantẽ. Ad id uero quod dicit̃/nos ĩtra mũdũ genitos eſſe/reſpõdemus ſimiliter/ĩ aluo materno fę tum aliã habere aĩam q̃ maternã. s. aĩam/quę ingredir̃ aliunde.

¶ Qũo aĩæ differant: & qũo ſint ĩmortales in ꝓpria forma reſtantes. Et qũo aĩa mundi ad uitam oĩbus conferat Cap. VIII.

a Tq; hæc quidem ita nobis ſoluta ſ̄præſentia fuerint. Præterea hoc ipſ̄ũ quod animæ inter ſe compatiantur/ rationes noſtras impedire non debet. Nempe cum ex eadem omnes/ ex qua mundi anima profluant: mirum compatiuntur & inuicem. Iam uero dictum eſt/tum unam eſſe/ tum multas. Dictum quoq; de differẽtia partis ad totum. Dictum denique de animæ differentia. Et nunc ſummatim quoq; dicatur. Dicimus itaq; pr̨eter corporeas differentias animas inter ſe differre/tum in moribus maxime/ tum in cogitationis officiis: etiam ex præcedentibus uitę alterius inſtitutis. Nam in Republi. ſcribitur a Platone/ſecundum uitas antecedẽtes ab animabus ſequentes eligi uitas. Siq; autem omnino animę ipſius naturam conſideret: hic quoq; poſuit differentias/ ubi gradus ſecundos tertioſq; diſpoſuit. Pr̨eterea dictũ eſt/omnes animas eſſe omnia/ſecundum uero quod operatur ī ipſa/quâlibet eſſe: hoc autem eſt/aliam quidẽ in actiõe unin: Aliã in cognitiõe: Aliam appetitu. Atq; inſup ex eo differe/quod alia alię intuenť/& quæ intuenť/eadẽ ſunt & fiũt. Plenũ quoq; munus atq; perfectum conuenit animabus: neq; tamen omnibus idem: ſed ita ſe habẽt: ac ſi uniuerſa earum coordinatio uaria eſſe dicatur. Vna enim eſt ratio uniuerſa/ multiplex/atque uaria/uelut animal aliquod animale atq; multiforme. Quod ſi ita eſt/& coordinatio eſt: neq; entia ſunt a ſe inuicẽ p̨enitus diſgregata: neq; q̄cq̄ temere factum in ipſo entium ordine alicubi reperitur: neq; etiam in corporibus/ iccirco & conſequens eſt extare quendam numerum conſequentem. Nã & conſtere oportet entia ipſaq; ītelligibilia eadẽ eſſe: & unũquodq; eſſe numero unũ. Sic.n. de unoquoq; hoc aliquid dicit̃. Vbi.n. in genere corporũ naturaliter fluũt ſingula: utpote q̨ aduentitiã ſpẽm ſortiunť/ nimirũ eſſe ſecũdũ ſpẽm hic ppetuum imitatione quadã entiũ reperiť. At penes entia utpote q̨ non ex cõpoſitione ſunt ipſum eſſe eſt ī eo quod eſt numero unũ: quod quidem exiſtit etiam ab initio: neq; fit quod ante nõ erat: neq; quod eſt nõ erit. Quoniã & ſi q̄d erit/ quod ipſa faciat/certe nõ ex materia faciet. Quod ſi ita eſt/oportet aliq̄d ēt ex ſeipſo eſſẽtiale adiungere. Quapp̨ hoc ipſ̄ũ circa illud p̨mutatio erit: Si nũc plus facit aut minus. Præterea quæri põt/cur agat nũc: neq; eodẽ modo ſemp̨. Atqui & quod factũ eſt non erit ſempiternũ: ſiquidem plus admittit & minus. Anima uero tale q̄ddã poſita eſt. Qũo igiť infinitũ erit/ſi firmabitur? Forſan potentia infinitũ: quoniã infinita eſt ipſa potentia: nõ tanq̄ quæ diuidẽda ſit in infinitũ Quãdo & Deus nõ eſt terminatus. Sic itaq; ſe hẽnt & aię: nõ.n. p̨ terminũ alienũ eſt quælibet id quod ẽ uelut tãta/ſed ipſa q̄tum uult exiſtit: neq; unq̄ adducť/ ut extra hoc ipſ̄ũ digrediať. Sed p̨fluit q̄dẽ p̨ totũ: quod ex ipſa ita natura compatum ẽ/ut p̨ corpora ī corpora currat: neq; tamẽ a ſeipſa diſtrahiť: quãdo ineſt & ī digito manus ſimul & pede. Sic utiq; & ī uniuerſo ī quodcũq; p̨currit: ī alia atque alia uelut parte plantę. Et ſecta parte aliqua reſtat in planta prior/& in eo quod ab ipſa ſ̨patum eſt. Vnum nanq; eſt uniuerſi corpus: et tanquã in uno eſt ipſius ubiq;. In putrefacto autem animali/ ſi plura ex ipſo animalia oriantur/ illa quidem non ulterius totius animalis anima eſt in corpore. Non enim habet tunc ſibi proprium ſuſceptaculum: neq; etiam periit. Quæ uero ex putrefactione apta ſunt ad animalium genituram/partim quidem horum/partim etiam illorum accipiunt animam. Quippe cum anima ipſa nuſquam deſit. Cum tamen aliud hanc accipere poſſit/aliud nequeat: & quæ ita uiuentia fiunt/non cogunt

plures animas esse. Dependēt enim ab una/quatenus illa permanet una. Quēad modum & in nobis quando aliqua amputantur: pro quibus alia pullulent/ab illis quidem abest anima: his autē sese adhibet/quatenus una permanet. In uniuerso autem permanet semper una. Quæ uero in uniuerso sunt/ alia quidem uiam retinent/alia uero nequaquam: cum tamē interea eædem perseuerent ipsius animæ uires.

Secunda quæstio. Quot modis insinuetur anima corpori. Et qualis sit anima mundi: Et quomodo faciat mundum/ & dimensionem eius. & quomodo sit ubiq;. Cap. VIIII.

QVerendum est præterea quomō anima insinuetur corpori: Non enim minori hoc admiratione & inuestigatione dignū esse uidet. Duplex autē modus est p quem aīa corpus ingredit. Vnus qdē fit: aīa iam cōiuncta corpori atq; uel solida corpora cōmutāte: uel ex corpore aereo siue igneo i terrenum pueniente: quā multi nō nomināt cōmutationē corporū: quoniā occultum est unde īsinuatio ueniat. Alter uero modus est/quo aīa ex īcorporeo in corpus quodlibet labit. Quod qdē primū aię cū corpore cōmertiū est. O pępretium est iprimis de hoc lapsu cōsiderare/quę nā tunc passio fiat quando aīa pura adhuc oīo a corpore uiuēs/corporis sibi primū adsciscit naturā. Forsan uero decēs est/ a totius aīa exordiri: imo & necessarium/de hac ipsa cōsequi ueritatē: adeo ut ingressum eius animationemq; corporis planioris doctrinæ gratia inchoare uerbis aggrediamur. Quādoqdem nullū unq̄ fuit tēpus: ī quo non animaret hoc uniuersū. Neq; potuit unq̄ absente aīa corpus subsistere: neq; materia unq̄ informis existere ualuit. Licet tamē hęc inter se cogitatione quadam uerbisq; discernere: Oēm nāq; compositionē cogitatione licet uerbisq; resoluere. Iam uero ita se ueritas habet. Nisi corpus sit/aīa nequaq̄ progredietur. Non.n. est locus alius/ubi se queat naturaliter propagare. Quod si progressura sit/ædificabit sibi locum/ corpus igit generabit. Cū uero status eius ī ipso statu corroboret: ceu lumē pluri mū in sūmis effulgens/interim quasi ī ipsis ignis extremis umbra resultat. Quā quidem ꝑspiciens aīa postq̄ substitit/formauit ipsā. Nefas.n. erat/aliqd animæ proximū esse rōnis exps. Ideoq; ī eo quod deiceps factū ē/exile nimiū & obscurum susceptū ē etiā quod & umbratile dicit. Factus itaq; mūdus tanq̄ ędificiū quoddā speciosum longeq; uariū nō est sepatum ab effectore: neq; rursus se illi cōmiscuit: sed totus ubiq; existimatus est cura & diligentia dignus/adeo ut sibi quidem id cōducat ad ipsū esse/pulchrumq; esse: quoad poterat esse ipsum parti cipare: auctori uero nō cōmixto hoc idem sit innoxiū. In excelsis.n. ꝑmanens ꝑsidet. Nempe mūdus sic est aīatus/ut nō tam ipsius/q̄ ipsi habeat aīam. Supatus non supans: habitus quoq; nō habens. Iacet.n. in aīa id substinente: neq; quicq̄ in eo aię ipsius est exps. Quēadmodum ī aquis rete quasi madefactū uita: neq; tamen potens naturæ ipsius ī quo est euadere. Sed rete quidem extento iam mari simul extenditur/quatenus ipsum pōt. Nequit.n. unaquæq; partiū alibi q̄ ubi ponit esse. Aīa uero tanta tamq; ingens est naturaliter: quoniā nō determinat ad tantum. Itaq; pōt uno quodam eodēq; corpus omne cōplecti. Et quacunq; illud extendit ibidē est & illa. Ac nisi esset illud: nulla aię cura foret ad magnitudinē

occupandam. Eſt nāq; in ſe quæcunq; eſt. Tantū.n. eſt uniuerſū/quatenus occu pat ipſa. Et mundo determinaī quātū: inq̄tum procedēs ipſum habet ipſam cō ſeruatricem. Tum umbra tanta eſt/quanta eſt & rō pendens ab aīa. Rō autē talis erat/ ut tantam efficeret magnitudinem: quantam ſpecies ipſius magnitudinem effici uoluit.

## Anima mundi generat mundum non electione: ſed naturali fęcunditate: plena rationibus/plenum formis ſimilibus rōnum Cap. X.

CVm hęc conſideraverimus/oportet rurſus ad id reuertentes quod ſemp ita ſe habet/entia cuncta ſimul accipere/uelut aerem/lumē/ ſolem/uel lu nam. Et lumen ſolēq; rurſus omnia ſimul: habentia tamen ordinem pri morum ſecundorumq; & rertiorum. Et hic animam ſemper conſiſtentem cōſide rare. Deinde prima: & quæ deinceps uelut ignis ultima in poſterius/primo uide licet ex extremo uelut umbra ignis cōſiderato. Deinde hoc etiam ſimul illumina to/ adeo ut ſpecies quaſi ſuperferarur in id adhibitum quod primo factum erat prorſus obſcurum/ipſumq; ueſtiat. Ornatum uero eſt ſecūdum rationem/ipſius animę poteſtate/habentis ſcilicet per totam ſeipſam uim: qua per rationes exor net. Quemadmodum & in ſeminibus rationes fingunt formantq; uiuentia qua ſi exiguos quoſdam mundos. Quicquid enim attingit animam/ſic inde perfici tur/ put eēntia animæ naturaliter ſeſe habet. Hęc autem facit non aduentitia qua dam ſententia nec conſilium conſiderationem ue expectans. Sic enim nō per na turam/ſed per artem faceret acquiſitam. Nam ars ipſa poſterior eſt/atque imitaī umbratilia debiliaq; imitamina/fabricans ludicra quædā paruiq; momenti/mul tis ad ſimulachra fingenda machinis utens. Anima uero per ipſam eſſentię pote ſtatem ſic eſt domina corporum/ ut hæc nō aliter fiant atq; diſponantur: q̄ ipſa perducat: Quippe cum ea etiam quę ab initio fiunt/ ipſius uoluntati nequeant reluctari. In rebus nanque ſequentibus ob mutua paſſim impedimenta ſępe ma teria ſic impeditur/ut formam non recipiat propriam/quam uidelicet uolebat ra tio in paruo quodam ſeminario deliteſcens. Ibi uero cum uniuerſa etiam for ma inde fiat: & quæ fiunt/ordinem ſimul habeāt: nimirum quod efficitur/ abſq; labore impedimentoq; prouenit pulchrū. Conſtituta uero ſunt in ipſo alia qui dem Deorum delubra/alia hominum domicilia/alia aliis accōmodata ſimiliter. Quid enī potius debuit ab aīa fieri/q̄ ea ad quæ facienda uim habet. Ignis nāq; proprium eſt/calida facere: & cuiuſdam alterius frigefacere. At animæ opus par tim quidem ex ipſa in aliud/partim ēt ī ſeipſa. In rebus quidē inanimatis quod eſt ex ipſis/quaſi conſopitum iacet in eis. Quod autem tendit in aliud/ poteſt nititurq; quod inde pati poteſt/ſibi ſimile reddere. Iam uero id omnibus eſt cō mune/ad ipſam ſui ſimilitudinem in agendo contendere. Animæ uero opus/& quod eſt in ipſa/uigilans quiddā eſt/& efficax: & quod tendit in aliud/eſt perſi mile. Efficit ergo ut & alia uiuant/quæcunq; per ſe non uiuunt: taliq; uita uiuāt/ qualī uiuit & ipſa. Hæc igitur uiuēs in ratione/ tradit & corpori rationem/ uelut ſuæ rationis imaginem. Etenim quantum uitæ impartit corpori/uitæ eſt imago: ſimulq; formas ipartit corporeas: quarū poſſidet rōnes. Habet autē & Deorum rationes/& omnium. Quapropter hic quoq; mūdus oīa poſſidet.

¶ Magica trahit uim proprie ab anima mundi/ Diiſq; mundanis per hæc a ſuperioribus. Cap. XI.

AT qui mihi uidentur ueteres ſapientes quicunq; optabãt ſibi adeſſe deos/ ſacra ſtatuaſq; fabricantibus in ipſam uniuerſi naturam mẽtis aciem dire xiſſe: atq; inde aĩaduertiſſe naturam aĩę ubiq; ductu facilem admodum pronamq; eſſe: omniũq; facillime poſſe capi: ſiquis fabricauerit aliquid/ quod facile ab ipſa pati poſſit: patiẽdoq; portionem aliquam ab ipſa ſortiri. Facile uero patiens eſt quod qualicũq; modo imitationi aptum eſt/ uelut ſpeculum ſpeciem quãdam arripere potens. Etenim uniuerſi natura omnia mirabili quodam artificio fabricat ad illorum imitationẽ/ quorum in ſe poſſidet rationes: cũq; ſic unũquodq; fiat/ certe ratio ĩ materia/ quæ ſecundum rationem materia ſuperiorem formata eſt: cõiuncta eſt illi Deo/ ſecũdum quem genita fuit: & ĩ quem ſuſpexit anima/ habuitq; dum faceret. Proinde neq; poſſibile erat hic aliquid fieri diuinitatis exps: neq; rurſus illam ad iſta deſcendere. Illa ſiquidẽ mens ipſa eſt/ ceu ſol diuinus: qui nobis eſto rationis exemplar. Proxima uero huic ſuccedit anima: ſuſpenſa intellectui manẽti manens. Dat enim hæc terminos ſuos ad ſolem hũc uergentes eiuſmodi ſoli: efficitq; per ſe uelut mediam/ ut illic iterum ſequẽtia religentur: uelut interpres tum eorum quę inde huc deducuntur/ tum eorum quę hinc illuc reducuntur: quãtum per animam recurrit ĩ mentem. Neq; enim lõge ſemotum aliquid eſt ab aliquo/ rurſuſq; ſemotum per differentiam quandam & mixtionem. Sed eſt in ſeipſo/ neq; tamen ſecũdum locum: & quodlibet ibi cõſpirat ſimulq; permanet & diſtinctum. Dii uero hi ſunt/ quatenus ab illis nunquã deſtituuntur: atq; animæ prodeunti ab initio ſuſpenduntur: animę tamen uelut inde hucuſq; ſeſe diffundendo quodãmodo iam abeunti. Hac autem ratione quatenus & ſunt/ & quod reſpicere dicuntur ad intellectum/ diuini dicũtur. Ipſa uidelicet anima nõ alio q̃ illuc ſemper ſuſpiciente.

¶ De differẽti aĩarum deſcenſu. De miſericordia Iouis erga aĩas. De cõſonantia mundi. Cap. XII.

HOminum uero animę ipſorũ ſimulachra tanquã Dionyſii proſpicientes in ſpeculo/ illic extiterunt deſuper properantes: neq; tamen a principio ſuo intellectuq; diſiunctę. Neq;. n. una cum intellectu deſcenderunt: ſed peruenerũt q̃dẽ uſq; ad terrã. At interim caput earũ extat ẽt ſup celũ. Cõtigit tamen eis iccirco diſcedere lõgius/ quoniã media earũ porẽtia curare diligẽtius cogit̃: quippe cũ id ipſũ in quod deſcẽdũt/ cultu p̃rſus idigeat. Iupiter uero pater laborãtes aĩas miſeratus/ earũ uincula q̃bus laborãt ſolubilia fabricauit: atq; ita intermiſſiones laborũ certis tẽporũ interuallis inſtituit: in quibus/ liberę uiuerẽt a corporibus: ut ipſæ quoq; ibi quãdoq; forent/ ubi eſt mũdi aĩa ſemp/ circa hæc ſollicita nũq̃. Quod. n. iã hẽt mũdus/ hoc ſibi ſufficit atq; ſufficiet ſecũdũ rõnes p̃petuo cõſiſtentes in temporibus nte pactum: perq; certa curricula tẽporũ in idẽ p̃petuo reſtitutũ: p̃ mẽſuras uidelicet uitarum definitarũ: in q̃bus hæc una cum illis ſecũdum illa ĩ illorum conſonantiam redigunt̃. Dum hę̃c omnia p̃aguntur ſub una quadam ratione inuicem ordinata quãtum ad deſcenſus aſcẽſuſq; animorum cęteraq; oĩa pertinet. Quod autem in aĩabus conſonãtia ſit ad ordinem

uniuerſi/ita tamen/ut non tã dependeãt/ q̃ in deſcendendo ſeipſas accõmodẽt/ unãq; concordiam cum mundana reuolutione conficiant/id nobis argumento eſſe poteſt/ q̃ aſtrorum figuris earum fortunæ/uitæ electiones ſignificantur: q̃ ue dictum eſt/ uniuerſum harmonice concentum unum edere:& per muſicas cõ ſonantias id totum potius q̃ per alia ab antiquis licet obſcurius/ eſt deſignatũ. Id autẽ nequaquã ſic ſe haberet: niſi mũdus ſecũdum illa faceret patereturq; ſin gula ĩ ſtatutis reuolutionum & ordinum uitarumq; curriculis p̃ diſcurſionũ ge nera/quibus diſcurrunt animę/ alias quidem illic/alias uero in cęlo: alias autem ad inferiora conuerſę. Intellectus autem omnis ſemper eſt in excelſis:neq; unq̃ e ſua ſede delabitur:ſed firmiter omnis in alto conſiſtens/nonnihil per animam ad hæc uſq; demittit. Anima uero e proximo magis ſecundum ſpeciem inde ui gentem afficitur: traditq; ſequentibus/ alia quidem eadem ſemper conditione: alia uero alias aliter/uagabũdam uarietatem certo quodam ordine retinens. De ſcendunt uero non ſemper æqualiter:ſed aliquando quidem magis/ aliquando uero minus:etiam ſi ad idem ſe conferant genus. Proinde ad ſuum quæq; para tumq; delabitur pro affectionis ſuę ſimilitudine. Quatenus enĩ illic ſimilis huic aut illi iam euaſit:deinde fertur hęc quidem in hominem:hęc uero in brutũ hoc aliaq; in aliud.

## Cap. XIII.

LEx diuina animis inſita/ducit eos tam ſponte q̃ neceſſario ad terminos affectioni eorum conuenientes.

QVod igitur de ineuitabili lege diuinoq; iudicio dicitur/ ſic in natura cõſiſtit cõtinente atq; imperante ut unũquodq; procedat ordine ad quod factum eſt unũquodq; ſimulachrum præelectionis affectioniſq; principalis. Eſtq; illa uniuerſa animæ ſpecies illi congrua & propinqua/ erga quod in ſe concepit affectiõem:ſpectatq; ad illud quod tunc mittit quo oportet & intro ducit/non quidem ut eat tunc ĩ corpus/uel in corpus tale:ſed quãdo preſcriptus iam inſtat terminus/animę uelut ultro deſcendunt quo oportet/ & intrant. Stat enim ſua cuiq; dies. Qua denique imminente/quaſi citante precone labũtur/corpuſq; ſibi congruum intrant. Atque ferme perinde ſe habent:ac ſi Magorum uiribus tractibuſq; potentibus moueãtur atq; ferantur. Pręterea ſic ſe habent/ſicut in quolibet uiuentis totius perficitur diſpenſatio/ mouens ſcilicet certo quodlibet tempore/ atq; producens:uelut pilos/& barbam/cornuaq; ſimiliter. Et certo quodam tempore ad talia quædam impetus atque uigores. Item flores in plantis nequaquam antea germinantes/cęteraq; in his ſimiliter ordinatis quibuſdam regulis diſtributa. Procedunt autem animę neque ſponte omnino/neque compulſę. Neq; enim ſponte procedere ita his tribuitur/quaſi conſulto dicantur eligere:ſed tanquam natura proſiliant/ceu ſolemus uenereas primum concupiſcẽtias/uel ad honeſtas aliquas actiones inſtinctu quodam potius/ q̃ rationis conſilio prouocari. Verum ſemper tali cuidam tale quiddam ineſt fatale. Item tali cuidam hoc momentum/tali uero momentũ illud prouenit fato decretũ. Proinde itellectus mũdo ſuperior fatale habet illic aſſidue p̃manere/ quatenus & huc aliq̃d ide demittere:tũ uero ſingula cõi ſubiecta legi gradatim ide mittunt. Inſita nãq; ẽ unicuiq; norma cõis/ipſaq; lex nequaq̃ accipit ab extrinſeco ſui muneris

absoluēdi potentiā: sed ea prorsus cōditione tradita est/ ut ipsis utentibus insit eam passim circūferentibus: tum uero quando imminet tempus: quod fieri lex ipsa decreuit/agitur tūc ab eis qui intus legem habēt: adeo ut legē ipsi ꝓficiant: utpote eos circūagētem/ & ꝓpea ꝙ fundatur ī eis decreta ualidius peragentem/ q̄si suo illos pōdere prę grauātem: dū & studium stimulumq; ītrinsecus incutit/ quo illuc proficiscātur/quo potissimū proficisci lex intima dictat.

¶ De connexione huius mundi per superiorem: & donis Deorum descendentibus in opus mundanum. Cap. XIIII.

CVm hęc ita se habeant: mundus hic habens lumina multa/illustratusq; ab animabus/exornatur ī priores aliter per priores alios mūdos uel ornatus alium habēs ab alio: tum ab illis diis/tum ab aliis mētibus tradētibus animas. Tale quiddam uerisimile est ꝓ fabulā indicari dicētem/postq̄ Promētheus fęminā effeciſſet: deos quoq; alios eam adornauisse. Huc tēdit quod ibi traditē/ terram aquę fuisse ꝑmixtam. Item figmēto illi humanam uocem adhibitam. Prę terea spēm deas repręsentantem/tum Venerem & Gratias aliquid ꝑtisse: donūq; aliud aliū: nomēq; ex dono donatoribusq; cunctis accepisse Pandoram. Omnes enim hoc figmētum aliquo munere donauerūt: Figmētum inq̄ a prouidētia quadam iam formatum. Quod autem Epimetheus ei donum dederit nullum/qd nam aliud significat q̄ acceptionem electiōemq; doni intelligibilis esse prę stātiorem. Ligatus autē est formator ille/quoniam opus suum quodāmodo uidetur attingere. Sed eiusmodi uinculū fit extrinsecus: & ab Hercule soluitur. Quoniā ei facultas inest per quam etiam quodāmodo sit solutus. Sed hoc quidem pro arbitrio quiuis accipiat. Id uero cōstet/per hęc. s. dotes desup in mūdum uenientes ostēdi. Quocirca his quæ in supioribus dicta sunt cōsonare uidentur.

¶ De animarum descensu/transmigratione/differentiis/fato/arbitrio/ ꝓuidētia: Et quomodo ꝓuidētię ordo tanq̄ latissimus cōnectit sibi fatum pariter & arbitriū. Cap. XV.

PRocedūt aūt animæ a mundo intelligibili declinantes/primo quidē in cę lū: ibiq; corpus accipiētes/ꝑ ipsū iam ī corpora magis terrena labunt̄ quatenus ꝓgrediunt̄ in longū. Et alię quidem a cęlo ī corpora inferiora atq; uicissim. Aliæ uero ab aliis in alia trāseunt. Quippe cum his facultas non suppetat ad se hinc attollēdas propter pondus atq; obliuionem/ plurimum trahentes secum/quo grauante per inferiora præcipitentur. Differentes autem inter se animę fiunt uel ob diuersitatem corporum/quibus insinuantur: uel etiam ob fortunas: uel rursus educatiōes: uel ipsæ præterea ex seipsis differentiā secū ferunt: & oīo uel ꝑ hęc oīa uel ꝑ aliqua discrepāt. Proīde alię oīo fato hic dominātī succūbunt. Alię aūt tū fato cedūt: tū sui iuris uiuūt. Sūt & quę quotcūq; necessaria sūt substinēda cōcedūt. Possūt tamē quęcūq; sūt ꝓpria muneris sibi ꝓpria reseruare/ uiuētes. s. secūdum aliā quandam cōstitutionē legum/cūcta simul entia cōplectē tem & alteri se regulę cōmittentes. Contexta uero hæc est ex omnibus quæ hic sunt rationibus atq; causis. Itē motibus animarum & legibus inde pendētibus/

consonans uidelicet illis/& exordia inde suscipiens:& illis consequentia cuncta contexens. Tum uero seruans ea omnia inconcussa/ quęcūq; ad illorum habitū seruare se possunt. Cętera uero qua fert natura propria circūducens: adeo ut ī de scēdētibus causa sit: ꝓpea ꝙ ita se habēt/ut hæc quidem hic atq; ita ponātur: illa uero ibi & aliter collocentur.

¶ Cum mūdus supercælestis atq; etiam cælestis sit ordinatissimus/necessario ordinatus est etiam sublunaris: in quo cum iferiora homine sint ordinata/ergo multo magis humana. Singula igitur hominibus cōtingentia iuste diuinitus dispensantur. Cap. XVI.

¶ Vpplicia igitur quæ iuste inferuntur iniquis attribuēda sunt ordini/put decet omnia perducēti. Quotcunq; uero pręter iustum bonis accidunt/ut pęnæ inopię/morbi/forsan ob prioris uitę delicta cōtingūt. Hæc.n. conte xuntur: atq; etiam portēdūtur: quo fit/ut & ipsa secūdum rōnem fieri uideātur. Nunqd hæc secūdum rōnes naturales minime fiunt: neq; inter illa quę pricipali ter intēdunt sunt collocāda: sed ex illis potius cōsequētia: Velut si cadēte casa/ qui sub ea erat interimatur/qualiscunq; sit. Vel si duobus quibusdā ordine quo dam motis/aut etiam uno/quod offenditur frāgatur uel pessūdet. Forsan uero hoc ipsum quod iniustum dicitur/neq; malum est patiēti/& ad totius seriem est cōducēs. Forte neq; iniustum est: cum ex antecedētibus iuste singula dispēsent. Non.n. putādum est/alia quidem ordinem inter se habere: alia uero hinc oio ad placitum licētiamq; deflecti. Si.n. secūdum causas/& cōsequētias naturales/& ra tionem unam/unumq; ordinē oportet oia fieri: nimirū & quę minora sunt/coor dinata esse atq; cōtexta putādum. Itaq; quod tāquā iniustum ab alio infertur in aliud/ipsi quidem agēti est iniustum: neq; est extra causam atq; crimē. Coordina tum uero in uniuerso nimirum nō est ī hoc iniustum/neq; etiam iniuste infertur in patientem. Sed ita dicebat. Quod si bonus est qui patitur/ī bonum deniq; de sinit quicquid patitur. Existimandū certe est/ cōmunem hunc ordinem uniuersi nō esse diuinitatis iustitiæq; exptē: sed exactissima quadā rōne quod conuenit unicuiq; reddere: cās tamē in se latētes habere. Iōq; ignorātibus occasionē crimi nandi prębere.

¶ Sicut sūmum aeris Primum omnium ignitur ab infimo ignis: sic cælum sum mum corpus primo animatur ab anima/quæ est ultimum diuinorum. Item ipsum bonum est quasi centrum. Mens lumen inde micans atq; permanens. Anima lumē de lumine sęmouens. Corpus per se opacum illuminat ab ani ma. Sed aię in cęlo securę illuminant: sub cęlo nō absq; cura. Cap. XVII.

QVod autem animæ a mundo intelligibili in cælum primo descendant/ex his coniectare licebit. Si enim cælum in genere sensibili præstantissimum est/merito intelligibilium ultimis est q̄proximum. Inde igitur cęlestia pri mū aiantur atq; accipiunt/utpote quæ ad capiendū sint admodum aptiora. Cor pus uero terrenum & ultimum est/minorisq; aiæ minusq; naturaliter potest parti cipare: utpote quod ab incorporea natura remotissimum est. Omnes profecto illustrāt cęlū/tradūtq; quasi plurimū primūq; sui globo cęlesti: cętera uero poste rioribus illustrantur. Quę autem descendunt plurimum aliud & aliter inferiusq;

colluſtrãt. Ipſis uero nõ expedit in longũ adeo corruiſſe. Eſt utiq; aliquid uelut centrum: penes hoc autẽ circulus ab ipſo micans. Præter hęc & circulus alius/lumen de lumine. Vltra hęc inſuper nõ amplius luminis circulus: ſed iam luminis indigus alieni/proprię lucis inopia. Sit autẽ hic Rombus ſiue potius ſpera talis/ quę quidem a gradu accipiat tertio: Cui proxima eſt/eiuſq; propinquitate refulgeat. Ingens itaq; lumen illuminat permanens: atq; ſecũdũ rõnẽ ſplẽdor ab ipſo procedit. Reliqua uero una colluſtrant. Partim quidem manentia/ partim uero ſe longius deflectentia/perluſtratione ſubiecti. Deinde cum illa quæ illuſtrata ſunt/cura indigeant plurima/quemadmodum nauigiis fluctuãtibus gubernatores impenſius nauibus regendis incumbũt: ſuiq; ipſorum obliti/uix aliquando ſe in eo diſcrimine cõſtitutos: ut una cũ naufragio ſubmerganť. Sic & animæ tales a ſeipſis diſcedunt q̃plurimũ: deinde arctius detinenť faſcinationis uinculis alligatæ: naturę uidelicet cura deuictę. At ſi tale foret quoduis animal/quale eſt uniuerſum/habens uidelicet corpus perfectum & ſufficiens/ & extra paſſionum diſcrimina cõſtitutũ. Profecto aĩa quæ corpori adeſſe dicitur/nõ adeſſet: ſed præberet ei uitam/interea oĩo permanens in excelſis.

¶ Animæ ſecũdum Plotinum atq; Iamblichũ quãdoq; ſũt extra omne corpus. & tũc potẽtia rõnalis eſt adeo efficax & expedita: ut quæ ſibi porrigunť ab intellectu cõprehẽdat cũcta ſine tempore/uel ſaltem q̃breuiſſimo. Item aię inter ſe cõuerſantes ĩ cęlis ſine ſermone/ quaſi p nutus mutuo ſe intelligũt. Sed in corporibus aereis aię atq; dęmones uoces formãt. Cap. XVIII.

POſthac quęrendum eſt/utrũ anima diſcurſu rationis utatur anteq̃ deſcendat in corpus/& poſt diſceſſum: forſan uero diſcurſio rationalis cõtingit dum corpus habitat. Quippe cum ĩ ambiguitate poſita ſit/curiſq; ſollicita/& quaſi iã eneruata: diſcurſu nanq; rationis egere ad uitę ueritatiſq; ſufficientiam ex quodam mẽtis detrimẽto cõtingit. Quẽadmodum & cõſultatio rõnis in artibus accidit/quãdo artifices ambigũt/tanquã a perfecto deficientes. At ubi nihil difficultatis defectuſq; opponiť/ ſtatim ars ſupat atq; agit. Verum ſi aiæ illic abſq; ratiocinatiõe uiuũt: quomõ amplius dicenť rõnales? Reſpõdebit forte quiſpiam/ob id rõnales dici/quoniam poſſũt: ſi quãdo expediat rite cõſiderare. Oportet aũt rõcinatiõem accipere talem. Quãdoquidẽ ſiquis rõcinationem accipiat tãquam diſpoſitiõem actiõemq; ſtabilem/ſemp ab intellectu manãtem ĩ animabuſq; exiſtẽtem: & quaſi quãdam inde coruſcationem/ſicut utiq; illic animæ diſcurſu quodã rõnis utentur. Nõ tamen (ut arbitror) uti illic uocibus eſt putandum: q̃diu locum prorſus intelligibilem incolunt. Quando uero corpora in cælis habent/non utuntur ibi ſermonibus/qualibus apud nos ob indigentiam uel ambiguitatem uti conſueuerunt: & cum certo quodam ordine ſecũdumq; naturam ſingula illic agant/merito nec ĩperant aliquid neq; conſultant. Cognoſcunt uero mutuo inter ſe ſua per reciprocam conſcientiæ notionẽ: quando & hic multa etiam ĩ tacentibus intuitu ſolo percipimus. Ibi uero omne corpus eſt purum/ & quilibet habitãtium totus eſt uelut oculus. Nihil ibi eſt occultum: nihil fictũ: ſed prius q̃ alteri quicq̃ dixeris intelligit alter. In aere uero incolentes tũ dęmones/tum aĩas non abſurdum eſt uocibus uti. Aialia nãq; talia ſunt.

Vita ſenſualis eſt conflata ex proprietate indiuidua atq; diuidua. Dicitur enī diuidua circa corpus/qa ſingulis ꝑtibus eius ſe accōmodat. Dicit etiā indiuidua/quia ſiugulis adeſt tota. Rō uero ac mens dicit ſimpliciter ĩptibilis: quia corporeo inſtrumēto nō utit: & ꝑpea ſepata. Cap. XVIIII.

UTrum uero in aía ſecundū idem dicat ptibile & imptibile: quaſi duo hæc inuicem contempata ſint: an potius alia rōne/ & ſecūdū aliud hoc quidē imptibile/illud āt ptibile prædicet: tanq; deiceps diuerſæ partes diſpoſitę ſint: ſicut hanc rōnalem/illā irrōnalem nuncupare ſolemus/manifeſtū nobis erit/ poſtq; quid potiſſimū utrunq; dicamus explanauerimus. Principio impartibile apud Platonem ſimpliciter eſt acceptum/partibile uero nō ſimpliciter: ſed animā inquit circa corpora fieri diuiſibilē. neq; tamē fuiſſe factam. Profecto naturā cor poris cōſiderare decet qualis & quēadmodū ad uiuēdum indigeat aía: ꝙ ue ne ceſſe ſit ubiq; ꝑ corpus aíæ uim ineſſe/totiq; prorſus adeſſe. Omne qdē ſenſuale oportet ſi mō per totum ſentiat/iam quodāmō diuidēdum ꝓueniſſe ꝑ totū/exiſtens quidem ubiq;/nō iniuria dicitur eſſe diuiſum: apparens uero ubiq; totum/ non omnino diuiſum dicitur: ſed diuiſibile circa corpora fieri. Siquis autem dicat in cęteris ſenſibus nō eſſe diuiſum/ſed in tactu ſolum/ reſpondendum erit in aliis quoq; ita diuidi: ſiquidē corpus eſt quod accipit: minus tamē q̄ in tactu. Quinetiā uim aíæ uegetalē & auctricē ſimili rōne diſtribui: atq; ſi circa iecur concupiſcentia: circa uero cor iracūdia uiget rōnē in his eſſe ꝓſimilē. Sed forſan non accipit hęc ĩ illa ꝓmixtione. Forſan uero & alio pacto/& ex aliquo acceptorū ibi hæc oriunt. Rō aūt & intellectus corpori ſeipſa nō tradūt. Horū nāq; opus ꝑ inſtrumentū corporis nō perficit: Id. n. impedimento futurū eſt/ſiquis ĩ meditationibus hoc utat. Quāobrem utrū inter ſe ĩptibile. s. & partibile diuerſū eſt: neq; tanq; in unū conflata uident: Sed tanq; totū quoddā ex partibus/utriſq; uidelicet puris/perq; potentiā ſepatis: Si tamen & quod circa corpora fit ꝓtibile/a ſublimiori potentia imptibilem habet dotem/ pōt utiq; hoc idem imptibile partibileq; pariter eſſe/ tāquam tum ex hoc ipſo/tum ex uirtute quadam deſup in ipſū ueniente conflatum.

AÍa nō eſt ĩ corpore ſicut in loco uel uaſe: nec ut pars ĩ toto: uel totum in partibus: nec ut qualitas ĩ ſubiecto: nec ut ſpēs in materia. Sed corpus eſt in aía/ut in uiuificāte cōprehendente mouenteq; ſtabili Cap. XX.

REliquum eſt ut exponamus utrū hę alię q; partes animę ſint ĩ loco uel hæ quidem omnino nō in loco: alię uero ĩ loco ſint: & ubi: & quomodo: uel nulla oio pars ſit in loco. Siue enī non aſſignemus ſingulis aię ꝑtibus locum quendam nuſquā uidelicet aliq̄d collocātes: ſic utiq; nihilo magis eā intra corpus/q̄ extra cēſebimus. Ideoq; corpus inanimū relinquemus. Neq; aſſignare poterimus: qua rōne fiāt opa illa/quæ ꝑ inſtrumenta corporea ꝓpagunt. Siue quibuſdam aíæ partibus deſcribamus ſitum/ quibuſdā uero nequaq̄/ſane qbus nō deſcripſerimus/eas nequaquā ĩ nobis collocare uidebimur: adeo ut non totam animam noſtram in nobis eſſe uideamur exiſtimare. Omnino autem nullam animæ partium/neq; totam rurſus aíam debemus ĩ corpore uelut ĩ loco ponere.

Locus enim comprehendens est / & corpora continens. Et ubi unūquodq; diui
sum iacet: sic ibi iacet / ut nō totum esse queat ī quolibet: aīa uero nō est corpus:
neq; comprehēsa est potius q̄ comprehendēs. Neq; tamē sic ut in uase est in cor
pore: sic enim corpus inanimatū relinquereť: siue tanquā uas / siue tanquā locus
aīam cōtineret. Nisi forte aīa dicať in seipsam esse collecta / & traductione quadā
a se in uas aliquid sui transmittere: Atq; ita quātum uas participauit / tātum aīæ
iam erit detractum. Locus āt / qui principaliter locus dici solet / incorporeū quid
dam est / nō corpus. Quapp quid nam aīa indigebit? Præterea corpus non per se
ipsum / sed p quendā sui terminum animę ppinquabit. Multa insuper alia obiici
possent his / qui tanquā in loco animā in corpore collocāt. Nam & locus semper
una cum locato ferreť. Et quærendum superit / quid nam sit: quod secum locum
ipsum una circūfert. Quinetiā si locus interuallum quoddā esse definiať / multo
minus aīa in corpore erit uelut in loco. Interuallū enim siue spatium necesse est
esse uacuū. Corpus āt nō est uacuū. Sed forsan uacuū illud dicať in quo est cor
pus. Quapp in uacuo corpus erit. Rursus aīa nō est in corpore quasi subiecto.
Quod enī in subiecto est / passio quædā est eius in quo est / uelut color atq; figu
ra. Anima uero est aliquid separabile. Sed neq; ut pars in toto. Anima enim non
est pars corporis. Siquis āt dicat animā esse uelut partem ī toto uiuēte / dubita
tio eadem nobis instabit / qūo in toto sit quęsituris. Nō enī quemadmodū in ua
se uini uinum / aut uas inerit. Neq; qua cōditione aliquid permanet ī seipso. Sed
neq; sic etiā ut in partibus totū / ridiculum nāq; est: aīam quidem totū dicere: cor
pus uero partes. Proinde neq; tanq̄ spēs ī materia. Spēs enim ī materia insepa
rabilis est. Atq; iam existente materia spēs posterior aduenit: At aīa spēm efficit
in materia / utpote quæ aliud quiddā est q̄ spēs. Quod si animā nō factā quidē
spēm / sed separatā esse dicāt / nondū manifestum erit / qua cōditione sit spēs hæc
ī corpore. Atq; erit aīa penitus spata. Verum si hæc ita se habēt / quo nam pacto
apud oēs aīa esse in corpore prædicať? Profecto cum nō aīa quidem: sed corpus
aspectui pateat / uidentes utiq; corpus / & aīatum esse coniectātes / ppea q̄ moueať
& sentiat / haud ab re aīam haberi a corpore dicimus. Itaq; cōsequenter & animā
esse putamus ī corpore. Verum si aīa uidereť / atq; sentireť / existens aliquid uita
plenū / corpusq; undiq; uita cōplectēs / & usq; ad extrema ęqualiter sese porrigēs /
nunquā esse aīam ī corpore fateremur. Sed potius ī eo quod pricipalius est / esse
quod nō sit pricipale / & ī cōtinēte cōtentū / & fluens ī eo similiter quod nō fluit.

## Anima nō proprie inest: sed adest corpori: Nō tamen ut gubernator naui uel uirtus gubernatoria infusa gubernaculo Cap. XXI.

Quid autem dicemus: siquis interroget / qūo aīa adsit corpori / & ipse quidē
modum hac de re nullū adducat in medium? Item si quærat / nunquid to
ta anima simul insit: an pars alia potius aliter? Postq̄ igiť nullus eorum
qui dicti sunt essendi in aliquo modus adhuc nobis probatur uelut aīæ conue
niens erga corpus: Diciť aūt sic esse ī corpore / uelut gubernator in naui: dicendū
est id recte dictū esse / quātum spectat ad eam ipsam animæ facultatē: p quam ua
leat a corpore separari. Neq; tamē modum nobis exponet potissimū exoptatū.
Nam si tanquā nauigator accipiať / secundum accidēs aderit gubernator. Sin aūt

ut gubernator duntaxat/quomodo id conueniet?Nõn enim in tota naue eſt/ſi cut aĩa eſt in toto corpore. Sed nunquid ita dicẽdũ:Sicut ars inſtrumẽtis ineſt/ uelut in gubernaculo:ſi forte eſſet gubernaculũ animatũ:adeo ut gubernatoria uirtus intus ſit artificioſe mouẽs?Sed in hoc ſaltem differentia eſt:quoniam ars eiuſmodi ab extrinſeco pendet. Si igit̃ ſecundum illud gubernatoris exemplar gubernaculo ſeipſum inſinuãtis/aĩam collocemus ĩ corpore/uelut ĩ inſtrumẽto naturali/mouet enĩ ſic ipſum quocũq; placuerit/nunquid ad quę̃ſitũ plus aliqd reportabimus?An forſan iterum ambigemus/qũo inſit huic inſtrumẽto?Atq; & ſi modus hic diuerſus eſt ab aliis: adhuc tamẽ planius inuenire & accedere pro pius exoptamus.

¶ Anima adeſt corpori ſepabiliter/ſicut lumẽ aeri.Corpus eſt in aĩa/ſicut aer in lumine.Mens & ratio nõ adſunt corpori:quia cum eo nõ cõmunicãt in agen do.Senſus & uegetalis potentia adſunt:quia & hæc p corpus agũt: & corpus indiget eis:neq; tamẽ a corpore ſubſtinentur

Cap.XXII.

ſ Ed nunqd dicendũ eſt/ſic aĩam ineſſe corpori/ut ignis.i.lumẽ ineſt aeri? Et enim hoc dum adeſt aeri/nõ adeſt.Ac per totum præſens nulli miſceť: & manet quidẽ ipſum. Aer uero tranfluit.Et quãdo extra illud fit/in quo eſt lumẽ/ abit ꝑtinus nihil retinẽs.Quãdiu uero ẽ ſub lumine/ illuſtrať.Quapp recte hic licet dicere/aerem ẽe ĩ lumine potius q̃ in aere lumẽ.Ideoq; Plato ĩ ipſa mũdi generatione dici noluit aĩam ĩ corpore poſitã eſſe:ſed corpus ĩ aĩa colloca tum.Atq; aliquid ẽe ipſius aĩæ:in quo ſit corpus:aliquid rurſus:in quo corpus nullũ/quãtũ uidelicet ad eas uires aĩæ pertinet:quibus corpus minime indiget. Eadem quoq; ratio eſt de cęteris aĩabus. Profecto putandum eſt/reliquas aĩæ ui res corpori nõ adeſſe:eas aũt quibus eget/ adeſſe:atq; ſic adeſſe/ ut neq; in parti bus neq; ĩ toto corpore ſitæ ſint.Et ad ſenſum qdẽ/ipſã ſentiẽdi uirtutẽ toti ſen tienti adeſſe.Ad actiões uero edendas/iam uires alias aliis.Dico ãt hũc ĩ modũ.

¶ MARSILIVS. Quęlibet uis aĩę eſt in qualibet pte corporis tota/ſicut aĩa. Sed dicit̃ ibi agere/ubi ſibi ſeruit inſtrumentum:& ibi principaliter/ubi inſtru mentũ hẽt principiũ. Sic ergo ſentiẽdi mouẽdiq; actus attribuit̃ capiti: unde uidelicet deriuanť nerui/ inſtrumẽta/ ſenſus/& motus. Sic iracundiæ actus cir ca cor/ubi inſtrumẽtum eius.s.ſanguis igneus.Sic nutritio circa iecur/ubi ſan guis aereus eſt inſtrumẽtũ eius.Actus uero rõnis & ſi nõ hẽt cõmunionẽ cum corpore/ attribuit̃ quodãmõ capiti: quoniã imaginationis actus eſt rõni pro pinquus/eiuſq; fit particeps

Cap.XXIII.

PLOTINVS.

C Vm animatũ corpus ſit ab aĩa illuſtratũ/aliam corporis partẽ dicimus ali ter hinc accipe.Atq; ſecũdum inſtrumẽti aptitudinẽ ad opus ferentẽ ſecũ uim ad opus accõmodatam/ſic nominari potentiã quidem ĩ oculis uiſua lem:in auribus auditiuã:in lingua guſtãdi:in naribus olfaciendi comporẽ:com potem uero tangẽdi ponere ſolemus ĩ toto.Ad hãc enĩ percepcioem corpus to tum uelut inſtrumẽtũ aĩæ ſubminiſtrare uideť. Prærerea cum inſtrumẽta tactus in primis ſint neruis/ad aĩalis motum uim habentibus:atq; hic uis eiuſmodi ſe accõmodet:exordiãtur ãt a cerebro nerui/nimirũ ſentiendi ꝑſequẽdiq; initium

totiusq; pęnitus animalis hic potissimum collocarunt/ hinc ad alia deriuantes: ubi uidelicet instrumẽtorum principia sunt ibidem/quod his usurũ est collocan tes. Satius uero fuerat illic principiũ operationis illius potẽtię ponere. Vnde.n. mouẽdum erat instrumẽtũ/ ibi oportebat quasi fundari uim illam artificis con gruam instrumẽto: imo uero nõ potẽtiam: ubiq; enĩ potẽtia uiget. Ibi ãt est prin cipium actionis/ ubi est initium instrumẽti. Cum igit̃ sentiendi ꝑsequẽdiq; uir tus in aĩa sensuali atq; imaginatrice supra seipsam hẽat rõnem quasi ad inferius propinqua/ nimirũ ubi hæc est in supremo/ ibidem posita est ratio ab antiquis in summa aĩalis totius arce/ipso uidelicet capite: nõ quia ratio sit in cerebro: sed hoc sensuali/ꝑ quod quasi mediũ ratio poni uideť in cerebro. Sensuale quidẽ hoc oportuit attribuere corpori: & illi mẽbro potissimũ/quod actiõem eiusmodi susciꝑe posset. Ratiõem uero nullo modo cũ corpore cõmunicantẽ cõmunicare prorsus oportuit illi/quod est aĩæ spẽs: aĩæ inq̃ potentis a rõne nõnihil accipe: Quod enĩ sensuale est/quodãmõ etiã est & iudex: & quod imaginale est/ uelut intellectuale uideť. Quinetiã impetus atq; ꝑsecutio phantasiã rõnẽq; sequunť. Illic igit̃ rõnale est/ nõ quidẽ ut ĩ loco/sed quoniã quod est ibi/quodãmõ rõnis fit particeps. Quo aũt pacto ibi sit sentiendi uirtus & alia similiter/dictum est. Proinde cum uegetalis & augẽdi nutriẽdiq; natura nusquã desit in corpore: nu triat uero sanguine: & sanguis nutritorius sit in uenis: initiũq; uenarũ & sangui nis sit in iecore/ unde uis eiusmõi nitit̃ haud ab re hic cõcupiscẽs aĩæ portio est a ueteribus collocata. Quod. n. gignit & nutrit & auget/hoc atq; hæc necesse est cõcupiscere. Cũ uero tenuis/leuis/acutus/purus sanguis sit instrumẽtum iracun dię cõgruum/huius fons/uidelicet unde sanguis eiusmodi ad ęstum iracundiæ profluit/ipsum.s.cor iracundiæ designatum est habitaculum.

MARSILIVS. Anima quia est substãtia incorporea/in se existẽs nõ deter minat̃ ad aliquẽ locũ/nisi ꝑ inclinatiõem & actiõem circa illum. Soluta igitur e corpore terreno/si nullã retinet inclinatiõem eiusmodi/nusquã terrarũ est/& ubiq;. Nisi forte sit in sphęra superiore ꝑ inclinatiõem ad illam. Sin autẽ incli nationem adhuc retinet ad terrena/circa hęc reuoluit̃ cum corpore spirituali: in quo & corporea patitur. Præterea sicut apud astrologos nõnulli fatũ suũ etiã nolentes implẽt/dum ignari aliqd eligũt/ꝑ quod incidũt clam in fatũ: sic oẽs animę diuinam implẽt in se legem/eligẽdo aliquid/ex quo ĩ latẽtem incidũt legis diuinæ sententiam. Cap. XXVI.

## PLOTINVS.

POst hæc quærendum est/ubi nam aĩa sit/postq̃ a corpore fuerit separata. Profecto hic quidẽ nõ erit/ubi nõ sit quod eam quomodocũq; suscipiat. Neq; enim ĩ eo moras trahere põt/quod nõ est ad eam capiẽdam naturali ter aptũ/nisi aliquid ipsius habeat/quod amentẽ aĩam trahat ad ipsum. Est aũt in illo/si habet aliud/sequit̃q; illuc/ubi id naturaliter esse & fieri põt. Cum uero plurimus sit & unusquisq; locus/oporter differẽtiam tum ab affectiõe aĩæ profi ciscĩ/tum etiam ab ipsa iustitia iudicioq; rebus oĩbus dominante. Nunquã enim effugiet quisquã/quod ex iniustis actiõibus pati decet. Lex nãq; diuina ineuita bilis est/simul ĩ seipsa cõtinẽs facultatem iam quicquid iudicatũ fuerit/faciẽdi. Ferť aũt & ipse patiẽs ad quæ pati decet ignorãs/instabili quidem motu passim

erroribus circũactus. Sed tandem uelut ꝑ multa defatigatus ob ea quibus renite
batur/ in locum incidit ſibi cõuenientem/uolũtario quodã motu in uolũtariam
ſubiẽs paſſiõem. Edictum uero eſt in lege/ & quãtum/ & quouſq; oporteat pati.
Ac tãdem iterum una cõcurrit tum remiſſio pęnæ/tum poteſtas ex locis illis effu
giendi/idq; potẽtia quadã harmonię oĩa cõtinẽtis. Proinde aię corpus habẽres
habent etiã ut tormẽta corporea patianť. Animæ uero quæ puræ ſunt/nihilq; ul
lo pacto corporei ſecum trahũt/ nullo prorſus ſitu corporeo cohibẽtur. Si igitur
ad nihil eiuſmodi deſignanť: neq; enĩ ullo modo corpus habẽt/ ibi ꝓculdubio
ſunt/ubi eſſentia ipſumq; ens atq; diuinum in Deo cõſiſtẽs: hic inq̃ & una cum
his atq; ĩ hoc ipſo aĩa eiuſmõi habitabit. Sin aũt adhuc requiras ubi/quęrendũ
tibi ſimiliter erit/ubi nã ſint & illa. Id uero ꝓquirens/neq; oculis neq; tanq̃ corpo
ra quęrito.

In intellectu non eſt reminiſcentia: quia nihil noui illic accidit uel extrinſecus
uel intrinſecus/quod conſeruãdum ſit/atq; recolẽdum. Nec ulla de potẽtia in
actũ ibi fit cõmutatio: Sed recordatiõis officiũ ad aĩam ꝓtinet Cap. XXVI.

OPęrępretium eſt de memoria ſimiliter ꝓſcrutari: Nunquid aĩæ cum ex his
locis abierint recordenť. An alię quidem reminiſcãtur/aliæ uero nequaq̃.
Et rurſus nunquid oĩum/an potius aliquorũ memoriã habeãt: Atq; iterũ
utrum ſemꝑ meminerint: an forte ad tempus. s. emigrationi q̃proximũ. Verum
ſi recte hac de re quæſituri ſumus: imprimis accipiendum eſt/quid ſit hoc ipſum
quod recordať. Dico ãt nõ quid ipſa memoria ſit: ſed qua ĩ re potiſſimum natu
raliter eſſe ſoleat. Quid enĩ memoria ſit/& alibi dictũ eſt: & ſæpius prædicať. Sed
exponendũ eſt diligẽtius/quid potiſſimũ natura ſit ad memoriã inſtitutum. Si
aũt tota memoriæ facultas eſt aduentitii cuiuſdam ſiue diſciplinæ ſiue paſſiõis/
profecto reminiſcentia rebus quæ paſſione uacãt/neq; ſubiiciunť tempori/mini
me cõuenit: ideoq; memoria circa Deum uel ens & intellectũ ponẽda nõ ẽ: nihil
enĩ eis accidit: neq; tempus circa ens eſt: ſed æuum. Neq; prius aliquid ibi eſt/&
poſterius: ſed eſt ſemꝑ uti ſe habet permanẽs ĩ eodem/nullam prorſus admittẽs
mutatiõem. Quod ãt in eodem ſimiliq; eſt ſemꝑ/qũo uteť quãdoq; memoria?
Quippe cum neq; habeat/neq; teneat diſpoſitiõem aliam poſt aliam q̃ prius ha
buerit: uel intelligẽtiam aliam poſt aliam ſortiať/ ut ita ĩ alia quidẽ maneat/ alte
rius uero meminerit quã prius habuerat. At uero quid nam ꝓhibebit/hũc intel
lectum aliorũ mutatiões cognoſcere/ipſum interim nõ mutatũ/uelut ipſos mun
di circuitus? Forſan quia aliud quidem prius/aliud uero poſterius ſic intelliget/
ſequẽs. s. agitatæ rei mutationes. Præterea meminiſſe/aliud quiddã pręter intelli
gentiam eſt: Atq; ipſas ſui intelligẽtias recordari nõ eſt dicẽdum. Nõ enĩ ꝓceſſit
ut cõtineat/ne forſan abeat: alioquin ita etiã metuet/ne ipſa ſui eſſentia a ſeipſo
diſcedat. Sed neq; etiã aĩam dicendũ eſt ea cõditione meminiſſe/quemadmodũ
ſi dixerimus eorum quæ innata poſſidet meminiſſe. Sed poſtquã hic eſt/habere
quidem illa/neq; tamẽ ſecũdum ipſa nũc operari: & maxime huc lõge profectã.
Veteres ãt operari iam ſecũdum illa quæ habebat/memoriã & reminiſcẽtiã apel
laſſe uidenť. Ideoq; hæc altera quædã eſt memoriæ ſpẽs. Quapp tempus memo
riæ huic minime conuenit. Sed forſan circa hæc nõ tam cõſiderate q̃ facile leui
terq; nos gerimus. Fortaſſis enĩ quiſpiam dubitabit/ ne forte nõ illius animæ ſit

memoria reminiſcẽtiaq; eiuſmodi:Sed alterius uilioris/uel etiam huius cõpoſiti aialis.Prẽterea ſiue alterius aiẽ ſit/ambiget/quãdo & qũo quæ recordaẽ accepit: Siue aialis/ſimiliter etiã dubitabit. Quamobrem inueſtigãdum eſt/quid nam in nobis potiſſimũ ſit memoria præditum:Quod etiam ab initio quærebamus:Et ſiue aia recordeẽ/quẽ nã uis ſiue pars aiẽ/ſiue aial ipſum utaẽ memoria:quemad modũ & ſentiẽs id ipſum eſſe quibuſdam apparuit/quẽrendũ erit/quis nam ſit modus/quid ue ipſum aial ſit dicẽdum. Item utrum ipſum idem ſenſibilia intel ligibiliaq; & alia quẽuis ꝓcipiat:an aliud hæc/& aliud accipiat illa.

Animal eſt unũ quiddã:nõ unũ dico factũ ex traſmutatione ambarũ partium in aliquid tertium:ſed ex tranſmutatione corporis in formã actumq; aialem. Ad hoc unũ cõmune pertinet effectus ſentiendi ferme ſicut & uegetandi. Sed effectus memoriæ.i.conſeruãdi & recolẽdi ad aiam proprie pertinet ſtabilem / nõ ad corpus inſtabile: quod eſt obliuionis occaſio. Nã & multa ꝓ memoriã ſeruanẽ/& ſuggerunẽ/quẽ nunq̃ cũ corpore ſunt percepta Cap.XXVII.

Si igiẽ aial eſt utrũq; ſimul/in ſenſibus ſecũdum actum/oportet ipſum ſen tire etiam aliquid eiuſmodi eſſe. Quapp & cõmune dicẽ/quemadmodũ texere atq; terebrare: ut ſecũdum artificẽ quidẽ aia i ſentiendo ſe gerat: ſecũdum uero inſtrumẽtum ſe hẽat corpus. Dum corpus quidem patiẽ & mini ſtrat. Anima uero ſuſcipit corporis ipſius formationẽ:uel eam quẽ fit ꝓ corpus: aut ſaltem iudiciũ/quod ex corporis paſſione peregit. Vbi certe ſenſus ſic cõis actio diceret.Sed memoria nõ ſic cogeret eſſe coniuncti. Quippe cum aia ſuſce perit iam figuram:atq; uel cuſtodiat/uel abiecerit eam. Niſi forte quis memoriã quoq; cõmune quiddã eſſe coniiciat/ex eo ꝙ complexionibus quibuſdã corpo rum tum memores/tum obliuioſi fieri ſoleamus. Verum dici quidẽ põt/corpus uel impedire/uel nõ impedire recordationis effectũ.Sed nihilominus ipſum me moriæ munus eſſe ipſius aiæ propriũ. Iam uero meminiſſe diſciplinarũ/qũo nõ ipſius aiæ/ ſed coniuncti potius eſſe diceẽ? Si ãt aial ſic eſt utrunq; ſimul/ut alte rum quiddã ex utriſq; proueniat:primo quidẽ abſurdum erit neq; corpus/neq; aiam dicere aial. Nõ enĩ permutatis utriſq; diuerſum quiddã aial eſt. Neq; rurſus ita cõmixtis/ut aia ĩ animali ſit quadã duntaxat potentia. Atqui & hac rurſum cõditione meminiſſe nihilominus ad aiam pertinebit. Quemadmodũ in cõtem peratione quadã ex uino melleq; cõfecta ſiquid ſupereſt dulcedinis/guſtũq; de linit/id ipſum hẽt ex melle. Quid ergo?Si ipſa quidẽ meminit: ſed ex eo ꝙ eſt in corpore/ideoq; nec eſt pura:imo tanquã ſic iam aut ſic affecta ſenſibilium fi guras põt imprimere: ac uelut ſedem ĩ corpore ſtabilire ad capiẽdas formas atq; ſeruãdas.Sed primo quidẽ eiuſmõi figuræ nõ ſunt magnitudines. Deinde neq; tanquã ſigillares impreſſiones:neq; reuerberationes uel figurationes quædam. Quoniã neq; ibi ẽ impulſio: neq; fit ſicut ĩ cẽra fieri cõſueuit:Sed modus alter qualis eſt intellectio/etiã in rebus quæ ſentiunẽ. At in intelligẽdo quẽ nã impul ſio uel impreſſio dici poterit?Aut qd opus eſt corpore/uel etiã corporea qualita te/qua cum intellectio peragaẽ. Quinetiã neceſſariũ eſt eam ſuorũ motuum me miniſſe:Sicut eorum quæ deſiderauit/quæ ue cõſecuta eſt/ uel minime cõſecuta. Neq; dum ad corpus uſq; peruenit/quod tanquã deſiderabile nobis propoſitũ

eſt. Quo enī pacto corpus de illis dicere poterit/quę ad ipſum nō peruenerunt; aut qua rōne una cū corpore animus recordabiť: quod nullo modo natura corporis cognoſcere pōt. Verū dicēdū eſt/quędā in aiam ipſam deſinere: quęcūq; p corpus ueniūt. Quędā uero aię ſolius exiſtere. Si modo neceſſe ē aiam ipſam aliquid eſſe: & naturā eius quandā opuſq; exiſtere. Si uero hoc/inſup deſiderium eius propriū/deſideriiq; memoriā. Quamobrē conſecutionis quoq; & inanis uoti reminiſcentiā. Quandoquidē & ipſius natura ī eorum genere quæ fluunt/ nō numeraťť. Niſi enim ita ſe hēat/neq; conſenſum neq; cōſequentiam aio concedemus: neq; conſpirationē/& quaſi ſuimet conſcientiam. Niſi enī aia hęc ſuapte natura poſſideat/certe in corpore nō acquiret. Sed profecto quaſdam actiones habet/quarū executio corporis indiget inſtrumētis. Et harū oīo uires ſecum affert. Quarūdam etiā uirium ſecū affert & actiones. Quantū uero ad memoriā pertinet/corpus impedimēto eſt. Quādoquidē & nunc ex quorūdā adiūctione contingit obliuio. Sed ī ablatione & purificatione quadā memoria ſæpe nobis emergit. Dum uero aia ſola eſt/neceſſariū eſt/ſi natura corporis acceſſerit mobilis atq; fluens/nō memorię cauſam/ſed obliuionis inferre. Quapp & Lętheum flumen eſſe hoc pōt exiſtimari. Memoria igiť ad aiam pertinet.

Opinio quaſi poetica/eſſe geminas ī hoīe aīas per ſubſtantiā inter ſe differētes. Rōnalē qdē ab ipſo mūdi opifice. Irrationalē uero a mūdi uita

## Cap. XXVIII.

Tranq; ſempiternam eſſe: ac poſt obitū poſſe rōnalem eſſe apud Deos: & interim irrationalē/quę eſt eius Idolum apud hoīes. Et hāc reminiſci rerū in hac uita geſtarū. Plurimū quidē paſſionū ſuarū. Minus āt rerū ad rationalem aiam pertinentium. Item ī hoīe/nō dico tempato/ſed cōtinente uel incontinente/ambas ſimul aīas cōmigrare: rerūq; humanarū memores ēe: facilius qdē quatenus uiuunt in aereo corpore. Difficilius āt ſi terrenū corpus quandoq; recipiant. Probabilius forte foret dicere/unā nobis ineſſe aiam. Atq; ex hac uitalem uim/uel actū uiuificū corpori huic influentē apellari quaſi alteram aiam. Quæ ideo diciť ab uniuerſi uita fieri: quia ex noſtra ꝓfluit ſub uniuerſæ uitæ uirtute. Cęterum quærendum eſt/utrius aīæ cōditio ſit memoria. Altera ſiquidē aia diuinior apellaťť: ſecundū quā nos ſumus. Altera uero ab uniuerſo depēder. Forſan dicendū eſt utriq; memoriā cōuenire. Sed alterā quidem memoriā eſſe propriā: alteram uero cōmunē. Et quādo coniuncta ſunt utraq;/ſimul omnes eſſe memórias. Sin autē ſeparenť/ſi modo utraq; ſint & maneāt/alteram aiam ſua quidem diutius cōſeruare: quæ uero ad noſtrā pertinēt/breuius. Hæc uero eſt/quę Idolū apellaťť. Simulachrum igiť Herculis apud inferos exiſtimandū nobis eſt/ ut arbitror/recordari oīum quæ acta ī uita fuerūt. Eius enī potiſſimum uita hæc erat. Aliæ uero utrunq; ſimul exiſtētes/nihil plus dicere habuerūt/q̄ quæ ad hanc uitam ſpectant: & ipſæ utrunq; ſimul factę hęc ipſa nouerunt: Vel preterea ſiquid quodāmodo pertinet ad iuſtitiā. Hercules āt ipſe ſegregatus a ſimulachro q̄d nam dixerit/ nondū eſt dictū. Quid nam igiť aia diceret altera ſegregata quandoq;/ſolaq; uiuens? Nam anima quidem cū hac ſimul tracta recolit quęcunq; fecit/paſſusq; eſt homo. Procedente uero tempore ſub ipſa morte/aliorum quoq; recordationes ex antecedentibus uitis ſuboriuntur: adeo ut horum nōnulla per

negligentiam dimittantur. Facta enim aliquãdo a corpore puriori & illa quę hic nõ habuit in memoria/recolet. Accedẽs uero ad aliud corpus/excurrit/profertq; externæ uitæ negocia: & quę nup obmiſerat. Item multa ſuperiorum. Cum uero lõgioribus temporũ curriculis aduentitia multa contingant/ ſemp in obliuione uerſabit̃. At aĩa quę ſola iam euaſit/quid nam meminerit? Forſan uero prius no bis inueſtigandũ eſt/ad quã potiſſimũ aĩę uim memoria ipſa pertineat.

¶ Potentia ſenſitiua aliud quiddã eſt q̃ potentia concupiſcendi uel iraſcendi. Atq; hæc utraq; excitat̃ a ſenſu: & ex frequẽti incitamẽto acquirit inclinatio nem propenſiorem: quæ tamen nõ eſt memoria. Memoria enĩ ad ſenſum per tinet atq; rationem

Cap. XXVIIII.

An Vnqd eo meminimus/quo ſentimus/& quo diſcimus? An etiam quo con cupiſcimus/cõcupitorum/& quo iraſcimur/ſingulorũ ad iram pertinen tium reminiſcimur? Nõ enim aliud quidẽ frui dicet quiſpiam: aliud uero meminiſſe eorum quibus aliud fruebat̃. Vis ergo concupiſcẽdi ſuis aliquando potita delitiis/ſiquãdo deſideratũ ei rurſus occurrerit/ mouet̃ iterũ p memoriã. Cur enĩ neq; alio quouis obiecto/neq; aliter q̃ ita mouet̃? Quid ergo prohibet quo minus ei ſenſum quoq; taliũ tribuamus? Et ſenſuali ſimiliter cõcupiſcẽtiã/ per oĩaq; ſimiliter: adeo ut ſecundum id quod præualet/quodlibet nominetur. An forte ſenſum ſingulis aliter attribuimus? Velut uidit quidem uiſio/ non aũt ipſa cõcupiſcendi natura. Incitata uero hæc eſt a ſenſu/quaſi ſuccedẽte quadam traductione/nõ ita quidem ut hæc dicat qualis oĩo ſit ſenſus: ſed abſq; animad uerſione propria patiat̃. Eadem rõne in his quæ ſpectãt ad iracũdiã/uiſio quidẽ uidit iniuriantẽ: animoſitas aũt irritata eſt. Quẽadmodũ ſi paſtore lupũ proſpi ciente gregibus iminentẽ/irriteť canis/nõ ipſe quidẽ intuitus/ſed impetu quodã uel ſtrepitu laceſſitus. Etenim concupiſcendi quidem natura olim potita eſt: re tinetq; eius quod factũ eſt/inſitam ſibi notã nõ tanquã memoriã/ ſed uelut affe ctionem quandã & paſſionem. Aliud uero eſt quod conſecutiõem potientis ani maduertit: penesq; ſe rei geſtæ memoriã poſſidet. Huius uero argumẽtum eſt/ memoriã. s. ſæpe nõ cognoſcere quę uis ipſa cõcupiſcendi participauit: quanuis adhuc in hac ipſa reſideant.

¶ Quando ĩ ſenſu memoriã ponimus/hãc in ſenſu interiore. i. imaginatiõe loca mus. Hęc. n. abſẽtia repetit/& cõſeruat. Et ubi hæc porẽtior eſt/ memoria ẽt eſt ualidior. Præſertĩ ſi corporis q̃litas & meditatio cõducat ad idẽ

Cap. XXX.

An Vnquid igit̃ ſenſuali uirtuti memoriã dedicabimus? atq; idem ſentiendi compos nobis erit/quod & memoriæ compos. At ſi & aĩæ ſimulachrum meminerit/ ut dicebamus/duplex ſenſuale ĩ nobis erit: ac ſi ſenſuale non ſit memor/ſed quoduis aliud: ſic etiam quodlibet aliud ſaltẽ dupliciter erit me mor. Præterea ſenſuale ſi etiam ad diſciplinas ptinet retinẽdas/etiã cogitatiões ipſas perſentiet: uel aliud potius ad utraq; pertinebit. Num igit̃ aĩaduerſorium cõmune ponẽtes/huic amborũ memoriã concedemus? Verum ſi unũ idemq; ani maduerſorium eſt ſenſibiliũ atq; intelligibiliũ/ nõnihil forſitan dicereť. Sin aũt

bifariam distribuiẽ/nihilominus duo quędam erũt. Quod si utriq; aĩæ attribua
mus ambo/quattuor inde fient. Omnino ãt quænam cogit necessitas/ ut quo
sẽtimus/eodẽ etiã meminerimus/ eadẽq; uirtute ambo pficiamus: & quo cogita
mus/eodem cogitationũ etiã recordemur. Quãdoquidem nõ iidem homies in
excogitãdo memoriterq; retinẽdo potẽtissimi sunt. Et qui æque ualẽt sensu/nõ
æque memoria ualẽt. Atq; alii sensibus magis admodum uigẽt. Alii uero magis
memoria pollẽt: Cum tamen ad sentiendũ nõ sint admodũ perspicaces. Sed rur
sus si est utrunq; diuersum/oportebit quoq; aliud esse: quod meminerit quę sen
sus ante perceperat. Atq; illud oportet sentire: cuius & meminisse debebit. Forte
uero nihil prohibebit cõmemoranti uirtuti sentiendi actũ/esse actum quendam
imaginãdi. Atq; ipsi imaginali naturæ/quæ & diuersa sit/memoriam cõseruatio
nemq; cõgruere. Hoc enĩ est in quod sensus desinit: sensuq; cessante/huic adest
interea usum. Si igiẽ penes hoc absentis imaginatio residet/certe memoriã hẽt:
Ac si ad breue permanet/exiguã hẽt memoriã: Sin aũt prorogatur in lõgum/hĩ
magis memoria pollẽt: hac uidelicet potestate ualidius se habente: usq; adeo ut
non facile peruertatur/ notasq; memores amittere cõpellaẽ. Imaginalis ergo uir
tutis memoria est: taliumq; est meminisse. Differẽtes uero ad reminiscendũ aios
esse dicemus/uel ob illius uires se differẽter habẽtes: uel ob frequẽtiam actionũ/
aut uacatiõem: uel ob corporeas complexiones/quę ue adsint/quę ue desint. Et
quæ permutatæ permutẽt/aut cõtra. Siue etiã quæ quasi perturbẽt. Sed de his ali
bi dicendum esse uidetur.

MARSILIVS: Sunt in nobis imaginationes geminæ. Vna ĩ uita irrationa
li. Altera in aia rationali: Atq; illa est summũ sensuũ: hęc infimũ cogitationũ.
Suntq; contiguæ: Et ad utranq; pertinet animaduersio. Sicut ergo sępe nõnul
la uidemus: nec tamen animaduertimus nos uidere: nisi huc imaginatio sen
sualis intendat: & nisi in hanc uisio ipsa resultet: ita nec intelligere/ neq; cogi
tare nos animaduertimus: nisi actiones eiusmodi quoquo modo attingant
imaginationem sibi continuam: & in ea quasi resultent. Ad hanc quoq; ima
ginatiõem perueniũt & sensuum & imaginationis inferioris actus: atq; ĩ hac
ipsa rõnalis memoria collocaẽ.

Cap. XXXI.

PLOTINVS.

UErum quid nam cogitationum meminisse dicemus? Num has quoque
imaginatio ipsa cõseruat? Verum si omnẽ intelligẽtiam imaginatio se
quereẽ/forsan hac imaginatiõe manẽte uelut quadã cogitatiõis imagi
nẽ/sic utiq; rei cognitę memoria erit. Sin minus/aliud indagãdum. Forsan uero
rõne ipsam intelligẽtiã comitãte traductio & susceptio quędã in imaginatiõem
memoria erit. Ipsa enĩ intelligẽtiæ notio/siue (ut ita dixerim) intelligimẽ/impar
tibile est: ac nõdũ quasi ꝓcessit foras/sed permanẽs intus latet. Ratio uero expli
cans & educens ex ipsa intelligentię notione in imaginãdi uirtutẽ/ipsum quod
diciẽ intelligimẽ/uelut in speculo demonstrauit. Eiusq; aiaduersio ita fit & ꝓma
nentia atq; memoria. Quamobrem cum aia semp ad intelligẽtiam moueaẽ/quo
tiens ĩ hoc resultat/fit in nobis animaduersio. Aliud enĩ est intelligẽtia/& aliud
intelligentiæ ipsius animaduersio. Et intelligimus quidem semper: non tamen
semper animaduertimus. Id autem inde contingit: quoniam id quod suscipit/

non ſolum intelligentias/ uerum ſenſus etiam aliunde ſuſcipit/ idq; uiciſſim.

MARSILIVS. Si aīę noſtrę duę locis inter ſe ſepenū/duas habebūt imagi nationes manifeſtas/atq; memorias. Quatenus uero ſunt ſimul/ inferior præ ſtantiori cedit in corpore formādo/ ſicut lumini maiori minus lumen. Et ideo non ſunt hic animalia duo: quia ſuperior aīa eſt quaſi inferioris forma. Atq; hæc ſub illius forma actuq; naturaliter agit in corpore. Præterea quanuis ima ginatio memor naturaliter ſit in utraq;: tamen quando una frequentius ima ginatur/atque ualidius: altera uel uacat: uel ita remiſſe agit/ ſicut ſæpe uiſus quaſi non uidet/ imaginatione interim circa aliud attentius laborante. Decet autem/ut naturale eſt/& fit communiter/imaginationem inferiorem ſuperiori cedere. Quę quidē ſuperior/qa cōprehēdit intelligibiliū notas ſimul/& ſenſibi lium formas/declarat in nobis animal eſſe unum. Et quando egreditur corpo re/ſi alterā ſibi educatione ſubegerit/uilia quidem mādat obliuioni. Honeſtio ra reſumit.

Cap. XXXII.

PLOTINVS.

VErū ſi imaginatiōis memoria ē/utraq; uero aīa meminiſſe dicīt/duę quędā erūt imaginādi uirtutes. Profecto ſi ſepatę iter ſe aīę ſint/geminas habeāt. Cum uero i eodem ſint apud nos/qūo duas habebūt: & utri earū fiet impreſſio memor? Si enī utriſq;/geminæ ſemp imaginatiōes erūt. Nō enī dicendū eſt ad al terā quidē intelligibiliū/ad alterā uero ſenſibiliū memoriā pertinere. Sic enī duo prorſus aīalia erunt/inter ſe cōmune nihil habentia. Si ergo utriſq; impreſſio fit/ quę nam differētia eſt? Præterea qd obſtat/quo minus id agnoſcamus? Forſan quādo altera cōſentit/ſiue cōſonat alteri: quippe cū imaginatiōes nō ſint ſeorſū/ ſiquidē tūc aīę potioris expreſſio ſupat/unū ꝓuenit phātaſma. i. uiſum. Quippe cū uelut umbra tūc alterū comitet: minuſq; lumē maiori cedat. Quādo uero pu gna fit atq; diſcordia/tūc & altera emicat ꝓ ſeipſam: latet aūt quod eſt in altera: quoniā & oīo latet nos duplicitas animarū. In unū enī ambę cōſpirauerunt: alte raq; obfundīt. Emicuit igīt altera/uiditq; oīa: & alia quidem hēt excurrens ſiue egreſſa: alia uero dimittit ad alteram/uidelicet pertinētia. Quemadmodum ſole mus cum ulioribus aliquādo cōuerſati/ſi deinde nos ad prę ſtantiorū conſuetu dinem traducamus/exigua quędā priorū conturbernaliū memoria retinere: plu ra uero ſequentium ac meliorum.

MARSILIVS. In utraq; aīa poſt obitum/humanorum memoria remanet: Sed i inferiore/cum perturbatione: præſertim quādo ſuperiori nō prorſus ob temperauerit. In ſuperiore uero ſine perturbatiōe: prę ſertim quādo talia parui penderit. Item in corpore aerio reminiſcimur mortaliū q̄plurimorū. In cæleſti pauciorū. Extra cęlū pauciſſimorū. Recordari uero illic pauciorū nō prouenit ex debilitate memoriæ: ſed ex attentione circa meliora/negligente deteriora: Niſi quatenus hæc per illa cōſpiciunt

Cap. XXXIII.

PLOTINVS.

QVid uero dicemus de amicis/& filiis/atque coniuge. Item de patria: ſimili terq; de aliis/quorū uir ꝓbus honeſte recordaturus eſſe putabīt? Forte il lud quidē. i. aīæ ſimulachrū cū perturbatiōe quadā reminiſcīt ſingulorū.

Hic autē absq; perturbatiōe horū memoriā retinebit. Perturbatio enim forsan & ab initio erat in illo. Atq; etiā urbani quidā affectus in aīa præstātiore sunt/qua tenus cū altera cōmertium habuit. Decet aūt deteriorē aīam appetere etiam offi cia melioris memoriter retinere: præsertim quādo ipsa quoq; modesta ē. Potest enī & a principio fieri melior/& educata sub meliore proficere. Hanc autē opor tet libenter obliuioni mandare deterioris aīę nugas. Fieri quoq; pōt/cum altera proba sit/ut altera quæ sit natura deterior: p uim a meliore coherceaī. Et ꝑfecto quatenus cōtendit ad supera/plura ex his ab hac quoq; obliuioni mandantur. Nisi forte tota eius uita hic quoq; talis extiterit/ut optima dūtaxat memorię cō mendauerit. Quandoquidē & hic præclarū est/se ab humanis studiis segregare: idq; est absolutæ uirtutis officium. Quocirca & necessario rectum est talium me moriam posthabere. Quapp siquis probum animū esse dicat obliuiosum/ hac utiq; rōne recte loqueī. Fugit nāq; a multis: & in unū redigit multitudinē/ infini tum prorsus incertumq; dimittēs. Sic. n. neq; uiuit cum multis/sed leuia hæc exi stimans/paucis quibusdā & his quidē uix retētis/secum habitat: quādoquidem etiā dum hic habitat/quotiens ad supera se conferre cōtendit: cætera prorsus ob mittit. Cum igitī illuc ad summū peruenerit/ex his pauca recolit. Cum uero ē in cælo/retinet plura. Iam uero Hercules ille uirili in cælis sua fortitudine gloriabi tur. Ille uero superior talia etiā paruipēdet/in locū angustiorem iam ꝑfectus: & in ipso ītelligibili receptus mūdo. Et ꝑfecto superior Hercule/utpote q; sacratio ra sapientum certamina strenue exercuerit: & abunde peregerit.

## QVARTVS LIBER ENNEADIS QVARTAE: ET SECVNDVS DE DVBIIS ANIMAE.

MARSILIVS. Anima corpus omne uel cęleste quandoq; exuta/& mente diuina tunc formata attentissime diuina conspicit simul cuncta sine discursu. Ideo dicitī nō recordari rerum humanarū: nō quia ignoret inferiora/dum oēs inferiorū cās cōtuetur/ac se ꝑfectissime possidet: Sed quia negligētissime repe tit minima/quādo est in maximis attentissima. Ac etiā quia non repetit ꝑ mo dum discurrētem/atq; mutabilē. Quemadmodū solet humana recordatio fie ri. Contueī aūt & ꝑ intellectū & ꝑ rōnem/quęcūq; cognoscit uno quodam in tuitu sine motu. Quoniā cōspicit ꝑ unā Dei formā. Verūtamē ꝑ ipsam seriem idearū habentē gradus nō tēpore/sed ordine inter se distinctos: discernit alia aliis ordine ibi esse priora. Quod āt aliquis apud nos attentissime cogitans aliqd/nequeat interim aliud perspicue cogitare/ accidit cum ex debilitate po tentię/tum etiam ex eo quod nō cogitat principiū aliorū. Ibi uero potentia & ualidissima est/ & oīum principia cōtuetur. Ergo & ī illis oīa simul. Præsertim quia a motu ac tēpore iam est pęnitus separata. Anima deniq; postq̄ mente diuina ideisq; formata fuit/attingit ipsū unū mente ideisq; superius. Et tamē adhuc inde cōspicit oīa. Potestas enī ipsius unius cum primū in alio. i. mente uel aīa percipitī/in plurima deriuaī

## PLOTINVS.

ANIMA igitur ad diuinum mũdum profecta/& in illa essentia constituta quid nam dicet? quorum ue memoriam cõseruabit? Forte cõsequens est/ eam illa contemplari/in quibus est/& circa eadem agere: alioqn ibi non esse. Num ergo eorum quę hic sunt nullo modo reminiscet̃? Velut quod philosophata fuerit: quod ue etiã hic habitans/ superiora illa suspexerit. Forsan si fieri nequit/ ut quando quis intentissimus intelligit aliquid/aliud quicquam agat interim contempletur ue aliud pręter illud: atque in ipsa intellectione non includit̃ actus aliquis/ per quem se intellexisse cognoscat: sed posterius aliquem dicere id contingit/quod quidẽ significat hunc iam permutatum: nõ licebit ei qui pure mundo intelligibili fruitur memoriam eorum/que hic sibi quãdoq; acciderint reuocare. Atq si quẽadmodum apparet/ intelligentia omnis ẽ temporis exps. Quippe cũ quę ibi sunt/non uersentur in tempore: sed in æternitate consistant: impossibile est illic esse memoriam non solum nostrarum rerum: sed etiam quarũlibet aliarũ. Est enim unũquodq; pręsens: quoniam neq; discursus/neq; ab alio in aliud transiens permutatio. Quid ergo? Non erit diuisio desuper in species/uel ab infimo ad uniuersale atque supernum? Quod profecto dicitur desuper non sit ibi actu secretum in intellectu omnia actu simul habente: in anima uero ibi existente cur non erit? Sed quid nam prohibet hunc quoq; intuitum totum una collectum fieri simul rerum similiter collectarum. Nunquid igitur ita fit tanquam simul alicuius intuitus? uel ut intellectiones simul omnes complurimorum? Cum enim spectaculum ipsum ibi sit uarium/ cõsequens est uariam quoq; & multam simul intelligentiam fieri: intelligentiasq; multas/tanquam sensus multos ĩ uultum unum eundẽq; directos/ubi uidelicet oculus simul nares/& oculos/& cæteras faciei particulas contuetur. Sed quando unum aliquid diuidit & euoluit/ quid dicemus? Forsan in intellectu id esse distinctum/ibiq; tale quiddam magis innixum quendam esse atque firmamẽtum. Quod autem prius dicitur & posterius in speciebus existere non ꝑ distãtiam tẽporalẽ. Non.n. prioris intelligentia posteriorisq; fit tempore: sed quodam potius ordine/uelut si arboris ordo exordiens a radicibus/& usq; ad sũma perueniens/apud contuentẽ non aliter q̃ ordine prius hẽat atq; posterius: siqdẽ plantã simul oẽm cõspicit. At quãdo ĩ unũ inspicit/ si multa oĩaq; hẽt/quo nã pacto aliud qdẽ primũ hẽt/aliud uero deĩceps. Forsan uero potestas ipsa quæ una est/ sic erat una/ut & multa esset in alio: neq; secũdũ intellectionẽ unã oĩa. Intelligẽtię nãq; nõ secũdũ unũ illic se hẽnt ꝑ oẽm tamẽ ibi potentiã ꝑpetuo ꝑmanentẽ/adeo ut ĩ aliis efficiant̃ multa. Iã.n. illud ut pote nõ existẽs ipsũ unũ põt multorũ ĩ seipso prius nõ existẽtiũ naturã suscipe.

MARSILIVS Aĩa ĩ hoc qdẽ corpore dũ attẽtior ẽ ad aliud/seipsã interim nõ cognoscit: qa & potẽtia hic eius debilis est: & quod cogitat̃ ab ea nõ est principiũ aĩæ: Sed quãdo diuinũ mũdũ cõtẽplat̃: utpote quæ & corroborata ẽ/& prĩcipia sui cõspicit/seipsã habitũq; suũ & gesta ꝓrsus agnoscit. Aĩa in hoc corpore ad imaginationẽ: & ꝑ hãc ad sensibilia plurimũ est cõuersa. Sed post obitũ si in corpore uiuat aerio/ad rõnẽ postremo tota cõuertit̃/ꝑq; hãc ad intellectũ suum semꝑ oĩa cõtuentẽ: & ĩ discursu interĩ tẽporali uersat̃. In corpore uero cęlesti ratio

quasi effecta ē intellectus & suus atq; cōis/pręteritūq; discursū ad ituitū ferme re degit. Hic ergo & q̄tenus igenitas sibi repetit formas/agnoscit seipsā. Et q̄tenus se/formas quoq; uicissi. Ipsa.n.ē ipsę formę. Aia deniq; extra cęlū sic formata est diuina mēte eiusq; ideis: sicut corpus aia uiribusq; aiæ: & sicut ignitū ferrū igne. Videt igit̄/agitq; p ideas diuinę mentis quasi p uires quasdā suę formæ. Igit̄ & actu stabili & cognoscēs ibi pricipia sui/agnoscit pfecto seipsam. Cap. II.

PLOTINVS

Sed hęc qdē ita se hēant. Nūquid āt in memoriā sui reuertit̄? Forte neq; sui ipsius reminiscet̄: neq; q̄ ipse sit qui cōtēplat̄/uelut Socrates aut alter aut q̄ sit mens uel aia: quo.n.mō circa hęc q̄spiā memor erit? Siqdē quādo & hic contemplatur/ præsertim acerrime/non cōuertitur tūc p intelligētiam ad seipsū: sed habet quidem se ipsam. Actus autē eius ad illud fit & illud/quasi materiam seipsum exhibens. Formatus uero secūdum id quod spectatur ab eo: & ipse quidem tunc in potentia sese habens. Tunc enim ipse est actu aliquid quādo nihil intelligit: uel forsan si dūtaxat ipse sit/ nimirum uacuus erit oium/quādo nihil intelligit. Sinaūt ipse talis ē/ut oia sit/quādo seipsum intelligit: cūcta simul itelligit. Quāobrē ita cōstitutus & intuitu qdē in seipsū/& seipsū actu cernēs/cūcta simul hēt inclusa. Intuitu uero quodā i oia seipsū similiter hēt inclusū. Verū si sic agit/pmutat itelligētias: quod i superioribus negabamus. Nunquid ergo dicendum i ipso qdē intellectu hoc ipsū eodē mō se semp hēre. Sed i aia tanq̄ in extremis mūdi itelligibilis cōstituta/id mutatiōis posse cōtingere. Quādo & reuocare se ad intima dat̄. Siqd.n.circa pmanēs ipsū efficit̄/oportet ipsū quandā ad pmanens habere mutationē: q̄ppe cū nō eque pmaneat. Forte uero neq; mutatiōem illic fieri est dicendū/quādo a rebus suis ad seipsum uergit: & quādo a seipso uissim. Oia nāq; ipse ē: atq; secūdū ambo p aliā aiam i mūdo itelligibili pmanēs id ipsū patit̄ quod aliud dicit̄ atq; aliud erga seipsam/ & erga illa quæ fundant̄ in ipsa. Aut certe i mūdo intelligibili pure uiuēs ipsa quoq; habet stabilitatē. Est enim & ipsa quęcunq; est. Quādoq; dē & cū in eo est mūdo/necesse est ad unionē puenire cū itellectu: si mō cōuersa est. Cōuersa.n.nihil patit̄ inter mediū. Intellectū ergo pfecta/cū eo cōtēpat̄: & cōtempata mox unit̄: ex hoc tamē minime dissoluta. Sed unū ambo sūt atq; duo. Sic itaq; se hēns minime pmutabit̄. Sed ad intelligentiā imutabiliter se intendet. Simul habens suimet cōscientiā siue cōsensū: utpote quæ unū iam simulq; idem cū mundo intelligibili sit effecta.

MARSILIVS. Aia extra cælū i mūdo diuino cōstituta dicit̄ esse unū quoniā agit dūtaxat p itellectū. Descēdit tādē in corpus cęleste/q̄do suā ipsā i se explicat multitudinē/agēs iam uidelicet p itellectū/ rōnē/imaginationē. Tūc & suis rerūq; suarū ita ferme iā reminiscit̄/quēadmodū apud hoies cōsueuerat. s. cū per rōnis agitationem quāuis ibi celerrimam: tum p imaginatiōis formatiōes/atq; simulachra. Plurimū uero itereſt qualia cū affectu cogitat aius. Nā cū formas ipse suas i se latentes pducēdo in actū cogitet/nimirū euadit illa ipsa quę cogitat/locumq; & conditionem eis conuenientem subinde sortitur. Cap. III.

PLOTINVS

Egressa uero inde/quasi ipsū unū ulterius minime substinēs: sed suī ppriatatē amās affectāsq; eē alterū: tanq̄ quasi emicās iā pcūbensq; pcliuius memoriā/ut uideat̄ sui ipsius assumit. Memoria uero/si supiorum sit/continet

adhuc aīam ne lōgius ꝓlabaī: Sinaūt nostrarū rerū sit recordatio/ad nostra præci
pitat. Sed cęlestiū reminiscentia gradū sistit in cælo. Oio āt cuiuscūq; meminit id
ipsū est atq; efficiī. Est. n. meminisse/uel itelligere/uel imaginari. Hęc āt ipsa ima
ginatio nō i eo cōsistit ꝙ habeat aliqd: sed ꝙ uideat disponaīq;/talisq; sit ipsa.
Quod si sensibilia cernit: quatenus ea ꝓspicit/eatenus & ꝓfundū hēt. Cū. n. hēat
oia secunda quadā conditione: neq; sic quidem ꝓfecte fit & oia: cūq; rerum cōfi
nium sit/& uelut i confinio posita/nimirum transferī in ambo.

MARSILIVS. Aīa in mūdo supcęlesti cōtēplās diuinæ mētis ideas/ꝓ ipsā
mētē uelut ꝓ diaphanū luminosū cernit ipsū bonū uelut solē. Atq; dū ꝓ pricipia
sui uidet seipsā/nimirū & se cognoscit itelligētē esse/& seipsā prsus agnoscit. Sed
ꝓ eundē pęnitus actū eiusdēq; potētiæ/diuina suā naturā/actiōem ꝓpriā cōtueī.
Iō nō ꝓprie diciī seipsā suūq; actū & uitā priorē aīaduertere/qa nō utiī rōnis di
scursu atq; imaginatiōe/ in qbus recordatio & aīaduersio cōsueta uersaī. Sed cū
primū inde uenit i cælū/& post i aerē duo hęc exercet. Oio uero formæ rerum in
potentia aīæ cognitrice nō sunt accidentia quædā sic aīæ adiacentia/ ut i tabella
sunt litterę. Sed rōnes ꝓprietates uires quędam essentiales: sicut rōnes seminales
mēbrorū qualitatūq; corporaliū in potentia uegetali: & sicut ꝓprietates plātæ to
tius i semine. Aīa igiī sēp est hęc oia. Sed alias qdē potius i potentia quadam:
alias uero magis i actu. Est āt aīa magis res ipsę diuinę: si ꝓsolū itellectū agit in
ipsis: q̄ si interim ꝓ rōnis quoq; discursū uel imaginatiōis figmēta id ipsum ani
maduertat. Hęc enim distrahunt. Cap. IIII.

PLOTINVS.

ANima igiī in mūdo itelligibili ipsū quoq; bonū uidet ꝓ itellectū. Neq;. n.
itellectus eā ipedit/quo minus ad ipsū usq; ꝓcurrat. Quoniā quod ē me
diū nō ē corpus: ut ex hoc ualeat ipedire: q̄uis & medium in corporibus
ꝓmittit sępe a primis ad postrema descēdere. Proide si aīa seipsā dedat inferiori
bus/ ꝓ ipsa memoriæ imaginatiōisq; ꝓportiōe reportat ꝓtinus quod affectabat.
Iccirco memoria ēt quādo rerū est optimarū/nō est optima. Memoriā uero opor
tet accipe nō solū i eo quod qspiā se recordari ꝓsentiat: sed ēt i eo ꝙ ipręsētia sit
affectus secūdū priorū affectuū cogitationūq; similitudinē. Fieri. n. pōt/ut q nō
aīaduertit aliqd se hēre/hēat id penes se ualidius q̄ si agnosceret. Si. n. agnoscat/
forte tāq̄ aliud qddā hēbit: ipse uidelicet tāq̄ alius qdā existēs. Qui uero nō cō
siderat se hēre/uideī id ipsū esse quod hēt: Quę qdē affectio uehemētius afficit
aīam/lōgiusq; idinat. At si digressa iā ab ipsa regione diuina/refert quoquo mō
memorias/ habuit & ibi uis ipsa i se memoriā: sed actus illorū quodāmō memo
riā obfuscabat. Nō. n. dicēdū est/uelut adiacētes ibi figuras fuisse: ne forte absur
dū qd inde cōtigat. Sed erat potētia i actū postea emittenda. Quādo ergo actus
ille circa intelligibilia uigere solitus/desinit/agnoscit iā aīa/quæ ante q̄ illic esset
cognouerat.

MARSILIVS. Aīa in hac uita pōt cognoscere diuina: nō ꝓ imaginationē
nec ēt ꝓ rōnē sumentē ab imaginatiōe pricipia: sed ꝓ intellectū: & rōnem pricipia
sūmentē ab itellectu. Quādo aīa ꝓ rōnē surgit i mentē uelut i speculā. Quāuis āt
memoria cōiter dicta sit imaginatiōe uersaī: ramē memoria quædā i rōne ēt & in
tellectu cōsistit. In aīa supra cęlū actus intelligētiæ/cōsuetū rōnis & imaginatiōis

occupat usũ. Sed ĩ cęlo resurgit usus eiusmõi: ꝑ quẽ reminiscit̃ humano q̃si mõ/ humanę quõdã uitę rerũq; humanarũ. Nã hæc supra cælũ mõ quodã eminẽtiore ꝓspexit. Agnoscũt igitur in cælo se iuicẽ animi/amici pręsertim: atq; quõdã no noti. Cũ ꝑ ipsos motus affectusq; uiuidos aĩorũ/tũ ꝑ corpora: quæ ibi hẽre pos sunt figurã hõi similẽ in materia liq̃da/cedente multo magis aĩo q̃ũocũq; forma tori/q̃ terrena materia nũc affectibus aĩę. Tũ uero si corpora illic orbicularia sint/ differẽtia tamẽ erũt indifferẽtibus signa inditiaq; differẽtiũ aĩorum/siue ĩ figura ut diximus/siue magnitudine/q̃litate/motu/gestu/nutu/luce: quẽadmodũ fit in oculis ex affectibus aĩorum: et in uariis nubibus figuræ differentes atq; colores. Sũt q̃ uelint cęlicolas ĩter se uoces edere. Nã & cęlos posse sonare/ saltẽ uero mu tuis ĩter se nutibus colloquent̃. Recordant̃ uero ĩ cęlis diuinorũ magis q̃ huma norũ. Lapsę uero ĩ aerẽ e cõuerso: possunt ãt & quãdo ĩ cælo & quãdo ĩ aere sunt ꝑꝑ motũ naturaliter liberũ/& ibi ꝑ multa sęcula gradũ sistere: & altius inde regre di. Deniq; quid nam ꝓhibet optima quadam electione ĩ sup̃ioribus semꝑ esse? Nihil apud Porphyrium & Iamblichum atq; Iulianum. Cap. V.

## PLOTINVS

QVid ergo? nũq̃d eadẽ ipsa cõmemorãdi potẽtia nobis nunc illa reducit in actũ? Forsan si nõ reducit eadẽ/id agit/qua nõ uidimus memoria. Si ãt ea dem repręsentat/agit hoc eodẽ quo & ibi uidimus. Hoc.n.ẽ quod excita tur ĩ nobis/quotiẽs incitamur ad illa: atq; hoc ipsũ est/quod ĩ his quę dicta sunt uidet. Nõ.n. similitudine quadã & imaginaria cõditiõe utentẽ illa oportet ostẽ dere: neq; rõcinatiõe pricipia aliũde sumẽte: Sed licet de ĩtelligibilibus (ut dicit̃) & hic existẽti idem dicere/eo ipso uidelicet/ ꝙ ad illa suspiciẽda uim possidet. Idẽ nãq; excitãtes oportet quę illic sunt cõtẽplari: quod ẽt excitare illic oportet: Quẽadmodũ siq̃s speculã ascẽdens eminẽtissimã/oculis illic intẽtis ea ꝓspiciat: quę nemo alius eorũ q̃ una cũ ipso nõ ascenderũt. Cũ ergo appareat ex rõne me moriã initiũ a cęlo ducere/ubi aĩa sup̃iorẽ iam reliquerit regionẽ: nihil mirũ est/ si illinc ĩ cælũ ꝓfecta residensq;/ multarũ quę apud nos fiũt rerũ memoriam reci pit/qualiũ uidelicet dictũ est: agnoscitq; multas ante cognitas aĩas: siq̃dem ne cesse est eas habere circa se corpora similibus ĩ figuris. At si figuras mutent orbi cularesq; efficiãt/ꝑ ipsos mores modosq; unicuiq; ꝓprios agnoscere uidebunt̃. Non.n.id absurdũ est uel mirũ. Esto q̃dẽ: ut passiones oẽs ꝓcul abiiecerint. Mo res ãt nihil ꝓhibet reseruare. Quod si ẽt confabulari liceat/ sic quoq; mutuo se agnoscẽt. At quãdo ab ĩtelligibili mũdo labunt̃: qua nã conditione se hẽnt? For san memoriã iterũ suscitabũt: minus tamen q̃ ille circa eadẽ. Alia nãq; habebũt: quorũ reminiscant̃. Atq; longius deĩde tẽpus integrã multorum obliuionẽ affe ret. Verũ si ĩ mundũ sensibilẽ iam delapsę/hic ĩ generationẽ cadũt: quod nã tem pus memoriæ dabit̃/forte nõ necessariũ est in ꝓfundũ õe præcipitari. Fieri.n.põt ut cõmotę iam aĩę ad certũq; ꝓgressæ spatiũ pedem sistãt. neq; q̃cq̃ ꝓhibet emer gere/inde rursus & regredi/anteq̃ ad imũ generationis locũ præcipitẽtur

MARSILIVS Conseruatricis memorię ministeriũ necessarium est ubi præ terire aliquid rursũq; accedere potest uicissim pręteriturum. Animis ergo cælesti bus non uidetur memoria necessaria. Neq;.n. discurrunt ut nouũ aliquid uel in ueniant uel acquirant. Cap. VI.

ANimas igitur discurrẽtes seq; uarie pmutantes uti memoria/facile quiuis potest assuerare. Memoria nãq; eorũ est quę facta sũt/quę ue prętierũt. Aiæ uero quę i eodẽ pęnitus cõquiescũt/quarũ nã rerũ reminiscentur?/Humana uero rõ siquidẽ in aïs siderũ quidẽ oium: sed præcipue solis & lunę requirit memoriam/hic simili quadã cõditione ad aïam uniuersi se trãsferet: ac tandẽ audebit negociosã in ipso Ioue memoriã collocare. Hęc uero pquirens: considerabit prętera cogitationes rõcinationesq; eorũ/siquę sunt/quales pręcipue sint. Iã uero si neq; quicq̃ requirũt neq; ambigũt: nulla.n. re indigẽt: neq; discũt quę antea ignorauerit/quę nã rõcinationes uel argumẽtorũ subiũctiones uel excogitationes ĩ eis erũt. Sed neq; sollicite de machinis cõsultabunt qbus hũana & oia terrena disponãt. Altera.n. rõ est qua supi munifice uniuersa dispẽsant.

MARSILIVS. Animis Cęlestiũ corporũ rectoribus nõ ẽ necessariũ recordationis obsequũ uel ĩ cognitiõe/uel uita/uel motu. Suspiciũt qdẽ diuina ituitu nũq̃ interrupto. Vbi aïaduertere qdẽ possũt se uidere: nõ tamẽ est opus repetere se uidisse: cũ ibi nõ sit ipsũ uidisse: sed uidere nunq̃ intermissũ: nunq̃ igit̃ resumẽdũ Similis ẽ & eorũ uita sẽp eadẽ/similis & motus ppetuus in eorũ corporibus/atq; cõtinuus/ iõq; uniuscuiusq; illorũ semp unus q̃uis nobis multiplex uel accidat uel uideat̃: Prospiciũt res quoq; mutabiles ituitu quopiã nõ mutato/ sicut & qs ptã eadẽ ispectiõe ad aliquã horę ptẽ cõtinuata cernit deãbulãtẽ ĩ rectũ/aliter aliterq; mutatũ pspectu uidelicet nõ mutato. Quo qdẽ si iudicauerit/illũ hic ẽe/ibi fuisse/illic fore: mutatiões eiusmõi nõ ppea in uisione cõtingẽt qp ĩ spectaculo cõtingere iudicent̃.

Cap. VII.

PLOTINVS.

QVid ergo?/Nõ ne deũ se uidisse reminiscunt̃?/an potius semp uident?/q̃diu nõ uidẽt/nõ licet eis dicere se uidisse: alioqn hæc eorũ conditio foret/qui aliquãdo uidere desiuerint. Quid ergo neq; etiã recordant̃ se heri uel anno superiore terram circũcurrisse: neq; se heri & iãdiu uixisse/& ex quo tempore uiuãt. Quinimo semp uiuũt. Quod uero semp idem est sẽp & unũ. Quod autẽ in motione dicat̃ heri & anno supiore pinde se habet/ac siquis ĩpetum motumq; uno pede factũ patiat̃ ĩ multa/unũq; motũ/ipse aliũ aliumq; esse multosq; cõfingat. Hic eteni unus est motus/penes uero nos mẽsurant̃ ut multi: diesq; alii quoniã & noctes itercidũt. Illic ãt cum unus sit dies: qũo poterũt esse multi? Quapp neq; supior annus. At uero obũciet aliqs/nõ unũ: sed aliud itẽq; aliud iterumallũ esse: aliãq; esse & aliã zodiaci portionẽ. Cur igit̃ nõ dicat cęlestis aia/hãc iã prętermittem: nũc uero aliã occupo. Prętera si humana pspiciunt/qũo nõ etiã uideãt mutatiões humanas: atq; alios nũc hoies esse: qp si ita: ẽt ante alios extitisse aliaq; negocia. Ex quo fit ut habere memoriã uideant̃.

MARSILIVS. Anima cuiuslibet stellæ contemplans ideas principiaq; rerum omnium habet semper in se certam uniuersi notitiam/siue intellectualem hanc siue rationalem apellare uolueris. Atque interea per corpus cæleste suum corporalia sentit. Sed qp minima quæq; sentiat/ interea nec per imaginationem animaduertit. Ideoque nec in memoria collocat. Cum quia hæc omnia altius iam comprehendit. Tum quia apud ipsum nullius sunt momenti: Tum etiam

quoniam tã diu iam omnia ſentit/ ut nihil ultra ſenſum moueat tanq̃ nouum. Verũtamẽ per imaginationem animaduertit/ ea ꝓticularia ſe ſentire: quę uniuerſo ſunt apprime neceſſaria/ut ſtellæ cęleſtia elemẽta. Profecto cum propoſitum ſit cæleſtibus animis/non per hanc quidem ſolum partem/ uel hucuſq; tantum uel tã diu duntaxat moueri:ſed contemplari/& ſimpliciter ſemperq; moueri. Et cum quolibet in momento earum motio ſit perfecta:ſintq; animæ illæ certę præſcriptum in ſeipſis ordinem uniuerſi/ita proculdubio euaſurum:nulla nimirum eas cura tangit de parte quapiam loci uel tẽporis aut motus/uel de re uel de qualibus re mutabili. Itaque neq; dum talia ſentiunt/imaginationem attentionemq; ta libus adhibere coguntur. Nota circularem cæli motum nec eſſe alterationem/ quia non mutat formam:nec eſſe localem/quia nõ mutat locum. Sed eſſe uitalẽ/ ideſt proprium uitę interioris actum pariter/& inditium. Nam agere in ſe moue riq; ex intimis proprium eſt uiuẽtium. Cęleſtium uero motus eſt eiuſmodi. Quẽ admodũ in aĩalibus pulſuum cordiſq; motus/nutritioq; in plãtis. Cap. VIII.

## PLOTINVS

FOrſan uero non eſt neceſſarium uel quotcunq; aliquis intuetur cõmendare memoriæ: uel illa quæ omnino ex contingenti ſequuntur/imagi natione colligere. Item quorum in animo intelligentia cognitioq; rerũ certior inſidet/ſi quando res eiuſmodi ſenſibus offerantur/non neceſſe eſt eos intellectuali notitia prætermiſſa ĩ id quod particulare ſenſibileq; obiicitur/intueri: niſi quis opere ipſo diſpenſet aliquid/quod tametſi particulare ſit/tamẽ in ipſa notione totius præcipue includatur. Dico autem de quolibet hoc pacto. Principio non eſſe neceſſarium/ut quę uidet aliquis collocet in ſeipſo. Quando enim nihil intereſt:uel nullius eſt apud ipſum momenti:tunc ſenſus abſque electione noſtra/eorum quę uidentur differentia motus/ipſe quidem ſolus id patitur:anima uero interim id nõ excipit intra ſeipſam. Quippe cum ea ipſa uiſibilium differentia neq; curę ſit nobis:neq; ad neceſſitatem uel utilitatẽ aliam ſit collatura. Iam uero quando quis omnino ad ſeipſum agit/uel ad alia quędam:tunc rerum eiuſmodi pręteritarum memoriam minime retinet:quando neq; pręſentium quidem percipit ſenſum. Quinetiam non eſt neceſſarium ea quæ omnino ex contingenti prouẽiunt in imaginatione locari:ac ſi locẽtur/non ita collocari/ut cuſtodiantur atq; obſeruentur:ſed eiuſmodi rei figuram nõ afferre conſenſum/percipere quiuis poterit:ſi modo quod dicitur ſic acceperit. Dico autem hunc imodum. Si nunquã principale nobis propoſitum fuerit/partem aeris hanc ipſam deinde illam diuidere:dum loco mouemur: uel etiam magis pertranſire:profecto nunquam in deambulando hocipſum obſeruantes cogitaremus. Quãdo quidem niſi præcipue nobis decretum eſſet tantum prorſus certæ cuiuſdam uiæ peragere:liceret autem per aerem nobis percurrere/nunquam curę nobis foret in quo potiſſimũ ſtadio terrę ſumus: uel q̃tum iam ſpatii peregerimus. Tũ uero ſi moueri qdẽ nos oporteret:neq; tamẽ ad tẽpus ꝓprie tãtũ/ſed moueri ſolũ. Item neq; actionẽ aliã ꝓrſus ullã referre ſoleremus ad tẽpus/certe nũq̃ in memoria tẽpus aliud aliudq; excogitaremus. Id uero ex eo patet potiſſimũ/quoniã quãdo cogitatio uniuerſũ id quod agit̃ in ſe habet/cõfiditq; ita ꝓrſus ut habet effectũ in:haud ulterius ſingulis quę fiũt ſeſe adhibet. Præterea quando quiſpiã idem ſemper agat/fruſtra nimirum ſingula ſui operis obſeruabit. Si ergo ſtellę dum

feruntur/ſua quędam agunt officia: neq; mouentur/ut hæc ipſa ptranſeant quæ prætergrediuntur: opuſq; ipſarum neq; eſt aſpicere quæ pertranſeunt: neq; etiam præterire: atq; ipſe tranſitus accidentalis eſt illis/ circa maiora interim occupatis: deniq; per eadem ſemper ſimiliq; tenore diſcurrunt: nimirum apud eas tempus diſcreta quadam menſura minime computatur/ ac etiam ſi diſtinguatur/non neceſſarium eſt/uel locorum quę prætereũt/uel temporum memoriam retinere. Prę ſertim cum uitam ſemper eandem pęnitus habeant/ quando & circa eundem locũ perpetuo reuoluuntur: adeo ut earum motio non tam localis q̃ uitalis eſſe uideatur. Quippe cum animal unum agat in ſemetipſum in ſtatu quidem quantũ pertinet ad externa/ĩ motu uero per uitam in ipſo propriã peruigentem. Proinde ſiquis cæleſtium motum choreę ſimilem eſſe dicat: ſi modo choreæ aliquãdo deſinẽti/ tota quidem progreſſio motionis pfecta erit a principio ad finem uſq; continuata: imperfecta uero unaquęq; erit in parte dinumerata. Sin autẽ tali choreæ comparetur/quę ſempiterna ſit/perfecta ſemper erit. Si autẽ perfecta ſemper/ non habebit tempus in quo perfecta ſit quandoq; futura: neq; etiã locum. Quapropter neq; ſic etiam appetitum: ideoq; neq; temporali neq; locali conditione dimetietur: itaq; neq; horum memoria ulla cõtinget. Præterea ea ratione magis etiam nobis ratio confirmabitur: quod ſcilicet illiuitã agunt beatam in ſui ipſorum animis uitã inſpicientes: atq; ipſa ſuarũ animarũ ad ipſum unũ conſpiratione: & a ſe in totum cælum colluſtratione/tanquã fides in lyra motæ concorditer melodiam in naturali quadam harmonia mirifice concinunt. Atq; ita totum cælum uoluitur/parteſq; eius ad ipſum/agitatur quidem ipſum aliter/& alia aliter/ q̃uis ad idẽ. Quippe cũ poſitio quoq; illis ſit alia. Atq; uita oĩum magis etiam una ſit atq; perſimilis.

MARSILIVS. Rector mundi Iupiter per unam ſimplicẽq; ſui formam omniformem/uirtute infinitam infinitorum effectricem uidet/& efficit infinita/ nõ duobus quidem actibus: Sed quo actu uidet/eodem efficit/ atq; uiciſſim. Abſurdum uero foret dictu/eum notitiam rerum ex rebus ipſis colligere. Nam per notitiam res antecedentem/res efficit. Neq; poſſet infinita comprehendere: ſi notitiam ex infinitis aucuparetur. Nunc uero non aliter per unam ſui formam conſpicit infinita: q̃ ſi ſol per unam ſui lucem radios innumerabiles micantes inde conſpiciat.

PLOTINVS

IVpiter autem exornans omnia/& moderãs/ & diſponens/ſemper animã regiam mentemq; regiam poſſidens: & qua ratione unũquodq; fiat prouidentiam/& in ea quę fiunt imperium: item ordine ſingula certo diſponens. Pręterea circuitus multos euoluens: multoſq; inceptos iam ad finẽ uſq; perducẽs/cur nõ in his omnibus memoriam habeat recordatus ſcilicet quot & quales reuolutiones actę iam fuerint. Rurſuſq; quẽadmodũ in poſterũ fiant/ machinans/& coniiciens/& excogitans. Atq; ita maxime oĩum memor erit/eoq; magis quo & ſapientior architectus Quantum igitur ad ipſam reuolutionum memoriã pertinet/etiã per ſeipſum dubitatiõem affert plurimã: uidelicet q̃tus ſit numerus: & utrũ cõprehendatur. Si. n. definitus ſit: tẽporarũ dabit prĩcipiũ uniuerſo. Sin uero infinitus non comprehendit ille rector quot eius opera ſint. Niſi

forſan dicatur eum ī notitia uitaq; una ſemper exiſtere: atq; ita infinitū illic eſſe: & illic conſiſtere unum/ non quidem per cognitionem extrinſecus incidentem: ſed re ipſa conſiſtens. Quippe cum ipſum ſic infinitum ſemper maneat ſimul to tum/potius autem comitetur conſpiciaturq; non aduentitia notione. Nā quem admodum infinitum ſuæ uitæ cognoſcit/ ſic etiam actiōem diffuſam per uniuer ſum infinitam eſſe/pręſertim cum ſit una/neq; tamen ob hoc ipſum/ꝙ ad uniuer ſum ſe conferat.

MARSILIVS. Ordo uniuerſi qui paulatim euoluitur in materia ſimul to tus eſt immutabiliſq; in utroq; Ioue/ tum ī primo qui eſt intellectus purus mun di artifex ſegregatus: tum in Ioue ſecundo: qui eſt itellectualis anima/dux mun di coniunctus. Neuter itaque Iupiter cogitatione diſcurrit ambiguo more de re bus agendis: præſertim quia anima æterno quodam intuitu ſuſpicit uniuerſi or dinem in primo Ioue/teneteq; firmum: totamq; mundi materiā ſubiectam habet: & intriſecus eam agitat/ ex una ſui uita quaſi ex uno cardine cūcta facillime uer ſans: ut merito nihil eius actioni reſiſtat: nulla incidat ambiguitas. Cap. X.

PLOTINVS

Exornator autem eſt duplex. Nam alterum quidem uelut artificem dici mus: alterum uero ut animam uniuerſi. Et quando nominamus Iouem/ aliquādo mundi artificem intelligimus: aliquando uero totius mundi ducem. Profecto ab ipſo totius architecto quicquid prius dicitur & poſterius/ procul ſegregare debemus/unicam ipſi & immutabilem temporiſq; exptē uitam attribuentes. At mundi uita quę hoc ipſum ut ducat in ſe naturaliter habet/in quiſitionem adhuc rationemq; uidetur exigere: nunquid & ipſa uitam ſuam in ratiocinatione non habeat: neq; in perquirendo quid nam potiſſimum ſit agen dum. Iam enim inuentum ordinatumq; eſt/quid faciendum ſit non quidem per hæc ipſa quæ ordinantur: Quæ enim ordinantur hæc ipſa ſunt quæ gignuntur. Quod uero hæc agit/ eſt ordo. Id autem eſt actio animę dependētis a ſapientia permanente. Cuius quidem imago eſt ordo/qui uiget in anima. Cum uero non permuterur illa/neceſſarium eſt/hanc quoq; non permutari. Non enim aliquādo quidem illuc ſuſpicit: aliquando uero non ſuſpicit. Alioquin ſi intermiſerit pro tinus ambiget. Sed enim una eſt anima unumq; opus. Quod enim ducis unius obtinet dignitatem/ſemper exuperat: neq; alias quidem ſuperat/alias ſuperatur. Vndē nam plura illic ſint: adeo ut pugna illic oriatur/uel ambiguitas. Iam uero gubernator unus ſemper affectat idem. Quid enim in cauſa ſit/ut aliud rurſuſq; aliud concupiſcat? Ita ut in plura diſtractus ambigere compellatur. Quinetiam & ſi exiſtēs una mundi anima quoquo modo permutet/ tamen non dubitabit. Non enim ex eo ꝙ mundus multa & partes & oppoſitiones habet ad partes/ob hoc tamen ambiget/quomodo diſponatur. Neq; enim ab ultimis/neque a parti bus exorditur: Sed a primis incipiens & a primo uia quadam ab impedimentis omnino remota per omnia ſe diffundit & ornat. Atque ob hoc ipſum dominat & ſuperat: quoniam ipſa eadem in eodem opere permanet & ad idem. Sinautē aliud uelit & aliud/unde nam aliud cōcupiſcet. Deinde ſic affecta quid potius ſit agendum ambiget: atq; ita debilitabitur eius officium ī agēdo: ſiquidem rōci nando ī agendi ambiguum diſtrahatur.

MARSILIVS. Qua proportione ſingulæ naturæ partium ſingularum in quolibet uiuẽte dependẽt ab una quadã uiuẽtis totius natura cõmuni/eadẽ oẽs mundanorũ naturæ ab una cõi totius mundi natura. Sicut ergo uiuentis cuiuſq; natura in ſe cõtinens naturaliter ſeminales ptium effectuũq; naturaliũ rõnes/nec laborat/neq; cõſultat ĩ agẽdo/neq; traſmutaẽ/dũ diuerſa ꝓducit: præſertim quo niam agit ex ĩtimis/nec ex multis uelut ptibus incohat opus. Sed ex uno uelut oĩum cardine cũcta deriuat. Ita neq; natura mũdi cõſultat in ope/uel laborat/uel ꝓmutaẽ: Quippe cũ ſic ad opus ſe ſuũ habeat: ſicut naturã ꝑticularem ad ſuũ ſe mõ dicebamus habere: atq; etiã multo præſtãtius: præſertim quia inſtrumẽtũ eſt æternę infinitęq; ſapientię ductũ ſemꝑ ad eadẽ uiciſſim/eodẽq; tenore: totiq; ma terię preſidet. Ars ꝙetiam quando per habitum naturę ſimilem deniq; agit ſine conſultatione/uel electione/uel attentione iam agit: Immo uero ſi tunc ad atten tionem eiuſmodi redeat/ impeditur ſæpius & aberrat. Quaſi attentio talis non ꝓtineat ad naturam.

Cap. XI.

PLOTINVS

Est.n. gubernatio mũdi tanq̃ aĩalis unius. Sed hæc ipſa gubernatio aĩalis partim tractat extrinſecus/atq; partes: partim uero ab intríſeco regit atq; principio. Medicus quidẽ incipiens ab extrinſeco/ꝑ parteſq; ꝓcedens: in cedit ſępe dubius atq; cõſultat. Natura uero cum ab intimo ducat prícipio/con ſultatione nõ indiget. Oportet ãt mundi totius gubernationẽ atq; gubernatorẽ in diſpenſãdo non medici: ſed naturæ more ꝓcedere. Multo uero magis illic ſer uari ſimplicitatem/quo magis ibi intus comprehẽſa ſunt omnia/uelut animalis unius membra. Omnes nãq; naturas una natura complectitur. Reliquæ uero ſe quunt̃ dependẽtes inde & ꝓdeũtes/atq; ita q̃ſi pululãtes/quẽadmodũ nature ra morum ab ipſa arboris uniuerſæ natura. Quę nam igitur rõcinatio: uel nume ratio: uel memoria? Cum adſit ſapiẽtia ſemper & agat & dominetur: atq; ſemper eodem tenore gubernet: Non enim ex eo ꝙ uaria ſunt & diuerſa quæ fiunt putã dum eſt etiam effectorem cum ipſis eorum quę fiunt mutationibus habere com munionem. Quatenus enim uaria ſunt quę fiunt/eatenus effector ipſe eodem te nore conſiſtit. Multa enim ſunt quæ gignuntur in unoquoq; etiã animalium na turaliter/neq; ſimul omnia. Diuerſæ quidem ætates & ĩ certis temporibus germi nationes certæ: uelut cornuum barbę papillarum. Item augumenta certa floreſq; ætatis. Rurſus preſcripta ꝓpagatio prolis/qua generanť alia: prioribus interim ſeminariis rationibus nequaquã deficientibus: ſed aliis prętera genitis. Quod quidem ex eo patet/ꝙ in animali ĩde genito eadem ſeminaria ratio totaq; ſerua tur. Iam uero opępretium eſt aſſerere/eandem ſapientiam hic uigere: atq; hanc eſſe uniuerſalem: uelut mundi ſapientiam conſiſtentẽ: multam quidem ac uariã: rurſuſq; ſimplicem animalis unius omnium maximi: quę quidem ex ipſa operũ multitudine non euadat uaria: ſed una ratio ſit ſimulq; omnia: Alioquin niſi ſit omnia/non erit ipſa: ſed potius quędam poſteriorum & partium ſapientia.

MARSILIVS Cogitatio per plura deinceps ordine currens eſt motus ali quis abſoluta notitia carens: atq; ob indigentiam ueritatem ſapientiamq; appe tens conſumatam. Ideo diſcurſio eiuſmodi/uel conſultatio/ uel electio nõ perti net ad mẽtem uel aĩam mundi rectricem/poſſidentem ab æuo habitum ſapientię

plenũ & ītegram cum idearum/tum rationum ſeminaliũ plenitudinem. Qua quidem plenitudine res futuras anticipat ī præſentibus: & quibus modis ſint futuræ diſcernit. Quarum ipſamet eſt opifex: ſola tori ſuę materiæ dominās: nec impedimētis obnoxia. Ideoq; nec ſollicita/ uel ambigua/uel inquirēs: ſed natura ſua oīformi/uniuerſum ſibi cōformās. Cum uero hæc ipſa natura ſit in telligentia & uolūtas/merito nō conſilio tractat mundi materias/ſed ſapiētia firma tum naturaliter/tum etiam uolūtarie fabricante. Cap. XII.

PLOTINVS

Forſan uero quod eiuſmōi eſt quiſpiā naturę opus eſſe fatebit. Sed cum ī uniuerſo ſapiētia ſit/neceſſario rōnis quoq; diſcurſiōes & memoriā eſſe putabit. Verū id qdē hoīum eſt/ſape ī nō ſapiēdo ponētium: putantiūq; idem eſſe inqrere ſapiētiam atq; ſape. Nā rōne diſcurrere qd nā aliud eſt/q̄ appe tere ſapientiā inuenire: ueraq; rōnem mentis uere cōporē. Qui. n. rōcinaī/ ſimilis eſt pulſanti citharā abſolute pulſatiōis gratia: atq; meditāti ad habitū cōſequen dum/& oīo diſcēti gratia cognoſcēdi. Rōcinator. n. id quęrit addiſcere/quod q iam hēt/eſt ſapiēs. Quapp in ſtatu quodā & ſtabili ē ſapiētia. Teſtaī id & ipſe rōcinator. Nā cū primū iuenit quod optabat/ceſſat rōcinari: & ī ſapiētia ipſa po ſitus cōquieſcit. Si igiī ipſum mundi ducē uicē hēre diſcētium arbitremur: nimi rum rōnis diſcurſiones dubitatiōeſq; illi & memoriā tribuemus: cōferēti uideli cet præterita cū præſentibus & futuris. Sinaūt ita potius ſe habere putemus/quē admodū qui cognoſcat ī ſtatu quodā ſuū terminū poſſidēte/merito ſapientiā ei potius cōuenire cēſebimus. Pręterea ſi futura nouit/abſurdū. n. eſſet/id negare/ cur nō etiā qūo futura ſint/teneat? Quod ſi qūo etiā futura ſint nouerit: qdnam amplius opus eſt rōne pueſtigare? Ac pręterita cū pręſentibus cōpare? Rurſus co gnitio futurorū/ ſi mō ei cōcedaī adeſſe/nō utiq; talis erit/ qualis ineſſe uatibus conſueuit. Sed qualis effectoribus ipſis certo ſcientibus ita fore. Id uero ē oīum auctoritatem hēntibus: qbus nihil heſitās/nihil cōtingit ambiguum: & quorum ſententia cui ſemel aſſenſit/ppetuo acquieſcit. Eadem igitur illic eſt ſapientia de futuris/quę & de pręſentibus ſecundum ſtatum. Id autē eſt a rōnis inueſtigatio ne remotum. Ac niſi futura cognoſcat/quę ipſe facturus ſit/neq; etiam ſciet face re: neq; ad aliquid ſpectans efficiet: Sed quod forte incident/aget. Id uero nihil aliud eſt/q̄ caſu facere. Permanet igiī qua rōne faciet. Ac ſi ꝑmaneat qua ratiōe faciet/ certe nō faciet aliter q̄ deſignet/quod ī eo exiſtit exēplar. Vno itaq; teno re/& eadē ſemꝑ faciet rōne. Nō enī nunc qdē aliter/aliter ue ī poſterum. Alioqn quidnā ꝓhibebit ab inſtituto ꝓcul errare. Sinaūt opus ipſum ſe diffēréter hēbit: non a ſeipſo quidē hāc differentiam poſſidebit: ſed quatenus ſeminariis ſeruiet rōnibus. Hæ uero ab effectore dependēt. Quapp opificium ſerię ipſā ſequiī rō num. Effector itaq; nullo mō cogiī aberrare/aut ambigere/aut negocijs laborare: quēadmodū nōnulli opinati ſunt/putātes gubernationē oīum eſſe laboriоſam. Profecto laborare ī ope diſponēdo/nihil aliud eſſe uideī/q̄ alienas materias per tractare. i. materias qbus minime domineī. At quando quis opi dominaī/& ſo lus impat/qua nā re indigeat/niſi ſe ipſo & ꝓpria uoluntate. Id eſt aūt ſapientia propria. Penes enī hūc ita ſe hēntem uolūtas eſt ſapientia. Nihil itaq; huic deeſt ad fabricādū: quādo neq; ſapiētia huic ē aduētitia: ſed ē ipſemet nulla unq̄ re ad uentitia utens: igiī neq; rōcinatione neq; memoria. Hæc enī aduentitia ſunt.

MARSILIVS. Mens diuina Idearum ſuarum ſigillo imprimit formas aīę mundi adeo uehemēter/ut non ſolum figuret ſupremū aīæ.i.intelligentiam: ſed etiā medium eius.i.imaginationem:& uſq; ad infimū eius.i.naturam formarū notas inurat. Formę ſiue rōnes rerum ſeminales in natura ſunt ultima quædam ueſtigia diuinorū. Ideo cognitione carent: quanuis uita nō careant. Agūtq; i materiā ſicut ignis/atq; ſimilia. Et artificioſe qdē. Quoniā ſunt uiuę quędā expreſſiones diuinæ cuiuſdā intelligētiæ:atq; huius uerba loquentis. Natura dum agit in materiam pati dicit̄ nō a materia/ſed ab aīa. Anima uero nō tam patit̄ a mente q̄ ſe agit ad ipſam. Cap. XIII.

PLOTINVS.

Sed quo nam eiuſmodi ſapientia differet a natura? Hoc ſane ꝙ ſapientia quidē primum: natura uero ē ultimū. Natura.n. ſapiētiæ imago eſt. Cūq; poſtremū aīæ ſit/ultimam quoq; in ſe rōnem habet deſuper emicantem. Quemadmodū ſi dum profundior cæra imprimit̄/uſq; ad alterā eius ſuperficiē pęnitus figura pertranſeat: ubi quidē figura ſupior perſpicua ſit. Poſtrema uero ueſtigium ſit obſcurū. Ideoq; natura nihil nouit: ſed efficit tantū: Tradens enim abſq; electione ſequenti quod habet: corporeo materialiq; ſubiecto largit̄: taleq; duntaxat actionē habet. Quemadmodū & calidum proximo ſuā exhibet ſpēm debilius calidum reddens. Hanc ob cauſam imaginatiōem natura nō habet. Intelligentia uero eſt imaginatione præſtantior. Sed imaginatio inter naturalem figuram intelligētiamq; eſt media. Natura enī nullius rei animaduerſiōem cognitionemq; hēt. Imaginatio uero rei peregrinæ cognitiōem. Dat enim imaginanti ut quæ patit̄/& agnoſcat. Hæc aūt ipſa ꝓgenies atq; actio ex ipſo agente dependet. Itaq; mens quidē poſſidet: aīa uero totius ſemp accipiebat/ ſempq; accepit: idq; ei uiuere eſt. Et quod in ea apparet/fulgetq;/ſemp eſt ipſius aīæ intelligētis agnitio. Quod āt ab ipſa in ſuperficiem materiæ micat/eſt natura: in quā entia deſinunt/uel ante ipſam. Quæ quidē id ipſum præcedit quod apparet. Atq; hęc ſunt ordinis intelligibilis ultima. Iam enim poſt hęc ſunt quędam entium imitamina. At natura ī materiā agēs interim patit̄ aliunde. Anima uero hac ſuperior ſimulq; proxima/faciendo nō patit̄. Mens deniq; ſuperne conſiſtens in corpora materiam ue non agit.

MARSILIVS. Natura uniuerſalis.i.uiuifica quædā uirtus/aīæ mundanæ oium plena ſeminū adeſt corporibus oibus ex ſe genitis. Nō tanquā qualitas quædā his permixta factaq; horū propria ſicut calor aeri: ſed tanq̄ actus aīæ quodāmodo ſepatus: ſepabiliterq; prēſens/ſicut aeri lumē. Natura quidem ſe hēt ad aīam ſicut lumen ad Solē. Forma uero materialis ad naturā ſicut calor ad lumē ex lumine genitus ī materia Cap. XIIII.

PLOTINVS.

Proinde corpora/quæ gigni a natura dicunt̄/elemēta quidem ex hoc ipſo uel hoc ipſum ſunt corpora. Aialia uero & plantę nunqd ad naturā ita ſe habēt/ ut eam quaſi adiacentē habeāt ī ſeipſis? Quēadmodū & aer hēt lumen. Quo quidē abeunte/aer nihil luminis retinet. Sed ſeorſum qdē exrat lumē ſeorſum quoq; remanet aer: quaſi pmixtio his facta nō fuerit. An potius ita fit/ ſicut ī igne & calefacto quodā fieri cōſueuit? Nā abeunte hinc ignē/calor aliquis

permanet/aliud quiddam exiſtens præter calorē in igne uigentē: euadenſq; iam quædā paſſio calefacti. Profecto formā qdē/quā natura pręſtat formato/exiſti mandū eſt alterā quandā pręter naturā ipſam/ſpēm eſſe. Reſtat uero quęrendū/ nunqd ēt aliud quiddā hēat quaſi mediū inter formatū ipſamq; naturā. Nā quę potiſſimū differētia ſit inter naturā/atq; eam quam in mundo poſuimus ſapien tiam/ſatis eſt dictum.

MARSILIVS. Actio aīæ mundi intima nō tępore tranſigīt paulatim: ſed momento tota ſimul impleī. Extima uero. i. proceſſio quædam uirtutis illinc in mundū/& ipſe mundi actus tęporis ſucceſſione peragīt. Ipſa igīt propria huius aię actio nō eſt in tempore: ſed tępus generat in materia Cap. XV.

PLOTINVS.

ILlud autē circa hæc oīa quæ modo diximus/dubitari facile pōt. Si enim ętternitas quidem eſt circa mentē/tępus āt circa aīam/ſiquidē diximus na turam tęporis circa aię actionē uerſari/& ab ipſa pēdere: quo nam modo fieri pōt/ut diuiſo tempore pręteritūq; habēte/nō ſimul & actio diuidaī/conuer ſaq; ad præteritū in aīa mūdi memoriā faciat. Iam uero in ętternitate quidē iden titatem/in tępore aūt diuerſitatem collocare debemus. Alioquin æternitas idem erit & tpūs: Si modo actionibus aię mutatiōem auferamus. An forte aīas quidē noſtras cum mutationē admittāt/tum aliam/tum indigentiam tanquā in tępore eſſe dicemus? Animā uero totius generare quidē tpūs/neq; tamē eſſe ī tempore. Sed eſto quidē/nō ſit in tępore. Quid nam igīt in cauſa eſt/ ut ipſa generet tem pus/nō aūt ętternitatē? Forte quoniā quę generat/nō ſunt ſempiterna/ſed tempo re cōprehenſa. Quādo neq; ipſæ quidem aīæ ſunt ī tempore: Sed paſſiones earū qualeſcūq; ſint/atq; opa. Sempiternæ nāq; ſunt aię. Atq; tempus poſterius eſt. Et quod eſt in tempore/minus eſt tempore. Oportet enī quod in tępore eſt/ a tem pore comprehendi: quemadmodū ille inquit/quod in loco eſt atq; numero.

MARSILIVS. Formę rerum quę ī materia diſtant inter ſe loco/in anima mundi diſtāt differētia tātum iter ſe formali. Item quę ī materia priora ſunt iter ſe tępore atq; poſteriora/ in aīa ſolo quodam ordine diſcrepāt/quo aliis alia ce dūt/potius q̄ ſuccedāt. Eſt enī aīa per eſſētiam omniformē ordo quidā ſpecialis & firmus futuri ordinis uniuerſi exemplar pariter & effector. Et quātum ī ſe eſt efficere pōt ſimul oīa/ ſi materia poſſet ſimul oīa capere. Moueri quidem dicīt aīa hæc ad bonū/qua rōne per mediam mētem ad illud appetendo conuertitur. Mens uero ī bono quieſcere/quoniā nulllo ad id medio utīt. Mundus uero cir ca aīam/īmo intra aīam tempore uoluīt. Plotinus ī libro de tempore & ſi nō po nit tępus motūq; ī aīa mūdi ſuperiore: ponit tamē in aīa eiuſdem inferiore. i. in ueſtigio ſupioris atq; natura: nō qa formas acquirat ullas/uel amittat: ſed quia formæ ī ea quędā quaſi eſōno ſtatutis tęporibus ꝓdeūt ī uigiliā Cap. XVI.

PLOTINVS.

CAeterum ſi in ea deſignatum ē hoc poſt illud/ & prius atq; poſterius ſuo rum operum: & ſi ipſa facit ī tempore/ēt annuit in futurum. Si aūt hoc ita ſe hēt/ annuit etiam ī pręteritū. Forſan uero potius ī his quæ fiūt/& prius eſt/& pręteritū. In ipſa uero nequaq̄/ſed rōnes oēs ſimul/ut diximus. Quę quidē

nō ſimul ſunt in operibus tēpore: quādo neq; etiā loco ſimul. Quāuis ī rōnibus ſimul loco ſint uelut manus & pedes ī ſeminario. In rebus āt ſenſui patentibus hęc loco ſeorſū diſpoſita ſunt. Et ſi in ſeminario alia quadā rōne ſepata dicunt: ideoq; prius ēt alia rōne. Profecto quod ſeorſū dicit/alteritate quadā ſeorſum eſſe cēſebit. Quod aūt prius dicit/quo nā pacto? Niſi ordinator ipſe ſic imperet. Imperās uero edicet id ipſum. s. hoc eſto poſt illud. Nam cur nō ſimul oīa erūt? Sed certe ſi aliud quiddā ordinator eſſet atq; ordo/ ſic res agerēt quaſi dicēdo. Sin autem imperator ipſe præſidens/ordo primus exiſtit/ non dicit ultra: Sed facit tantum hoc poſt illud efficiēs. Si enim dicat/ſpectans ordinem dicet. Quapp aliud quiddā ſic erit pręter ordinem. Qua igit rōne eſt idem? Quoniam ordinator nō eſt materia ſimul atq; ſpēs: ſed ſpēs ipſa duntaxat. Atq; poteſtas & actus ſecūdus poſt mētem erit aīa. Quod āt dicitur hoc poſt illud ipſis operibus accidit habere ſimul oīa nō ualētibus. Venerādum enim quiddam eſt & aīa talis. s. qualis & circulus cētro accōmodatiſſimus ſtatim poſt centrū adauctus/interualumq; indiſtans. Sic enim ſingula diſponuntur: ac ſiquis ipſum bonum pro centro poſuerit: mētem uero uelut īmobilem circulū adhibuerit: ſed aīam uelut mobilem addiderit circulum: motum inq; per appetitum. Mens enim proxime ſubitoq; bonum habet/atq; concępit: aīa uero id quod etiam eſt ſuperius/appetit. At mūdi ſpera habens aīam ea conditione appetentem/nimirū qua rōne naturaliter appetere pōt/mouetur. Sic uero natura comparatū eſt/qua corpus ualeat natura liter idipſum/extra quod ē/appetere. Hoc aūt eſt circūfundere ſeſe illi/& undiq; circūcurrere. Quo efficit/ut moueatur ī orbem.

MARSILIVS. In anima mūdi nō eſt ambigua cōſultatio temporaliſq; diſcurſio: quia quod optimū eſt in ea ab æuo ſemp cæteris ſuis uiribus dominat. Eſt tamen ī noſtra. Quoniā e multis pribus uiribuſq; noſtris nūc una/tūc alia dominatur. Item qa & ignorātes ſumus/tum etiā quoniā plurimis indigemus: tum deniq; quia plurimæ nobis ab externis incidūt paſſiones. Vis ī nobis rōnalis & ſi nō eſt ipſa natura debilis/ac etiā ſi nō ſit cęca/ tamē ab irrationali aliquādo ſuperatur. Et quia hęc quieta eſt. Illa uero turbulenta. Et quia hæc eſt unica. Illa uero multiplex. Homo peſſimus ſimilis ē populari gubernationi peſſimæ. Minus uero malus/populari minus malæ. Bonus optimatū gubernationi. Optimus regno. Peſſimum forſan diceret aliquis ſimilem eſſe tyrāno. Cap. XVII.

PLOTINVS.

AT quo nā modo nō etiā in nobis intelligētię illę quę ſunt ipſius aīę/atq; rōnes ita ſe habēt? Sed hic ſecūdum tēpus eſt poſterius: quęſtioneſq; hic oriunt. An quia multa ſunt ī nobis/quæ dominātur/atq; mouentur: neq; unicum imperat? An etiam quia aliud atq; aliud ad uſum atq; ad pręſens ſuccurrit: nō definitum ī ſeipſo/ ſed ad aliud ſemp atq; aliud extrinſecū pertinēs? Itaq; & cōſilium aliud/quod & p tēporis oportunitate/quādo neceſſitas poſtulat/nobis adeſt. Præterea tum hoc/tum illud extrinſecus accidit. Quinetiam ex eo q multa dominātur ī nobis/neceſſarium eſt multas quoq; imaginatiōes accidere: & peregrinas & nouas aliis circa alia. Vnde & alia impedimēto ſunt aliis admotionis actioniſq; expeditiōem. Quādo enim uis cōcupiſcēdi mouet/ ſuboritur eiuſmodi nobis imaginatio: quę quaſi quidā ſenſus nuntiat defertq; paſſiōem:

requirens. s. ut animus obsecundet concupiscentiæ: eiq; ad uotum suppeditet. Tum uero animus sic affectus/necessario ī cōtrouersiam trahit̄/siue obsecundet & suggerat/siue repugnet. Atqui & uis irascēdi irritās ad iniuriā propulsandā/ quotiēs incitat̄ eadem nobis infert. Proinde indigētiæ passionesq; corporis uarias nobis opiniões inducūt. Rursus ignoratio bonorum defectusq; inuenien di/quod in iudicando definiat/ubi animus huc atq; illuc distrahit̄: atq; ex horū cōmixtione alia resultantia ad idem pertinent: tametsi quod optimum est in nobis/alia opinat̄ q̄ cōis ipsius defectio opinionumq; diuersitas. Ab eo aūt quod est optimū recta ratio in nostrū cōmune traducta ob hoc ipsum degenerat/q; in ipso cōmixto debilis iam euadit: cum tamen suapte natura non sit debilis. Sed quemadmodū in plurima contionis turba uel cōsultor oium optimus ī orando nō persuader: sed deteriores potius ex ipso interturbantiū uociferantiūq; numero superāt. Ille uero sedet quietus/nihil impetrare potēs: utpote qui tumultu deteriorum est superatus. Est enim ī quouis deterrimo cōmune quiddā/& ex cunctis coaceruatus homo deterrimę cuiusdā gubernatiōis more. In hoie āt medio sic se habet/quasi in ciuitate/in qua quiddā aliquanto melius dominat̄. Vbi ꝑfecto popularis quædam gubernatio est nō oīs expers obedientiæ. At in hoie etiā meliore uitæ spēs est optimatū gubernatiōi persimilis. Quippe cum ipsum iam quod in homie cōmune dicit̄ aufugiat/melioribusq; obtemperet. In optimo deniq; etiā a cōmuni se sepante unus ē princeps. A quo quidē in alia ordo ꝑfert̄. Quasi duplex in nobis sit ciuitas. Quarū altera quidem sit superior/altera uero sit inferior ad superioris similitudinem exornata. Dictum est aūt in ipsa quidē aīa mundi unum idemq; semp & similiter imperare. In aliis uero se aliter rem habere: huiusq; rei assignatę sunt causæ. Sed de his hactenus.

MARSILIVS. Sicut ex Sole micat lumen ab eo inseparabile/quod nō fit aeris propria qualitas: sed a lumine generat̄ calor propria iam qualitas aeris: Sic ab aīa nostra emicat uiuificus actus. Qui nō fit quidē propria corpori qualitas: sed generat uitale aliquid in corpore factū iam corpori propriū. Anima quidē substātia est & uita. Actus ille suus inseparabilis/substantiale aliqd est/& uiuificū. Qualitas hinc tributa corpori accidētale quiddā est/ & quasi uitale. Actum illū apellamus Idolum aīæ. In quo sensus est uegetalisq; natura. Qualitatem uero illam imaginem aīæ nominamus & umbram. Ex hac & corpore fit compositū. In quo uoluptates doloresq; sunt corporales. Quarum passionū sensus ad Idolum aīamq; perueniūt. Passiones uero nequaq̄. Superior comparatio magis propria fuerit/si Idolum aīæ ab aīa nō seiunctum cōparauerimus radio uisuali ab oculo nō disiuncto. Qui siquādo ab oculo rubēte ꝓcesserit/ruborē aspicienti ꝓcreabit in oculo. Cui similē esse dixeris umbrā aię ī corpore resultantē

Cap. XVIII.

## PLOTINVS.

RElinquum est inuestigare/utrum corpus hēat aliquid in seipso/atq; ita aīa præsente uiuat/ut iam proprium aliquid ī se possideat: an quicquid hēat sit ipsa natura. Idq; sit quod se cōmunicat corpori/ ipsa. s. natura dunta xat. Forsan uero corpus ipsum/in quo aīa est atq; natura/non oportet esse tale quale prorsus inanimatū: uel qualis aer illuminatus: sed tāquam calefactus aer. Sic utiq; animalium plantarumq; corpora quasi umbram aīæ in se habent. Itaq;

dolores uoluptateſq; corporeę circa corpus tale uerſantur. Nobis uero talis corporis cruciatus uoluptaſq; eiuſmodi in cognitiõem peruenit paſſionis expertẽ. Nobis inq̃.i. alteri aiæ. Quaſi corpus eiuſmodi nõ alienũ a nobis ſit: ſed noſtrũ. Quapp & nobis curæ eſt/quaſi ſit noſtrum. Neq; enim hoc ipſi ſumus: neq; ab hoc nos ſegregati: Sed dependet ex nobis hoc/nobisq; appendet. Nos ãt per id quod eſt principale cẽſemur. Noſtrum uero ſimul & hoc eſt aliter. Quamobrẽ tum dolore afflicti/tum uoluptate permulcti eiuſmodi corporis curã habemus: & quo ipſi debiliores ſumus/eo diligentius & curamus/& tanto colimus accuratius/quanto minus ab eo nos ſegregamus. Sed hoc ipſum quod i nobis eſt præſtantiſſimum/quo & hoies ſumus/quaſi in corpus tale ſubmergimus. Profecto putãdum nõ eſt/paſſiões eiuſmodi oĩo ad aĩam pertinere: ſed ad corpus tale & cõmune quiddã atq; coniunctũ. Quãdo enĩ unum aliquid eſt duntaxat/quaſi ſibi ipſi ſufficit. Velut ſi corpus ſolũ ſit atq; inanimatũ/quid nã patiẽt̃? Si enĩ diuidatur/nõ tam ad ipſum q̃ ad unionẽ quæ in eo eſt/paſſio eiuſmodi pertinet. Anima quinetiã ſola diuiſionem paſſionẽq; patiẽt̃ nullã: & ita ſe habẽs/totũ hoc aufugit. At uero quotiẽs duo quędam unũ eſſe cõtendũt/atq; ita unione utuntur extranea/nimirũ ſępe ex eo q̃ unũ p̃manere nõ permittunt̃/doloris initiũ ſubeũt. Dico ãt duo/nõ ſi duo i unũ corpora coeant. Vna.n. in his eſt natura: ſed quãdo diuerſa natura cũ diuerſa natura altoq; genere cõmertium inire conat̃: et quod deterius ẽ/a meliore aliqd ſuſcipit: neq; ipſum quidẽ põt accipe: ſed eius duntaxt ueſtigiũ. Atq; ita id totũ duo eſt/fitq; unũ: euadẽs p̃fecto mediũ inter id quod erat ante/atq; id quod aſſequi nequit/iam in difficultate poſitũ. Quippe cũ cõmertium infęlix inſtabileq; inierit: ſemp in diuerſa diſtractum. Siquidẽ ſurſum uiciſſim deorſum ue reuoluit̃. Ac cum ad inferiora delabit̃/ſuũ nuntiat cruciatũ: & cum aliquãto uergit ſuperius/cõmunionis ſuſcitat appetitum.

MARSILIVS Paſſio diſſolutiua uel uoluptas inſtauratiua nõ fit in ſenſu & aĩa. Sed i corpore p aiæ præſentiã q̃ſi uitaliter iam affecto. In ſenſu autẽ & aĩa fit p̃ceptio paſſiõis illius minime patiẽs. Duobus quaſi nodis aĩa cũ corpore deuinciẽt̃. Vnus qdẽ uergit ad aĩam: Ideſt uiuificus eius actus emicãs erga corpus. Alter uero declinat ad corpus: ideſt q̃litas ipſa q̃ſi uitalis p hũc actũ infuſa corpori. Itaq; corpus ſic affectũ atq; ſic alligatũ aiæ/ad aĩam pertinet: fitq; noſtrũ. Id ergo curamus: & quãdo motio huic incidit diſſolutoria uel inſtauratoria/paſſionem hãc ſenſu percipiẽtes ad ipſam uel uitandã inclinamur/uel proſequẽdam. Si in aĩa ſentiente fieret peremptoria paſſio/& impediret̃ ſenſus aq; iudicium. Et in quo mẽbro p̃cipue ſit paſſio/nõ diſcerneret. Anima enĩ indiuidua ſimul ẽ in quolibet tota. Si igit̃ patiat̃ ipſa/paſſio ubiq; totã aĩam occuparet Cap. XIX.

PLOTINVS.

I Digitur eſt quod tradit̃ de uoluptatis doloriſq; natura. Vbi dicit̃ dolorem eſſe quandam diſſolutionis perceptiõem: dum uidelicet corpus aiæ expoliat̃ imagine. Voluptatem uero perceptionẽ in aĩali: ubi rurſus imago aiæ inſtaurat̃ in corpore. Ibi quidem paſſio eſt. Cognitio uero i aĩa ſenſuali uidelicet ipſa uicinitate paſſionẽ perſentiente/eiq; nuntiante: in quod ſenſus deniq; deſinũt. Illud qdẽ eſt cruciatũ: cruciatũ inq̃.i. paſſũ/uelut in ſectione/ſecto quidẽ corpore/diuiſio ſpectat ad molẽ. Afflictio uero ad molẽ/quæ nõ ſolũ ſit

moles:ſed eiuſmodi moles. Similiter de cõbuſtione dicendum. Anima uero ſen
tit quaſi p cõtiguam animaduertẽs uicinitatẽ. Tota uero paſſiõem ſentit ibi na
ſcentẽ:ipſa quidẽ minime patiẽs. Sentiẽs nãq; tota/illic eſſe pronũtiat paſſionẽ/
ubi pcuſſio fit & afflictio. Sin ãt patereť ipſa/cũ tota in uniuerſo ſit corpore/neq;
diceret/neq; renũtiaret/ubi potiſſimũ paſſio iferať. Sed patereť qdẽ doloꝛẽ tota/
& undiq; pẽnitus angereť:neq; iudicaret/neq; declararet locũ paſſiõis determina
tũ. Immo uero ubicũq; eſt/ ibi etiã diceret. Eſt ãt ubiq;. Nũc uero cõtra cõtingit.
Nã dolet digitus: & dolet homo ob id ipſum:quoniã hois digitus angitur. Di
citur aũt homo dolere digitũ:quẽadmodũ & homo glaucus p colorem i oculo
glaucum apellatur. Illud itaq; quod patitur/etiam cruciatur. Niſi quis forte una
quadam notione cruciatum una cum ſenſu ſtatim conſequente comprehendat.
Ita uero comprehendẽs/id plane ſignificat.s. dolorem eſſe quodãmodo/doloꝛẽ
nõ latere ſenſum. Verũtamẽ nullo mõ dicẽdum/ſenſum ipſum ẽe dolorem: ſed
doloris perceptiõem. Cum uero cognitio ſit/nimirũ eſſe paſſionis exprem. Vt &
cognoſcat plane/& ſincere denuntiet. Nuntius enim i paſſiõe poſitus/dum occu
patus eſt paſſiõe/uel nihil oĩo nuntiat:uel falſus nuntius aduenit.

MARSILIVS. Sicut in corpore leui eſt ſtimulus ad aſcenſum:in radice ad
humorem/in folio ad calorẽ:ſic in corpore p aĩam quaſi uitaliter iam affecto in
ſurgũt naturalia quædam inciramẽta/pro indigẽtia quidem ad impletiõem:pro
repletione ad euacuatiõem:p alteratione nimia ad oppoſitã. Natura interim ue
geralis quę uitalem i corpore affectiõem genuit/& cõſeruat/patiẽte tali corpore/
laborat dum conať/& agit intentius circa cõſeruãdã uel inſtaurãdam affectiõem
in corpore naturalem. Quo quidem conatu diciť cõcupiſcẽtia illa/quæ exordie
bať in corpore tali/adoleſcere i natura. Dum uero natura hęc agit obnixius/per
uenit pceptio paſſiõis i ſenſũ:atq; hinc ad imaginationẽ atq; iudiciũ Cap. XX.

PLOTINVS.

Conſequẽs eſt præterea corporearum cupiditatum principium fieri ex eo
quod ita eſt cõe/& tali quadam natura corporea. Neq;.n. corpori quomo
docũq; ſe habẽti attribuendum eſt initium appetẽdi & impenſius proſe
quẽdi. Neq; putãdũ eſt aĩam ipſam affectare ſalſa uel dulcia:ſed potius id quod
corpus qdẽ eſt/nitiť ãt nõ ſolũ corpus ẽe:ſed plus ſibi q̃ aĩa uendicat motionũ:
atq; ob uendicatiõem eiuſmodi in multa tranſferri cõpelliť. Quapp ita quidẽ
affectũ ſalſa/ita uero dulcia cõcupiſcit. Item humefieri/rurſusq; calefieri. Quorũ
nihil ſibi curæ futurũ eſt/ſi ſolum fuerit. Quemadmodũ uero illic ex dolore co
gnitio nata eſt:aĩaq; ſtudẽs ab inferẽte paſſiõem corpus abducere/uertit i fugã.
Quod etiã admonuit quod primo ſubſtinuit paſſionẽ:dum ipſum quoq; i ipſa
cõtractione quodãmodo fugeret. Ita & hic ſenſus quidã pdiſcit/& aĩa quæ pro
pe eſt/ quam utiq; naturã dicimus ueſtigium uitæ corpori tribuentem. Igiť natu
ra quidẽ cõcupiſcentiam reportat iam adultam/uelut finem cõcupiſcentiæ in ra
li corpore iam exorſæ. Senſus autẽ imaginatiõem:p quam aĩa iam cuius eſt pro
ſequi:uel pſequiť atq; ſuggerit: uel repugnat & abſtinet. Neq; cõſentit uel exor
dienti cõcupiſcẽtiam: uel ei quod poſt eiuſmodi exordium cõcupiſcit. Verum
cur nam duas cõcupiſcentias ponimus? Nõ autẽ ſolum tale quoddã corpus eſſe
quod appetat. Profecto ſi aliud eſt natura/aliud uero corpus tale a natura iam

effectum: est enim natura ante q̃ tale corpus efficiatur: cum ipsa corpus efficiat ta
le/fingẽs ipsum atq; formãs: necessarium est neq; aiam ipsam incohare cupidita
tem: sed tale quoddã corpus/quod & patiẽ talia quędã: & quãdo dolet/cõtraria
eorum quæ patiẽ/appetit/tum ex langore oblectamẽtum/tum saturitatẽ ex indi
gentia. Naturã uero ceu matrẽ quasi cõiectantẽ desideria patiẽtis conari/necesse
est dirigere/ & ad seipsam id reuocare: ac remedia langoribus quęritãtẽ ob inqui
sitionem eiusmodi/cum patientis cupiditate cõiungi. Atq; ita affectiõem hãc ab
illo ad aiam penetrare. Quamobrem dicet quispiam/corpus quidem tale appe
tere suapte natura: forsan uidelicet quãtũ spectat ad appetitiõis properationisq;
incitamẽtum. Naturã uero ex alio/& pp aliud affectare. At aiam uelut aliam esse
quę uel obsequiẽ: uel potius aduersaẽ.

MARSILIVS. Incitamentũ ad cõcupiscẽda oblectamẽta corporea nõ oriẽ
in ipsa aiæ uirtute cõcupiscẽte: Sed in corpore tali. i. per aiam affecto uitaliter. Id
sane coniicimus: primo/quia cum in corpore tali sit indigẽtia simul atq; passio/
merito appetitus hinc incitãtur. Secundo/quoniã quatenus aliter se hẽt corpus
tale p differẽtia ætatum/ualitudinis/habitus/loci/temporis/eatenus diuersi surre
punt appetitus. Virtus ãt cõcupiscendi in aia permanẽs nõ pmutaẽ. Tertio/qa
nõnunquã in tali corpore stimulus aliquis est ad aliquid: ad quod nõ statim uis
ipsa concupiscẽdi se dirigit. Quarto/si etiã mox ad hoc intenderit: nõ tamẽ ani
mus semp hoc admittit. Quinto/surgit sæpe in corpore deprauato stimulus ad
aliquid naturæ minime cõsentaneũ/ut ad cinerem cõmedendum. Quod natura
corporeę habitudinis moderatrix non adsciscit: neq; coaptat corpori/neq; sibi.
Deniq; nec impletur/nec euacuatur: nec quomodolibet alteratur uis ipsa concu
piscendi animæ insita eius ue Idolo: sed corpus tale. Hinc igitur nõ inde appeti
tus ad talia suscitantur.

Cap. XXI.

## PLOTINVS.

ESse uero corpus tale/circa quod sit principium appetẽdi: testãtur insuper
differẽtes ætates. Alii nãq; sunt appetitus corporei puerorũ/ adolescentũ
alii: aliiq; uirorum. Item bene uel male ualẽtium: dum ipsa cõcupiscendi
uirtus eadẽ interea permanet. Cõstat itaq; corporeum quiddam esse: corpus inq̃
tale: quod dum modis plurimis pmutaẽ/incitat similiter q̃plurimos appetitus.
Declaraẽ idem/q̃ nõ ubiq; in huiusmodi incitamẽtis simul excitatur ois cõcupi
scentia: cum tamẽ corporea incitatio sæpe ad finem usq; perduret. Præterea q̃ &
ante q̃ ratio id deliberet sæpe animus nõ uult cõmedere aut bibere: dum ad hęc
concupiscentia uehemẽs impellit/quãtum est in tali quodã corpore. Quinetiam
q̃ natura sæpe id ad quod tale corpus incitat uel adsciscit/nõ adsciscit ipsa/neq;
uult in naturæ sedem adducere/quasi oblectamẽtum eiusmodi naturæ non con
gruat. Et quasi naturę ipsius sit statuere quid naturæ cõsentaneum sit/quid non
cõsentaneũ. Siquis ãt ad prius illud obiiciat/sufficere corpus aliquãdo factũ dif
ferens/differẽtes concupiscẽtias uirtuti cõcupiscẽdi suggerere: Haud quaq̃ dicit
sufficiẽter/quãtũ spectat ad id q̃ alio patiẽte: hæc ipsa uirtus aliter alterius causa
cupiditates hẽat differẽtes. Quãdo neq; ipsa est cui ex necessitate suggeriẽ. Non
eni ad ipsam uim cõcupiscẽdi ptinet nutriri/uel calefieri/ uel humefieri/ uel pmu
tari/uel euacuatiõe leuari/uel saturitate repleri: sed ad tale corpus hęc oia ptinẽt.

MARSILIVS Terra cum aĩalia generet/ſitq; aĩalis mundani membrum & neceſſarium/& minime contẽnendum: eſt aĩal intellectuale/atq; diuinũ: habetq; ſenſum. Nam ĩ aĩa uis iudiciaria uiget: quæ coniuncta corpori ſuo percipit/& iu dicat ſui corporis paſſiones. Id aũt ẽ ſentire. Quanq̃ Plotinus & multi unicuiq; elemẽtorum ſuam tribuunt aĩam. Poterit tamẽ aliquis forſan nõ abſurde dicere/ ſpheras quidem cæleſtes/quia & ĩmutabiles ſunt/ & permanẽt ĩ ſeipſis inuicem nõ confuſæ/aĩas inter ſe diſtinctas habere. Elementa uero quoniã compoſiti gra tia inſtituta ſunt/ & ĩ ſeipſis permutãtur/ & inuicem confundunt̃: ſuntq; ĩ globũ unum redacta: numeriſq; competentibus in formã unam concorditer colligata/ unicam cunctorum aĩam poſſidere: uni eorum materiæ complexioniq; humorũ quaſi quattuor prorſus accõmodatã: Vigentem ĩ aere & igne q̃plurimũ. Per hæc in aqua ſimul atq; terra cuius uirtute uitalem uim compoſita etiã illa reportẽt. In quibus elementorum portiões ſimili quadã ad totũ ꝓportione ligãtur. In ter ra quidem & aqua aĩalia manifeſta. In aere uero dęmones/habẽtes corpora con nexa ſimiliter/quãuis tenuia nobisq; occulta.

Cap. XXII.

PLOTINVS.

An Vnquid etiã ĩ plantis aliud quidẽ eſt quod quaſi ꝓpriũ earũ corporibus inſeraẽ: aliud uero quod ſuppeditet. Quod ĩ nobis quidem dicit̃ cõcupi ſcendi uirtus: in illis uero dicit̃ uegetalis. Forſan uero ĩ terra quidem eſt eiuſmodi uirtus: cum aĩa ſit in ipſa. In plantis ãt eſt quod ab hac uirtute ꝓcedit. Oportune uero quiſpiam prius interrogabit/quænam aĩa ſit in terra. Vtrum ex ipſa uniuerſi ſpera: quã Plato ſolam primo animare uideṫ: uelut fulgor aliquis micet in terram: an potius dicendũ ſit Platonem terræ aĩam tribuere/qualem ſtel lis: ubi rurſus ait/terrã eſſe primã antiquiſſimãq; Deorũ oĩum/qui cælo claudun tur. Quo enim pacto terra poterit iudicari Dea: niſi habuerit aĩam? Vnde cõtin git/ut difficile ſit inuentu qua res hęc ratione ſe hẽat: Atq; maior uel certe nõ mi nor ex Platonis dictis ambiguitas oriaṫ. Sed certe imprimis quo nam pacto ſen tentiam rationi conſentaneam inueſtigare poterimus? Principio terrã habere ani mã uegetalem/per ea quę ex ipſa naſcunt̃/coniectare quis poterit. Quod ſi ani malia etiã multa ex terra generari uidẽtur/quid nam ꝓhibet eam eſſe aĩal iudica re? Cum uero tam ingẽs aĩal ſit/neq; exigua quædã mundi portio: cur nõ etiã ha bere mentem/atq; ita Deum eſſe dicamus? Iam uero ſi quãlibet ſtellam eſſe dici mus aĩal/quid ꝓhibet terram quoq;: cum ſit totius aĩalis pars/aĩal cõfiteri? Non enim putãdum eſt eam extrinſecus quidẽ ab aliena aĩa cõtineri: intrinſecus uero aĩam nõ habere: quaſi ipſa ſola aĩam habere propriam nequeat: Cur enim ignea quidẽ poſſint: Terrenũ uero non poſſit? Nempe utrunq; corpus eſt: neq; ibi ſunt uenæ/nerui/carnes/ ſanguis/ humor. Tametſi terra eſt maiori admodũ uarietate munita/ex omnibusq; corporibus conſtituiṫ. Siquis ãt obiiciat/ꝙ inepta ſit ad motũ: id quidẽ dicere quis poterit ex eo duntaxat quod e loco propio nõ mo ueaṫ: quęret & aliquis/quomodo terra ſentire poſſit. Quęremus & nos ſimiliter quo pacto ſẽtire poſſint ſtellæ. Iam uero neq; carniũ eſt ſentire: neq; oĩo tribuen dum ẽ aĩæ corpus/ut inde ſentiat: Sed corpori potius aĩa tribuẽda/ut ſit corpus/ atq; ſeruet̃. Profecto cum aĩa uim iudiciariã habeat/ habet & facultatem/ꝑ quã dum ſpectat in corpus/de paſſiõibus illius ualeat iudicare. Quæ nã uero paſſio nes ſũt terræ? Quorum ue iudicia? Prętera plantæ quatenus terræ aliqd ſunt/nõ

sentiunt. Quorum nam igitur sunt sensus? Et per quę fiunt? An forte nō auden dum est asserere absq; instrumētis fieri sensus? Item ad quem usum sensus terræ conducit? Nō enī ad cognitiōem. Sufficit enī forte cognitio/quę cōsistit ī sapien tia: quibus ex actu sentiēdi nulla est prouētura utilitas. An forte hoc quispiam nō cōcesserit. Est enī & præter utilitatem ī rebus quæ sentiūtur cognitio quędam a Musis nō aliena. Velut Solis & siderum reliquorū/cæliq; & terræ spectaculum. Hęc enī spectare p se ipsum etiam est iocundū. Hoc igit̄ in sequētibus erit con siderandum. Impræsentia uero rursus inuestigādum num insint terræ sensus/& quorū aialiū sit sentire: & qua id rōne fiat. Forsan uero necessariū prius est/quæ sunt dubitata resummere/& cōmuniter intelligere. Nunquid absq; instrumentis sensus effici ualeat: Et num utilitatis gratia instituti sint sensus: etiā siquid aliud ex his accidat pręter usum.

MARSILIVS. Sentire nō est simpliciter cognoscere sensibilia: sed p passio nes siue impressiones quasdam factas uel a rebus sentiendis prope aiam/uel ab aia circa eas. Anima ab omni corpore sepata sicut ī se uiuit: sic ad se cōuersa per formas sibi insitas a diuinis diuina cognoscit: pq; illa uelut principia cōprehen dit/& sensibilia. Neq; tamē hoc est sentire. Nequit. n. sentire tūc corporalia: Quia nullam habet cum eis proportiōem/per quam impressio ulla/uel expressio inter hāc & illa fiat. Sed quādo corpori cōiuncta est/spiritu utit̄ ut instrumēto/quodā medio inter eam/atq; externa ꝓportionē inter utraq; faciente. In quo qualitates uel passiōes extrinsecus uenientes in spēm spiritalem puramq; euadūt aiæq; pro pinquam: adeo ut p hāc aia formas exciter sensibilium in se latētes. Quę quidē excitatio est sentire. Id uero totū diligētius in libro Theophrasti de aia una cum Prisciano & Iamblicho declaramus. Cap. XXIII.

PLOTINVS.

Asserendum est itaq; sensum circa sensibilia esse perceptiōem in aia uel ani mali: perceptiōem inq̄ in uirtute adhęrentem corporibus qualitatē perci piente: spēmq; illorum sibi quodāmodo figurāte. Si ita est/uel aia sola in seipsa permanēs sensibilia/aut cum alio potius apprehēdet. Sola uero & ī seipsa uiuēs quo nam pacto poterit? Dum enim ī seipsa est/similiter quæ in seipsa sunt percipit: solaq; intelligētia utit̄. Quod si tunc & alia percipit/ oportet prius etiā hęc habuisse/siue similē his effectā/siue congredientē alicui aliquādo facto persi mili. Similem quidem his eam effici in seipsa manētem/est impossibile. Qua enī cōditione signum simile possit lineę fieri? Quādo neq; intelligibilis quidē linea sensibili lineę cōgruere ualeat. Neq; ignis uel homo ītelligibilis/sēsibili/uel igni uel homini. Siquidem neq; ipsa quidē natura/quę generat hoiem/in idem cū hō mine genito cōcurrere ualet. Iam uero si aia secum ipsa uiuēs possit sensibile in tueri/inde mox ī cognitionē ītelligibilis dirigeť: subterfugiente eam sensibili/nō habētem uidelicet quo excipiat ipsum. Quādoquidem & cū aia uisibile quiddā prospicit eminus: q̄uis maxime tanquā spēs in aiam ueniat/tamē quod exordiť penes aiam uelut impartibile/desinit ī subiectū colorem atq; figurā/quantum id sit ibi discernens. Non igitur oportet sola hęc adesse. s. quod extrinsecus est/ & aiam. Sic enim nulla hic passio fieret. Sed oportet tertium quiddam esse/quod sit passurum. Id aūt est/quod accipiet formā. Oportet itaq; hoc una cū sensibili

in quadã paſſionis cõmunione/& in una materia cõuenire. Et hoc quidem pari/ aliud uero quiddam cognoſcere paſſiõem: talẽq; fieri paſſiõem/ ut ſeruet quidẽ nõnihil efficiẽtis/nõ tamẽ ſit idem. Verum id quod patiẽ tanquã medium quid dam inter paſſiõis auctorem atq; aĩam/habere paſſionem inter ſenſibile & intelli gibile mediam. Quod quidem cõgrua utrinq; proportiõe inter ſe extrema con ciliet: ſitq; acceptor ſimul & nuntius. Quippe cũ cõmode reddi poſſit utriq; con ſimile. Cum enĩ cognitiõis alicuius inſtrumẽtum ſit/oportet neq; cognoſcenti/ neq; cognoſcẽdo idem eſſe: ſed facile admodũ utriq; ſimile fieri: externo quidẽ obiecto ꝓpea ꝙ patiaẽ: intimæ uero uirtuti/quia ſpẽs quędã ſit eiuſmodi paſſio. Quamobrem ſi recte loquimur/oportet ſenſus ꝑ inſtrumẽta corporea fieri. Hoc enim & ei cõſequens eſt quod diximus/aĩam ſi oio ſit extra corpus/nullum ſen ſibile percepturam. Inſtrumẽtum uero neceſſe eſt aut totũ corpus eſſe/uel mem brum aliquod ad certum opus determinatum: uelut in tactu atq; uiſu uidemus accidere. Tum uero facile quiuis aſpiciet artificum inſtrumẽta media inter iudi cantes atq; iudicata: ſignificãtiaq; iudicãti ſubiectarum rerũ proprietatẽ. Regu la enim accõmodata rectitudini/tum quę eſt in aĩo/tum quæ eſt in ligno/rectęq; in medio poſita/iudici dat iudicandi opis facultatẽ. Alterius uero diſputatiõis eẽt inquirere/utrum cõiungere prorſus oporteat inſtrumẽto id quod eſt iudican dum. An etiã ꝑ aliquod mediũ procul a re ſentienda diſtante fiat ſenſus. Ceu ſi ignis ſit ꝓcul a carne/medio nihil patiente. Vel ſicut ſi uacuum quiddam ſit me dium inter uiſum atq; colorem: nunquid uideri poſſit/inſtrumento præſente po tentię. Conſtat autem ſenſum ad aĩam pertinere i corpore duntaxat uiuentem: atq; per corpus expleri.

MARSILIVS. Cum aĩam corpori cõiunctam neceſſario cõſequaẽ ſenſus/ aĩæ ſphærarũ ſtellarũ mundi ſentiunt. Mundus ſentit ꝑ aliã ſui partem/uiciſſim partem aliam. Item ꝑ totum partes. Præterea totius habitudinẽ quaſi quodã ſui cõſenſu ſentit. Per ampliſſimã ſphęram præcipue quaſi ꝑ oculum intus oĩa con tuetur. Sĩ.n.tu ꝑ oculum tuum/quoniã animatus eſt/& diaphanus/atq; lucidus q̃plurima uides/ ac ꝑ radium eius ad cæleſtia procedentem cæleſtia ſuſpicis: cur nõ & mundus ꝑ cæleſtem oculũ ſuum uiuum/perſpicuũ/lucidum/radioſq; ſuos ad oĩa diffundẽtem oĩa cernat?

Cap. XXIIII.

PLOTINVS.

SEd nunquid utilitatis ſolius gratia tributus a natura ſit ſenſus/ita eſt in dagandum. Profecto ſi aĩę/dum ſola uiuit/ſenſus minime conuenit: ſed una cũ corpore adhibẽtur & ſenſus/ nimirũ ꝓp ipſum corpus/ex quo & ſenſus prodeũt: ac ꝓp corporis ſocietatẽ datus eſt ſenſus. Siue ex neceſſitate ali qua cõſequatur/dum quicquid patiẽ corpus/modo ſit paſſio uehemẽs/ad aĩam uſq; pertrãſit: ſiue ꝓuiſum ſit/quo uidelicet caueaẽ/ante q̃ paſſio uſq; adeo inua leſcat/ut perdat: uel prius q̃ nimis propinquet: Quod paſſiõem infert. Quod ſi ita eſt/gratia uſus dati ſũt ſenſus. Et ſi enĩ ad notitiam dati ſint/nõ ei qui cogni tionem poſſideat/ita ſunt dati: ſed ignaro ob infortuniũ: & obliuioſo/ut quan doq; reminiſcaẽ. Sic utiq; ei qui neq; egeat/neq; obliuiſcaẽ/ minime fuerint attri buti. Verum ſi id ita ſe hẽat/nõ ſolum cõſiderandum erit nobis de terra/ſed de oĩbus ſtellis: præſertim de toto cælo atq; mundo. Partibus enĩ ad partes/quibus

& pati cõtingit ſecundũ præſentem rõnem ſenſus quoq; cõueniet. Toti uero ad ſeipſũ/quis nã ſenſus inerit? Cũ ad ſeipſũ paſſiõis ubiq; ſit exp̃s. Et.n.ſi oportet aliud quidẽ eſſe ſentientis inſtrumentũ: aliud uero p̃ter inſtrumentum id eſſe/ quod ſentitur: uniuerſum uero eſt & totũ: nimirũ nõ erit in eo aliud quidem per quod efficiatur ſenſus: aliud uero quod ſenſu p̃cipiatur. Cẽterũ oportet ei cõſen ſum quidẽ ſui ipſius quendã tribuere: quẽadmodum & nos quendã noſtri con ſenſum in nobis habemus. Senſum uero qui ſemp̃ intendat̃ in aliud/minime. Quoniam & nos quãdo præter habitum naturalem aliquid ſingulatim ĩ corpo re noſtro percipimus/accedens quiddam ab externis tunc attingimus. Verũ quẽ admodũ in nobis non ſolum externorum ẽ apprehẽſio: uerum parti etiam erga partem: quidnam prohibet mundum etiam per inerraticam regionem erraticam intueri: perq; hanc proſpicere terram: & quę in terra ſunt contueri. Quod ſi hæc differentes ab aliis paſſiones habent/nihil prohibet differentes quoq; ſenſus ha bere. Pręterea uiſionẽ inerraticæ regionis nõ ſolum eſſe ſecundũ ſeipſã/ uerum etiã hanc ipſam regionẽ eſſe quaſi oculũ/ea quæ uidet/totius aĩæ nuntiantẽ. Et ſi enim paſſiones alias nõ admittit: quid tamẽ obſtat/quo minus uideat tãq̃ ocu lus: cum ſit lucidum quiddam & animatum. Sed hic obſtare Plato uidebitur/di cens cęlum oculis nõ egere. Verum & ſi nihil relictum eſt extra uidendũ: ideoq; non eiuſmõi indiguit oculis: attamẽ intus ineſt quod uideat̃: nihilq; prohibet uĩ dere ſeipſum. At ſiqs obiiciat/nõ expedire ſenſum: quia uanũ ſit ſeipſũ cernere: eſto quidem nõ ex principali quodam cõſilio mũdus ſic uiuendi gratia cõſtitu tus. Sed.n.ita natura compatum/id quoq; neceſſario cõſequat̃. Ideoq; nihil ob ſtabit qn̄ per corpus eiuſmodi p̃ſpicuum uideatur.

MARSILIVS. Animę ſphęrarũ ſtellarũq; & aĩa mũdi humana uident atq; audiũt. Sed interim talia ſe ſentire minime ſentiũt: quoniã imaginatio ad quã ta lis aĩaduerſio ptinet/ intẽtiſſima ſemp̃ eſt ad intelligẽtiarũ notas ĩ ſe fingendas. Et ſi ſentire ſe noſtra forſan nõ aĩaduertũt: tamen precantibus benefaciunt/qua licunq; ſenſu & occulto quodã naturæ conſenſu. Hęc Plotini ſententia eſt inter obiectiones ex textu mendoſo. Dicet fortaſſe qſpiã imaginatiões cęleſtiũ aĩarũ adeo efficaces eſſe: ut uel intelligibiliũ notas deriuent in ſenſibilia atq; ita ĩtrin ſecus quodãmodo ſentiãt uel ſimul ualeant tam ſenſibilia q̃ intelligibilia miris quibuſdam modis imaginari. Cap. XXV.

## PLOTINVS.

AOrte uero non ſatis eſt adeſſe inſtrumentũ p̃ quod agat̃/ad hoc ut uideat omninoq; ſẽtiat. Sed oportet aĩam ſic ſe habere/ut quodãmodo ſenſibili bus annuat. Animę uero ipſi conuenit/ut ſemper penes intelligibilia ſit: ac ſi fieri poſſit/ ut ſentiat/ non propterea id ei cõueniet/ q̃ intelligibilibus ipſis incumbat: Quando & nos dum impenſius intelligendis incumbimus/ latent in terea uiſiões ſenſuſq; alii. Et omnino ſi intendimus in aliud diligenter/cętera la tent. Quinetiam ſi alia ſui parte partem aliam apprehendere ſtudeat: uelut ſi ſe ipſum perſpiciat/ſuperuacuum id quidẽ ẽt in nobis erit: ac niſi alicuius gratia id agatur/erit uanum. Tum ſpectare aliud tanquam pulchrum/patientis eſt atq; in digẽtis. Olfatũ uero atq; auditũ guſtũq; liquorũ diſtractiões quaſdã & ductus quoſdã aię circum ad exteriora tendentes quiſpiã ponat. Solem autem ſtellasq;

alias per accidens uidere atq; audire. Quod ſi p utraq; ponat conuerti/non erit abſurda poſitio. Verum ſi conuertantur etiam rerum meminerint humanarum. Forte enim abſurdum foret/niſi recordentur eorum/ quibus ſedulo benefaciũt. Alioqn niſi ſint memores:qũo benefacient?

MARSILIVS. Sphæræ mundi ſtellæq; ſenſus habent/ & preces noſtras exaudiunt. Cæleſtia uiſum qdẽ habent/etſi ſpecie differentem a noſtro uiſu/generali tamẽ natura cõuenientem/natura.s.uiua/perſpicua/lucida. Dicũtur & auditum habere:Sed genere quodam ab auditu noſtro lõge diuerſum. Quia uidelicet audientium exaudientiumq; more ſepe uouentium preces impleant. Inter omnes mundi partes quaſi unius animalis membra dicitur eſſe cõmunio quædã uel contiguitas/uel cõtinuitas/ aut unio:cuius quidem quiq; fundamẽta uidentur.Primum eſt una omniũ ubiq; materia .Secũdum/concordia qualitatũ. Nam ſicut elementa q̃uis diſcordia/quibuſdam tamen proximis inter ſe qualitatibus concordia ſunt: ſic & rerum oĩum gradus ſiue componãtur ex elemẽtis ſiue nõ componantur q̃uis inter ſe differentes: tamen concordibus uiciſſim terminis ſe contingunt. Tertium/Spiritus ubiq; unus. Nam ſicut cęlum unus eſt ſpiritus in excelſis:ſic intra cęlũ unus ide ſpiritus uel cęleſtis omnino/ uel cælo ſimillimus omnibus eſt infuſus:quo & cælitus regantur omnia: & anima mundi inferioribus quoq; corporibus per ſpiritum coniungatur: & omnia p hunc uiuentia coaleſcãt:ſpũm intellige ſpiritui noſtro cõſimilem. Quartũ/eſt una natura genitalis oĩa fouẽs p ſpũm ſequẽtibus colligata. Quintũ/aĩa mũdi ubiq; una p naturã ſpiritui cęteriſq; cõnexa.Per hãc igit̃ unionẽ fundamentis q̃nq; cõſtanter uehementiſſimus qſq; motus ſiue uouentiũ p̃uenit ad cæleſtia:ſiue cæleſtiũ p̃uenit ad uouentes.Pręſertim ſi nõ ſolum anima mũdi:ſed etiã diuinę omnes ſunt ubiq; præſentes/q̃uis alicubi potius actiões ſuas quãdoq; declarent. Quod uelle uidẽtur Plotinus Porphyriuſq; & Iamblichus.Pręſentiſſimus autẽ ſingulis adeſt primus ipſe Deus oĩum potẽtiſſimus/impioq; latiſſimus. Aĩa terrę ſenſus omnes exercet p ſpũm ibi quaſi cæleſtẽ & cæleſtium radiis illuſtratũ/ſuæq; naturæ ſubiectũ/ & terrena regentem:pręterea preces exaudit.

Cap.XXVI.

## PLOTINVS

COgnoſcunt & uota noſtra uelut ſecundũ quendã contactũ certãq; habitudinẽ cunctorũ ubiq; contẽpatã: eadẽq; rõne p̃cedũt effectiões. Quinetiã in magorũ artibus totũ pagit̃ in cõtiguum. Hęc ãt in uinbus q̃buſdã cõſiſtunt/ſe inuicẽ mutua quadã cõpaſſione ſequentibus. Si uero id ita ſe hẽt/cur non & terrã ſentire dicamus? Sed quos nã huic ſenſus attribuemus? Primo q̃dẽ cur nõ tactũ?/ſiue parti ad p̃tem/ſenſu uidelicet ad ipſũ principale traducto:Siue totũ ipſũ ignẽ & alia ſentiat. Nam & ſi terrenũ corpus ineptũ eſt ad motũ/nõ eſt tamen imobile. Sentiet ãt nõ minima quęq;:ſed magna. Sed cur iſta ſentiet?/Forte quoniã neceſſe ẽ pręſẽte hic aĩa/motus maximos nõ latere. Obſtat uero nihil ob hoc ẽt terrã habere ſẽſum/ ut uidelicet quæ ad hoĩes p̃tinent/bene diſponat/quatenus.s.ad ipſã humana officia p̃tinẽt. Diſponet ãt bene q̃ſi quadã cõpaſſione ſiue cõſenſione. Neq; p̃hibet quicq̃ audire precãtes/precibuſq; annuere: neq; tamen qua ipſi conditione ſolemus. Aliis quoq; ſenſibus uti ad ſeipſam atq; alia uelut circa odores atq; ſapores aliis notos. Forte olfatu liquorum uti expedit ad

animalium prouidẽtiam atq; culturam. Item ad corporis proprii cultum. Non tamen exigẽda sunt talia/qualia ĩ nobis sunt instrumenta. Neq; enim in omnibus animalibus eadem sunt: uelut aures non in omnibus: & quæ non habent aures/ nihilominus sonos apprehẽdunt. Visus autem si mõ huc lumine opus est/quonam mõ terræ aderit? Et si. n. oculi requirẽdi nõ sunt: lumẽ tamẽ deesse nõ debet. At si postq̃ concessum est/uegetalẽ inesse naturã/cõsequenter est cõcedendũ/hãc ipsã naturã esse quasi quendam spũm: ideoq; illã primo sic se habere: cur nã diffidendũ sit/esse rem quoq; pspicuam/cum sit spũs. Immo uero fatẽdum/ex eo q̃ spũs est/esse pspicuũ: & cum illustretur a circulo/esse actu pspicuũ. Quapp neq; absurdũ neq; ipossibile putãdum est aĩam terrę uidere. Meminisse uero oportet hanc ipsam nõ esse utilis cuiusdam corporis aĩam: ideoq; intelligere/ esseq; Deã. Oio enim oportet aĩam ipsam bonã semp existere.

MARSILIVS. Terram habere aĩam apparet ex plantis lapidibusq; crescentibus quidem q̃diu terrę radicitus inhærent: Contra uero nequaq̃. Sicut ĩ animali dentes/ungues/pili. In plantis terrę hęrẽtibus apparet uirtutis genitalis effectus. Ipsa uero uirtus in eis propria nulla uidetur esse: alioqn etiam auulsæ per uirtutem propriam pariter coalescerent. Vegetalis igitur ipsa uirtus nõ tam est ꝓpria q̃ cõmunis. s. in anima terræ: Item masculina uirtus & fęminina. i. generandi & cõcipiendi quæ in animalibus sunt discretę/coniunctę sunt in plantis/in eodem plantæ corpore. Ob hoc dũtaxat/quia natura plantę ita est inserta cõmuni naturæ/sicut plantæ corpus cõmuni corpori. Vis autem masculina & fęminina ad naturam pertinentes coniunctę sunt in uniuersali natura q̃uis in aliis sepatæ. Sicut uisus ubi perfectus est uim perspicacem habet cum illuminante coniunctã. Similiter intellectus. Sic Orpheus naturam mundanumq; Iouem marem apellat & fęminam: similiterq; Mercurius. Hac ratione aeris animã Iouem: Iunonẽq; apellãt. Animam terræ nõ solum Cererem atq; Vestam: sed etiam Plutonem cũ Proserpina coeuntem. Coniunxit uero natura utrunq; sexum ĩ arbore. Quia nequit hęc ad aliam coeundi gratia progredi. q̃uis alibi pręualeat alter. Tunc oportet plantas appropinquare.

Cap. XXII.

PLOTINVS.

SI ergo plantis tribuit uim genitalem/ uel uim ipsam eis præstat/ uel in se quidem eam seruat: eius uero uestigium concedit plantis: atq; ita affecta iam erit planta/ut caro iam animata. Et hac conditione plantæ si genitalẽ qualitatem habent/inde traxerunt. Cum uero insit/præstat plantę corpori quod est melius: quo uidelicet ab eo discrepat/ quod est amputatum: neq; plãta est ulterius: sed duntaxat est lignum. Ipsi uero terræ corpori quid nam anima ipsius attribuit. Nempe non est putandum/idem esse terrenum corpus ab ipso toto decisum/ atq; illud quod est toti continuum: quod & lapides ipsi demonstrant/ crescentes quandiu terræ quasi radicitus hærent/qui si eruantur ulterius minime augentur. Quo circa putandum est/unamquanq; partem quoddam in se habere uestigium. Super hoc autem uniuersum uegetale seipsum diffundere. Quod quidem non amplius huius est/ aut illius: sed terræ totius. Deinde sensualis ipsius naturam non ultra commixtam corpori/sed incubantem. Præterea aliam animam atque mentem. quam quidem Vestam & Cererem nominant homines

illi qui oraculo ingenioq; diuino freti hęc ipſa uaticinantur.

MARSILIVS. Vegetalis genitaliſq; natura animę in complexione humorum ĩprimit quoddam uitale ueſtigium: Ex quo corpus uitaliter euadit affectũ. In quo quidem ſic affecto ſunt paſſiones animalis corporeæ perturbationumq; principia. In toto quidem uoluptas corporalis/& dolor. ĩ iecore potiſſimum cõ cupiſcendi principium. In præcordiis maxime principium iraſcendi. Ibi enim nutritio uiget & generatio. Hic autem uigor igneus. Motus aũt iracundię aut quaſi extrinſecus exordiunt̃ aut intrinſecus. Extrinſecus ira/quando illata foris corpori paſſione ad primum ſenſus motũ feruet uigor igneus/imaginationẽq; mouet: & per hanc prouocat rõnem. Intrinſecus ira/quãdo ratio uel imaginatio iniuriam excogitans humorem feruẽtem incitat. Libido q̃netiã procliuitatẽ habet in corpore: & quãdoq; ex ipſo corpore feminibus quaſi turgido ſuſcitat̃: quandoq; ex primo aſpectu corpore ĩcitato/imaginationẽq; mouente uel etiam rationem. Aliquando uero ex imaginatione/uel etiam ratione oblectamentum excogitante/corpuſq; mouẽte. Sunt autem concupiſcẽdi & iraſcendi uires quaſi germanę. Nam procliues ad libidinem: Sunt etiã propẽſiores ad iram atq; uiciſſim/ ut nõ immerito Martem cum Venere poetę coiunxerint. Cap. XXIII.

PLOTINVS.

DE his quidem hactenus ita ſit dictum. Regrediendum uero iam unde digreſſi ſumus: atq; de ipſa iraſcẽdi uirtute quærendum: nũquid ſicut principiũ cupiditatum/doloresq; & uoluptates/nõ dico quæ ſint ſenſus/ſed paſſiones/poſuimus ĩ corpore certa quadã rõne iam affecto .s. tanq̃ uiuificato/ ſic & initium iraſcendi ponere debeamus: & nunquid omnẽ iracundiam in toto quodam tali corpore collocare/ uel potius ĩ parte quadam corporis/uelut corde ſic affecto/uel bile/non quaſi uita carentibus. Item nunquid aliud ſit quod tribuat animale ueſtigium: uel hic animoſitas ipſa unum quiddam ſit non dependens ab altera iraſcendi uel ſentiendi uirtute. Ibi quidem uis ipſa uegetalis toti corpori pręſens imprimit corpori toti ueſtigiũ. Itaq; dolere & oblectari toti contingit: principiumq; appetendę ſaturitatis uerſatur in toto. De ipſa uero libidine Veneris nihil eſt definitum. Sed eſto circa membra ad munus eiuſmodi conducentia. Sit utiq; locus iecoris concupiſcendi principiũ: quoniam uegetale illic agit q̃plurimum. Quod quidem iecori totiq; corpori animale præſtat ueſtigiũ. Ibi uero ſit inq̃/quoniam ibi incipit actio. Sed de iracundia quęrentur/quid ipſa ſit: & quę nã aia: & nũquid ab ea circa cor ueſtigiũ imprimat̃/ uel aliud quiddã/ motũ conferentẽ in ipſũ cõmune pficiens. Aut hic nõ ueſtigiũ: ſed ipſã excandeſcentiã præbeat. Principio igit̃ qd nã ſit ipſa uis iraſcendi: uidet̃ inueſtigãdum. Cõſtat uero nos iraſci ſolere/nõ pro his tantũ quę corpus patit̃: ſed pro his etiã quæ cari nobis homines patiuntur: atq; omnino eorũ cauſa/quę indigne aut nobis aut noſtris inferri putamus: Quapp in ipſa iracundia opus eſſe ſenſu & intelligentia quadam uidet̃. Itaq; ad hęc aſpiciens aliquis nõ ex ipſo uegetali/ſed ex alio quopiã iracũdiã ducere originẽ arbitrabit̃. At quãdo affectiões quaſdã corporũ pcliuitas ad iracũdiã ſequit̃/& quãdo ſanguine bileq; feruẽtes ſũt pniores ad iram: cõtra uero tardiores/qui bilem ſanguinem ue habent frigidioré. Item bruta ultra corporum cõpoſitiões ex eo dũtaxat quod aliqs lęſurus appareat

prorumpunt in iram. Rurſus per hæc aliquis impetum iracundiæ ad corpoream præcipue qualitatem: idq; quod conſtitutionem continet animalis facile referet. Et quando idem homines cum ægrotant ad iram propẽſiores ſunt q̃ cum bene ualent/ſimiliter quando ieiuni iracundiores ſunt q̃ ſaturi/ patet ad corpus certo modo affectum iram uel irę principium ꝓtinere: atq; bilem uel ſanguinem quaſi animatum hos impetus incitare. Ideoq; tali hoc corpore patiente repente moueri ſanguinem aut bilem: ſenſuq; excitato imaginationẽ etiã expergiſci. Quæ qui dem exprecta prouocet animam cũ tali corpore cõmunicantẽ eum ipſum inuadere/qui moleſtiam intulit. Conſtat ꝙetiam animã deſuper ratione utentem tunc moueri/cum illata uideatur iniuria/etiam ſi affectio corporis tunc ad ĩcandeſcentiam non impellat. Quaſi hęc animoſitas naturaliter inſtituta ſit ad declaratum hoſtem protinus inuadẽdum: & more cõmilitonis impante rõne pugnandum. Eſt igitur in nobis quod abſq; ratione prouocari ſolet/prouocatumq; deide per imaginationem cõuocare ad idẽ etiã rationẽ. Eſt etiam quod exordiẽ a ratione/ deſinitq; ĩ illud quod naturaliter excandeſcit. Proide ab ipſa uegetali genitaliq; natura tam iraſcẽdi q̃ concupiſcendi fomes pululare uidetur. Quippe cum hæc ipſa natura ſic affecerit corpus/ut iocunda moleſtaq; apprehendat. Item amarã infuderit bilem: ſicq; affecto ueſtigium impreſſerit animæ. Quod quidem cũ in tali quodam ſit circa moleſta ad iracũdiam irritatur: & cum ipſum male a principio ſit affectum/cætera etiam nititur deprauare/& quaſi ſibi ſimilia reddere. Eſſe uero hoc aĩæ ueſtigium alterius ueſtigii cognatũ eſſentia: id nobis argumento eſſe poteſt: ꝙ qui oblectamenta corporea minus appetũt/ corpuſq; negligũt/minus ad iracũdiam prouocantur: minuſq; irrõnali paſſione feruntur. Arbores uetо iracundiam non habere/q̃uis naturam habeant uegetalem mirum uideri non debet: quãdo neq; ſanguinem neq; bilem habent. Vbi.n. hæc inſunt abſq; ſenſu ęſtus tantum ſuboritur/ac uelut offenſio quædam. Senſu uero adueniente impetus iam inſurgit ad id quod offenderit expugnandum. Verum ſi irrõnalis animę pars diuidatur in cõcupiſcendi & iraſcendi uirtutem: & illa quidem ſit uegetalis: uis autẽ iraſcendi ſit illius ueſtigium circa ſanguinẽ aut bilem/aut utrunq;/ non recte e cõtraria parte diuiſio fiet. Quippe cum horum alterum prius ſit/alterum uero poſterius. Forſan uero nihil ꝓhibet utrunq; poſterius eẽ. Diuiſionẽq; eiuſmodi eſſe duorum naſcẽtium ab eodem. Eſt.n. diuiſio appetẽtium qua rõne appetentia ſunt: non aũt eſſentiæ/unde talia proueneruũt. Eſſentia uero illa ſecundum ſeipſam non eſt appetitus: ſed forte perficiens appetitũ. s. ſibi coniungens actionem ab appetitu prouenientem. Deniq; nõ eſt abſurdũ dicere ueſtigium animę in animoſitatem excidens ĩ prẽcordiis eſſe ſitum. Nõ.n. hic aĩam proprie ſed talis cuiuſdam ſanguinis fontem eſſe putandum.

MARSILIVS. In corpore animato non ſolum eſt anima & actus uiuificus animę continuus/ſicut luminoſo lumen in corpus ſuum emicans: Sed etiam eſt quoddã uitale ueſtigiũ quaſi ſub lumine calor. Calorẽ dico naturalẽ ſpũmq; motibus aptum/q ad breue reſtare põt ĩ corpore poſt diſceſſũ aię/ & motũ quendã edere. Nulla uita/nullũ uiuificũ perit. Sed nũqd hoc uitale ueſtigiũ? Profecto ibi naturalis calor breui eſſe deſinit/ſpũs quoq; naturalis cito reſoluiẽ. Vitalis ãt & aĩalis põt diutius ſupeſſe/& ſeq aĩam cõtentus ab aĩa uelut coagulo/futurum

quasi fermẽtum aerio corpori post obitum congregando/afficiendoq; uitaliter. Si autem in uestigio hoc uitali cogites esse aliquid prẽter calorem atq; spiritum/ quod ad animã lumenq; eius se habeat non ut calor: sed ut splendor resultans ex lumine animę/id quidem non perit:sed lumen abeũtis animę comitatur. Opinatur lumen nullo modo ab illuminato:sed tãtum a luminoso pẽdere:idq; semper sequi una cum splendore quomõlibet resultãte. Tangit opinionem dicentem/omniũ colorum uires & quasi flosculos esse in lumine: neq; perire:sed latere potius/& iterum apparere. Item lumina quæ uidentur extingui/non disperdi: sed in perspicuum aeris lucidumq; eius occultum nobis obire. Deniq; quicquid in nobis uitæ inferioris est/nostram sequi superiorẽ/ neq; perire: uestigiumq; uitale in corpore seruari ab anima uel propria uel cõmuni: saltẽ ad tempus/postq̃ propria deseruerit.

Cap.XXIIII.

## PLOTINVS.

Caeterum si aĩatum corpus nõ illuminato:sed calefacto corpori simile est/ cur nã post alterius aĩę discessum corpus nihil hẽt uitale? Forsan uero habet/sed ad breue: Cito.n. euanescit/quẽadmodũ & a rebus calefactis cum semouentur ab igne/cito calor extinguitur. Cuius qdẽ rei inde sũmitur argumẽtum. Quod ẽt i corporibus defũctorũ nascuntur pili/& augentur ungues. Quod uelia multa postq̃ secta sũt mouentur ad tẽpus. Quod forsan ꝓpea fit/qa adhuc uitę nõnihil ẽ reliquũ: Quod ẽt si cũ altera aĩa simul hẽat/nõ tamẽ id signũ erit sufficiẽs ad ꝓbandũ nobis id nõ esse diuersũ. Et.n. abeunte sole/nõ solũ cõtinuũ ei lumen/penesq; ipsũ q̃proxime pendens/simul abit:uerũ etiã splendor q ab hoc dependet extra ipsum in subiectis inspectus/ab ipso differens/una discedit. Sed nũquid discedit una/an mox extinguitur. Id ãt & i lumine tali iã facto est idagandum:atq; i uita infusa corpori:quã quidẽ esse ꝓpriã corporis arbitramur. Cõstat ꝓfecto nihil oĩo luminis i corporibus illuminatis reliquũ fieri. Sed quęritur/utrũ in suũ refluat fontẽ/an disperdatur. Sed quonã pacto esse prorsus desinit/si prius erat aliqd? Et oĩo quid erat? Putabit uero quispiã ipsorum corporum a quibus est lumẽ/esse aliquid lumẽ/quod & color dicitur. Et quãdo hæc ipsa corpora sunt caduca/pereũtibus ipsis/colorẽ quoq; lucidũ simul perdi. Ideoq; nemo ꝓquirit igne iam extincto/ubi sit eius color: sicut neq; ubi sit figura. An forte figura quidem habitudo quędã est? sicut cõtractio manus atq; dilatatio: color uero nõ ita/ sed sicut dulcedo se habet. Quid.n. ꝓhibet/quominus ꝓdito dulci corpore/dulcedo supsit/odorq; similiter/destructo corpore odorato: atq; in alio quodam restent corpore: neq; sentiantur tamen: ꝓpea q participantia corpora nõ sint talia/ut qualitates acceptas sensibus referant. Similiter quid obstat/lumẽ destructis priorib⁹ suis corporibus remanere? Nihil uero luminis/ut solebat/ad oculos alicunde reflecti. Nisi forte quis dicat similiter se mente uidere illas etiã quę qualitates dicunt in subiectis non esse. Verum si id admittat/admittemus etiam qualitates incorruptibiles esse: neq; subiectorum constitutionibus generari: neq; rõnes quę seminibus insunt/colores efficere: sed uelut in auibus/quarũ plumæ uarię nobis occurrũt/colores iã insitos quidẽ sed distractos in unũ colligere. Forte ẽt facere. Sed insup uti coloribus q i aere sũt taliũ pleno. Esse.n. i aere hęc/nõ tamẽ oĩo talia/qualia cũ in corporibus generant/nobis apparẽt. Sed iam dubitatio talis hic ita iaceat. Si autem manẽtibus corporibus lumẽ inde pẽdet: neq; sepat/qd nam

uetat/lumen una cum moto corpore cõmoueri: tum ꝓxime pendens: & ſiquod dependet a proximo: q̃uis cum abit/nõ uideatur: quemadmodum neq; cũ accedit/apparet. De anima uero alibi diſputabitur: num ſequẽtia ubiq; præcedentia comitentur: & quę deinceps ſemper eadem connexione. An forte ſingula in ſe conſiſtãt: etiã ſi a prioribus deſerãtur: poſſintq; in ſeipſis perſeuerare. An potius nulla omnino pars animę diſiungatur: ſed omnes animæ una ſimul atq; multæ ſint/& qua potiſſimum ratione. Sed quidnam dicemus de ueſtigio illo animę/quod iam corpori uelut proprium eſt impreſſum? Forte ſi hoc ipſum eſt anima/præcedentis animæ comitabitur rationem: ſiquidem ab ipſa animæ ratione minime ſegregatur. Si autem eſt uelut uita corporis propria/eadem hic erit cõditio: quæ & cum de imagine luminis pauloante dubitabatur. Eſt enim conſiderandum nunqd uita abſq; anima eſſe queat. Niſi forte id fieri poſſit/quatenus quędam aſſiſtat anima in aliud agens.

Hactenus in cõmentariis Euſtochii Secundus de anima: atq; hic incipit Tertius. In cõmentariis uero Porphyrii quæ ſequuntur ſecũdo coniuncta ſunt.

MARSILIVS. Stellę uiſum auditumq; habent: memoria uero nõ indigẽt. Prętera preces exaudiũt. Sicut qui corpus ſuũ oportune lumini Solis exponit/naturaliter inde foueturita qui animum ſpiritumq; ſuum per uotorum ſupiorum influxibus applicat/ubiq; preſentibus beneficia inde reportat naturaliter ifluentia. Antiqui aliqui pręter Solem ſtellas etiam adorabant. Plurimi uero præſertim Platonici atq; id genus philoſophi ſolum adorabant inter cæleſtia Solem/orationem ad Solem compoſuit Iunianus & Iamblichus. Solem Plato filium & imaginem ſummi Dei uiſibilem apellauit. Solem Socrates orientem ſalutans extaſim ſępe patiebatur. Orienti Soli Pythagorici hymnos lyra canebant. De cultu qdẽ Solis illi uiderint. Deus certe in Sole poſuit tabernaculũ ſuũ. Cap. XXV.

PLOTINVS.

POſtq̃ uero memoriã ſtellis eſſe diximus ſupuacuã/dedimus ãt ſẽſus/neq; uiſũ duntaxat: ſed & auditũ. Præterea preces exaudire cõceſſimus: quas ad ſolẽ dirigimus. Alii uero qdã ad alias quoq; ſtellas: credunt.n. multa precibus ſe ab illis ipetraturos/atq; adeo facile/ut nõ ſolũ iuſtis officiis: ſed ſępe etiã iniuſtis patrocinentur. Cũ inq̃ dubitatiões eiuſmõi incidant/ipræſentia nobis diligẽter cõſiderãdũ. Habẽt.n. hæc i ſeipſis maximas uulgatiſſimaſq; dubitationes/apud eos preſertim q grauiter ferũt cenſeri deos adiutores auctoreſq; opum iniquorũ/tũ aliorũ/tũ etiã amoris/icõtinẽtiſq; cõcubitus. Itaq; & horũ cã/& maxime memorię illorũ gratia/de qua ẽ a pricipio dictũ/iueſtigãdũ eſſe uidet. Cõſtat enim ſi mõ faciũt quę precamur/neq; illico faciũt/ſed iposterũ/ac ſępe poſt lõgum tẽpus/humanas preces memoria cõſeruare. Prior uero rõ nobis adducta id minime cõcedebat. Sed q̃tũ ad collata hoibus beneficia ptinebat/tale uidebatur eſſe/quale ſi a Cerere atq; Veſta. i. terra conferri dicanter: niſi qs forſan ex terra ſolũ beneficia hoibus cõferri dixerit. Conandũ ẽ igit utraq; demõſtrare & qua rõne memorię munus eis attribuamus/q̃tũ uidelicet ad nos ſpectat: nõ q̃tũ ad ea quę uidenter aliis/q memoriã ſtellis dare nõ uetant: & qd de illis dicẽdũ ſit/quę ab ipſis perperã fieri uidenter. Quod qdẽ philoſophię officiũ eſt/cõſiderare. s. ſi quo mõ ſoluere dubitatiões dar aduerſus cæleſtẽ Deũ hoibus incidẽtes. Itẽ & aduerſus

uniuerſum mundū:in quē etiā criminatio eiuſmodi tēdit/uelut cām iniquorū:ſi mō pręſtanda eis ē fides:qui uniuerſū quoq; cęlū audacia arteq; humana/quaſi magicis quibuſdā carminibus adꝺuotū adduci putāt. Quærēdū erit inſuꝑ de dę monibus:quo nā pacto talia ſubminiſtrare dicanť. Niſi forte ex ipſa ſolutione priorum ſolutionem quoq; horum accepis.

MARSILIVS Actiones aliæ quidē naturales ſunt/aliæ āt artificioſæ. Naturales aut ſunt uniuerſi mundi erga partes ſuas:aut partium ad uniuerſū:aut partium uiciſſim erga partes. Artificioſę actiones uel deſinunt ī opus arte cōſtructū/ ut ſtatuaria in ſtatuā:uel ad opus naturæ miniſtrāt:ut medicina/agricultura/magia:cum qua ſimilitudinē quandam hēt oratoria ꝑſuaſio:& poetica muſicaq; le nocinia. Actiones cęleſtium ad inferiora nō ſolū fiunt ꝑ caloré & aliā elemētis ſimilem qualitatē:ſed ꝑ uires quaſdam a notis qualitatibus lōge diuerſas. Quod enī differentię ī nobis morum/ingeniorū/ꝓfeſſionū/fortunarū ꝑ cęleſtia uel fiāt uel portendanť/ nō poteſt refern ad differētias qualitatum cęleſtium ſimiles elementis. Neq; etiā cōſilio & electione cæleſtia in nos agunt ſingula/alioqn & illorum animi ſollicitati ſemꝑ erunt/& quotidie miniſtri malorum. Cap. XXVI.

PLOTINVS.

Operępretiū eſt generatim actiōes oēs & paſſiones cōſiderare quæcunq; in uniuerſo fiunt/ſiue natura ſiue arte perficianť:& quæ natura fiunt partim ab ipſo toto erga partes fieri affirmare: partim a ꝑtibus erga totum:ꝑtim deniq; a ꝑtibus ipſis ī partes. Proīde quæ agunť arte/duobus potiſſimū modis agunť. Aut.n. ars ſicut opis dedit initiū/ſic ipſa quoq; artificioſum opi finē imponit:aut uiribus inſuꝑ utiť naturalibus ad opum naturaliū actiones paſſiōeſq; pficiendas. Vniuerſi uero actiones dico/qbus totus ipſe mūdi circuitus ī ſeipſū agit/aut in ꝑtes. Dum.n. euoluiť/tū ſeipſū certa quadā cōditione diſponit:tum partes ſuas ſecū ipſo cōponit:partes inq̄/tū quæ ī ipſo circuitu ſunt:tū quæ ſunt & inde diſtribuūtur ī terris. Partiū itē ad ꝑtes actiōes & paſſiōes oībus ferme manifeſtæ ſunt: Solis uidelicet erga cætera ſuꝑ habitudines & effectus:atq; ēt in terrena. Rurſus quæ ī aliis elemētis agunť tā ab ipſo q̄ a cæteris. Præterea tā eorum quę in terris/q̄ quę ī aliis elemētis mutuę actiones paſſiōeſq; ſūt: de qbus ſingulatim cōſiderandū eſſe uideť. Deīde artes quę ædificia cōſtruūt aliaq; opificia fabricāt/in tale quiddā ſimiliter deſinunt. Medicina uero & agricultura & reliquæ generis eiuſdē miniſtrę ſūt naturę/opibuſq; naturę quo naturaliter peraganť/ad minicula ſuggerūt. Cōſiderare ēt expedit artē oratoriā atq; muſicā & quęcūq; uoluptate quadam allicit animos. Quę hoc potiſſimum inter ſe diſcrepāt: ꝙ uel ad melius ducunt uel ad deterius. Quarum in genere perquirēdum eſt/quot artes ſint/& quam uim habeāt: ac ſi fieri poteſt ī his omnibus id ꝑtractandum/quod ad pręſens inſtitutū nobis ſit conducturum. Et quoad fieri poteſt ī his cauſæ requirendę. Cōſtat ꝑculdubio ipſum mūdi circuitum agere:primo quidem differēter ſeſe diſponētē: deīde ēt quæ intra ſe cōtinet:& abſq; cōtrouerſia terrena oīa moderātē:nō tantū corporū cōſtitutiones/ſed affectiōes ēt aiorū. Itē unūquodq; cęleſtium in terrena & ſequētia oīa facere. Vtrum uero īferiora hęc ī ſuꝑiora uiciſſim aliqd agāt ī ſequētibus īdagabimus. Sed īpræſentia que apud oēs aut plurimos cōprobata ſūt/ita ut uidenť hēre ſe/ꝑmittētes: anniti debemus ea dūtaxat

quæ ratione nituntur afferre/ modũ effectionis ab initio repetẽtes. Nõ.n.dicendum eſt/ſola calida & frigida/ceteraq; talia: quę qualitates elementorũ primę dicunt̃/uel quæ ex harũ mixtione cõficiunt̃/aliqd facere poſſe. Neq; rurſus putandum eſt ſolẽ facere oĩa p calorẽ: & aliũ quendã cęleſtium frigore cuncta pagere. Quid.n.frigidũ ſit in cęlo & igneo corpore & igne nullo mõ humido. Accedit ad hæc ꝙ hac rõne cæleſtiũ naturarũ & actionũ differentiã accipe minime poſſumus. Iam uero ab his multa fiũt/quę ĩ aliqd taliũ uelut in cãm referri nõ poſſũt. Quod ſiquis differẽtias morũ uiribus ſupnis attribuat/ſecundum certas cõſtitutiones corporũ uel frigoris uel caloris exceſſu tales effectas: quo nã pacto poterit etiã inuidias/æmulationes/aſtutias i hęc ipſa reducere. Verũ ſi & hæc ualeant fortunas certe deteriores uel meliores/diuitias/inopias/ maiorũ nobilitatẽ/generoſitatem ꝓpriã/reptos theſauros/qua nã rõne in qualitates eiuſmõi referãt? Nã innumerabilia quiuis enumerare põt: quæ lõge remota ſint ab efficacia corporeq; qualitatis ab elemẽtis in aĩalium corpora & aias uenientis. Neq; tamẽ cõſilio electiõiq; ſtellarũ & uniuerſi ſentẽtię horũq; cõſultatiõibus attribuenda ſunt ſingula/quę ſingulis iferioribus accidũt. Nefas.n.dictu eſt/ſupos erga hoies machinari: quo pacto alii qdẽ fures fiãt: alii liberos i ſeruitutẽ redigãt. Muros ſuffodiãt: Sacrilegia patrent. Alii rurſus illiberales & timidi/& in actionibus paſſionibuſq; muliebres: moribuſq; turpibus deditiſſimi. Talia.n.cõmittere atq; machinari nõ ſolũ nõ eſt deorũ: ſed neq; etiã hoium mediocriter honeſtorũ. Forte uero neq; ẽt aliquorum ẽ talia ꝓpetrare: ex qbus interim nulla eis ſit utilitas prouentura.

MARSILIVS. Cęlum in oĩa hęc inferiora agit: nõ conſilio quodã eligente talia uel taliter agere. Neq; tantũ corporeis qualitatibus.s.calefaciendo/humefaciendo/rarefaciendo uel contra. Sed naturalibus quibuſdam uegetalis aię uiribus. Similibus quibuſdã uiribus inter cõſilium & corporeas qualitates quaſi mediis aĩa noſtra corporis humores & mẽbra/ eorumq; figuras & qualitates quotidie reficit. Cum mũdus ſit unũ aĩal: oĩa corporea duobus modis ſũt partes mundi. Primo/quia ſingula corpora ſunt quędã uniuerſi corporis portiones: Secundo/qa in quolibet corpore eſt & ipſa mũdi aĩa/& ꝓpria quędã huius aiæ uirtus efficacia dos huic corpori diſtributa. Quatenus ergo corporea ſingula ſunt aĩalis mũdani mẽbra/facile tũ a toto/tũ inuicẽ patiunt̃. Quippe cũ ẽt quæ loco iter ſe diſtare uident̃/ſint ꝓpinqua/ob mirabilẽ naturę unius cõionẽ. Cap.XXVII.

PLOTINVS.

CVm igitur neq; corporeis cauſis neq; conſiliis attribuamus illa/quę extrinſecus in nos ceteraq; animalia: & quæcunq; terrena e cælo proueniũt: quę nam probabilis cauſa reliqua nobis erit? Principio uniuerſum hoc exiſtimandum eſt/ eſſe animal unum animalia omnia intra ſe continens: unam habens animam per ſingulas ſui partes ſe diffundentem/quatenus quodlibet pars eſt eius. Pars autem eius eſt quodcũq; in ordine ſenſibili cõtineť: Et certe q̃tum ad corpus attinet/pars eſt omnino: q̃tũ etiam mũdanæ eſt animę particeps/ eatenus & hac ratione pars mundi cenſeť. Iam uero quę animam hanc ſolam participant/undiq; ſunt & partes. Quę uero aliã inſup hẽnt aĩam/ex hoc ipſo hẽnt/neoĩo ſint partes. Patiuntur aũt ab aliis nihilominus: quatenus uniuerſi aliquid habent/& ſecundum illa quæ habent congrue patiuntur. Profecto uniuerſum hoc

quia unum eſt/unumq; aīal/undiq; ſibi ipſi cōpatitur. Et quod remotum ī eo ui detur eſſe/eſt & propinquū. Quēadmodum in uno quouis aīalium ungues/cor nua/digiti/& aliud quodlibet eorū/quæ non ſunt proxime poſita:ſed quodam intercipiente diſtant. Vbi patiente aliquo nihil patiť/quod nullo ſit modo ꝓpin quum. Vbi.n. quæ inter ſe cōſimilia ſunt/nō continuanť ꝓxime:ſed interuenīēte alio diſtāt/tamē ſimilitudine ipſa uiciſſim cōpatiunť: atq; ī id quod ꝓcul eſt poſi tum neceſſe eſt ꝓuenire effectū etiā nō ꝓpinqui. At ī hoc uniuerſo quod & aīal ēt & undiq; cōducit in unum/nihil adeo loco remotū eſt/ qn cenſeať eſſe ꝓpinquū ob ipſā aīalis unius naturā ſibimet ubiq; compatientē.. Quod igiť ſimilitudinē habet erga id quod agit/paſſionem accipit nō alienā. Si uero agens diſſimile ſit/ alienā ſuſcipit paſſionem atq; moleſtā. Neq; uero mirandū eſt ī uno uiuēte actio nem ab alio ī aliud accidere noxiam:quādo & ī nobis ī actionibus noſtris pars alia ab alia lędiť. Siquidē bilis & ira aliud ut uideť premit & pungit. Tum uero in uniuerſo ē aliqd animoſitati biliq; quadā proportiōe ꝑſimile:aliudq; ſimiliter aliis. Quinetiā in plantis/alia impedimēto ſunt aliis/adeo ut & ꝓdant. Hic uero mundus nō ſolum eſt unū aīal:ſed & multa cōſpiciť. Quāobrem quatenus unū quodq; cū uniuerſo eſt unum/ex hoc ipſo ſeruať. Quantum uero & multa atq; multa inter ſe concurrūt/paſſim lędiť a diuerſo. Vbi certe aliud ad ꝓpriū uſum lę dit aliud:& pro nutrimēto utiť alio:cum cognatū ſimul ſit & differens. Nempe quodlibet ſibimet naturaliter cōſulens/q̄tum cū altero congruit/accipit ī ſeipſū: & q̄tum ſit alienū ꝓdit beniuolentia ſui. Prędterea unūquodq; dum propriū agit opus:interea prodeſt ei/ quod oportune poteſt ī ſe aliquid opum eius admitte re. Quod āt opis impetū ſubſtinere nō ualet/aut perdit aut afficit detrimento. Si cut quę igne prętereunte repente areſcunt. Vel ſicut aīalia minora maiorum cur ſu raptanť ſiue calcanť. Horū uero oium generatio & corruptio: item ꝓmutatio ad melius uel deterius ipſā aīalis unius mūdani uitā ꝓficit ab ipedimento remo tam & naturaliter ſe habentē: quādoqdem fieri nō poterat/ita ſingula ſe habere/ ut ſola forent: Vel ut ad ſeipſa fines eſſent:ſeq; duntaxat ſpectarēr:cū partes exi ſtant. Sed ad illud ſpectādū fuit uelut finē/cuius & partes ſunt. Item cū differen tia eſſe deberent/merito ſingula ī una uita cōprehenſa nō debuerūt idem inter ſe oio ꝓprium ue ſui ꝓpetuo poſſidere. Neq; fieri potuit/ut quicq̄ eodē ſemper mō pęnitus ꝓmaneret:ſi mō ꝓmanere debuit uniuerſū ſuā hēns ī motu ſtabilitatē.

MARSILIVS. Totus mundus eſt aīal unū rōne muſica ſaltās/& ſaltando conſequēter una ſecū oia uariās. Aia mūdi habet ī ſua intelligentia/cogitatione imaginatione/natura/deſcriptas quaſi præſentes futuras oēs reuolutiones mun di ſecundū muſicas earū proportiones. Itē deſignatos hēt oēs euētus/qui uel re uolutiōes neceſſario comitanť in celis: uel qūocūq; ſub cælo cōſequūtur eaſdē. Ad eiuſmōi muſicam deſignatiōem quaſi ad cantilenā ſonorūq; cōcentus ꝓaffe ctum ſequūtur reuolutiones ī mundo quaſi geſtus quidā arte tripudiantis. Ipſe quidē ſaltator intentione ſpectat primo inſitā ſibi muſicā. Deīde ꝓ hāc mēbrorū mundanorū reuolutiones. Tertio ꝑ eas ꝑſpicit quodāmō quæ inde ſequūtur: uel ſaltē ſignificanť. Pōt & ſapiens aliquis quaſi muſicus pręduidere qualia ubiq; quales ſequūtur reuolutiones mundi/ſicut quales geſtus mēbrorū ad quales ſe quanť ſoni partes. Prędterq̄ ubi uel inepta ſupis materia non oio cedit/uel nimis

debilis patitur ſupra modū. Sicut & arbitrium hominis poteſt nō ſequi cęli teno rem/& uiciſſim humana debilitas ultra modum inde pati. Deniq; ſicut in chorea paſſiones quędam mēbrorum uel aliorū contingunt ultra geſtus artificioſos/ſic & ſimilia quędam ex tripudio mundi contingunt. Cap. XXVIII.

PLOTINVS.

CVm uero reuolutio mūdi nihil in ſe fortuitum hēat: ſed ratione quadam ſpectante ad aīal pagaī/oportuit quandā agēris ad patiēs eſſe cōcordiā: & ordinē quendā in ſe & ad ſe inuicē ordinātē: adeo ut ſecundū quālibet reuolutiōis habitudinē: rurſus reuolutioni huic ſubditorū: aliam aliamq; diſpoſitionem oporteat fieri. Quaſi tripudiū unum in chorea lōge uaria faciāt. In noſtris ꝓfecto tripudiis explicare quis pōt utpote manifeſta quæ fiūt extrinſecus tripudio cōſentanea in qualibet motione ſingulatim aliter ſe permutātibus his quæ cōducunt ad choreā/tibiis uidelicet & cantilenis/cæteriſq; cōiunctis. Sed nō ſimiliter tenere quiuis pōt & declarare partes illius qui tripudium agit ſecundū figuram quālibet neceſſario: dum corpus certa quadā ratione comitaī & flectiī conſequēdo. In quo quidē aliud premiī/& cohibetur: aliud relaxaī: aliud quidē laborat/aliud uero reſpiratiōem quandā in figuratiōe recipit differēti. Inſtitutū fane tripudiantis aliud interea ſpectat: dum reliqua cōſequenter ad tripudiū pa tiuntur/& ſaltationi miniſtrāt/totāq; una ꝓfecte cōficiunt. Itaq; ſaltandi peritus poterit aſſignare/quemadmodum ī tali quadā cōfiguratione membrū id corpo ris altius eleuaī. Id uero cōtrahiī. Illud occuliī. Aliud interim humi deprimitur. Dum ipſe tripudiator nō aliter hoc agi deliberet: Sed ī ipſo corporis uniuerſi tri pudio diſpoſitiōem hāc teneat neceſſariā/huic parti choream peragēri. Eadem ratione putādum eſt cęleſtia facere quęcūq; faciunt/& pleraq; ſignificare. Immo uero totum quidē mūdum totam ſui uitam agere/mouētem ī ſe partes ingētes/ ſemperq; tranſfigurātem. Habitudines uero partium tum inuicem/tum ad totū/ differētesq; earum poſitiōes prębere cętera ſibi cōſequētia quaſi unū aīal mouea tur/ita quidē ſe habētia ſecūdum tales habitudines & poſitiōes atq; figuras: ita uero ſecūdum tales. Perinde ac ſi nō ſint auctores rerum/qui figurātur/ſed figu rator: neq; rurſus figurator ipſe aliud faciens faciat aliud. Nō enī facit in aliud: ſed exiſtimādum eſt ipſum ea oīa eſſe quę fiunt: ibi quidē figuras: hic uero con ſequētia figuris tanq̄ neceſſarias paſſiōes circa aīal ſic agitatū. Ac rurſus circa ita cōpoſitū & cōſiſtēs natura & patiēs & agēs neceſſariis cōditionibus in ſeipſum.

MARSILIVS. Corpus noſtrum tanquā mūdi pars ſequitur fatalē mundi circuitū. Aīa quoq; quatenus obſequiī corpori: Poteſt tamē & magnanimitate paſſiōes corporis ꝓpēdere/& eas arte declinare uel leuare. In uariis mūdi ſphæ ris ꝓtibuſq; earum/& ſtellis naturaliter uariæ ſunt uirtutes: ſunt & uirtutes uariæ in differētibus ibi figuris ex ſtellis inuicē firmiter cōſtitutis. Virtutes inq̄ firmę: oriunī & differētes deinceps uirtutes ī differētibus figuris/quæ iter ſtellas perpe tua motus diuerſitate cōtingūt. Ad has utiq; uirtutes tam naturarum q̄ figurarū cōſequunī quæ ſub Luna fiunt partim quidem uelut inde neceſſario facta/ceu qui ſaltantis manucapti corripiunī: partim uero tanq̄ liberius conſonātia/uelut q̄ ad ſonū choreamq; geſtiūt/& canūt/ſaltātq; libēter. Figuræ quidē cęleſtes hęc inferiora ſignificāt. Naturæ uero una cū figuris efficiūt ꝓ diſpoſitiōe materiæ.

Multa uero figuræ ſignificant: quæ nõ cælitus/ſed aliunde fiunt Cap. XXIX.

PLOTINVS.

IVdicandum eſt præterea nos quando id duntaxat ex his quæ in nobis ſunt/quod pars eſt corporis uniuerſi tanquã paſſurum illi concedimus/ neq; totum quod eſt in nobis/illius eſſe cenſemus/tũc ab illo moderata pati. Quemadmodũ prudẽtiſſimi quiq; miniſtrantiũ/pàrtim quidẽ concedentes dominis/partim uero ſui iuris eſſe uolẽtes/modeſtiora ob hoc ipſum a dominis mandata reportãt: utpote qui neq; mancipia ſint/neq; alieni iuris oĩo. Differentiam uero figurationũ neceſſarium erat fieri/ut nũc efficiẽ/ppea q; & currũt/neq; pari uelocitate percurrũt. Proinde cũ ratione ferãtur/differẽtesq; habitus animalis euadãt: ac deinde quæ apud nos fiũt illis cõpatianẽ/rationi cõſentaneum eſt perquirere/utrũ aſſerendũ ſit hęc illa cõſequi/cõſonãtia illis: an figuras habere uires efficiendorũ. Atq; utrum figuras ſimpliciter: an potius horũ figuras. Nõ enĩ eadem figuratio ĩ alio rurſusq; ĩ aliis eandem ſignificatiõem uel effectum affert. Quoniã quilibet etiam per ſeipſum differẽtem naturã habere uideẽ. Forte uero recte diceẽ horum quidem figuratiõem/hæc talia eſſe diſpoſitionemq; eiuſmõi. Aliorum uero eandem exiſtentem in figuratiõe/aliam. Verum ſi ita ſit/nõ figuris ulterius/ſed ipſis potius figuratis auctoritatẽ dabimus/uel ſimul ambobus: naturis uidelicet eiſdem nactis habitum differẽtem. Sed etiam eidem ſolum per locũ differenti/alia cõcedemus. Sed quid nam dabimus? Effectiones ne/an ſignificationes/forte ipſi cõiuncto. s. figurationi horum proprie ambo/tum effectiones/tum ſignificatiões in multis: alibi uero ſignificatiões tantũ. Hæc itaq; ratio uires quidem pręſtat figuris: uires & figuratis. Quoniã & ſaltantium ludẽtiũq; in chorea habẽt quidem uim quandã/& manus ambæ/& cætera membra. Habẽt quoq; figurę permultã. Tertio uero ĩ loco ſunt quę cõſequuntur: tum partes in tripudiũ aſſumptorũ: tum ea ex quibus fiunt/uel quę ex iis eueniunt: uelut quę attractando cõfricantur/& nerui/ac uenæ compatientes.

MARSILIVS. Anima mũdi in ipſa idearum ſerie uniuerſum hoc ab æuo cõtemplata/una ſemel cõmuni elegit electione totum mũdi curſum ita fore comprobans. Interea natura uegetalis eius imago ſibi ſubdita abſq; electiõe ſic totũ tranſigit mundi curſum. Singulæ quoq; ſphærarũ ſtellarumq; aĩæ ſe ſimiliter habent ad Deum atq; mundũ. Et uſq; adeo cum aĩa mũdi/tum uoluntate/tum natura cõſentiunt/ut oẽs ĩ mũdo actiões earum recte poſſint aĩæ mũdanæ actio nominari. Omnes ergo res corporeę ſunt aĩalis mundani partes. Omnes rerum naturalium actiones ſunt aĩalis huius motus. Omnes reuolutiones mundanę ſunt geſtus & quaſi ſermones eiuſdem. Nihil uel in eo/uel ex eo eſt/aut fit fortuitũ. Ad rõnes enĩ oĩa referunt huic inſitas ſeminales/uel altius exemplares. Singula igiẽ uel ordine proficiſcunt/uel ſtatim redigũtur ĩ ordinem. Sol mũdi cor plus admodũ uitæ naturalis hẽt atq; affert/q̃ cęteræ mũdi partes. In hoc igiẽ nõnulli ipſam mũdi aĩam poſuerunt p radios eius uſquequaq; diffuſam. Virtutes rerũ naturalium oẽs primo ſũt ĩ ſeminalibus rationibus naturæ cõmunis. Hinc mox traducuntur ĩ mundi ſphæras/earumq; figuras tam uolubiles q̃ firmas. Hinc in rerum naturalium ſpẽs. In quibus inde latent uires ſuper elemẽta mirabiles. Atq; ex ipſis cęli figuris in figuras inferiores uires quoq; mirifice. Habẽt & uultuum

noſtrorum figurę proprias quaſdam alliciendi/uel deterrendi uirtutes. Vnde ap pareat uim propriam figuris nō minus q̄ coloribus ineſſe poſſe Cap.XXX.

PLOTINVS.

QVo igit̄ modo hæ uires ſe habēt/Planius enim iterum dicēdum eſt/quid nam differentię habeat triangulus ad triangulum cōparatus: quid ue hic habeat agat ue ad illum: et ſecundum quid hoc agat: & quouſq; poſtq̄ neq; corporibus neq; conſiliis cęleſtium attribuimus actiones. Non corporibus: quoniā quę fiūt/nō corporis tantū eſſe effectus apparuit. Nō cōſiliis: quia nefas eēt Deos cōſilius turpia facere. Ad hāc igit̄ queſtionē meminiſſe debemus/nos ſupra propoſuiſſe mūdum eſſe aīal unum: cūq; tale ſit/ipſum oportuiſſe/compa tiens ſibimet neceſſario fore. Item ſecūdum rationem uitæ eius agi diſcurſum ſi bimet oīo cōſentientem. Rurſus in ipſa uita nihil eſſe fortuitum: ſed concentum unū atq; ordinem. Præterea figuratiōes oēs ſecūdū rōnem fieri: certiſq; ſingulas numeris. Atq; aīalis mundani partes utraſq; quaſi choream agentes eſſe ꝓculdu bio quoſdam mūdi ipſius actus: tum figuras quę in eo fiunt/& figuratas ipſius partes: tum quæ hæc ipſa ſequunt̄. Atq; ita & hac rōne uniuerſum uiuere uireſq; ſuas ad hoc ipſum conferre: quemadmodū ſe habentes factæ ſunt ab eo/qui oīa rationibus efficit. Exiſtimādum eſt pręterea/figuras eſſe quaſi rōnes ſiue ſermo nes: aut aīalis ipſius interualla: modoſq; numeroſos: & habitus geſtusq; anima lis rōne ꝓfectos. Ipſa uero quæ diſtant & figurātur/eſſe alia mēbra/eſſe quinetiā aīalis uires alias ſeorſum ab electione/tanquā aīalis ipſius partes: quoniā electio nis munus illic quaſi accedit extrinſecus: neq; ad aīalis huius cōducit naturam. Vna enim electionis inſtiturio eſt aīalis unius/uires āt aliæ eius ad ſeipſum mul tę. Quotcūq; uero ī eo electiones ſunt/eodem tendūt/quo tendit & una totius. Appetitus enim ī his quæ in eo ſunt aliorum eſt ad alia. Accipere enim aliquid aliorum ſtudēt: pars uidelicet alia partem aliam illius, s. indiga. Quinetiam ira quædam naturalis inſurgit in aliud/quādo aliquid lędit. Tum uero augumen tum fit ex alio: & generatio ī aliam partium: Ipſum uero totum ī his etiam hæc quidē agit: ſed ipſum bonū ipſum quærit: īmo uero ſuſpicit. Hoc igit̄ & optio recta/quæ paſſiōes antecedit/exoptat: atq; ī idem cum hac ipſa cōſpirat: quoniā & ī his qui miniſtrāt aliis/multa quidem opera ad domini mandata reſpiciunt. Appetitio uero boni eodem modo/quo & dominus ipſe ſpectat. Si ergo Sol & aliæ ſtellæ ī hæc aliquid agūt: exiſtimādum eſt Solem ipſum ſuperna ſuſpicere: In hoc enī uno exempli cauſa de aliis dictum puta. Interea uero ſub ipſo terrena caleſcere hac cōditione & ſiquid deinceps/traductiōe quadā aīę quoad fieri po teſt: plurima enim illic eſt aīa naturalis. Similiter & cæleſtia reliqua in hæc agere quaſi colluſtrādo uim ſuā abſq; electione pręſtātia. Atq; oīa unum aliquid ita fi guratum effecta diſpoſitiōem aliam rurſusq; aliam exhibere/adeo ut ipſę quoq; figurę uim habeāt. Nam ſecundum ipſum quod ita uel ita ſe hēat/aliter agit/ali ter ue agit̄. Atq; per ipſa figurata fieri aliquid eſt putādum. Ad hos enim aliud & ad illos iterum fit & aliud. Quādoquidem & figuras ſecundū ſe uires habere in rebus quoq; noſtris licet aſpicere. Cur enim aliæ quidem figuræ cernentibus ſunt terribiles: ubi etiā nihil paſſi antea fuerint qui terrent̄: alię uero nihil terrēt. Item alios quidem hæ figurę: alios āt illę perterrefaciunt. Forſan quia in illum qui ſic eſt affectus/figuræ tales agūt: in alium uero alię: nō potēres in illud agere

quod non eſt naturaliter huic expoſitum paſſioni. Quinetiam ſpectaculum ita figuratum aſpectum ad ſe trahit: ita uero nō trahit eundem. Et.n. ſiquis dixerit pulchritudinem eſſe quod prouocat/obiiciemus/cur nam hoc quidē pulchrum hominem hūc: illud uero alliciat illum/niſi differētia figurarum ī ſe uim habeat? Qua enī rōne fatebimur colores quidē habere uim atq; facere: figuras uero nō cōfitebimur. Abſurdum enī prorſus dictu eſt eſſe quidem aliquid in rerum ordine conſtitutū: nihil tamē habere quod poſſit: ipſum nāq; ens tale eſt naturaliter ut agat aliquid/uel patiat. Et quibuſdā ſane attribuendū eſt agere ſolū: aliis uero utraq;. Sunt & in ſubiectis uires ultra figuras: atq; ī rebus inferioribus multę ſunt uires: quas neq; calor præſtat/neq; frigus: ſed ſubſtantię differentibus prędi tę qualitatibus/& in ſpecie rationibus conformatę/uirtutiſq; tam ipſius naturæ participes. Quales ſunt naturę lapidum & effectus herbarum multa nobis mirabilia demonſtrantes.

MARSILIVS. Sicut uegetalis uita noſtra ſingulis mēbris/quāuis aliis aliter ſe imptit: uireſq; articulis alias aliis mirabiles inſerit: ſic multoq; excellentius una mūdi aīa oēs licet aliter alias uegetat mūdi ptes: atq; ipſa īnumerabilium mirabiliumq; plena uirtutū quaſi grauida tumenſq; exundat ī totū: ſingula quidē ſed præcipue ſuperiora mūdi membra uiribus ubiq; mirificis implens. Quas nec elemētares uires ęmulari ullo modo ualēt: neq; nos effari facile poſſumus. Sunt aūt eiuſmodi uires quaſi proprię propagines quędam aię mūdanę per corporis uniuerſi membra diffuſæ. Quas quidē uota ſupplicum opaq; magorū cōciliare ſibi/& quaſi p inſitionē quandā inſerere/quādoq; poſſunt. Cap. XXXI.

PLOTINVS.

PRofecto uniuerſum hoc q̄plurima eſt uarietate refertum. Huic oēs rōnes inſunt. Huic īnumerabiles uārięq; uirtutes. Nempe quemadmodum ī homine tradūt aliam uim ī ſe oculum cōtinere: aliam uero uim oſſa: & diuerſa diuerſam. Os enim manus hoc hāc habet uim: ſed digiti os in pede poſſidet differētem/neq; ulla oīo pars eſt uirtute pęnitus deſtituta: quāuis nō eadem una quæq; pars habeat. Id uero nos latet: niſi quis forte talia diligēter fuerit perſcrutatus: Sic certe/atq; multo magis res ſe habet in mūdo. Immo uero hæc noſtra illorum ueſtigia ſunt. Cōſentaneū igit̄ eſt/inexplicabilē ineſſe mūdo atq; mirādā uirtutū uarietatem: præſertim cæleſtibus naturis atq; progreſſibus. Nō enī oportuit uniuerſum id eſſe factum uelut ædificium inanimatū/præcipue ingens atq; multiplex/ex quibuſdam uelut lapidibus atq; lignis & aliis quibuſcunq; placet ſecūdum ſpēm numeratis cōgruoq; numero ad mūdanum ornamētum una conſtructis: ſed eſſe ipſum ubiq; uigilās/ ubiq; uiuēs/quanuis aliter alibi: neq; quicq̄ eſſe poſſe quod nō ſit & in eo. Quapp hinc dubitatio illa ſolueť/qua quæritur quomodo ī uiuente pęnitus aīato ſit quicq̄ inanimatū. Sic enī præſens ratio dictat/aliud aliter ī toto uiuere. Nos āt negare id uiuere/quod inter hęc non manifeſte p ſe moueri nobis apparet. Tametſi quoduis tale clam uiuit. Et quod manifeſte uiuit/ex his componiť/quę occulte quidem uiuunt: mirabiles tamē uires aīali huic largiunť ad uitam. Nō enī fieri pōt/ut homo ad tot tantaq; moueať/ſi uires ſuę/quibus mouetur/ſint prorſus inanimes. Impoſſibile rurſus/totum ita uiuere: niſi in eo ſingula ppria uita uiuāt/ etiam ſi nō inſit electio. Nam ī agēdo

electione non indiget / utpore quod electione antiquius est. Itaq; sæpe uires partium sequit̃.

MARSILIVS. Sicut membra nostra tam interna q̃ externa uires ad actionem atque motum habent ab anima nostra: sic omnia mundi membra ab ipsa mundi anima. Mirabiles supra naturam elementarem actiones in lapillis/metallis/herbis/aiam esse testãtur in mũdo: a qua minima quæq; uires ubiq; maximas habeãt. Item quod exiguus ignis tam ꝑcul agat/tam facile cuncta i se absũmat quod luceat/hẽt ab aia: imo singula quod aliqd generẽt. Et ipse ordo motuum atq; formarum ab aia regit̃/cõtrariorumq; connexio: & motus cęlestis machinæ tam ingẽtis. In quam uelut aiæ proximã genitalis aia potissimũ propagat̃. Per hãc in ignem. Per hunc in aerem. Per hũc in cætera. Atq genitalis hæc mũdi uita nõ electione quasi practica: nec actionis suæ animaduersione in hæc: sed ita naturaliter agit/ut Sol & ignis: Immo ut & in nobis aia uegetalis. Naturalis aũt actio est antiquior q̃ electio practica: quãuis contemplatiua & uniuersalis ipsa excelsæ mentis electio antiquior sit q̃ actio naturalis Cap. XXXII.

PLOTINVS.

Nihil igitur uniuerso ex suis est reiectum uel destitutũ. Nempe siquis eorũ qui nunc uidentur sapere de igne uel de alio quouis talium/quę dicimus facere/ indagauerit quid nam sit ipsum facere/non prius se a dubitationibus explicabit/q̃ uim ipsam efficiendi in singulis agnoscat ex uniuerso. Idemq; dicat omnino de omnibus quæ sunt in usu. At nos de consuetis quidem neq; inuestigãdum quicquã/ neq; dubitãdum esse censemus. De uinbus autem insolitis dubitamus/qũo unaquæq; se habeat/& noua tãtũ admiramur: Admiraturi similiter quæ nũc cõsueta sũt nobis/si ad hęc ipsa nõdũ assuefactis/eorũ quispiã uires exponẽdas adducat i medium. Existimãdum igitur unũquodq; occultã quandã in se uim habere in uniuerso fictum atq; formatũ/& quodãmodo mundanæ ipsius aiæ particeps/ab uniuerso comprehensum animato/animatiq; membrum. Quippe cum nihil i eo sit/quod nõ sit pars eius. Alia uero aliis ualentiora sunt ad agendum/tum quæ in terra sunt/tum quæ i cælo. Et profecto cælestium ualidissima/utpote quæ expressiori natura fruunt̃. Proinde multa ꝑ has uires fieri iudicãdum/nulla electiõe ad hęc accedẽte/uel i his/quorũ opera sæpe fieri electiõe uidẽtur. Est enim actus eiusmodi uirium i his quoq; quæ nullã habent electiõem. Quinetiam neq; uigoris sui traditione uis ipsa naturæ i suũ conuertitur actum: etiam siquid ipsius aię i effectum a causis traducat̃. Gignunt̃ enĩ ab aialibus aialia/electione interim hęc minime faciente: Neq; rursus genitore interim cõminuto: neq; cõuerso tunc i actũ. Alioquin ipse electio ipsa foret/si eam haberet uelut generatiõis originem. Alioquin ipsa nõ foret effectrix. Siquod uero aial nõ habet electiõem/multo minus habebit/ut i seipsum cõuertat̃ agendo.

MARSILIVS. Intellectualis aia mũdi & sphęrę cuiuslibet atq; stellę subiunctam hẽt uegetalẽ uitã suo infusam corpori: ꝑ quã non electione/sed naturaliter generãtur/mouẽturq; sequẽtia/ & beneficia capacibus cõferunt̃. Quicquid usq̃ ex eiusmõi uita ꝑfluit/ uitale hinc affluit & beneficũ: Sed euadit alicubi noxiũ: uel quia materia nõ est capax: sicut infirmus ad Solis lumẽ se habet/atq; calorẽ: uel qa ex diuersorũ mixtione aliud quiddã inde resultat/ut aureum Solis lumẽ

in nube rubrum euadit/& uiride atq; fuſcū. Vegetalis uita noſtra uitæ ſuperius dictę admodū eſt cōformis. Similiter ſpūs noſter radiis illius tam occultis q̄ manifeſtis oīa penetrantibus. Euadit etiam lōge cognatior: quādo erga uitā illam uehemēter afficimur/cōſentaneum illi beneficiū exoptātes: atq; ita ſpūm noſtrū in illius radios tranſferentes amore. Præſertim ſi cantū & lumē adhibemus/odoremq; numini conſentaneū. Quales Orpheus hymnos mūdanis numinibus conſecrauit. Item cælo incenſi thuris odorē. Aetheri feruētem crocū. Stellis aromata: Soli thus & māna. Lunæ & Naturæ aromata: Saturno & Ioui ſtyracem: Neptūno myrrhā: Mercurio thus. Spiritus enī per affectum/cantum/odorem/lumē/cognatior effectus numini uberiorem haurit illinc influxum

Cap. XXXIII.

PLOTINVS.

QVęcunq; igit̄ nullo mouente ab uniuerſo fiūt/ ab altera uita eius efficiuntur: atq; oīo quotcūq; ab ipſo ꝓueniunt: Sed quęcūq; alio mouēte continguntur/uelut uotis/ſiue ſimplicibus/ſiue arte cantādi compoſitis hæc ſane nō in quēlibet ſuperorum: ſed ī eius quod fit naturam eſt referendū. Iam uero quæ tanquā utilia ad uitam aliumq; uſum cōferunt/illorum muneri attribuenda cenſent̄. Quod quidē munus ex alia maiori parte in minorē aliam tranſfundat̄. Quod uero noxium ab illis dicit̄ in generatiōes aīalium deuenire/ id ꝓpea tale eſt perpendendū/q̄ ſubiectum nequeat/quod ſalutare eſt ſuſcipere. Nō enī ſimpliciter quod fit/efficit̄. Sed in hoc tale/& tali quadā cōditione. Tum uero oportet quod patitur/atq; paſſurum eſt/ſubiectam quādam ac certā habere naturam. Multa quoq; mixtiones ipſę cōficiunt: quolibet proſperū quiddam ad uitam in medium cōferente. Accidet quoq; quiddā alicui etiā nō cōferentibus ſuapte natūra utilibus. Atqui & cōis oīum ordo nō præſtat unicuiq; ubiq; quod optat. Multa etiam nos datis adiungimus. Cuncta deniq; ſimul cōtexuntur ī unū/concordiamq; pariunt admirādam. Quinetiam ab aliis alia/quanuis a cōtrariis/prodeunt. Omnia enim aīalis unius ſunt membra. Ac ſiquid eorū/quæ fiūt/ab optimo deficit/quaſi nō ad finem uſq; formatū: certe nō ſuperata materia uelut a generoſo degenerās/& generoſitate priuatū in turpitudinem labit̄. Quamobrem alia quidem efficiuntur a ſuperis: alia uero a ſubiecta natura ī mediū afferūtur. Alia deniq; ab ipſismet rebus addunt̄.

MARSILIVS. Super uegetalem mūdi uitam/quę & natura & rerum naturalium ſeminarium apellat̄: eſt intelligētia oīa latius ordinās q̄ natura. Ex intentione ſeminarii eſt quæcūq; ex ipſo naſcunt̄/formoſa naſci efficaciaq; ad motū. Præterea ſolito quodā/& duntaxat naturali ad ſuum profectū tenore ꝓcedere. Quod ergo deformia debiliaq; cōtingant ob materialem quandā neceſſitatem: & alia interimantur ab aliis/impediantur q; ſolitum peragere ordinem/& creſcere ſuumq; tēpus implere/ac ſuo uiciſſim ſemine alia propagare. Id inq̄ totū ex nulla eſt intentiōe naturę. Neq; igit̄ id cōtingēs ordinari pōt intentiōe naturæ. Cum ſit eius ordini inimicū: Ordinādum tamē eſt/oīa enī ſub uno rediguntur ī unū. Per intelligētiam igit̄ natura ſuperiorem/accidētia eiuſmodi in ordinē reuocantur. Per eandem arbitrii quoq; liberi motus & effectus pro meritis ordine diſponuntur. Anticipātur noſtræ preces/ ut ait Iamblichus/& implētur/nobis interim libere obſecrantibus/nec diuina uolūtate mutata/nec rerum ordine perturbato.

Diſpoſitio itaq; rerum latior eſt in mente q̄ in ipſa natura. In mente inq̄ non ſo
lum prima/ſed etiam mūdanæ cæleſtisq; aiæ. Diſpoſitiōem uero rerum in mente
prima legem Saturni Plato nominat i Politico. Eandem in intellectu aiali legem
apellat Iouis i Politico/atq; Legibus. Eandem i natura legē fatalem uocat in Po
litico & Timeo. Quoniam uero ubiq; firma eſt/ineuitabiliterq; procedit/in Phe
dro nominat Adraſtię legem. Tum uero quoniā ſimul cū lege liberam cōſeruat
efficaciam aiorum/in legibus ait/in animis quidem exiſtere pricipium actionū.
In lege uero terminū: atq; i Phedro Timeoq; legis edictum introducit ſemp cum
cōditione quadam hūc i modum. Si aia perpetrauerit talia quædam/reportet &
talia. Quod aūt inquit in Timeo/aias nō prius fatales audiuiſſe leges/q̄ uehicu
lis iungerētur: declarat aias ex ſe liberas eſſe. Fatum uero ad corpora pertinere.
Pertinet uero fatalis neceſſitas nō ſolū ad corpus: ſed ad uitam quoq; corporeā.
Qualis utiq; uita i mūdano cæleſtiq; corpore latēs/nō electiōe libera: ſed neceſſi
tate fatali uim ſuam ad inferiora diffundit: quę quidem uis emicat inde benefi
ca etiam a Marte/uel Saturno/ſtellisq; ſimilibus. Poteſt tamē magus maleficam
reddere: nō aliter/atq; ille qui e cōcauo ſpeculo collectos Solis radios coniicit in
oppoſitum/atq; comburit. Siquis enī. x. Saturni uires mūdo nobisq; neceſſarias
atq; ſparſas in materiis. x. una cōiunctis cogat i unum/perdet eum/uidelicet nō
toleraturū i cuius pnitiem cōgregauerit. Innocēs interim eſt Saturnus. Venus ua
rias fęcūditatis cōciliationisq; proprietates uariis paſſim rebus inſeruit. Magus
igīt materias eligēs omēs uirium eiuſmodi quomodocūq; capaces/ adhibensq;
regnante Venere collectas i unū homini huic & illi/imoderatos inter eos cōflat
amores/Venere nō peccāte. Dotes quoq; Iouis ſimiliter accumulat aliis/Iouio in
terim aiali nō aduertēte. Iouiale uero aial & Saturniū & Venereū apellamus ſtel
læ corpus uegetali uirtute uiuū. Qualia qdē corpora excogitauit Pythagoras:
ubi ait/ iuocatos Deos ifluere nobis quadā neceſſitate cōpulſos Cap. XXXIIII

PLOTINVS.

CVm igīt oia ſimul ordinata ſint ſemp/ad unumq; cōducāt: nihil mirū eſt
ſingula inditiis quibuſdā ſignificari. Sed uirtus iterea ſeruit nulli: attamē
huius officia una cum cōi rerum ordine cōtexunt. Quippe cum quæ hic
ſunt/inde depēdeāt: ab his uidelicet quę his uniuerſi rebus diuiniora ſunt. Atq;
id uniuerſum particeps ſit illorū. Fiunt igīt quę i mūdo fiūt/nō ſecūdum rōnes
duntaxat ſeminales: ſed ſecūdum rōnes alias ampliores/quæ i ſe comprehēdūt
uires rōnibus ſeminariis lōge priores. Nō enim i ſeminariis rōnibus ineſt quicq̄
eorum quę pręter ipſas ſeminarias rōnes alicubi fiāt: neq; rurſus eorum aliquid
quæ ex ipſa materia mūdo cōferri cenſentur. Neq; etiam quicquam eorum quæ
a rebus genitis inuicem inferūtur. Quin potius ipſa totius ratio rōni ſimilis eſt
ciuitatem aliquam exornāti/legesq; cōdenti: & certe cognoſcēti quæ facturi ſint
ciues: quibus ue de cauſis ſint acturi: atq; ad hęc oia inſtituta ſingula diſponēti /
cōnectentiq; legibus paſſiōes oēs actiōesq; illorum. Præterea merita ſingularum
actionum premia paſſim atq; ſupplicia: oibus interim quaſi ſpōte i cōem concor
diam procedētibus. Significatio uero i natura cōtingit: nō quidem huius præci
pue ipſius gratia/ut ſignificatio fiat. Sed rebus ita diſpoſitis atq; naſcētibus alia
ſignificātur ex aliis. Nempe quodcūq; hic eſt/unum quodāmodo inter ſe eſt/&
unius. Itaq; ab alio cognoſcīt aliud. Ab effectu cauſa. Ab antecedente cōſequēs.

Compoſitum ab alterutro: quoniam alterum ſimul alterumq; cõficit. Si hęc igi
tur recte dicũtur/dubitatiões iam illæ ſoluẽtur. Et illa quidem imprimis quæ ca
uẽdum admonebat/ ne forte cogeremur fateri/ Deos mala facere. Huic igitur re
ſpõdemus primo quidẽ hæc oía nõ electionibus/ſed naturalibus neceſſitatibus
fieri quæcũq; inde ꝓueniũt: quaſi a partibus tranſferãtur ı partes/uitãq; ſequan
tur unius. Deinde multa rebus quæ fiũt/ex ipſismet rebus adiũgi. Tertio quæ
danť deſup/penes ipſos datores ſingulatim nõ eſſe mala: ſed ı mixtione aliud
quiddam cõtingere. Quarto nõ uniuſcuiuſq;/ſed totius gratia dari uitam atq;
cenſeri. Quinto ſubiectã naturam aliud quidem accipere: aliud uero pati. Neq;
poſſe ubiq; ab ipſo munere ſuperari/uel uim illius propriam retinere.

MARSILIVS. Quodlibet aialis membrũ uim habet ad portionẽ nutrimẽti
propriã attrahẽdam: & cor ad aromata: Iecur ad dulcia: Venæ ad ſanguinẽ: Ad
ſpũm arteriæ: Ad ſemẽ uero teſticuli. Sunt & medicinæ/quæ certos adſciſcãt hu
mores: et membra quædam petere uideanť. Eadem eſt aialis mũdani cõditio. In
quo paſſim diſperſa ſunt/quæ rem hãc aut illam ad ſe rapere poſſint: ſi cõgrega
ta ı unum admoueanť. Per ſua enim retia uel illicia homies: ꝑ ſua equi: & ꝑ pro
pria ſimiliter homies hi uel illi clam illaqueari poſſunt. Quemadmodũ oblecta
mentis formarũ atq; muſicę palam ineſcãtur. Deniq; ſicut ferro paleiſq; comper
tum eſt/quod trahat magnes. s. atq; ſuccinum: ſic diligens & fortunatus perſcru
tator inueniet eſcam oíbus attrahẽdis. Singulis enı aialis mũdani mẽbris coagu
li uis eſt inſita/cõnectẽs ı unum cũcta uiuum: temperate quidem ſuapte natura.
Intemperate uero/quotiens undiq; cõgregata/in aliquid tranſferatur: mũdo nec
patiente interim/neq; peccãte. Sunt & differẽtes ı hoc aíali uires inter ſe a natura
diſiunctę. Quę frequẽter a Mago cõiunctę/& ı membrum hoc cõiectæ uel illud
uiolẽtius agãt/atq; perdãt. in his (ut dixi) nõ peccãte mũdo. Nominat Plotinus
quattuor: quibus mirabilis inſit uirtus. s. qualitates ſpẽrum occultas/& figuras/
cõcentuſq;/& uota. Quippe cũ qualitates illę ꝓpagines quędam ſint uirium ı ui
ta mũdi latentiũ: Et figuræ cõcentuſq; inferiores/cæleſtium figuras ſæpe referãt
& cõcẽtus. Votum uero motus quidã eſt aiæ noſtræ uehemẽs erga numẽ/quod
obſecramus. Si cõtrito ſulphure ſubtiliſſimũ eius puluerẽ proiicias uerſus ignẽ/
ignis ı lõgũ ꝓducta flãma ſe pulueri huic ꝓtinus applicabit. Similiter qui ſtellã
obſecrat oportune paratus ad ſtellam/ſpũm ſuum proiicit in radios ſtellę mani
feſtos pariter & occultos/ubiq; diffuſos/atq; uiuificos: per quos uitalia ſibi ſtel
le munera uẽdicat. Deniq; ſicut oẽs ſtellæ fixæ cõnexę ſunt firmamẽto/ſic oíum
ſtellarum numinumq; mũdanorũ uitæ cõnexę ſunt uitæ mũdanæ: cui & cõnexa
eſt uita noſtra: ut nõ mirum ſit/uehemẽtes aię noſtrę motus effuſos per cõem ui
tam ubiq; uigẽtem uſq; ad numina mũdana produci: uiciſſimq; motus horũ nu
minum ꝑ eandem uitam ad nos uſq; deduci

Cap. XXXV.

PLOTINVS.

MAgicos uero attractus qua nam ratione fieri dicemus? Profecto ex cõſen
ſione quadã rerum ı patiendo/ac lege quadã naturæ faciẽte/ut inter ſimi
lia quidẽ cõcordia ſit: inter diſſimilia uero diſcordia. Item uirium multa
rum uarietate ı unũ aial cõferentiũ. Et. n. nullo alio machinãte multa ritu quodã
magico attrahunť. Veraq; uis magicę eſt amicitia ı uniuerſo: rurſusq; diſcordia.

Ac primus ueneficus (& ut ita dixerim) incantator/est eiusmodi. Quę homĩes obseruantes/eius inter se filtris ueneficiisq; utunt̃. Nempe ex eo quod pleraq; se mutuo naturaliter amare facile possunt/inferũtq; amorẽ rebus iter se reciprocũ/ nata est efficacia amatorię artis/filtris quibusdã fascinationibusq; utentis: Dum tangẽdas adhibẽt naturas aliis alias cõciliantes/insitumq; habẽtes amorem. Animamq; alteri alterã ita copulãt: quemadmodũ qui distantes inter se plantas una cõiungũt. Præterea figuris utuntur/uires certas habẽtibus: Se quoq; ipsos rõne quadam propria figurãtes clam ad se uires subripiũt: eoq; facilius q̃ i uno sunt/ trahũtq; in unũ. Nã siquis ita figuratus esse extra mũdũ esse fingat̃/neq; traheret quicq̃: neq; deduceret illecebris aut modulis: neq; nexibus implicaret. Nũc uero quoniam nõ tanquã ad alienum rapit locum/uim sortitur/ut rapiat. Cognoscit certe qua cõditione aliud i eodem uiuente trahat̃ ad aliud. Insita enĩ traducendi uis est carminibus cantibusq; & certo cuidam sono figuræq; ipsius agẽtis. Nam talia quædam mirabiliter attrahũt: sicut flebiles quędam uoces/& accentus/miserabilesq; figurę. Trahit̃ uero aĩa: sed quo pacto: neq; enim electio neq; ratio/sed irrationalis aĩa musica demulcet̃. Et eiusmodi quidem ueneficia aĩas occupãtia nemo mirat̃: quãuis deliniri soleãt: etiam si id nõ exigat̃ a musicis. Vim quoq; precibus insitam nequaquã putãdum est exaudiente cõsilio ad exitũ peruenire. Qui enim alliciunt̃ carminibus/non ita mulcent̃. Neq; quãdo serpens aliquis fascinat hominem/hoc ipsum qui fascinat̃/intelligit/ neq; sentit. Sed iam passus se passum animaduertit. Ipsum uero aĩæ principale sic pati nequit. Cui uero uotũ est institutum/peruenit ad ipsum aliquid ex illo/uel rursus ad aliud.

MARSILIVS. Qualis est in quolibet aĩali perfecto textura neruorũ atq; uenarum/talis i mundano est aĩali naturarum cõtextus/atq; uitarum. Sicut ergo motio passioq; pedis i nobis pertinet ad ceruicem/& ceruicis ad pedem: sic & in mũdano hoc aĩali motus inferiorũ ad superiora ꝓueniunt/atq; uicissim: et quasi ęqualiũ similiter ad ęqualia. Motus ãt oĩs uenit q̃dẽ salutaris ex alto: dũmodo qualis uenit/taliter capiat̃/& capi possit. Neq; distãtia loci prohibet/quin motus uicissim utrinq; proueniãt. Vbi ultra cõem texturam res inferior cognatã habet cum superiore proprietatẽ tam acquisitã q̃ naturalem. Sicut nerui motus in lyra ad neruũ alterũ ꝓuenit/distantẽ quidẽ/sed similiter tempatum Cap. XXXXI.

## PLOTINVS.

SOl aũt uel alia quęuis stella hoc ipsum nequaq̃ animaduertit. Consistit uero uoti potestas in cõsensione quadã partis ad partem compatiendi. Quemadmodum i neruo quodã tento cõtingit. Vbi cũ infima pars mouetur/mox mouet̃ & summa. Sępe etiam alio quodã neruo pulsato tremit & alter/quasi persentiat ex cõcordia. Idq; potissimũ: quoniã eadem prorsus contemperati sunt cõsonantia. Quod si ab alia quoq; lyra motus transfert̃ in aliam/id etiam ex compatiẽte quadã cõsensione ꝓficisci putãdum. Igitur & in uniuerso una ẽ harmonia: quãuis sit ex cõtrariis. Nam est etiam ex similibus omnibusq; cognatis/etiam his quæ cõtraria sunt. Proinde quęcũq; nocẽt hominibus uelut animositas iracunda una cum bile ad iecoris tracta naturam/ita prouenerrut nõ quasi hominibus nocitura. Quemadmodũ siquis ignem ab igne rapiens lęserit aliud: nequaq̃ machinatus ignem illucusq; procedere. Forsan uero accipiẽs ille

id agit/ex eo q̄ tradit aliquid quaſi ex alio tranſlatum in aliud. Quinetiã proce dens ignis id agit: ubi ab eo ſubiecto/in quod tranſferr̃/capi nõ põt.

MARSILIVS. Magi quondã multi uitæ præſentis amatores/bonorumq̄ corporeorum cupidi excogitauerũt corporea ſacrificia/uotaq̄ uiuis ſtellarũ cor poribus/& uiuo mũdi corpori cõſentanea: ut inde quod optabãt/cõſequerent̃. Ad eadẽ corporea ſacrificia dedicata ſtellis populũ aſſuefeciſſe uident̃. Dubita bãt ergo nõnulli/utrum ſtellis ad hoc ipſũ opus ſit ſenſu/imaginatione/memo ria/electione/ut uota eiuſmodi impleãt. Reſpõdet Plotinus/nõ oportere. Nã ex uiuis mũdi corporibus uitalis uigor ſuapte natura deriuat̃ in alia. Qui & i cor pora ſpũs aĩas/quãdo p̄ uotum & cætera competẽtia ad hauriendũ aptius expo nũtur/uberius affluit. Naturali. s. proprioq̄ influxu etiã ſi nõ adſit electio. Sed Plotinus uiuis ſtellarum ſphęrarũq̄ corporibus intellectuales earundem aĩas an teponit a corpore quodãmodo ſegregatas. Ad quas nõ p̄ueniat paſſio motioq̄ ulla per corporeas cõtinuata naturas. Ideoq̄ nec hauriantur inde bona eiuſmõi attractu quaſi magico. Idemq̄ Porphyrius & Iamblichus aſſerunt. Qui una cum Plotino in illis uoluntatem electiõemq̄ collocãt. Electiõem inq̄ non ab inferiori bus perſuaſam: ſed ex ſeipſa ab euo cõſtituentẽ imitari quidẽ ſummũ Deum: & ſequẽtibus oĩbus p̄uidere: exaudire ſupplicũ preces intellectuali uita imitãtium intellectuales mũdi rectores. In ſacrificiis quidem uotiſq̄ corporeis ad corpora mundi directa reportãt & eiuſmodi bona hoĩes etiam corpori mancipati. Bona uero diuiniora p̄ ſegregatũ cultum/uiri tantũ diuini a diuinis mũdi rectoribus. Addit Porphyrius ac Iamblichus hos etiam ultra intellectualia etiam corporalia quædã & externa bona referre officio numinũ mediorũ ſuprioribus numinibus obſequentium: & eorũdem tutela ſæpe mala iminentia deuitare. Adiungit aſtro logus Abraham religioſas aĩas ex applicatione ad Deum cælo ſuperioré acqui rere poteſtatẽ: per quã fatalia bona quidem augeãt: mala uero minuãt. Propo nunt Platonici intellectualibus animis mũdi rectoribus intellectus puros/his in tellectum diuinum: Huic patrem eius ipſum bonũ. Mundanis Dijs ſacrificia cor porea conſtituũt. Superioribus ſegregatam dedicãt ſanctimoniam. Primo/ſegre gatiſſimam. Idq̄ cõfirmat Apollonius Theaneus. Adorationem præçęteris eligũt ſuperioribus/& ſupremo deniq̄ cõſecratam. Illinc enĩ bona ampliora referri. De his apud Iamblichum & Porphyrium: quos nuper interpretati ſumus/legere la tiſſime poteris.

Cap. XXXXII.

PLOTINVS.

An igitur opus erit memoria ſtellis exaudiendi uoti gratia: cuius cauſa hæc tractauimus: neq̄ ſenſibus uota illic nuntiantibus: neq̄ putãdum eſt ſtellas ſic annuere uotis/ſicut nõnulli credũt quaſi deliberando: ſed una cum ipſo uoto aliquid effici: ac etiam ſine uoto ab ipſis/qua ratione ipſę quoq̄ unius eiuſdem ſunt partes. Iam uero uires etiam abſq̄ electione ſunt multæ: & ipſę quidem tum abſq̄ machinatiõe/tum ex arte prodeũt in effectum: Quemad modum ĩ uno quouis animali. Vbi aliud aliquid reportat ab alio: & ſeruatur & lędit̃ ex eo quod ita ſunt naturaliter inſtituta. Ideoq̄ artes tum medicorũ/tum incantantiũ alterũ alteri cogũt ſuę uirtutis aliq̄d impartiri. Similiter uniuerſum ad p̄tes tum ex ſeipſo munera ſua ſpõte diffundit: tum alio attrahente ad aliquã

eius partem demittit aliquid ſuis partibus inſitum: & illuc eodem naturali uigore protractum. Quippe cum qui exoptat non ſit alienus. Si autem qui precatur eſt malus/nihil mirum eſt impetrare. Nam ex fluminibus praui etiam hauriunt. Pręterea quod largitur/quid largiatur ignorat: Sed largitur tãtum. Interea tamẽ munus ipſum cum natura uniuerſi connectitur. Quapropter ſiquis acceperit ex his quę omnibus expoſita ſunt: non oportet hunc neceſſaria lege ſequi ſupplicium. Non igitur concedendum eſt uniuerſum pati. Forte uero principale quidem ipſius dicendum eſt expers omnino paſſionis exiſtere. Cum uero paſſiones eius partibus inferuntur/ in illis quidem paſſionem ipſam reſtare. Sed cum nihil huic accidat præter naturam/ipſum nimirum abſq; paſſione manere. Quando & ſtellis quantũ partes quidem ſunt/paſſiones cõuenire uidentur: ipſæ tamẽ conſiſtere paſſionis expertes: tum quia electiones eis abſq; paſſionibus inſunt/ & corpora naturæq; earum ſunt procul a detrimento. Tum etiam quia & ſiqd per animam ſuam ad inferiora traducant: anima interim nõ minuitur: corporaq; eadem perſeuerant. Ac ſiquid inde ſubterfluit/ ſenſu interim nõ aduertente delabitur. Et ſiquid illis accedit/dam ſimiliter affluit.

MARSILIVS.

Magica faſcinatio nititur uiribus naturalibus tam cęleſtium q̃ inferiorum rerum ſcilicet atq; uerborũ. Attingit igitur proxime ſpiritum noſtrum/& per hunc non ſolum humores: ſed etiam uitam irrationalem dependentem etiam ab ipſo mundo. Animam uero rationalem natura uitaq; corpore amundi ſuperiorem/& ſolum a mẽte diuina pendentem nequit attingere: niſi quatenus cum uita inferiore conſentit.

Cap. XXXXIII.

Si quis hunc quidem ſuccinea induat ueſte: illũ uero paleari ad hunc attrahet illum. Ita ꝑſcrutati Magi multa paſſim recondita non naturalia ſolũ: ſed etiã uerba quæ uim ſuam eminus effundentia trahere ualeant. Multa etiam quę ab his trahi poſſint/& illa quidem uiro: hæc autem fęminæ clam adhibentes/fęminam ad uirum rapiunt. Admouent etiam quę ſeiungere poſſint. Sicut & nautę ſuſpendentes ferrum ita cum magnete librãt/ut rapiatur ad Vrſam. Atq; uiciſſim inficientes alleo raptum eiuſmodi ſoluunt. Qua uero ſiderum poſitione quidam oportunius ad hęc utantur: & quas fingant imagines/ quas ue materias conflent narrare non expedit. Nec etiam quibus incantamẽtis clam alliciant. Verbis quidem pręeſt Mercurius: Cantibus uero Phoebus: Incãtamentis autem Mercurius cum Phoebo coniunctus. Sed ubi & qua ratione iunctus Soli/ & quali ſtellarum aſpectu fretus uim prębeat cantionibus. Item quo aſpectu malefica: quo ue benefica pręſtet incantamẽta docere iuſtitia uetat. Forte uero ſicut cæteræ materiarum qualitatumq; mixtiones uim nouã adipiſcunt̃: ita certæ quædam iuncturæ uerborum & intra aiam cõceptæ/& extra aiam ꝓlatę adhuc quaſi uiuæ uim quandoq; mirabilem conſequuntur/uel ex præſenti ſiderum poſitura uel etiam ex ipſius hominis genitura/aut ex ſingulari quadam animę poteſtate adeo ut i effectu uerborum hæc ipſa eorum iũctura proceſſioq; i obiectum intenta ſit quaſi directio & applicatio uirtutis intimę ad extremum. Quemadmodum pręgnantis cupidæ digitus genam ſignans rei nimium affectatæ nota. Procedit uero i rem diſtantem incantamenti uigor motu quodam non ſolum per aerem ſibi ſimilem propagatus/ſicut i aqua ſemel percuſſa circuli: ſed etiam per radios

ſpiritus excantantis. Quos quidem procul imaginatio uehemens affectusq; iaculatur. Radialis nanq; natura ſubito procedit in longum/ſecumq; producit uires eiaculãtis. Immo uero res omnes infra lunã imitatę ſtellas naturę ſuę uires/& quaſi uapores quoſdam radiorum inſtar emittũt foras: quibus obiecta etiam diſtantia pro natura ſua bene aut male frequenter afficiant. Idq; facilius quoniam ſingula eiuſdem ſunt animalis membra mundani. Quod odores ipſi declarant longius & diutius a canibus apibuſq; percepti. Mitto quantam dęmones uenificiis magicisq; operibus adhibeãt poteſtatẽ. Quod ſane ĩ ſympoſio Plato confirmat. Hos etiam magus cultorq; diligens demulcendo ſibi conciliare poteſt: quẽadmodum & abiectus mimmus muſicuſq; puer Regẽ illaqueat generoſum. Et beſtiæ quædam hominem quãdoq; faſcinant. Sicut enim ſe habet ad hominẽ beſtia: ad uirum puer: Ita uir magus ad ĩferiores dęmonas/nobiſq; propiquos. Huc forſan tendit illud Abumaſar aliorumq; aſtrologorum ſcilicet preces uim habere q̃plurimam: quando caput Draconis medium tenet cęlum: & Iupiter uel in eo ſit/uel id aſpiciat. Lunaq; uel coniuncta ſit cum Ioue/uel ab ipſo procedẽs coitum cũ aſcendẽtis domino proſequatur. Aut aſcendentis dominus congreſſum. cum Ioue petat: capitiſq; Draconis aſpectum. Putant enim ſidus eiuſmodi uel efficaciam proſperitatemq; ſpiritui noſtro uotiſq; præbere ad dęmonas Ioui Capitiq; ſubditos allectandos. Si modo cæleſtibus his influxibus ſubiunganẽ Ex omni genere ſenſibilium multa tam huic dęmoni/q̃ ſuo illi ſideri competentia: Quę & perſcrutari laborioſum eſt: & obſeruare periculoſum. Tutius uero de hoc Iouiali ſidere phyſicus aliquis opinabitur: ſpiritum hominis tunc bona cæleſtia uehementius affectantis beneficio Iouis cæleſtibus bonis largius haurien dis exponi. Ad malignos autem ſpiritus loco mouendos/ diuinationemq; per mortuos explendam Ptolemeus in quadripartito conferre putat harmoniam cę leſtem quando Luna fuerit magiſterii domina: colatq; Iouis ędes. Sagipranum ſcilicet aut piſces. Hęc ad Plotinicum illud dicta ſint: ubi ait: magum quodãmodo Dęmonas irretire: ac per uniuerſum in partes agere: atque per ſuperiora faci le inferiora mouere. Ego uero ſuſpicor ne forte dęmones ſubdoli ſimulent magicis quibuſdã machinis allici uel expelli. Nam porphyrius & Iamblichus aiũt/ per Deum proprie perq; bonos angelos aduerſus infimos ſpiritus imperiũ nos habere. Qui alioquin nos fallere frequenter ſoleant/ atque lędere. Et quoniam perturbatione tanguntur: quod & Plotinus affirmat: merito Plotinus una cum Porphyrio atque Iamblicho damnat eam ſuperſtitionem/ quæ exquiſitis illecebris/ ſtudeat fallacibus perturbatiſq; dęmonibus adulari. Qua uero ratione ex corpore mundi ubiq; uiuo/uiuiſq; tum ſtellis/tum cæteris mundi partibus/naturali quodam quaſi agricolarum medicorumq; more uitales carpere auras ualeamus/ſatis in libro de uita tertio diſputamus. Platonici deniq; adorationem intentiſſimam ſacrificiorum omniũ efficaciſſimam eſſe putant: Prędertim ſi ad intellectus mundo ſuperiores. s. angelos dirigatur: maxime ſi ad Deum quoq; ſuperiorem. Sed ab his ſimiliter/ atque ab hoc nihil impetrari naturali quodam cæleſtiq; fauore: Cuius motus illucuſque non tranſit. Sed eleuatione quadam coniunctioneq; mentis ad illos. Quæ uero in ſuperioribus de uirtute imaginatiõis faſcinationibuſq;/ & de magia prætermiſimus/in Theologia noſtra & libro de Amore/& libro de Vita tertio latius ptractamus.

## PLOTINVS.

QVęrẽdum uideť quo pacto uir ꝓbus magicis ſubduci machinis poſſit: Forte ꝑ ipſã aĩam illaqueari nõ poteſt/neq; uis ipſa rõnalis patiť/ adeo ut hinc muteť opinione. Quãtũ uero irrõnale huic ineſt ex uniuerſo: ꝑ hoc pati põt. Immo uero hoc ipſũ proprie põt pati. Sed nõ id ſolũ quando quis amoribus irretiť ex philtris. Siqdẽ amor ipſe uiget/ & feruet/aĩa uidelicet altera conſentiẽte alterius aĩę paſſioni. Quẽadmodũ uero carminibus incãtantiũ pars irrõnalis paſſionẽ ſubit: ſic & ipſe decãtator uiciſſim atq; recãtator uires ibi reſoluit. Proĩde uero mortẽ ex his aut lãgores uel quęlibet corporis detrimẽta abſq; controuerſia patieť. Pars.n. uniuerſi ab alia parte/uel ab ipſo toto facile patitur: ipſe uero qſq; ſui iuris exiſtens uiuit indẽnis. Quod ãt nõ ſubito/ſed poſt certũ tẽpus quod patiť ſuſcipiat paſſionẽ nõ ab ipſo naturæ ordine alienũ. Dęmones uero neq; ipſi qdẽ in parte ſua irrõnali ſunt paſſionibus liberi. Memoriã qnetiã atq; ſenſus his attribuere/nõ erit abſurdũ. Tum uero demulceri eos naturaliter/ atq; deduci: Et exaudire uocãtes. Dęmones inq̃ inter alios rebus humanis ꝓpinquiores: Eoq; magis erga nos affici/quo & ꝓpinquiores exiſtũt. Quicqd.n. aliqua cognatione ſe habet ad aliud/aliquãdo illaqueať ab alio. Id.n. ad quod ita ſe hẽt/quaſi magicorũ ritu captat atq; ſubducit. Solũ uero quod tantũ ſeipſũ ſpectat irretiri rapiq; nõ põt. Quãobrẽ oĩs actio uitaq; actiua oĩs illaqueať & trahitur. Ferť.n. ad illa quæ ꝓuocant & deliniũt. Hinc illud poeticũ: Magnanimi enĩ Erecthei populus uultu formoſiſſimus eſt. Verũ qdnã paſſus aliquis cẽſeť certo modo ad aliud ſe habere. Profecto tanq̃ tractus nõ magorũ artibus: ſed arte naturę mirabiliter ſeducentis/aliudq; cum alio ualde cõciliantis atq; iungentis nõ quidem loco: ſed adhibitis ab initio philtris.

## MARSILIVS.

Vita contemplatiua libera eſt: Actiua miniſtra actionum & rerum atq; fortunæ: uoluptuoſa ſerua corporis. Cap. XXXXIIII.

CVm mẽs rerum cõtemplãdarum formas ingenitas hẽat: ipſaq; met ſit ipſæ formę/merito quatenus ĩ his cõtẽplandis natiua uoluptate ſe uerſat/eatenus libera ſecũ habitat. Qui uero corpus & externa curioſe colit/corpori hominibus fortunæ ſeruit. Actio atq; paſſio inter ſe opponunť. Omnis igitur motus noſter qui incitamentũ ex corporea humanaq; paſſione habuit/paſſio quędã eſt & ſeruitus. Deniq; natura ipſa uitaq; mũdi quaſi maga imagines ipſius boni ueri pulchri ubiq; fingit/uelut eſcas. Quibus animas huic mundo ꝑ uoluptatem/ auaritiam/inanẽ gloriam deditas fallit/& quaſi mancipia detinet atq; trahit.

## PLOTINVS.

SOla itaq; cõtẽplatio reliqua ẽ/quę ritu magico ſubduci nõ poſſit. Nullus enĩ attrahiť ad ſeipſũ. Vnus nãq; exiſtit: Ipſeq; ẽ id ipſũ ſpectaculũ quod ſpeculať atq; rõ nõ ſeducta. Sed quod rite agendũ eſt/id agit: ſuiq; ipſius uitã & opus agit. Illic ãt non agit aĩus quod ſuũ eſt: neq; rõ prębet exordiũ: ſed initium ibi ab irrationali parte traditur: regulęq; agendi ſunt a paſſione propoſitæ. In appetitu procreationis curaq; liberorum manifeſtus apparet attractus. Similiterq; in omnibus quæ ſuauitate quadam alliciunt appetentes. Actiones quoq; tum quæ per iram abſq; ratione mouentur: tum quę incitantur cupiditate ciuilis quoq; gubernationis auiditas & ſtudium imperãdi ſignificãt dominãdi

cupiditatem nobis incitatam iam incitare. Tum uero ſtudia imperandi huc po
tiſſimum tendentia/ne iniuriæ nobis ab aliis inferãtur/a metu ducunt originẽ.
Quæ autem ut ipſi plus aliis reportemus/a cupiditate ducũtur. Quæ deniq; ne
ceſſitati utilitatiq; ſeruiũt/naturæ indigentiam implere conantes/plane oſtendũt
ipſam naturæ uim nos ſtudio uiuendi prorſus cõciliantẽ. Siquis autem obiiciat
actiones circa honeſta uerſantes/ nõ eſſe magico ritu deductas: Alioquin cõtem
plationem quoq; pulchrorum tali quadam conditione ſubduci: reſpõdendum
eſt/ſiqs actiões honeſtas ſequatur ut neceſſarias/ ſpectans uidelicet aliud qddã
uere pulchrum/hunc nequaq̃ magicis modis illaqueari. Nouit enĩ neceſſitatem:
neq; ad id quod noſtris ineſt actionibus aſpicit: neq; ad alia huic uita dirigitur.
Niſi forte per partẽ ipſius irrõnalem ui quadã humanæ naturæ/& naturali fami
liaritate nos cũ uita uel aliorum uel noſtra cõciliante/hic irretitus eſſe dicatur. Vi
detur.n. forte rõnale non educere ſeipſum e uita ob quandã cum uita neceſſitu
dinem nobis maxime ꝓpriam/qua pẽnitus occupamur. Sin aũt uir rebus geren
dis deditus ipſa pulchritudine rerũ eiuſmodi ſit contẽtus: ideoq; eligat actiões:
hic iam deceptus ipſius pulchri ueſtigiis quaſi ueneficiis eſt irretitus. Vnde pul
chritudinem rebus inferioribus inſitam ſtudioſe proſequitur. Omnino.n. nego
ciatio omnis circa id quod eſt ſimile uero/tractuſq; ad hoc ipſum omnis/eſt qui
dam raptus ingenii ab his decepti ad ſe rapientibus. Id uero ipſa naturę magica
ſubductio facit. Sequi enim uelut ipſum bonum/quod non eſt ipſum bonum:
dum quis ſpecie ipſius allicitur/impetuq; irrationali prorumpit/paſſio quędam
eſt ingenii dam quo nolebat attracti. Hoc aũt quidnam aliud prẽter raptũ quen
dam magicum eſſe dicemus? Solus ergo maleficiis eiuſmõi minime rapitur/qui
per alias ſui partes tractus nihil talium affirmat bonũ/quę illis bona uidenẽ. Sed
ſolum quod ipſe nouit: neq; deceptus/neq; ſequẽs/ſed iam poſſidens. Hic itaq;
nuſquam trahitur:

MARSILIVS.

Homo non ſolum tanquam mundi pars quædam fataliter agit/ patiturq; mul
ta: ſed etiam ſubſtãtiam habet propnã naturaliter quidẽ partim ſupioribus/par
tim inferioribus cognatã: Ac libero motu poteſt inſup affectionẽ & habitum in
duere tam cũ ſupioribus q̃ cũ inferioribus congruentẽ. Cap. XLV.

Eiuſmodi habitus fit animo tandẽ quaſi natura/cuius inſtinctu ſub diuino
iudicio fertur in ſortem atq; locum/aut ſupis aut inferis cõperetem.

PLOTINVS.

EX omnibus quæ dicta ſunt manifeſtum eſt/quicquid comprehẽdit uni
uerſo ſingulatim quẽadmodum natura diſpoſitioneq; prędituꝫ eſt/ſic
ad uniuerſum conducere facereq; & pati. Sicut & in quolibet animali
unaquæq; pars quẽadmodum ſe natura affectiõeq; habet/ita confert ad totum/
atq; ſubminiſtrat: & tali quodam ordine uſuq; cenſetur. Tradit prętereꝫ ex ſe ali
quid: & ab aliis accipit pro capacitate naturæ. Ac uelut conſenſus quidam toti
ineſt ad totum: ac ſi pars quælibet eſſet animal/ haberet utique animalis opera
a partis ipſius operibus differentia: Proinde id quoq; conſtat: qualis ſit noſtra
conditio: quemadmodum ſcilicet nos quoq; in uniuerſo aliquid facimus: non
ſolum quæ corpus erga corpus facit & patitur: uerum etiam alteram quandam
noſtram in medium naturam adducimus: copulati per cognata nobis inſita

cognatis extrinſecus exiſtẽtibus. Nẽpe aĩabus affectionibuſq; noſtris efficimur: imo uero ſumus cõtigui tum rebus infra nos proxime i loco demonico poſitis: tum rebus ſupioribus. Cũq; ſic affecti ſimus/nimirũ quales ſimus latere nõ põt. Igitur neq; oẽs eadem exhibemus/neq; accipimus eadem. Quod.n.nõ poſſide mus/quo nã pacto præſtare poſſumus aliis ceu bonũ? Rurſusq; natura nequaq̃ boni capace quonã mõ bonũ aliqd capiemus. Prauitatẽ igiť ſuã quiſq; adhibẽs & quisnã ſit deprehendiť: & pro natura ſua in id quod hẽt impelliť. Tum apud nos/tum hinc i locũ alium ꝑfectus ſimilẽ/quodã tractu naturæ. Vir ãt ꝑbus acci pit/dat/ꝑmutať alia rõne/ſingulis uidelicet trãſlatis quo decet tractibus naturæ quibuſdã quaſi funibus. Tam mirabilẽ uniuerſũ hoc poteſtatẽ hẽt & ordinẽ: in quo quidem ſilenti quodã occultoq; iuſſu & uia iuſte oĩa diſpẽſanť ſub diuino iudicio: cuius ſententiã nulli prorſus licet effugere. Quã quidẽ malus intelligit nullus. Sed ferť tantũ inſcius in quã potiſſimũ decet partem uniuerſi tranſferri. At uir bonus & nouit/& quo oportet accedit/& anteq̃ accedat/preſẽtit: ubi poſt acceſſum ſibi neceſſario ſit habitandũ: bonaq; ſpe uiuit/ſe quãdoq; cũ Diis ipſis habitaturum. In paruo quidẽ aĩali paruæ quoq; ſunt mutationes partiũ & cõſen ſus exigui: neq; in eo partes ipſæ ſunt aĩalia: niſi forte i nõnullis ad breue. At in eo aĩali in quo tam ingẽtia ſunt interualla: & quodlibet ſuorum inclinatiõem & ꝑmutationem quandã ſubit: aĩaliaq; inſunt multa: neceſſariũ eſt motus traſlatio neſq; eſſe maiores. Videmus ꝑfecto ſolem/lunã/ſtellas oẽs ordine certo tranſfer ri/ſitumq; mutare. Nõ igiť diſſonat rõni aĩas quoq; ab alio loco ad aliũ tranſmu tari: nõ eundem ſemꝑ ſeruãtes morẽ: ordinatas deniq;/& ut affectiõibus ſuis cõ uenit/cõgrua proportione diſpoſitas: dum uidelicet aliæ uicẽ quaſi capitis obti nent: alię uero pedum: uicem inq̃ congruã uniuerſo. Habet.n. & hoc differẽtias ad melius atq; deterius. Siqua uero aĩa neq; quod hic ẽ melius eligit: neq; inqui natur deteriore/ad locũ alium cõmutatur & purum quẽ elegerat quãdoq; conſe cutura. Punitiones uero animarũ tales ſunt/quales partium ęgrotarũ: ubi alię fo mentis alligantur: alię circũciduntur uel expurgantur. Alię qualitatibus permu tantur/ut ſanum ſit totum: ſingulis ubi expedit rite diſpoſitis. Sanitas.n. totius ſpectať ĩprimis/hoc obligato/illo potius qualitatibus ꝑmutato: alio ãt hinc ex pulſo quaſi hic languente: illuc uero tranſlato/ubi minime langueat.

## QVINTVS LIBER QVARTAE ENNEADIS DE DVBIIS ANIMAE VEL DE VISIONE

MARSILIVS. Sentire eſt percipere corporea ſingulatim per inſtrumenta corporea. In perceptione ſenſuali deprehendimus externorum corporum qua litates aut actus uſq; ad animã/uel circa animã quodãmodo peruenire: necnon quandoq; uim actumq; animæ ad corporea ſe porrigere. Quod quidẽ fieri nul lo modo poſſet/niſi aĩa proportiõem quandam ad hæc haberet: hanc uero non habet/niſi ipſa per uim uegetalẽ ſuo quodam pacto formet manifeſtũ corpus & ꝑcipue ſpũm. Atq; ita ſibi conformet: ut uis eius actuſq; ꝑ hoc ſuũ corpus q̃ſi inſtrumentum ad externa quandoq; ſe porrigat: & externorum motus ad hoc ueniendo quodammodo uideantur ad animam peruenisſe. Denique ut uiſus percipiat rem uidẽdam/non opus eſt foris corpore medio quaſi ad uidendũ ne ceſſario adiuuante. Satis.n. per ſe uiſus oculuſq; natura paratus eſt ut uerſetur

circa luminoſum atq; hoc uiciſſim circa uiſum. Corpus uero medium ſiquidem opacum eſt impedit. Sin diaphanum: hoc tantum habet: ut uiſioni non obſtet/ ſicut ſolet opacum: abſq; hoc ergo forte uidebitur

Cap. Primum.

## PLOTINVS

QVONIAM uero inueſtigare conſtituimus: nunquid uidere poſſi mus/ſi nihil ſit mediũ/ceu aer aliud ue ꝓſpicuũ corpus inter ocu lum atq; id quod eſt uidẽdum: opẽpretiũ eſt hoc ipſum ipræſen tia ꝓſequi. Principio q̃ ꝓ corpus aliquod oporteat uidere & oío ſentire iam dictũ eſt. Nã aĩam abſq; corpore ꝓrſus in mũdo intel ligibili uiuere. Cũ uero ſentire ſit ꝓcipe nõ q̃dem intelligibilia/ ſed ſenſibilia tan tum/oportet aĩam factã quodãmõ contiguã ſenſibilibus/ꝓ quẽdã iam ſibi fami liaria cõmunionẽ quandã ad hẽc cognitionis uel paſſionis inire. Quapp & ꝓ in ſtrumenta corporea eiuſmõi cognitio fit. Per hæc. n. quaſi cognata ſiue cõtinua/ quaſi in unũ quodãmõ ad ipſa ſenſibilia oportet accedere: cõpaſſione quadam ad ipſa ita iam facta. Quod ergo neceſſarium ſit cõtactũ quendã ad illa quæ co gnoſcenda ſunt fieri/nimirũ q̃tũ ſpectat ad ea/quẽ tactu quodã ꝓcipiunt̃/nemo forſitan ambigat. De uiſione uero magis ambiguũ. At utrũ idẽ in audiẽdo neceſ ſarium ſit/in ſequẽtibus indagabimus. Nempe ipræſentia de uiſu tractandũ eſt/ nunq̃d oporteat mediũ quiddã corpus eſſe inter uiſum atq; colorẽ. Forte uero corpus ex contingẽti mediũ incidit: ſed cõfert nihil uidentibus ad uidendũ. At ſi corpora quo denſiora ſunt ceu terrena/eo magis ĩpediũt uiſionẽ: quo uero te nuiora ſunt media/facilius ꝓuidemus: poterit aliq̃s media hæc ad uidendũ con ferentia dicere: aut ſi nõ conferẽtia/ſaltem nõ obſtãtia uiſioni. Hæc ât aliquis ob ſtantia dixerit. Sed nũquid medium corpus paſſionẽ prius accipiat/& quaſi for metur/eſt quẽrendũ. Signum uero huius aliq̃s afferat/q̃ ſiquis ante faciẽ noſtrã ſit/uel ꝓnes colorẽ aſpiciẽs etiam uidet. Id ipſum uero ad nos uſq; minime pue niret: niſi paſſio quẽdã medio fuiſſet illata. Sed forte nõ neceſſarium eſt pari me dium: dũ quod paſſioni naturaliter eſt expoſitũ/ uelut oculus patiẽ. Aut ſi tũc medium patiẽ/aliud quiddam patitur. Quãdoquidẽ neq; calamus medius inter piſcem illum ſtupefacientem nomine Narcem atq; manum patitur/quod manus ipſa patiẽ. Tametſi hic quoq; niſi calamus ĩ medio ſitus/& ſeta ſiue capillus eẽt: manus minime pateretur. Forte etiam hoc eſt ambigẽdum. Nam ſi intra rete ſit piſcator/patietur & ſtupefiet. Videtur autẽ hic ſermo ad illas quæ dictę ſunt cõ paſſiones ſe conferre. Nempe ſi hoc tale ab hoc tali naturaliter uiciſſim pati po teſt/ex eo q̃ ſimilitudinem ad ipſum quandã habet: nõ ꝓpea quod inter hẽc me dium eſt/patitur ſi diſſimile fuerit. Aut certe idem minime patietur. Quod ſi ita ſe habet/multo magis ubi nullum ſit medium/patietur: quod eſt naturaliter ob noxium paſſioni: tametſi medium tale fuerit/ut & ipſum aliquid patiatur.

MARSILIVS. Inter uiſum atq; uiſibile mediũ per ſe neceſſarium eſt lumẽ/ uel cõmune externumq;/ uel proprium ſiue oculi ſeu obiecti natura ualde lucen tis. Corpus ãt non adeo neceſſarium inter hẽc mediũ eſt. Viſio fit potiſſimũ q̃a uel radius ab oculo uiſualis ꝓficiſcitur ad uiſibile: uel a uiſibili iã luminoſo nõ nihil ꝓcedit ad uiſũ: uel utroq; ſimul pacto/& oío quoniã tam oculus q̃ uiſibile

ita in natura mundi uiuente sunt disposita/ut proprietatem habeāt inuicem ual de conformem: ꝑ quam a se inuicē facile moueant̄/agātq; mutuo/uel patiant̄. Corpus igitur nec est per se necessariū ad emicantē ex oculo radiū substinendū/ atq; perferendum. Qui sine substentaculo in rectū profluit naturaliter: nec ad lumen ita uehendum/siue sit lumen obiecti/siue sit alienum. Nec etiā ad cōpassionem inter uisibile uisumq; cōplendā. Satis.n.ꝑ se mutuę sunt exposita possioni Deniq; nec necessariū est/aerem mediū ab obiecto colorari/figurariq; modo cæræ: ꝑ quā passiōem uisus subinde similiter patiat̄. Alioqn ad cernendū nō oporteret oculum ad obiectū ipsum conuertere ꝓcul positū. Satis.n.foret oculū attingi a cōtigua nobis parte aeris iam formata. Omnino uero spiritales sub lumine uisibilium spēs ꝑuenientes ad oculū absq; aeris passione ꝑueniunt. Cap.II.

## PLOTINVS.

SI ergo sic uisio fiat/ut uisus ipsius lumē cū lumine medio cōiungat̄ usq; ad sensibile/oportet hoc mediū esse lumē. Atq; suppositio hæc medium id reqrit. Sinautē subiectū corpus coloratū aliquo mō mediū afficit atq; ꝑmutat: quidnā prohibet ꝑmutationem eiusmōi statim ad oculū ꝑuenire? etiam si nullū mediū interuenerit? Siqdē nunc necessario quod interuenit/ob hoc ipsū quod interuenit priusq̄ oculus ꝑmutat̄. Proīde qui dicūt ꝑ quādā uisus ipsius effusionē nos uidere/nulla rōne adducunt̄ ad mediū afferēdū/nisi forte metuāt ne radius ipse decidat. Sed radius naturā habet luminis: lumē aūt recte diffunditur. Qui āt insistentiā quandā in cā uisionis assignāt/medio ꝓrsus egebunt. At uero assertores simulachrorū affirmantes ea ꝑ uacuū pertransire/expeditum exigunt locum ne ꝑuenire prohibeant̄. Quaꝑꝑ si multo minus impedient̄/ubi nullum sit medium/ nimirum pręsentem suppositiōem ī controuersiam minime trahent. Præterea quicunq; cōpassione quadam fieri asserunt uisionē/ minus utiq; uidere nos dicent/ siquod medium interciderit. Propterea ꝙ hoc prohibebit impedietq; ipspectionem/dum minorem reddet cōpassionem. Immo uero cōsentanea rōne dicere possumus/medium ipsum etiā si cognatum sit/atq; etiā patiens/ compassionem tamen illam debiliorem facere. Nam & si corpus continuū in profundo ex accessu ignis uratur: tamen pars eius posita in ꝓfundo accessione superioris partis minus utiq; patietur. Verum si animalis unius partes uicissim cōpatientes sint/nunquid patientur minus/quia nōnihil sit medium? Forte patientur minus. Nēpe mediocris euadet passio quatenus natura uoluerit. Quippe cū medium interpositum inhibeat passionis excessū: nisi forte alicubi tale sit quod infertur/ut medium nullo modo id pati queat. Cęterum si totum propterea est compatiēs/ ꝙ est unum animal/ atq; nos ideo patimur/ quoniam ī uno uniusq; sumus/cur nō oporteat quādo sentitur aliquid ꝓcul positum/inesse cōtinuitatē. Forte cōtinuitatē quidem & medium ipsū oportet alicubi interesse/quia necesse sit animal esse cōtinuū. Passio uero per accidens est continui. Alioquin omne ab omni pati fatebimur. Tum uero si hoc quidem ab hoc: aliud uero ab alio patitur: neque patitur idem/non erit opus ubiq; medio. Quod si in uisione saltem aliquis opus esse dixerit/ratiōem assignare debebit: quādoquidē nō ubiq; apparet quod procedit ꝑ aerem/inferre aeri passionem: sed diuidere tantū: ceu cum lapis cadit desuper/nihil aliud aeri uidetur accidere/ nisi ꝙ cadentē non substinet lapidem. Neque enim uerisimile est lapidem cadere per quendam circūfusi aeris

ſubingreſſum/cum deſcenſus ei ſit naturalis:quoniam ſic & ignis aſcenderet per ſimilem aeris ſubingreſſū:quod dictu eſt abſurdū. Ignis.n.motus ſui uelocitate præcurrit aerē ſuccedentē. Quod ſiquis dicat ipſa uelocitate etiā aeris acceleratī ſucceſſū/attamen ſecūdum accidēs id euenier/neq; proprie ſurſū :quoniā & a ignis impetus fit in altū/nullo ipellente creſcentibus. Atqui & nos euntes diuidimus aerē:neq; tunc circūfuſi aeris ſucceſſio nos ipellit:ſed ſubſequens tantū aer quod nos uacuū reddimus/implet. Si ergo aer ꝑ corporū eiuſmōi motū diſtantiam inter ſuas ꝑtes admittit:nihil aliud interea patiens/ quidnā prohibet etiam abſq; diſtantia cōcedere ſpēbus tranſitum ad aſpectū. Sinautē neq; ꝓueniūt ꝙdē uelut quodā fluxu ſpēs/quę̄nā neceſſitas pati cogit?/Atq; ꝑ ipſū ad nos uſq; paſſionem/ex eo ꝙ ille paſſus antea fuerit/ꝓuenire. Si.n.ex eo ꝙ aer antea patiat̄/ ſenſus efficeret̄/certe nō aſpiciendo ad ipſum uiſibile cerneremus:ſed e proxima nobis aeris parte ſenſum reportaremus: quēadmodū in calefactione contingit. In hac enim non remotus ignis/ſed proximus calefactus aer calefacere nos uidetur.Sed.n.paſſio hæc ad tactū pertinet. In uiſiōe aūt nō fit tactus. Ideo neq; ſenſibile impoſitum oculis efficit uiſionem.Sed illuminari mediū neceſſarium eſt:forſan quoniā aer eſt tenebroſus. Ac niſi eſſet obſcurus/forſan lumine non egeret. Quod.n.tenebroſū eſt/cū impediat uiſiōem/oportet lumine ſupari. Forte uero & ob hoc ipſū res uidenda ꝑxime admota uiſui/nequaq̄ cernit̄/quoniā ſecū affert quandam tum ſui ipſius tum aeris umbram.

MARSILIVS. Inter uiſum atq; uiſibile non eſt neceſſarius aer medius ad hoc ipſum ꝓprie/ut forma obiecti imprimat̄ deiceps ꝑ partes aeris ſuccedendo. Vnde randem iprimat̄ & oculo. Ratio ad hoc prima paulo ſupius aſſingata ē. Sequunt̄ duæ:quarū una eſt eiuſmōi. Quando nocte ꝑfunda igniculū longiſſime diſtantem cernimus:nō eſt putandum ex igniculo formam cōtinuatis aeris partibus gradatim imprimi. Non.n.poteſt hūc ita pingere:niſi & eaſdem partes illuminet:nec tamen illuminat eas. Alioqn alia quoq; multa in recto hoc ſpatio cerneremus. Ratio altera talis ē. Si aer modo quodā ſuo.i.corporeo a ꝑſona uidenda pingat̄:ſequet̄/ut exigua illa pars aeris pupillę ꝓxima & ęqualis/id duntaxat minimū de ꝑſona tota quod præfert oſtendat oculo:nūc autem ī qualibet aeris portiuncula totum uidemus obiectū. Deniq; aer nihil patit̄ ab illa ſpecie/ſiqua mittit̄ ab obiecto:ſicut neq; patit̄ ab ipſo lumine:per quod mittit̄. Ab ipſo inq̄ qua rōne lumen.Sic.n.momēto adeſt/ & abeſt:neq; remanet illuminātę ſubtracto. Et eſt ubiq; totum. Ex quo apparet lumen neq; fieri ꝓpriam aeris qualitatem:nec eſſe reuera corporeum. Proinde incorporeū hoc nō tam prouenit ex corpore q̄ uita mundī. Nam & quādo ad longiſſimū ſpatiū ſcintillā uides: exiguū locuſtæ ſonum audis. Et aialia quędam audiunt minima quęq;. Item apes & formicę mellita olfaciunt remotiſſima. Conchę qnetiam diſtantia guſtant. Et torpedo piſcis ꝑ longā ſæpe uirgā ſtupefacit te quaſi tāgēs: nō eſt exiſtimādū:præſertim in ſupioribus a minimo quoq; obiecto lōgiſſimū ſpatiū frāgi/& materialiter affici. Sed iteruenire neſcio qd quodāmō ſpiritale:quod ꝑ tā longū ſpatiū agat in ſenſū.i. actum quendā ſpecialem ab ipſa ſpecie rei ſentiendæ prouenientem/ A ſpecie inq̄ non tam quia ī materia ſit/q̄ quia a ſpiritali uiuaq; dependet idea. Actum quoq; ſpecialem inq̄ & ſpiritalem: ſiue hic intra nos fiat in inſtrumento

ſenſus/ut in tactu atq; guſtu: ſiue etiã extra nos in aere/ut circa uiſum/auditum/ olfatũ: ſiue etiã a uiſu proueniat in obiectum: qui ſane actus in oĩbus ſentiendis fit ubiq; inter paſſionẽ etiã materialẽ ab obiecto in aere factã circa ſenſus inferio res. Fit igiť oportune tunc uirtute quadã uitæ cõis/cuius beneficio cuncta ligãte tam facile a rebus diſtantibus & moueť ſenſus/& corpus conforme ꝑcul patiť a conformi. Quod etiam apparet in magia. Et cæleſtia aliaq; multa uires ſuas im partiunt remotiſſimis. Deniq; uita mũdi cõis ita ſenſum hũc cũ hoc ſenſibili tem perat/ut agente ſenſibili/moueať ſenſus & agat: Sicut ĩ lyra dum moueť hęc cor da/ſtatim & contẽpata moueť: Et te clamãte/paries conclamat ſic expoſitus. De ſupioribus diligentius in cõmentariis Theophraſti tractamus. Cap·III.

PLOTINVS

Maximũ uero argumentũ eſt/nõ ꝓpea cerni ſenſibiliũ formas/qa iam aer illorũ ſpẽs ꝓ continuatã traductionẽ patiendo ſuſcepit/ ꝙ ſub obſcura nocte ignis & ſidera/horumq; formę cernunť. Neq; afferet qſpiã in aere te nebroſo ĩpreſſas ſpẽs ſic ad oculũ uſq; continuari: alioqn non eſſent tenebrę ubi ignis illuminãdo ſuam ſpẽm traderet. Quãdo ẽt ſub profundis tenebris occulẽ tibus ſtellas & ignẽ/horũq; lumen prorſus impediẽtibus/interim ex ſpecula faci buſq; proſpiciť ignis: atq; ex turribus quę ſigna nauibus exhibent. Siqs ãt ĩ bis quoq; ignem trãſire dicat/repugnãs uidelicet ſenſui: oportebit ẽt minima quæq; interim in aere cerni/ neq; dũtaxat ignẽ. Si ergo tenebris ĩ medio prohibẽtibus/ tamen quod eſt ultra tenebras peruidemus/multo magis ubi nullũ ſit mediũ/di ſcernemus. Sed hic aliquis fortaſſis inſtabit/aſſerens ubi nullũ ſit mediũ uideri nihil nõ quidẽ ex eo proprie quia deſit mediũ: ſed quoniam aialis cõpaſſio ad hęc ipſa ꝓrſus auferať: cõſenſioq; partium inter ſe ĩ eo ꝙ unũ totũ ſit cõſiſtens. Videť.n.ob id ſenſus qũocunq; fieri: quoniã uniuerſũ hoc aial ſibimet ubiq; cõ patiť. Niſi.n.foret tale/ quonam pacto aliud ab aliis ẽt remotiſſimis uires accipe ret? Hoc itaq; cõſideratione dignũ eſt. Si alter eſſet mundus/ alterũq; aial cũ hoc noſtro nullã habens cõmunioẽm: eſſetq; uiſus aliqs in cęli dorſo/nũqd eiuſmo di uiſus ex ſpatio moderato mundũ alterum ſit uiſurus: an potius nullum huic futurum ſit ad illum in agendo uel patiendo cõmertũ. Sed de hoc tractabitur in ſequentibus. Nunc uero id inſup aliqs afferre poterit teſtimonium/probãs non ꝓpea fieri uiſionẽ/quia mediũ patiať. Nempe ſi patiť aer/neceſſarium eſt cõditio ne corporea pati. Id autẽ eſt uelut ĩ cęra imprimi figurã. Sic igiť uiſibilis obiecti pars certa in certa parte aeris figurabiť. Itaq; pars aeris cõtigua uiſui tanta/quan ta pupilla ꝑtem figurę ipſius uiſibilis ꝑ quãtitate ꝓpria accipiet atq; tradet. Nũc autẽ & uideť totum/& quotcunq; ſunt ĩ aere tũ ex directo poſiti/ tum ẽt ex obli quo ad lõgum uident: ſtantes ẽt inter ſe a tergo/mõ ne alii undiq; aliis obſtent. Ex quo apparet quãlibet aeris ꝑticulam totum uelut uultum ĩ ſe inſpectũ habe re. Id ãt non fit corporeæ paſſionis cõditione/imo ſecundum maiores & aĩales/ & aialis unius ubiq; ſibimet cõpatientis neceſſitates.

MARSILIVS Si quod medium neceſſarium eſt inter uiſum atq; uiſibile/ id quidem non corpus eſt/ſed lumen/uel natiuum oculo ſiue uiſibili/ uel alienũ Cõfert aũt ad uidendũ non paſſio medii oculiq;: ſed actio quędam atq; lumen Tres hic de uiſu tãgit opiniones. Vna putat animã ita per radios uiſuales ſicut

per capillos ſeſe ꝓpagare/uel manus. Atq; ita ſenſibile tangere/& id quidē abſq; reflexione. Secūda/aiam nō propagari ꝓ radios:ſed eos quaſi uirgas extendere ad obiectū:eoſq; ad aiam inde reuerberari. Tertia/lumē figurari ab obiecto:atq; ita figuratū ad oculos ꝓuenire. Circa primā ludit:Secundā derider: Terniā repro bat. Et ubiq; tandē id molitur: tantā eſſe cōpatiēdi cōformitatem inter uiſū atq; uiſibile/ut ſatis circa ſe uiciſſim moueanť & agāt/ etiā ſi nulla paſſio cōtingat in medio:ſicut neq; patiť mediū/uel ſaltē nō tale ꝙddam patiť/quādo tremēte hac corda:altera cōtremiſcit/obſcitāte hoc/obſcitat ille:& imaginānte aliquid amiciſſi mo/imaginatur interdū idem & alter amicus

Cap. IIII.

PLOTINVS

SEd contiguū uiſionis lumē qūo ſe hēt ad lumen uiſioni ꝓpinquū/& uſq; ad ſenſibile?/Forte aere ꝙdē nō indiget medio:niſi forſan lumē abſq; aere non dicatur. Sic aūt medium hoc eſt ſecundū accidēs. Ipſū uero lumē eſt medium minime patiens:& omnino hic non opus eſt paſſione: ſed forte duntaxat medio. Quod ſi lumen non ſit corpus:non eſt opus corpore medio. Atqui forte dixerit aliquis non ad ipſam ſimpliciter uiſionem alieno opus eſſe lumine atque medio:ſed ad hoc ipſum duntaxat: ut longinqua cernantur. Vtrum igi tur lumen abſq; aere poſſit eſſe nec ne/in ſequentibus perquiremus. Nunc autem hoc ꝑimis inueſtigemus. Profecto ſi lumē hoc contiguū uiſui fit aiatum:& aia ꝓ ipſū ferť/& in ipſo uiget quēadmodū & ī intimo/nimirū ī ꝓpiendo quoquo mō quale ē uidere lumine medio non egebit: ſed uiſio ſimilis erit tactui/uirture uidelicet uidēdi ī lumīe ꝓcipiēte/dū mediū nihil patiť/ ſed illac uiſus ipſe ꝓferť. Vbi ſane quærendū eſt/nunqd ex eo ꝙ illic eſt iteruallū/oporteat ꝓcedere uiſū: an ex eo ꝙ ī interuallo ſit corpus. Ac ſiquidē ex eo ꝙ corpus ī iteruallo ſit/ſi ob ſtaculū hoc auferať ꝑſpicieť. Sin aūt ex eo ꝙ ſimpliciter ibi ſit iteruallū/uiſibilis ipſius naturā/oportet ſupponere ocioſā/& oīo nihil agētem. Sed.n. hoc fieri ne quit:tactus.n.nō ſolū nuntiat atq; tangit/ꝙ aliqd ſit ꝓpinquū: ſed etiam quaſi paſſus tangibilis ipſius nuntiat differentias:ac niſi quid obſtiterit/id etiā ſentiat e lōginquo. Simul.n. medius aer atq; nos ꝓcipimus ignē:nō expectātes ipſi quo ad aer ante fuerit calefactus. Magis ergo corpus calefit ſolidū.q̄ aer. Quapp per aerē potius q̄ ꝓp aerē incaleſcit. Si igiť ſenſibile ad agendū uim habet/ hoc autē ad patiendū/uel ēt qūocunq; uiſus/cur nā alio indigeat medio/ in quod uim ha beat ad agendū?/Id.n. nihil aliud foret/q̄ impedimēto aliquo indigere. Iam uero quādo ſolis lumē accedit/nō prius oportet aerē/deinde nos/ ſed ſimul illumina ri. Et prius q̄ propinquet uiſui ſępe dū etiā adhuc eſt alibi/nos uidere contingit/ quaſi aer minime patiať:dū uidelicet mediū quidē hoc nihil eſt paſſum/ & lumē nōdū profectū/ad quod adhibere uiſū oportet. Et ꝓfecto penes hāc ſuppoſitio nem difficile fuerit/cām aſſignare/ob quā & qūo nocte ſtellas ignēq; cernamus: Sin aūt manet quidē aīa in ſeipſa:indiget aūt lumine/ uelut uirga ꝑ quā ſe porri gat/oportebit uiolentā fore ꝓceptionē ſecundū quādam porrecti luminis reuer berationē/atq; ſenſibilē colorē/qua rōne color ē/ habere reflectēdi uirturē. Sic.n. ꝑ mediū tactus efficienť. Præterea & prius appropinquauit nullo tūc īteruenien te medio. Sic.n. deide ꝑ mediū attingere/facit cognitionem/quaſi memoria qua dam fiat & quodā potius argumēto. Nunc uero nō fit ita. Verū ſi lumē ſenſibili propinquās oportet pati: deinceps uero id totum uſq; ad uiſum continuata tra

ductione ꝓcedere: eadem nobis ſuppoſitio fiet/atq; illa/ quæ tradebat medium prius a ſenſibili ꝓmutari & affici/aduerſus quam alibi diſputauimus.

MARSILIVS. Siqua materialis paſſio a rebus ſentiendis afferẽ in mediũ: quia nimium diuerſa eſt ab incorporea natura ſenſus: ideo & ſæpe ſua uehemen tia cõfundit ſenſum: & nunq̃ eſt accõmodata cauſa ſentiendi: niſi præter illam ſuboriaẽ ſpiritale aliquid uel ĩ medio/uel ſaltem ĩ inſtrumẽto ſenſus. Id quidẽ ſpiritale accõmodatum ſenſui etiam apparet in uoce. Quod enĩ ubiq; totũ circa uocem a multis eodem momẽto percipitur/ſignificaẽq;/ſpiritale quiddam ẽe ui deẽ. Tale uero aliquid circa quẽlibet ſenſum nõ corporea cauſa generat: ſed pro creat ipſa mũdi uita in ſubiecto tunc oportune diſpoſito. Eſt autẽ hoc adeo co gnatũ ſenſui: ut cum primũ id circa ſenſum uiget actu/ ipſe quoq; ſenſus ipſius actus circa id ſimul expergiſcaẽ. Quemadmodũ aliis hominibus alius ꝓcipue concentus eſt amicus: & alius alios ad cantũ excitat/atq; tripudium. Quod autẽ ad actum huius obiecti ſenſibilis ſtatim hic ſenſus agat/conficit eadẽ ubiq; uita mũdi: hoc potiſſimum cum illo cõtemperãs ſimulq; mouẽs: Sicut ad talis humo ris motum moueẽ & imaginatio talis/atq; uiciſſim. Item ad uarios Lunæ motus habitusq; uarie mouenẽ & afficiũtur humores. Ad motum ſulphuris moueẽ & flamma. Quorſum intendis dextrum oculum/intendiẽ & ſiniſter Cap. V.

## PLOTINVS.

CAeterum/nunqd circa ſenſus auditus cõcedendũ eſt aerem quidem pati primũ motũ/& deinceps aerem ꝓximũ ab aere primũ ſonante: ſimiliterq; aerem uſq; ad auditũ gradatim idem pati: atq; ſic ad ſenſum ꝓuenire. An potius ſecũdũ accidẽs in his medium patiẽ/ob id uidelicet q̃ interuenit. Quod ſi inde tollaẽ/ſemelq; fiat ſonus/duobus inter ſe corporibus concurrentibus/ſen ſum ĩ nobis huius ꝓtinus excitari. Forte uero opus quidẽ eſt pulſato aere ab ini tio/quod uero deinceps ſequiẽ/aliter ſe habet medium. Hic enim uidetur aer do minus ẽe ſoni. Quippe cum neq; ab initio fieri queat colliſorum inter ſe corpo rum ſonitus/ niſi aer in ueloci eorum cõcurſu percuſſus atq; excuſſus eiuſmodi pulſum ſuccedenti aeri tradat uſq; ad aures & auditum. Verum ſi aer ſoni domi nus eſt/huiuſq; agitati pulſus eſt/queꝛẽdum erit ſecũdum quid potiſſimũ diffe rentię uocum ſonorũq; perpẽdaneẽ. Aliter enĩ ſonat æs ære percuſſum: aliter alio. Aliter alia corpora inter ſe collidentia. Aer autem unus eſt/unaq; ĩ eo pulſatio. Nõ enim ſolum per magnũ atq; paruum horum differentiæ perpendunẽ. Sin aũt aſſeuereẽ uocis ſoniq; auctoritas penes aerem/ꝓpea q̃ pulſus illatus aeri ſonum reddat: reſpõdendum eſt/nõ qua rõne aer eſt/id effici. Tunc enim reſonat/quan do ſtatum ſolidi corporis adipiſciẽ ante q̃ effundaẽ/manẽs quaſi quiddam ſoli dum. Quapp ſufficiunt hic ea quæ mutuo ſe collidunt: dicendumq; eſt colliſio nem pulſatiõemq; eiuſmodi eſſe ſonũ ad ſenſum uſq; peruenientem. Huic uero ſententiæ argumẽto uidenẽ eſſe ſoni qui in aĩalium interioribus fiũt: nõ in aere: ſed parte animalis alia aliam collidẽte. Quales ſunt quædam oſſium flexiones/ attritioneſq; mutuæ/aere nullo interueniente. Item diſruptiões quædam & ſectio nes. Sed de hoc quidem ita ſit dubitatum: cuius queſtio ſimilis ẽ queſtioni de uiſu ſupiori. Et ꝓfecto de illa atq; de hac dicendũ eſt uim ſentiendi conſiſtere in compaſſione quadã cõſenſioneq; mutua rerũ tanq̃ in eodẽ uiuente manẽtium.

MARSILIVS. Lumẽ nõ ab illuminato: ſed ab illumināte depẽdet. Simili ter uita oĩs nõ ab animato: ſed ab aĩa pendet tanquã proprius actus/& regitur: etiam ſi omne foris defuerit ſubſtentaculum. Primum corpus eſt cęleſtis ignis: prima huius qualitas eſt lumẽ. Ideo uſq; adeo perfecta eſt: ut p modũ actus po tius q̃ ocioſę qualitatis exiſtat. Actus quidem tam efficax/ut p oĩa ſeſe porrigat a fonte proprio nõ diſiunctus. Apellaẽ & ignis eiuſmõi color. Qui uſquequaq; diffuſus/colores omnium ocioſos ſuſcitat: atq; circũfundit. Prętęrea in quocũq; ſub cælo corpore præualet igneus quidã uigor cæleſti ſimilis. Emicat & inde lu men/quaſi familiaris color. Sub prętentia Solis lumẽ calefacit aerem. Calefactio quidẽ utroq; indiget. s. & præſentia Solis/& aere. Hæc uero calefactio competẽs medium eſt inter lumẽ atq; calorem. Calor ſane põt etiam ſine prętentia luminis in aere ſupeſſe. Ergo lumẽ ſine aere penes Solem exiſtere põt. Sed calor quidem a lumine relictus in aere nõ multo tempore ſupereſt: quoniã eſt alienus. Lumen uero circa Solem ſemp: quia propriũ. Propriũ enĩ inſeparabile eſt. Alicuius certe proprium ẽ lumẽ: Nõ diaphani p ſe quidẽ obſcuri. Ergo Solis ipſius/corporisq; Solaris. Et merito ſicut ẽ forma quędam ĩ ordine rerum in ſeipſa cõſiſtẽs: quędã alio ſubſtentata: ſic & actus eſt duplex. Alter quidẽ formæ dũtaxat agẽtis. Alter inſuper iacens ĩ patiente. Lumen uero nõ fieri propriã diaphani qualitatẽ/alibi diximus: quia neq; ſuſcipiẽ paulatim: neq; etiam retineẽ: neq; ſimul cum hoc in ficitur: uel moueẽ: neq; cõfundunẽ inter ſe lumina: neq; igitur cum cæteris quali tatibus cõmiſcentur. Non confundi apparet ex eo q̃ ſi tribus luminibus corpus unicum opponaẽ. Tres ĩ oppoſitum umbræ reſultãt: quoniã tria ibidem lumina ſunt diſtincta. Præterea ſi tribus candelis opponaẽ ingẽs tabula/in cuius medio ſit foramẽ: tria lumina ĩ oppoſitum inde reſiliũt. Aliud quidem ĩ rectũ: alia duo e tranſuerſo ſe inuicem interſecãtia/nõ cõfuſa. Similiter mentes & aię cõiũctæ in uicem minime cõfunduntur. Lumen merito neq; ſubiecto capitur: neq; cõmiſce tur alicubi: quoniã omne lumẽ cęleſtis luminis eſt imago. Illud uero aię cęleſtis eſt actus. Sicut enĩ uerbum emittitur ab aĩa uelut actus imaginationis extra por rectus: in quo tria ſunt/aer/motus/ſignificatio: ſic a luce intellectuali cæleſtis aię per oĩa efficaciſſimus actus effundiẽ: in quo tria ſunt/lumẽ/calor/uis occulta: Et aliquo puenit lumẽ/quo nõ calor: Et econuerſo. Vis ãt in hoc actu occulta/quæ in eo potiſſimũ eſt/p oĩa tranſit: facitq; mirabilia/nõ formaliter calefaciendo/uel palam illuminãdo: ſed ſpeciales inſerendo uirtutes

Cap. VI.

PLOTINVS.

Reliquum eſt indagare/nunq̃d lumẽ futurũ ſit alicubi/ſi nõ ſit aer. Velut ſi Sol ĩ corporũ ſuperficie fulgeat: ſed medium ſit prorſus uacuũ. Quod quidem nũc ſecundũ accidẽs illuminaẽ/ex eo q̃ mediũ hoc corpus inter uenire cõtingit. An forte pp ipſum aerem patientẽ/& alia pati: naturãq; luminis exiſtere pp ipſum aerem: Cuius quidem paſſio quædã ſit: cũq; ſit eius paſſio/ni mirum nõ fore niſi & patiẽs aer exiſtat. Sed enĩ lumẽ nõ eſt aeris ipſius primo: neq; qua rõne eſt aer. Eſt enĩ & uniuſcuiuſq; corporis ignei atq; ſplendidi lapil lorũq; ſimiliũ color ſplẽdidus. Sed hoc ipſum quod ab illo colorẽ eiuſmõi poſſi dente manat ĩ aliud/num erit? Si aliud hoc minime fuerit. Profecto ſi q̃litas eſt dũtaxat/& q̃litas alicuius/cũ qualitas oĩs ſit ĩ ſubiecto/neceſſe eſt lumẽ in eo cui ineſt corpore quærere. Si ãt lumen ẽ actus ab alio/cur nã ſi abſit ſub eo corpus/

fingaťq; inane/nõ exiſtet: & ad ſuperius etiã ſe extẽdet. Cum.n.intentũ erectũq; ſit/quid prohıbet quo minus pertranſeat etiam a nullo uectũ/neq; alicubi prędu datur. At ſi tale eſt/ut cadat: defereť ultro: Neq; enim aer neq; illuminatũ quicq̃ erit/quod hoc trahat ab illuminãte/& prodire compellat. Quoniam neq; etiam accidẽs eſt/adeo ut ſit prorſus ı alıo/uel alterius paſſio quædam/ita ut oporteat eſſe/quod patiať. Alioquin oporteret diſcedẽte eo quod illuminat/lumen in re illuminata manere. Nunc uero abit: Itaq; forte progredieť. Quo nam igitur? An forte locum eſſe oportet ſolum. Alioquin ita corpus Solis actum ſuũ perdet ex ipſo pendẽtem. Id aũt eſt lumẽ. Si ita eſt/neq; lumẽ alicuius erit. Quod quidem eſt actus ex ſubiecto quodam emicãs: nõ tamẽ tranſiẽs ı ſubiectum. Sed ſubiectũ ſi forte adſit ſub eo aliq̃d patietur. Profecto quemadmodũ uita/quæ & actus eſt/actus eſt aıę: ſub quo & aliquid uelut corpus/ſi adſit/patitur: ac etiã non prę ſente corpore eſt actus eiuſmodi/ita nihil prohıbere uidetur ita ſe lumẽ habere: ſiquidem eſt actus quidã corporis luminoſi. Nõ enı nũc ipſũ aeris tenebroſum gignit lumẽ: neq; tenebroſum ipſum terræ cõmixtũ prorſus impurũ procreat lu men. Sic enim perinde id ſe haberet/ac ſi dicatur aliquid fore dulce/ſi modo mi ſceatur amaro. Proinde ſiquis lumẽ eſſe dicat permutationẽ affectionẽq; aeris: dicendũ huic inſup erit/oportuiſſe aerem ipſum ı hac tranſmutatiõe aliter affici: tenebroſamq; eius cõditionem iam ı aliud permutatã/non eſſe amplius tenebro ſam. Nũc uero aer/qualis eſt/permanet: utpote qui reuera nihil eſt paſſus. Atqui paſſionẽ oẽm illius eſſe oportet: cuius eſt paſſio. Neq; igiť eſt color aeris: ſed ı ſe ipſo cõſiſtit. Adſtat uero aer. Atq; de hoc hactenus ita ſit dictum.

MARSILIVS. Sicut reliqua corpora proıiciunt ſemper foras ex ſe non nihil. s. uaporem uel uirtutem uel imaginẽ: ita ſidereũ corpus atq; ſimile actum ſuũ emittit foras: Et quia efficaciter/ideo ꝑcul. Eiuſmodi actus ẽ lumẽ/attingẽs quidem externa/& interim fontẽ proprium nõ relinquẽs. Inter lucem prorſus in timam lucido corpori/ atq; calorẽ iam aeri factũ intimũ/eſt lumẽ partim quidẽ lucenti intimum: partim etiam extra ꝑcedens ferme ſicut ſermo inter cogitatio nem atq; fabricã. Lumen quo momẽto penetrat molle diaphanũ/eodem diapha num tranſuerberat uel duriſſimum. Incorporeum eſt igitur cui duritia corporis nõ reſiſtit. Verũtamẽ quoniã eſt cæleſte/ ideo obſtaculum natura terreum etiam ſi minus durum ſit/nõ capit lumẽ. Quoniã igiť incorporeum eſt/ nõ debemus huic paſſiões corporis attribuere. i. accedere/recedere/refluere/trãſfluere/cõtrahi/ dilatari: ſed potius ubi corã diaphanum exponiť lucido/ſtatim lumẽ illic exiſte re/illic agere: ſin minus/nõ exiſtere ibi/nõ agere. Neq; tamen ſimpliciter eſſe deſi nere q̃diu corpus ẽ lucidum. Lumini ſimile eſt radialis actus ſpectaculi directus in ſpeculum. Item uitalis actus aıę directus ı corpus. Actus uitalis oıs eſt ımorta lis. Et q ab aıa noſtra ı corpus intendiť/eam perpetuo comitať. Et qui in corpus idem manat ab aıa mũdi/hãc quoq; aıam aſſidue ſequiť Cap. VII.

## PLOTINVS.

QVęrendum eſt/utrum lumen eo quod illuminat abeunte/protinus euane ſcat: an potius recurrat in ipſum. Forte enı ex hoc etiam ad id quod pro poſitum fuit/proficiemus. Profecto ſi lumẽ ſic inſit illuminato corpori/ ut propriũ iam eius euaſerit: forte quis dixerit euaneſcere. Si ãt eſt actus aliquis

e fonte nõ effluẽs/alioquin circũflueret/atq; intus poſſideret/plus etiam q̃ quan
tum ab agẽte prouenerit: nimirum nõ deſtruet/quatenus quod illuminat/in ſua
ſubſtãtia permanet. Quãdo uero tranſfert illud/hoc quoq; in alio exiſtit loco:
non quaſi refluxus fiat aliquis/ſiue tranſfluxus: ſed quia actus illius exiſtat/&
adſit eatenus/quatenus nihil obſtat ad eſſe. Quoniam etiam ſi longe maior di
ſtantia foret q̃ nũc ſit Solis/a nobis lumẽ id totũ Solis impleret/nullo uidelicet
prohibẽte: neq; obſtaculo uſq̃ impediẽte. Eſt autem actus alter in luminoſo/&
quaſi uita plurima corporis luminoſi: ac uelut principium & fons agendi. Eſt &
actus alter ultra terminos corporis lumĩoſi: qui eſt interioris imago: & ſecundus
actus a primo minime deſtitutus. Profecto res quelibet exiſtẽs hẽt actum/uelut
quandã ſui ſimilitudinem. Adeo ut re ipſa exiſtẽte/actus exiſtat: & illa manente
prodeat ad remotũ. Partim quidẽ lõgius: partim uero breuius: & partim debiles
atq; exiles: partim quoq; latentes. Quorũdam uero maiores ſunt actus/proculq;
fundunt. Et quãdo ad remota procedũt/ibi exiſtimãdum eſt eſſe/ubi agẽs eſt &
potens/rurſusq; quo currit. Proinde uidemus ĩ aĩalibus/quorum naturaliter lu
cent oculi/lumen extra ex oculis emicare. In aĩalibus quoq; que intus collectum
ignem poſſidẽt/quãdo ſe apiunt/lumen ĩ tenebris extra fulgere: & quãdo ſe con
cludũt/nihil luminis extra relinqui. Quod quidẽ nõ penitus euaneſcit. Sed aut
eſt quidem/aut nõ eſt extrinſecus. Quid ergo/nunquid in aĩal ipſum regredit?
An potius dicẽdũ eſt extra nõ eſſe? Quãdoquidẽ neq; ignis ad externa ꝓceſſit:
ſed intrinſecis ſe inſinuat. Ipſum ergo lumẽ nunqd ſeipſũ inſinuauit. Nõ forte:
ſed illud tantũ. Cum uero quod illuminat ſeſe occulit/corpus iam aliud obſtat/
adeo ut illud ad externa nõ agat. Eſt igit ipſũ manãs a corporibus lumẽ/actus
quidam lucidi corporis ad externa procedẽs. Ipſum uero lumen oĩo talibus cor
poribus inſitum/quæ quidem primo talia ſunt/eſt eſſentia ſecũdum ſpẽm corpo
ris primo lucidi. Quãdo uero una cũ materia corpus tale miſcetur/colorẽ exhi
bet: Solus ãt actus nõ exhibet: ſed uelut coloratiõem quãdã/utpote qui ſit alte
rius/& ab ipſo cõtinue manãs: a quo q̃dẽ quod abeſt/ab actu eius inſup abeſt.
Tum uero oportet oĩo lumẽ incorporeum iudicare: quanuis ſit actus corporis.
Qaupp nõ proprie de hoc dicit: & pręcipue uel accedere/uel diſcedere. Sed alio
quodã pacto hæc ibi ſe habẽt: atq; eſt ipſius ſubſtãtia tanquã actus. Siquidem
ſimulachrũ quoq; ĩ ſpeculo actum nuncupare debemus eius quod uidetur ĩſpe
culo/agẽtis in id quod pati põt. Vbi quidẽ nihil effluit: Sed ſi adſit/& illud illic
apparet: Atq; ita ſe hẽt/ut ſimulachrũ coloris ſic figurati. Ac ſi abit/non ulterius
perſpicuũ corpus habet/quod prius habebat/quãdo ſpectaculum ipſum agebat
in ſpeculum. Proinde ĩ aĩa quoq;/quãtum eſt/aiæ prioris actus/manente priore
manet & actus comitãs. Siqua uero uis ſit/que non ſit animę ipſius actus/ſed ex
actu/qualem diximus uitam iam corporis propriã/nunquid ita ſe habet/ſicut lu
men corporibus iam permixtũ? Forte lumẽ quidem hoc reſidere dicemus: quia
& quod colorem facit/eſt mixtũ. De uita uero corporis propria quid? Forte cor
pus hãc retinet altera uidelicet adſtante aĩa. Nihil. n. expers aiæ eſſe põt. Quan
do igitur corpus interit/neq; huic ſufficit/uel ipſa quæ ſuppeditauit hactenus/
uel ſiqua etiam adſtet/quo nam pacto adhuc uita permanet? Quid ergo? Perit
hæc? Forte neq; hæc perit: nam & hæc eſt quędam illuſtratiõis imago. Solum ue
ro dicendum eſt/ibi nõ eſſe.

MARSILIVS. Cum mundus ſit uniuerſum corpus atq; ſenſibile/poni re uera nō pōt ſenſibile aliquid extra mūdū. Quod ſi fingas corpus aliquod extra nulla ī re cum mūdo cōmunicans/nō ſentiet ſenſu mundano. Sin uero quoquo modo cōmunicās/iam nō erit extra/ſed intra. Quod patiente digito pedis/ſtatim compatiātur inguina/& hæc quidē potius q̄ genua/quāuis remotiora/inde cōtingit: quia & in eodem aīali ſunt/& p̄cipue inter ſe conformia. Similiter ad paſſiōem cerebri patit ſtomachus/atq; uiciſſim. Simili rōne q̄ ſenſus etiam lōge diſtantes ad leuiſſimos ſenſibiliū ſuorū motus/etiā nō patiente medio annuāt: efficit una mūdi inter hæc cōtinuata natura. Sicut cōtinuitas lōgiſſimi intentiq; nerui facit ut uibrata parte uel infima/ſtatim uibretur & ſūma. Hinc quoq; cōtingit/ut rerū ſeries cælitus īminentes & adhuc futuras imaginemur: uel occultiore quodā inſtinctu ſępius imitemur: & amicū ad nos p̄ficiſcentē ante q̄ perueniat/occulto quodā ſenſu nōnunq̄ præueniamus

Cap. VIII.

PLOTINVS.

SI corpus ſit extra cælū/& mūdo huic ad illud oculus dirigat/nihilo prohibēte diſcernere: dubium eſt/utrum illud uidere poſſit: quoniā cum illo nequaq̄ in paſſiōis cōmunione cōſpirat: ſiquidem nūc cōmunio paſſiōis rebus ineſt p̄p ipſam aīalis unius naturā cunctis ubiq; cōem. Forte ſi compaſſio circa ſenſualia ſenſibilia/ſenſus penes aīalis unius naturā eſſe cenſet/ſic mundus hic corpus illud minime cerneret: niſi forte illud corpus externū aīalis huius noſtri membrū eſſe dicat. Si enī ſit eius membrū fortaſſe perſpicier. Verum ſi nō ſit huius membrū/ſit tamē coloratum corpus/qualitateſq; ceteras habeat/quales & mūdus: ideoq; cōforme ſit inſtrumēto huius mūdi ſenſorio/forte uiſurū aliquis opinetur. Sed neque ita/ſi modo recta ſit ſuppoſitio. Niſi quis hoc ipſo ſuppoſitionem ſtudeat e medio tollere: Afferēs perabſurdū fore/niſi uiſus plane colorē præſentē intueat: ſimiliterq; ſenſus alii circa p̄ſentia ſibi obiecta ſua nihil agāt. Nos aūt dicemus unde nam abſurdum hoc nobis appareat. Forte quoniam hic & ī uno & unius nūc exiſtentes hæc agimus/atq; patimur. Id ergo cōſideradū/an præter hoc ſit aliud afferendum. Quod ſi ſatis id nobis facit/iam eſt demonſtratum. Sin minus/per alia iterum demonſtrādum. Quod igitur aīal unum ſe cū met in patiēdo cōſentiat/ſatis eſt manifeſtum. Atq; ſi quodcūq; dictū eſt unū ſit aīal/iam ſufficit: parteſq; erūt unius oīa: & quatenus uiuētis unius p̄tes erūt/inter ſe cōſentiēt. At ſiquis aſſerat mūdum hūc ſenſurum corpus illud ob quandam dūtaxat ſimilitudinem: ipſa tamē perceptio ſecūdum aīalis naturā erit/atq; ſenſus: quoniā id ipſum ſimilitudinē poſſidet. Inſtrumētum. n. ipſius eſt ſimile. Quapp ſenſus erit perceptio aīæ per inſtrumenta/ſimilia rebus percipiendis. Si igit exiſtēs aīal ſentiat quidē nō ea tātum quæ in ſe ſunt/ſed ſimilia quoq; ſuis: profecto qua rōne aīal ē/percipiet. Ipſa uero percipiēda nō quatenus ipſius ſūt/ſed quatenus ſimilia/percipiēda erūt. Sed forte potius ipſa quoq; p̄cipiēda/iccirco ſic percipiēda ob ſimilitudinem erūt: quoniā ipſa eadem aīa ſimilia reddidit. Adeo ut familiaria forēt. Quapp ſi auctor illic ſit aīa oīo diuerſa/certe quæ ibi fingūtur eſſe ſimilia/nihil ad eam pertinēt: ſed enī abſurditas ī ſuppoſitiōe repugnātiam eſſe declarat/tanquā hæc ipſa abſurditatis cauſa ſit. Nempe aīam ſimul dicit atq; nō aīam/cognata ſimul & nō cognata. Similia hęc/rurſus & diſſimilia. Quāobrē cū repugnantia ī ſe prorſus includat/nō erit rite ſuppoſitio iudicāda.

Nam & ſupponit in hoc aïam eſſe. Quare & uniuerſum ponit/& nõ uniuerſum: aliudq; rurſus/atq; nõ aliud. Item nihil/atq; nõnihil. s. extra ipſum. Deniq; perfectum ſimul & imperfectũ. Itaq; reiicienda eſt eiuſmodi ſuppoſitio: quia nõ liceat inde conſequentiam quærere: ꝓpea ꝙ id ipſum quod ſupponitur in ſeipſo: per illam diſperdatur & pereat.

## DE SENSV ET MEMORIA LIBER ENNEADIS QVARTAE SEXTVS.

MARSILIVS. Nõ imprimunt ſenſibilium formę i aïa. Nõ imprimi a ſenſibilibus formas i aïa tanquã a ſigillo i cæra Boetius noſter i Cõſolatione ꝓbat. Nos in Theologia & cõmentariis Theophraſti. Plotinus exiſtimat formam aię ſic impreſſam ſortiri iam obiecti ſenſibilis rõnem: Itaq; ſi in uiſu impreſſa fuerit forma cęli/quinq; abſurda ſequi. Primum: nõ oportebit oculũ ad cęlum ultra dirigere. Secundũ: nõ metiemur quãtum diſtet cęlum ab oculo: Immo neq; diſtare putabimus. Tertium: nõ apparebit cælũ oculo latius. Quartum: nõ cælum uidebimus: ſed hãc forſan i nobis cæli formã. Quintum: nõ diſcernemus rem ſenſui ſic impoſitam.

Cap. Primum.

PLOTINVS.

SI SENSVS Dicamus nõ tanꝙ formatiões quaſdã uel impreſſiones in aïa fieri/cõſequẽter oĩo dicemus neq; memoriã eſſe diſciplinarũ ſenſuũq; cõſeruationẽ/quaſi figura quędã ſeruetur i aïo/cum neq; prius quidem extrinſecus ſit accepta. Quapp ad eundẽ ſermonem utraq; pertinẽt. Aut enĩ dicẽdum eſt fieri formas i aïo eaſdẽq; ſeruari: ſi modo memineris: Aut ſi alterutrum negaueris: neq; alterũ quidem debes admittere. Nos ergo ꝙ neutrum concedimus/quisnam utriuſq; modus ſit/inueſtigare compellimur: quãdoquidẽ neq; ſenſibilis rei figuram i aïo fieri dicimus & animũ figurare: neq; memoriã eſſe fatemur impreſſę aliquãdo permanentisq; figurę cuſtodiam. Quod ſi in ſenſu perſpicaciſſimo quid eueniat/cõtẽplemur/forte i aliis quoq; ſenſibus idem. s. ad alios trãſferẽtes/quod deſideramus/inuenimus. Cõſtat autẽ ubiq;/quãdo aliqd cernimus/illic nos aſpicere uiſuq; attingere/ubi eſt ipſum uiſibile poſitũ e cõſpectu: quaſi illic ꝓceptio fiat: & aïa extra proſpiciat. Quod quidem (ut arbitror) indicat nullam i aïa formã uel factã eſſe uel fieri: neq; aïam ex eo uidere/ꝙ admittat impreſſionẽ/qualem cæra ſuſcipit a ſigillo. Nihil enĩ opus foret ulterius extra reſpicere/ſi iam in ſe rei uidẽdæ ſpẽm poſſideret: atq; ob hoc ipſum ꝙ intrauerit i eam ſpẽs/cerneret. Præterea quãdo animus interuallũ adhibet rei quã uidet/& q̃ꝓcul uideat/cernit/ſatis indicat nõ habere intra ſeipſum quod intueat: alioquin cum nihilo diſtaret ab ipſo/nõ tanꝙ procul poſitum peruideret. Item iudicare nõ poſſet ꝓ formã intus acceptã/quanta ſit res externa: neq; etiã oĩo eſſe quãtam: ceu q̃ magnũ ſit cęlum. Quippe cum forma intus accepta eſſe tãta nõ poſſit. Quod uero ẽ oĩum maximũ/ſi figuras eorum/quę uidemus/intus acciperemus/nõ liceret cernere ea ipſa quę intuemur: ſed eorum imagines atq; umbras. Itaq; continget/alia quidem eſſe quę ſunt i rebus: alia uero quæ nobis apparẽt. Omnino uero quod fertur/nõ poſſe nos rem impoſitam pupillę diſcernere/remotã uero poſſe/idem quoq; multoq; magis eſt ad aïam trafferendum. Si enim rei uidendę figuram poneremus i aïa/ſpectaculũ

illud/quo insignirẽ/ minime cerneret. Oportet.n. hæc duo quædam esse/quod uidet/& quod uidẽ. Aliud igit̃ oportet esse/quod uidet figurã alibi positã/neq; positam i seipso. Quare necesse est uisiõem nõ quidem impositę rei esse/sed potius nõ impositæ:si modo futura sit uisio.

MARSILIVS.

Sentire non est pati a rebus sentiendis/sed agere circa illas. Cap. II.

ANima quoniã rebus sentiendis absq; ꝓportiõe excellẽtior est:neq; cũ eis in materia uel natura cõmunicat/formas ab eis nunq̃ suscipit:& quoniã i sentiendo recte iudicatura est/passio uero cõfundit iudiciũ/nihil patiẽ ab obiectis. Siqua uero passio cõtingit ab eis in corpus peruenit/atq; spũm. Quo quidẽ spiritu sic ab externis/aut sic pulsato uel affecto statim aia prẽsens affectiões eiusmõi percipit. Id uero percipe nõ est pati:sed potius agere.i. aliter tũc spũm/atq; aliter uegetare. Et ínatas (ut Iamblichus ait) sensibilium formas ędere. Intelligentia multo magis q̃ sensus est a passiõe remota. Nam & interiores habet formas:nec extra cõuertitur.

PLOTINVS.

SI ergo non ita fit sensus/reliquum est/quomodo fiat/inquirere. An forte de his dicit animus quę nõ habet:/De his profecto. Hoc.n. potestatis est proprium/nõ quidẽ pati aliquid/sed ualere:& opus sibi propriũ exequi. Sic arbitror discerneẽ ab aliquo uisibile.s. atq; audibile:nõ q̃dẽ si figuræ quędã utraq; sint:ímo si nõ figuræ:neq; passiões ullæ:sed actiones circa quod naturaliter sunt institutæ. Nos ãt diffidẽtes uim quãlibet obiectũ suũ/nisi pulseẽ ab eo/posse cognoscere/interea facimus admouendo/ut patiaẽ ꝓximũ/nõ cognoscat/quod quidẽ superare debet naturę munere animus/nõ superari. Eádem ratione de auditu etiã est iudicãdũ:figurã.s. in aere fieri uelut pulsationẽ quandã distincram articulatim/quasi litterarũ illic scriptarũ ab eo qui protulit uocem. Vim uero essentiãq; aíæ/quasi figuras legere scriptas i aere/ꝓxime illuc accedẽtes/quotandem profectæ naturaliter percipi possunt. Proinde circa gustum & odoratũ alia quidem passiões sunt: alia uero passionum cognitiones.s. sensus & iudicia passionũ:quę quidẽ a passionibus differũt. Intelligibilium uero cognitio multo etiã magis passionis formationisq; est expers. Hæc enim econuerso uelut ab intimo prodeũt. Sensibilia uero attingunt extrinsecus. Ideoq; illa magis actiones sunt actionesq; prẽcipuę. Ipsius enim aíæ sunt. Ipsaq; aía horum quodlibet agit. Vtrum uero aía seipsam quidẽ duo quædã uideat & uelut alterũ:intellectum ãt uelut unum:& ambo/duo unum/alibi disputãdum.

MARSILIVS.

Meminisse & reminisci nõ est cõseruare atq; repetere rerum formas aliquãdo impressas aío. Cap. III.

QVando dicũt aíam tanquã rerum incorporearum atque corporearum medíam utrarũq; in se formas habere/non intelligimus has formas tanq̃ accidentia quædam iacere in anima/sicut litteras in tabella:siue aliquando inscriptę sint:siue ingenitæ. Nam aíæ diuinæ natura neq; nouas subit impressiões:neq; rationes rerum quas habet ab initio/tam diuersas habet ab ipsa sui natura/ut accidentia referãt. Sed ut alibi diximus/sicut sunt i aía naturales substãtię uires/intellectus/ratio/imaginatio/sensus/& potẽtię uegetales:ita rerum quoq; cognoscen

darum rõnes bẽt quaſi uires eſſentiales: quemadmodũ & membrorũ ſeminales poſſidet rationes. Quãdo igitur aĩa aliquid meditaẽ / ſeipſam ex naturali uirtute in actũ naturalẽ circa id ipſũ educit. Quod ſi attẽtius diutiuſq; meditaẽ idem / in hoc ipſũ ualẽtius ſe cõformat: idq; eſt meminiſſe: hinc & facilius reminiſcitur.

## PLOTINVS.

POſt hæc aũt de memoria dicẽdum eſt. Et ante oĩa nõ eſſe mirandum / ímo uero mirãdum quidem / nõ tamẽ incredibile / quod tali poteſtati aĩæ attribuimus. Eam ſcilicet nihil ĩ ſe accipientẽ: ea tamẽ quæ nõ accipit / animad uertere. Animæ nãq; natura eſt oĩum ratio. Ratio inq̃ intelligibilium / & eorum quæ illic ſunt / ultima. Eorum uero quæ ſunt ĩ uniuerſo ſenſibili / prima. Quapp ad utraq; uergit: & a ſupioribus quidem bene afficiẽ / atq; reuiuiſcit. Ab inferioribus ãt quadã ſimilitudine falliẽ: & tanquã delinita prolabiẽ. Cum igiẽ ſit ĩ medio conſtituta / nimirũ percipit utraq;: & ſupiora quidẽ diciẽ intelligere / in memoriam uidelicet reuocata: ſi qdẽ illis incũbat. Cognoſcit aũt ppea q̃ quodãmodo eſt hæc ipſa. Nempe nõ cognoſcit ea collocando eadem in ſe uelut in ſede: Sed quodãmodo hęc habẽdo atq; intuendo: atq; ex eo q̃ aĩa hęc ipſa eſt obſcurius / & ex habitu quodam obſcuriore uelut experrecta euadit lucidius eadem: & ex potẽtia prodit ĩ actũ. Senſibilia quoq; ſimiliter quaſi coaptãs hæc ipſa ſecũ / effi cit ut effulgeãt: & ante oculos ponit. Quippe cum uis aĩæ eriã prius ad id prępa rata ſit / eademq; parturiat. Quãdo igiẽ ad aliquid eorum / quę offeruntẽ / corrobo ratur / diu ad idẽ quaſi ad præſens afficiẽ. Et quo magis corroboraẽ / eo diutius. Quamobrẽ pueri magis memores eſſe dicunẽ. Quoniã nõ cito deſiſtũt: ſed rem ipſam diu ante oculos habẽt. Quippe cũ nondũ diſtrahanẽ in multa / ſed paucis uehemẽter incumbãt. Quorum uero cogitatio uisq; circa multa uerſaẽ / hi quaſi pcurrũt / nuſq̃q; inſiſtũt. Si aũt formæ rerum ĩ aĩo impreſſæ manerẽt / multitudo memoriã nõ minueret. Prętera ſi reſiderẽt formę / cõſideratione ad reminiſcẽdũ nequaq̃ indigeremus. Neq; cũ prius eſſemus obliti / ſubinde reminiſci nos oporteret / ubi figuræ manerẽt. Præterea meditatiões ipſæ quę conducũt ad recolẽdũ atq; reſummendum / declarãt id ipſum quod hinc acquiriẽ nihil aliud eſſe q̃ aĩæ corroboratiõem quandã atq; uigorem. Quemadmodũ exercitationes manuum aut pedũ adhibitę ad nõnulla facilius peragenda: quæ neq; ĩ manibus neq; pedibus ſita ſunt: ſed ad quæ membra hæc cõtinua quadã cõſuetudine promptiora reddunẽ. Præterea cur nam cũ ſemel aut bis tantũ audiueris / nõ recordaris: ſed cum ſępius iam audiueris: & quod prius auditũ nõ tenebas / deinde poſt lõgum tpũs iam tenes. Nõ. n. hoc ideo fit: quia partes figuræ prius accepis: Nam & harũ recordareris: Sed uelut repẽte hoc efficiẽ ex ultima quadã auditione ſiue meditatione id peragẽte. Hæc ſane teſtãtur uim aĩæ prouocari / p quam recordamur: & quaſi corroborari uel ſimpliciter uel ad aliquid. Tum uero quãdo memoria nobis ſuppeditat nõ illa ſolũ quæ meditati ſumus / ſed multa etiã ſuggerit ſiue reddit / inditis uidelicet quibuſdã aſſuefacta / unde ex unius reſumptiõe alia quoq; multa facilius reſumũtur / quã aliam eiuſmõi memoriæ cauſam afferre quis põt? q̃ ipſam aĩæ uim iam eſſe corroboratã. Nempe rerum formæ inſidẽtes aĩo debilitatem potius q̃ potẽtiam indicarẽt: Quod enĩ formis eſt plurimis inſignitũ / cedendo factũ eſt tale: Cũq; figurę impreſſio ſit quędã paſſio / ſequiẽ ut quod maxime paſſum eſt / ſit & maxime memor. Huius ãt cõtrarium manifeſte cõtingit.

Nuſq̃ enī ad opus quoddam exercitatio id ipſum quod exercitat̃/reddit magis paſſioni ſubiectum. Quoniam & ī ſenſibus nō quod ē debile cernit uelut oculus:ſed cui uis ineſt uberior ad agēdum. Quare ſenes & ad ſenſus debiliores & ad memoriā quoq; ſimiliter. Senſus igit̃ & memoria uigor aliquis eſt & ualor. Proinde cum ſenſus nō ſint quędam figurarum impreſſiōes ī aīo/quo nā pacto memoria eſſe cōſeruatio pōt eorum/quæ nec ab initio quidem penes eam depoſita ſunt? Verum ſi memoria facultas quędā eſt prępartioq; ad promptum/cur non ſimul & ſubito/ſed deinceps reſūmimus eadem? Quia uidelicet uim ipſam adhibere oportet/atq; intēdere. Id enim ī aliis quoq; uiribus uidemus accidere: quę quidem ad id quod poſſunt/parātur efficiendū:& partim quidē ſubito/partim uero ſi ſeipſas ante collegerit/ſuū munus expediūt. Plurimū uero nō iidem acuti uident̃ & memores:quoniā nō eadem ē utriuſq; poteſtas. Sicut neq; idem eſt pugil & curſor. Alię nāq; ī alio dominātur Ideę. Tametſi nihil ꝓhibet hoiem habētem exceſſus quoſdam aīę/quaſi quędā ſita relegere:neq; hoiem hac parte profluentem/nō eſſe expoſitū paſſiōi. Deniq; quod conſtat aīam magnitudini nō eſſe ſubiectam/oſtendit oīo quicquid eſt ī aīa nō paſſiōem eſſe/ſed efficaciā: Et oīo quęcūq; ſunt circa aīam/mirabili quadā rōne alia ſe habere/q̃ ſuſpicentur hoīes/q talia nunq̃ diligēter indagauerūt:& aliter q̃ ſignificēt manifeſte acceſſiones ab his quæ ſentiunt̃ tranſeuntes ad eos/ſimilitudine quadā decipientes. Vnde uelut ī tabellis quibuſdā ſiue libellis inſcribuntur litterę/ſimiliter de ſenſibus & memoria opinātur. Et profecto qui ſic afficiuntur/ſiue corpus animā ponāt/ſiue incorpoream/quot ex illa ſuppoſitione abſurda ſequātur/prorſus ignorant.

## LIBER DE ANIMI IMMORTALITATE ENNEADIS QVARTAE SEPTIMVS.

### MARSILIVS.

Vnuſquiſq; noſtrū totus eſt īmortalis:ſi quidē eſt ipſe aīus īmortalis Cap.1.

ANIMA Dupliciter ſe hēt ad corpus:partim quidē ut ſubſtantialis quędam ſpēs ad materiā:quoniā ꝑ eius prędentiā certa quędā humorū temperatura ſpūsq; uitalis in corpore naſcitur: partim uero tanq̃ utens ad inſtrumētum quātum pro arbitrio mouet corpus:Atq; eſt a corpore ſeparabilis/ & iam quodāmodo ſeparata.

### PLOTINVS.

UTRVM Vero īmortalis ſit unuſquiſq; noſtrū/an totus intereat:an partim quidē ſit caducus/ partim uero perpetuus/qua.s.parte ipſe ſit/hūc in modum quis diſcere poterit ordine quodā naturæ contemplās. Homo profecto nō eſt aliquid ſimplex oīo:Sed hēt animā:habet & corpus/ſiue tanquā inſtrumētum ſiue alia quauis conditione nobis adiunctū. Omnino uero proponēdum eſt atq; cōcedēdum ita potiſſimum utriuſq; naturā eſſentiāq; diſtingui. Corpus igit̃ cū ipſum quoq; compoſitum ſit/tum rōne mōſtratur perpetuo permanere nō poſſe:tum ſenſu deprehenditur diſſolui prorſus & diſſipari:cum quodlibet eorum quę ī eo ſunt/reuertatur ad ſuū:& aliud interimat aliud/cōmuterq; ī aliud/atq; diſperdat. Præſertim quādo aīa/quę cōciliare ſolet/molibus iam nō adſit. Atqui ſi corpus quodlibet

relinquatur ſolum:nondum tamen prorſus eſt unum:cum ſolui adhuc poſſit in formã atq; materiã: ex quibus neceſſarium eſt ſimplicia eriã corpora eſſe cõpoſita. Preterea corpora oĩa cum neceſſario habeãt quãtitatem/cõſequẽter in minima quæq; redacta diſpereunt. Quamobrem ſi corpus pars eſt nobis/nõ ſumus un diq; imortales. Sin aũt noſtrum eſt inſtrumẽtũ/oportet ipſum ad tpũs tributum nobis:tale ẽe natura. Ipſum uero principale/atq; ipſe homo erit utiq;/uel tale ad corpus/quale eſt ſpẽs ad materiã:ſiquidẽ hoc ut ſpẽs eſt ad corpus ceu materiã. Vel erit uelut utens corpore tanquã inſtrumẽto quodã. Vtroq; deniq; modo aĩa præcipue eſt ipſe homo.

MARSILIVS.

Nullum corpus/qua rõne corpus/propriã & inſitam habet uitã. Aĩa uero habet. Igitur anima non eſt corpus:ergo neq; fit ex corpore uel corporibus:cum ſit na tura preſtantior. Cap. II.

Corpus ſua proprietate diſſolubile eſt. Anima proprietate ſua cõnectit cor pus:cõciliatq; cõtraria/dum certa quadã rõne cõmiſcet. Neq; igiẽ diſſolubi lis eſt:neq; corpus:neq; ex certa corporũ mixtura cõcipiẽ: Immo uero uiciſſim or dinata ratio mixtionis in corporibus ꝓcedit ab aĩa. Erimus ĩ hoc libro breuiſſi mi:nam circa eadem in Theologia latiſſimi ſumus.

PLOTINVS.

Hoc ipſum igitur/quod nomine aĩæ nũcupamus/quã potiſſimũ naturam habere dicendũ?Profecto ſi corpus eſt/oĩo eſt reſolubile. Omne nãq; cor pus compoſitũ eſt. Sin aũt nõ eſt corpus/ſed naturæ diuerſæ/oportet hãc quoq; naturã uel eodem modo uel alio perſcruptari. Principio querendũ eſt/in quod nam corpus reſoluere corpus hoc/quod uocant aĩam/debeamus. Nempe cum ubiq; aĩæ inſit neceſſario uita/neceſſariũ eſt/ſi id corpus quod fingiẽ aĩa/ex duobus pluribus ue corporibus cõponaẽ/aut ambo uel cuncta ſimul/aut etiam quomodolibet ſingulatim uitam inſitam poſſidere:aut hoc quidẽ habere uitã/ illud uero nequaq̃:aut neutrum hãc habere. Si igitur uni tantũ inſit uita/unicũ hoc erit aĩa. Sed quod nam corpus hoc eſt/quod uitam poſſidet ex ſeipſo?Sane ignis/aer/aqua/terra ſuapte natura carẽt aĩa:& cuicũq; horum adeſt aĩa/hoc uita untur peregrina. Alia uero pręter hęc nulla ſunt corpora. Tum uero quicũq; prę terea elemẽta quędã horum introduxerũt alia corpora/ea tamẽ eſſe aĩas nõ dixe runt:neq; uitam eis attribuerũt. Siquis autẽ dixerit nullo eorum habente uitam cõgreſſum tamẽ cunctorũ uitã conſtituiſſe/abſurda loqueẽ. Item ſi unũquodq; rum uitã facere:& quę intellectu carẽt/facere intellectũ. Atq; nec quomodocũq; mixta hæc dicẽt uel intellectum uel ſaltẽ animã ꝓcreare. Oportet itaq; eſſe quod ordinet:mixtioniſq; ſit cauſa. Hoc igiẽ potius auctoritatẽ gradumq; aĩæ obtine bit. Iam uero nedum corpus compoſitũ/ſed neq; ſimplex quidẽ corpus erit ĩ or dine rerum:niſi in uniuerſo ſit aĩa. Siquidẽ ratio ſeminalis accedẽs materiæ facit corpus. Ratio uero ipſa nõ põt aliunde q̃ ab aĩa proficiſci.

MARSILIVS.

Omne corpus efficit diſtãtia partiũ ut ꝑte alia patiẽte nõ ſtatim cõpatianẽ & alię. Per ipſã uero aĩam corpus uiuũ hẽt:ut ad ꝓtis unius motiõem paſſionẽq; cũctæ ſtatim cõmoueanẽ. Aĩa igiẽ nec ẽ corpus:neq; forma diſtẽta ꝑ corpus Cap. III.

NOn eſt corpus craſſum: alioquin non facile penetrabit totum. Non eſt corpus labile: alioquin labiliſſimum corpus non continebit. Non eſt impreſſa corpori forma: alioquin nec expedite corpori dominabitur ad uificandum/& mouẽdum/& continẽdum: & a forma præſtantiore pendebit in ſeipſa manente/uitamq; effundente per corpus. Atq; hęc ipſa forma præſtantior potius erit anima. Quę cum indiuidua ſit ubiq; tota/& extra contrariarum qualitatum genus facile contraria inter ſe conciliat: & diſtẽta diſſipabiliaq; cõnectit in unum.

## PLOTINVS.

SI quis aũt non ita dicat: ſed atomos uel indiuidua quędã cõcurrẽtia corpora aĩam unione cõficere. Is ꝓfecto ipſa paſſionis cõſenſione naturęq; copula refelletur. Quippe cum nõ ita fiat per totum unũ uel compatiẽs ex corporibus nõ patientibus: nec ullam admittentibus unionem. Ipſa uero anima ſibi met compatiẽs eſt omnino. Quinetiam ex indiuiduis neq; corpus neq; magnitudo fieri poteſt. Præterea ſi corpus ſimplex adducat in medium/certe quantum in ipſo eſt materiale non dicet ex ſeipſo uitam habere. Materia. n. qualitatis eſt expers. Sed aſſeret potius quod in eo uicem gerit formæ uitam afferre. Si ergo ſpeciem hanc eſſe dicat eſſentiam: certe non utrunq;/ſed horum alterum erit anima. Quod quidem non amplius corpus exiſtit. Non enim hoc eſt etiam ex materia: alioqn eodem rurſus modo reſoluere compellemur. Sinaũt ſubiiciat eiuſmodi ſpeciem non eſſentiam quidem eſſe: ſed quãdam materię paſſionem/ reliquum erit/ ut nobis aſſignet/ unde nam hæc paſſio uitaq; deſcendent in materiam. Nõ enim ipſa materia ſeipſam format: neq; ſibimet compat animã. Oportet igitur aliquid eſſe/quod huic ſuppeditet uitam/ſiue ipſi materiæ/ſiue cuiuis corporum uita ſuppeditetur. Suppeditet inquam foris extans corporeaq; omni natura ſuperius. Iam uero neq; corpus omnino erit ullum/ niſi animæ uis exiterit. Nam fluit ſemper: & in motu ipſa corporis natura uerſatur: citoq; periturũ eſt uniuerſum/ſi quæcunq; ſunt ſint corpora: q̃uis etiam alicui corporum quis animæ nomen accõmodauerit. Sic enĩ anima eadem prorſus atq; alia corpora patietur cum eadem cunctis materia inſit: ĩmo uero nihil alicubi fiet/ ſed omnia in materia reſidebũt: ubi nõ adſit formator ipſe materiæ. Forte etiã nec ipſa quidẽ materia erit omnino. Soluetur & hoc uniuerſũ/ſiquis ſalutem eius corporis connexioni cõmittat/huic attribuens ipſũ aĩæ ordinem: uidelicet uſq; ad noĩa ſolũ/ aeri cuidam & ſpiritui pęnitus diſſipabili unionẽq; ex ſeipſo nullã ꝓrſus habenti. Cum. n. corpora omnia ſint diuidua ſiquis alicui corporum cõmittat hoc uniuerſum/ neceſſario fateri cogetur demens id totum eſſe/ ac temere nimium agitari. Quis nam ordo eſſe poteſt in ſpiritu ceu uento quodam tantum ab aĩa ordinem experẽte: uel ratio uel intellectus? Cæterũ ſi adſit aĩa: hęc oĩa huic ꝓtinus ſubminiſtrãt ad cõſtitutionem mũdi aĩaliumq; reliquorum: dum alia paſſim ab alio uis cõducit ad totum. Abſente uero hinc anima hęc reliqua ne dum ordine careãt: ſed neq; oĩo conſiſtere poterunt.

## MARSILIVS.

Stoici & Epycurei aĩam eſſe ſpũm ſuſpicabanť .i. ſubtiliſſimũ corpus. Illi q̃dem potius igneũ. Hi uero magis aeriũ. Et utriq; non quẽlibet ſpũm: ſed certa quadã ꝓprietate affectum aĩam nominabant.

Cap. IIII.

Haec ipsa certa proprietas & quodammodo incorporea corporeq; excellentior non a corpore generatur: sed a substantia pęnitus ĩcorporea: quę potius anima iudicabitur. Quæ quidem cum ad oppositas in corpore qualitates & motiones tam edendas q̃ regendas æque se habeat. Merito neque certum aliquod corpus uel corporeum est: neque ex corpore quodam corporibus ue dependet.

PLOTINVS.

Plĩ ēt naturæ corporeę assertores ueritate cõpulsi fatenr̃ atq; testanr̃/oportere spẽm quãdã rerũ ad aĩam ptinentẽ prędedere corpora corporibus cunctis prędstãtiorẽ: quãdo spũm intelligẽtię cõpotẽ & ignẽ intellectualẽ adducunt ĩ mediũ/quasi gradus ipse naturæ sũmus absq; igne atq; spũ in ordine rerũ esse nõ possit: & locũ quendã quo stabiliar̃ naturaliter exigat: cũ deceret potius locũ quærere ubi corpora collocarẽt: ꝙppe cũ hæc reuera sint in ipsis aię uiribus collocãda. Proide si uitã & aĩam nihil aliud esse dicãt præter spũm ceu uentum/ quærendũ est ab eis/qdnã sibi uelit illud apud eos tritũ: quãdo. s. dicũt: aĩa est spũs certo mõ se habens. Ad id. n. cõfugere solent/quotiẽs naturã aliã prędter corpora efficacẽ introducere cõpellunr̃. Si ergo non ois spũs est aĩa/quoniam innumeri spũs sint inanimes/sed spũs qdã certo mõ se habẽs: interrogabimus utrum quod dicitur certo mõ se habens & eiusmõi habitudo res aliqua sit/an nulla. Si enĩ res nulla sit/certe solus extabit spũs. Quod uero adiungir̃ se habẽs/ nomen erit solum. Ex quo efficier̃/ut nihil aliud prędter materiã esse cõcedant: aĩam uero et Deũ & similia oĩa esse dũtaxat nomina fateanr̃: sed reuera tantũ corpus existere. Sin aũt habitudo illa res quędã est/& aliud quiddã prędter subiectum atq; materiã/quod qdem sit ĩ materia/sit tamen ĩmateriale: ꝓpea ꝙ ex materia rursus nõ componatur/certe nõ erit corpus: sed altera prorsus natura & ratio quędam. Prędterea nõ minus ex his apparebit aĩam corpus esse nõ posse. Sic enim aut calidum esset aut frigidum: aut durum aut molle: aut cõpactum aut fluidum atq; laxũ. Item uel nigrum uel album. Similiterq; de cęteris corporum qualitatibus proponetur. Et profecto si calidum tantum est/calefacit solũ/si frigidum frigefacit tantum. Si leue/solũ eleuat redditq; leuia/ubicũq; adest: ac si graue/ grauat/põdero saq; facit. Similiter nigrũ nigra: & album alba ꝓprie parit. Neq; enĩ ignis ẽ frigefacere: neq; frigidi/calefacere. Verum anima tum in aliis animalibus alia facit & alia: tum in eodem contraria parit. Partim quidem cogens: partim uero fundẽs atque liquefaciens: Item alia densa/ alia rara/alba/ nigra/leuia grauia pariter efficit: tametsi non alia per aliam: sed unum duntaxat secundum qualitatem corporis unam fieri oporteret/atq; colorem similiter. Nunc uero multa pariter affert.

MARSILIVS.

Anima motus effectusq; omniformes tam uegetali uirtute per rationes semina les q̃ electione profert: Et corpus certo quodam ordine ad certũ auget terminũ. permanetq; ipsa interea eadem. Item tota anima est in qualibet uel ficta portione animæ/uel uera corporis portione. Totaq; uirtus animæ in qualibet seminis gutta seruatur.

Cap. V.

Haec autem munera ad molem uel qualitatem corpoream pertinere non possunt: Anima igitr̃ est incorporea:

Motus autem quo nam pacto non unum tantum/ſed differentes aſſerere poterunt: cum una corporis uniuſcuiuſq; ſit motio? Si autē cauſas motionum partim quidem ad electiones/ partim uero ad rationes referant ſeminales: recte quidem hoc ipſum aſſeuerabunt. Sed neq; corporis propria eſt electio: neq; rationes præſertim cum differentes ſint: corpus autem hic unum ſit atq; ſimplex: neq; corpus omnino rationis eiuſmōi compos eſſe queat/niſi q̄tū ſibi conceſſum eſt ab eo quod reddit ipſum calidum aut frigidum. Augere uero certis temporibus & ad certum terminum/qua nam uirtute cōueniet corpori? Cui quidem naturaliter cōuenit augeri: augere uero nequaquā: niſi forte q̄tum in mole materiæ ſimul adſummitur/uelut miniſtrās ei quod per ipſum perficit augmētum. Etenim ſi anima corpus exiſtens augeat/neceſſe eſt/ipſam quoq; pariter augeri/quadam. s. corporis ſimilis adiunctione: ſi modo tanta pẽnitus euaſura ſit/quantū quod augetur ab ea. Tum uero quod adiūgitur/aut aīa erit/uel inaīatum corpus. Ac ſi aīa ſit/quærendum erit/unde nam & qūo ingrediatur/& qua conditione admoueaī. Sinautē quod adiungitur inaīatū ſit/quonā mō hoc animabitur: et præcedenti conſentiet/uenietq; in unum? Et priori aīa in opinionibus congruet. Ac non potius hæc anima uelut peregrina ignorabit ea quę altera nouit. Et quēadmodum altera noſtra patiē moles/ partim quidē ab ea defluet/ partim etiam influet/nihilq; in nobis idem pẽnitus permanebit. Quonam igitur pacto ī nobis erit memoria/& agnitio propriorum nunquam eadem utentibus anima? Præterea ſi anima corpus eſt/ ſicut natura corporis cōſueuit/ in plures diſtribuitur partes/quarum nulla idem eſt atq; totum. Si ergo anima tāta quędam fuerit magnitudo/quæ ſi minor aliquanto fuerit/non ulterius futura ſit anima/ certe ſicut & omne quantum per quādam partium detractionem ex priori eſſentia permutabitur. Siquid autem eorum quæ magnitudine protēduntur/ aliquando cōminutum mole/interim idem permaneat qualitate: profecto qua rōne corpus eſt/& quātum iam euaſit alterum: qualitate uero quæ differt a q̄titate/ idem ſeruare interea poteſt. Quid ergo dicent/qui animam corpus eſſe putant? Nunquid quālibet animę partem in eodem uiuentis corpore eſſe animā perinde atq; tota eſt/fatebūtur? Ac rurſus partis uniuſcuiuſq; partem? Quod ſi id fateantur/ nihil utique magnitudo ad eſſentiam animæ conferebat. Tametſi conferre oportuit/ubi anima ſit quantum quiddam. Verūtamen totū ipſius aīæ hic erit ubiq;: quod corpori conuenire non poteſt/ſcilicet ut queat idem totum ſimul in pluribus eſſe/atq; pars idem pẽnitus eſſe ualeat/quod & totum. Sinautē partium quālibet animam eſſe negent: certe ex inanimatis apud illos componetur. Prēterea ſi hunc in modum uniuſcuiuſq; animę magnitudo definita erit: neq; conſequēter ad utrunq; tracta/ſiue ad maius/ſiue ad minus erit amplius anima. Quando igitur ex uno coitu unoq; ſemine fętus gemini procreantur. Vel quemadmodum in cæteris animalibus etiam plures concipiuntur/ ſemine uidelicet in plures particulas diſtributo: ubi unūquodq; eſt totum/cur non euentus eiuſmodi eos qui diſcere uolunt admoneat: ubi pars idem eſt atque totum/ hoc ipſum in eſſentia ſua conditionem quātę molis excedere: ipſumq; oportere eſſe prorſus a quantitate ſemotū. Nā ita dūtaxat idē permanere poteſt q̄to quouis ſubtracto utpote

cui nihil opus sit q̃titate uel mole. Quippe cũ eius essentia aliud quiddã prorsus existat. Aĩa igiẽ quãtitatis est exps: rationesq; similiter.

MARSILIVS

Necesse est diuersa per sensus uarios influentia ad intimũ & unum indiuiduũq; sensum redigi oĩa inter se compantem. Cap. VI.

Nisi ad indiuiduum deniq; colligantur/non poterunt compari per iudi cium prorsus eundem. Colligi uero ibi sic/apparet: quoniam colligun tur ferme similiter in pupilla. Sensus hic intimus neq; diuidi ad sensibilium diui sionem potest/ neq; quãtitate illis æquari: neq; esse humidus: alioqn cessaret me moria: neq; durus: periret nãq; docilitas. Et omnino si sit corporeus/ formæ ibi rerum se inuicem impedient/atq; confundent.

PLOTINVS.

Quod autem si anima corpus sit/neq; sentire nobis dabitur/neq; intellige re/neq; scire/ neq; uirtus omnino/ neq; quicquã egregium nobis inerit. Ex his apparebit: siquidem enim sentire quicquã debet/unum esse ipsũ oportet: & uno quodam eodemq; omne percipere. Et si per plura sensuũ instru menta ingrediãtur plura: uel multæ circa unum sint qualitates: ac etiam per unũ uideatur uarium aliquid ceu uultus. Non enim aliud quidem uidet nares/ aliud autem oculos: sed idem cuncta simul. Ac si aliud per oculos penetret/aliud p au ditum: unũ tamen oportet esse ad quod perueniunt utraq;: alioquin non posset animus horũ inter se differẽtiam iudicare: nisi intentiones sensuum sensibiliũq; in unum eque confluerent. Oportet igitur hoc esse quasi centrum: sensus uero singulos undiq; non aliter ad hoc ipsum q̃ lineas a circũferentia ad centrũ usq; protẽdi: atq; uim eiusmodi cuncta comprehendẽtem/reuera unum aliquid esse. Nam si diuiduum aliquid esset/& quasi ad extrema lineę utraq; intentiones sen suum pertinerent/aut rursus in unũ idemq; cõcurrerent quasi medium: aut aliud ibi esset/& aliud: atq; alterũ alterius tantum haberet sensum: ceu si ego aliud sen tiam: tu uero sẽtias aliud: etiam si unum sit spectaculum ceu uultus/aut potius in unum congregabuntur. Quod & apparet/congregantur enim & in pupillis. Alioquin non possent per eas maxima quęq; uideri. Quamobrem quæ ad ipsũ animę principale proueniunt/ multo magis uelut notiões quædam sunt indiui duæ. Ideoq; id quoq; erit indiuisibile. Alioqn si hẽat magnitudinẽ una cũ re sen sibili diuidetur. Itaq; pars alia sentiet aliam/nihilq; in nobis sentiendum rem to tam percipiet: At enim unum est id totum: quo enim pacto diuidi potest. Nam si diuidatur/nequit tãquam æquale equali prorsus accõmodari: quoniam prin cipale nostrum cum omni re sentienda æquale esse nõ potest. In quot igitur di uisio fiet: nunquid in tot secabitur: in quot partes numero quod icidit sensibile distribuit. Et quælibet partiũ aĩæ particula sentiet idẽ? An forte particulæ partiũ sẽsu carebũt? At uero id fieri nequit. Sinaũt quodlibet totũ sẽtiat: cũ magnitudo diuidi queat ĩ infinitum: nimirũ innumerabiles quoq; sensus circa unúquodq; sensibile ĩ unoquoq; contingẽt: quasi innumerabiles ĩ principali nostro rei eiusdem sint imagines. Præterea si corpus sit quod sentit: non alio modo sentire cõtinget: q̃ si quędã ab anulo ĩ cæra ĩprimanẽ imagines: siue ĩ sanguine siue in ere quodam sensibilia imprimantur. Ac si tanquam in corporibus humidis/quod et probabile est/certe tanq̃ in aqua cõfundenẽ imagines: neq; memoria erit ulla.

Quod ſi figurę pmaneant/aut non licebit alias ibi fíngi prioribus pmanẽtibus: ideoq; ſenſus alii minime fiẽt. Aut ſi fiant alii: priores protinus delebũtur. Qua propter memoria iam ceſſabit. Si autem poſſumus meminiſſe: ac pręter alia ſenti re rurſus & alia/ prioribus nequaq̃ ipediẽtibus ipoſſibile eſt aĩam eſſe corpus.

MARSILIVS.

Principalis ſenſus, paſſionum iudex paſſiões cuiuſlibet membri ſubito percipit: in qua particula membri ſint/ diſtincte diſcernit: huc oculos manusq; ſtatim ad mouet.

Cap. VII.

Id autẽ efficere non ualeret: niſi eſſet ubiq; totus. Non eſt ergo corporeus.

PLOTINVS.

Idem præterea ex dolore doloriſq; ſenſu declarari poteſt: utpote quando quis dicitur dolere digitum: tunc dolor quidem eſt in digito: ſenſum ue ro doloris circa ipſum animæ principale cõtingere fatebunt. Vbi pars quę dam ſpiritus animati dolet. Pricipale uero id percipit. Atq; anima tota idẽ tunc quodãmodo patitur. Quonam igitur modo id accidit? Reſpõdebunt arbitror/ ſucceſſoria quadã traductione: dum uidelicet primo patiẽt ſpũs aĩalis circa digi tum: atq; hinc deiceps ad partẽ continuã rurſusq; ad aliã traducẽt paſſio: donec ad principale pueniat. Neceſſariũ eſt igit̃/ſi primo patiens ſenſit/aliũ ſenſum eſſe ſecundi: ſi mõ p ſucceſſionẽ quandã ſenſus amplificaẽt. Tertii quoq; patiẽtis ter tium eſſe ſenſum: multoſq; ſenſus atq; ínumeros i eodẽ dolore cõtingere. Ipſũq; principale poſtremo ſentire ſuã duntaxat paſſionẽ. Et pfecto ſingulos ſentiẽdi actus nõ paſſionẽ quidẽ digiti pſentire: ſed eam quę ſequit̃ citra digitum: utpu ta partem digito proximã/percipe ſequentẽ mox poſt digitũ paſſionẽ: partem uero remotiorem paſſionem quoq; remotiorẽ: multoſq; dolores accidere. Tunc certe principale nõ paſſionem quæ premit digitum: ſed propriam ſentiet/ feretq; de hac ſola iudicium/cęteris omnino dimiſſis/digitum dolere prorſus ignorãs. Si ergo ſenſus paſſionis eiuſmõi p ſucceſſionem fieri nequit: & corpus cũ ſit mo les non id habet/ ut in eo patiente alio id pſentiat aliud. In omni. n. magnitudi ne hoc quidẽ aliud eſt/illud rurſus eſt aliud/nimirũ oportet/ quod ſentit eſſe ta le/ut ipſum ubiq; ſibi ipſi ſit idem. Id aũt aſſequi ad aliud quiddam ĩ ordine re rum pertinet potius q̃ ad corpus.

MARSILIVS.

Intelligẽtia frequẽter attĩgit & penetrat ícorporea/ formaſq; ſepat a corporibus Fit igit̃ abſq; corpore. Intellectus ergo nõ eſt corporeus

Cap. VIII.

Qum indiuiſibile nõ aliter q̃ p indiuiſibile poſſit attingi: intellectus attin gens indiuidua/ẽ indiuidus. Et ubi ſepatis ſe cõiungit ẽ a corpore ſepa tus: & quãdo coniuncta ſepat/maxime ſepatum ſe eſſe declarat.

PLOTINVS.

Quod autem anima ſi corpus quoquo modo ſit/intelligere nequeat/per hæc nobis eſt demonſtrandum. Profecto ſi ſentire eſt/animam utentem corpore percipere ſenſibilia: intelligere non erit p corpus apprehẽdere. Alioqn idem futurum eſt intelligere atq; ſentire. Si ergo intelligere eſt abſq; cor pore comprehẽdere/ multo prius oportet ipſum quod intellecturũ eſt/ non eſſe corpus. Præterea ſi ſenſibilium ſenſus eſt/conſequenter intelligibilium eſt intel lectio. Quod ſi non omnino receperint/ erunt tamẽ intelligibilium quorundam

intellectiões/& indiuiſibiliũ apprehẽſiões ĩ nobis. Quo nã igiť pacto intellectus ſi fuent magnitudo /intelliget quod eſt a magnitudine liberũ? & cũ natura diui dua indiuiduũ apprehẽdet? An forte parte quadã ipſius indiuiſibili: quod quidem ſi ita ſit/id ipſũ quod intelligit/nõ erit corpus. Nõ.n. opus eſt toto ad attingendum. Nam ſatis eſt uno quodã attingere. Si ergo cõcedẽt primas intelligentias/quod & uerum eſt/ eſſe rerũ a corpore prorſus abſolutarũ. s. ipſius uniuſcuiuſq; ut dici ſolet abſtracti/ neceſſarium eſt naturam quoq; intelligẽtem eatenus intelligere/quatenus uel eſt uel fit a corpore libera. Si autẽ intelligẽtias dixerint uerſari circa formas materię adhærentes/fatebuntur tamẽ eas tunc duntaxat intelligi/quando a corporibus ſegregantur/intellectu ſcilicet ſegregante. Non enĩ cum his carnibus ipſe homo/ uel omnino cũ materia ipſe circulus & triangulus lineaq; & ſignũ/eo ipſo quo a mente ſegreganť gradu conſiſtunt. Quãobrẽ animum quoq; neceſſe eſt ſeipſum a corpore in hoc habitu ſeuocare. Oportet igiť neq; ipſam corpus exiſtere. Profecto ab omni magnitudine exẽptum eſt ipſum pulchrum/ipſumq; iuſtũ/ſimiliterq; horũ intelligẽtia. Quapp accedentia nobis impartibili quodã animi apprehẽdenť: atq; ĩ hoc ipſo ĩpartibili ſita manebunt. Deniq; ſi aĩa corpus ſit/nõ uideo qũo tẽpantia & iuſtitia uirtutes eius ſint: quæ & hanc eatenus ſeruent/quatenus capiunť ab ipſa.

MARSILIVS.

Eſſentia corporea tanq̃ impfecta dependet ab incorporea perfecta: quę quidem cum ex ſeipſa primoq; ſit/& uiuat/ſemper eſt & uiuit: in cuius genere anima continetur.

Cap. VIIII.

ANima quoniam ĩ genere diuinorũ eſt ultima: ideo cum caducis uidetur inire cõmertiũ: Ex quo optimus eius habitus intermittiť. At quoniam in diuinorũ genere comprehendiť/naturam aſſidue ſeruat/ſeq; põt ĩ dignitatem priſtinam reuocare.

PLOTINVS.

OMnino uero neceſſe ẽ alterã quãdam eẽ naturã præter cõrpora/que eſſe habeat ex ſeipſa: taleq; eſſe omne quod uere ens iudicať: quod quidẽ neq; fit/neq; perit: alioq̃n cętera oĩa dilabenť: neq; gignentur iterum/ſi quando eiuſmõi natura pierit: quæ pfecto his oĩbus ſalutẽ præbet: & ipſi etiam uniuerſo/ſeruato p aĩam atq; exornato. Hęc.n. motus pricipiũ eſt/aliis exhibẽs motionẽ/mouẽs interim ſemetipſam/& uitam aĩato corpori præſtans. Ipſa uero ex ſe ipſa poſſidens/amiſſura nunquã/utpote quę hanc habeat a ſeipſa. Non.n. oĩa pegrina utunť uita: alioq̃n ĩ infinitũ pgreſſio fiet: ſed oportet naturã quandam exiſtere primo uiuentẽ: quã incorruptibilẽ ĩmortalẽq; eſſe neceſſariũ eſt. Vtpote quæ aliis ſit uitæ principiũ. Hoc ſane ĩ gradu omne diuinũ atq; beatũ oportet conſiſtere/ex ſeipſo uiuens atq; exiſtens: primo exiſtẽs/ primoq; uiuẽs/mutationis ſecundũ eſſentiam exps/neq; oriẽs neq; occidẽs. Nam unde naſcať/uel in quod reſoluať/ac ſi oportet ueram huic ipſius entis apellationem ineſſe/non debet alias q̃dẽ eſſe: alias uero non eſſe. Quẽadmodũ color ipſe p ſe albus nõ tum quidẽ albus eſt: tum uero non albus. Si aũt ipſũ album eſſet ipſum ens/nimirum una cum eo q̃ album eſt/eſſet & ſemper. Nũc uero ſolum hoc habet/ut ſit albũ. At illud cui ens ipſum adſit ex ſeipſo primoq; ens/proculdubio ſemper exiſtit. Hoc itaq; primo ens ſemperq; ens/non decet uita carere inſtar lapidis aut ligni:

ſed oportet eſſe uiuens: puraq; uita frui: q̃tũ uidelicet ipſius manet tãtũ. Quod autẽ ex ipſo miſceť deterion: impedimẽtũ quidẽ ſubire ad optima. Neq; tamen naturã ſuã amittere: ſed antiquũ habitũ: quãdo recurrit ĩ ſua quãdoq; reſũmere.

MARSILIVS.

Duæ ſunt mẽtium diuinarum dotes. Vna quidem claritas intellectus omnia cernens. Altera uero optimus uitę habitus. Eiuſmodi dotes maxime conſequiť animus/quando ſeipſum ab omni labe corporea ſegregans reuertitur ĩ ſeipſum. Ex quo apparet eum eſſe diuinis mẽtibus natura cognatũ Cap. X.

DVo ſunt apud nos argumenta diuinitatis. Alterum prophetia: alterũ prodigioſorum opum demõſtratio. Quicũq; uero diuina hęc munera reportarunt/ ex hoc uno duntaxat officio hęc ſibi uendicauiſſe uidentur/q̃ animam a corpore reuocauerint ad ſeipſam. Vnde cõſtat ipſam animę naturam per ſe eſſe cum diuinitate coniunctam.

PLOTINVS.

ANimam uero cognatam eſſe diuinioris ſempiternæq; naturę ex eo patet/ q̃ non ſit corpus/ut nobis eſt demõſtratum: neq; figuram habeat/neq; colorem/neq; molem uel qualitatem ullo pacto tractabilem. Idem præterea per hæc licet oſtendere. Profecto cum nobis conſtet/omne diuinum uereq; ens uita frui bona atq; ſapiente: conſiderandum eſt deinceps/de anima noſtra/ qualis potiſſimum ſit natura. Accipiamus uero animã nõdum ĩ corpore irrationales concupiſcentias & iras concipientem/perturbationeſq; alias admittentem: ſed quę hæc expulerit omnia: neq; cũ corpore cõmertium habeat ullum: niſi q̃tũ ſũma cogat neceſſitas. Quę quidem anima nobis proculdubio patefaciet/uitia & mala ipſius animę additamẽta quędã eſſe/& ab extrinſeco nobis iniecta. Nempe purificato iam animo ineſſe cõperiunť optima/ſcilicet ſapientia & reliqua uirtus/tanquã familiaria. Si ergo tale quiddã eſt anima/quotiẽs reuertiť in ſe ipſã/ quidnam obſtat/quo minus ĩ gradu ſit eius naturæ/ quã diuini omnis ſempiterniq; eſſe fatemur. Sapientia. n. ueraq; uirtus cũ diuinę res ſint/non poſſunt alicui unq̃ uili mortaliq; ineſſe naturę. Sed neceſſe eſt tale quiddã eſſe diuinũ. Quippe cum cõpos ſit diuinorum ob cognationẽ quandã cõmunionẽq; ſubſtãnę. Quã obrẽ quicũq; noſtrũ ſic eſt affectus/ exiguo quodã ſecũdũ aĩam a ſupnis diſtare uideť: in hoc uidelicet duntaxat cedẽs/q̃ eſt in corpore. Quapp ſi uel oẽs homines uel plurimi talibus eſſent prædiți animis/nullus adeo foret incredulus/ut aliquando diffideret/aĩę noſtrę naturã eſſe penitus ĩmortalem. Nunc uero cum homines aĩam in plurimis deprehẽdant uitiis inquinatam: nimirũ neq; rem diuinã neq; immortalem eſſe facile iudicant. Oportet aũt naturã uniuſcuiuſq; conſiderare ad ipſum eius purũ reſpiciẽtes. Nã quod adiunctũ eſt/cognitiõem eius cui eſt additum ſemp impedire ſolet. Cõſidera igiť auferendo: immo uero ille ipſe qui aufert/ſeipſum intueatur: ſeq; ĩmortalẽ eſſe facile credet: quãdo. s. ſe ipſum in mundo intelligibili puroq; loco perſpexerit habitantem. Cernet enim intellectum uidentem/non ſenſibile quicquã: neq; ex his mortalibus aliqd ſed uiſempiterna ſẽpiternũ rite cõſiderantẽ: & oĩa ĩ mũdo intelligibili: ſeq; ipſũ intelligibilem lucidũq; effectum: ueritate uidelicet illuſtratum: quæ quidem ab ipſo bono coruſcat. Quod intelligibilia omnia ueritate colluſtrat. Iam igitur huic animo dictũ illud ualde cõuenier. Valete uos. Ego uero ĩmortalis iam Deus profectus

ad diuinum: diuineꝫ ſimilitudini totus ſcumbo. Si ergo purificatio ipſa efficit/ut animus optima queꝫq; cognoſcat: nimirum ſciẽtiæ latentes intus effulgent. Queꝫ & reuera ſcientieꝫ ſunt. Anima enim nõ extra currens tempantiam perſpicit & iuſtitiam. Sed penes ſeipſam in ſui ipſius animaduerſione/ eiuſq; quod prius erat agnitione/ uelut diuinas imagines ĩ ſe ſitas iam intuetur: quas ante per tempus rubigine obſitas iam rite deterſit. Velut ſi aurũ forte animatum foret/ & quia terra obſitum/ ideo non ſe intuens aurum/ ſeipſum penitus ignoraret. Aliquando uero a ſe terram excutiens/ cernenſq; purũ/ ſeipſum admiraret̃: cognoſceretq; nõ ſibi opus eſſe extrinſeca pulchritudine: optime ſecum agi putans/ ſiquis ipſum in ſe tantum manere permittat.

MARSILIVS.

Corpus aĩatum ipſius animæ beneficio habet/ ut ex ſe quodãmõ moueat̃. Igitur aĩa potiſſimum habet idem. Igit̃ & uitam ex ſe habet. Igit̃ & in ſe a corpore non dependentẽ. Semp ergo uiuit ẽt a corpore ſepata. Cap. XI.

HAparet/ præterea maxime quãdo contra inclinationes corporis ſeſe mouet: Et quando ſe ad incorporea tranſfert. Si quod uero accidẽtale uitæ ueſtigium corpori eſt impreſſum/ redigendũ eſt ad ſubſtãtialem aĩeꝫ uitã in ſe exiſtentem/ ſicut calor uel pallor nubis ad lumen. Atqui ut lumẽ ad ſolem: ſic anima refertur ad mentem.

PLOTINVS

NEmo igitur ſane mẽtis rem talem intuitus dubitabit/ quin ſit immortalis/ cui ex ſe ineſt uita: quæ interire non poteſt. Quo eni pacto interibit/ cum non ſit aduentitia/ neq; ita ſe habeat/ ut calor ad ignem. Non equidẽ hoc ideo dico q̃ calorem igni aduentitium eſſe putem: Sed quia calor non igni: ſed materieꝫ ignis inſit. Ob hoc itaq; diſſoluitur ignis. Anima uero non ſic habet uitam: ut ibi quidem materia ſit ſubiecta: uita uero illi accedens declaret animam. Aut enim eſſentia eſt ipſa uita/ atq; eſt eſſentia talis ex ſeipſa uiuẽs: quod quidẽ eſt id quod quærimus/ anima: idq; ſane eſſe immortale confitebuntur. Aut reſoluent uelut cõpoſitum: idq; rurſus quouſq; ad immortale perueniãt/ ſeipſum mouens: quod nefas eſt mortem ſubire. Aut ſi forte uitã eſſe dicãt/ affectiõem quandam materieꝫ accidentem: illud tandem a quo talis affectio tradita eſt materieꝫ/ fateri immortale cogẽtur: quippe cum contrariũ eius quod affert/ ſuſcipe nequeat. Sed re uera eſt una natura actu uiuens.

MARSILIVS.

Anima noſtra mũdi aĩam motu rerũq; intelligentia imitãs ſẽpiterna eſt/ ſicut & illa præſertim quoniã dum reuocando ſe ad intima ſui/ res intelligit/ declarat ab ſolutas rerum formas ſibi ingenitas ſe habere Cap: XII.

DEniq; cũ anima ſit forma ſimplex/ indiuidua/ non alligata materiæ/ neq; diſſolui poteſt/ neq; diuidi neq; diſperdi.

PLOTINVS.

PRoinde ſi omnẽ aĩam eſſe caducã dicant: iãdiu oporteret omnia fuiſſe deperdita. Sinautẽ aliam quidẽ animã eſſe caducã/ aliã uero nequaq̃/ ceu uniuerſi aĩam ĩmortalem/ noſtrã uero mortalem: differentiæ huius cauſa illis eſt aſſignanda. Vtraq; ſane motiõis principium eſt: & utraq; ex ſeipſa uiuit: atq;

eodem attingit eadē:intelligēs tū quę in cælo ſunt:tum quæ ſupra cęlū:& omne quod ſecūdum eſſentiā eſt/ & quid ꝑquirēs: & deniq; uſq; ad ſūmū principium oīum proficiſcens. Prætерea ex eo q̄ ꝑ ſeipſam ex notiōibus intimis qd ipſum unūquodq; ſit/inuenit/quodam.s.reminiſcentię munere:conſtat aīam ante corpus uiuere/ſcientiiſq; ſempiternis utentē ipſam eſſe pariter ſempiternā. Accedit ad hæc q̄ omne ſolubile cū ex compoſitione ſuſceperit eſſe/hac cōditione naturaliter diſſolui pōt/qua eſt & compoſitum. Anima uero unus ē & ſimplex actus/ & natura in uiuendo cōſiſtens/nō igitur hac rōne potent interire. Sed nunquid diuiſa quādoq; in partes & diſſipata peribit?At anima ut demōſtratum eſt/neq; moles eſt:neq; quantū quicq̄. Num forte ꝑmutata & (ut dici ſolet) alterata perdetur. Verum alteratio quidem cum interimit/ſpēm aufert relicta materia. Hęc āt eſt compoſiti paſſio. Si ergo nullo ex his mō corrumpi poteſt/ incorruptibilem eſſe neceſſarium eſt.

MARSILIVS.

Aīa noſtra & ſi eſt ī genere diuinorū:tamē quia ī eo genere ultimū tenet gradū/ merito deſcendit in corpus/& id quidem caducum:ad diuinum gradum iterum reuerſura.

Cap.XIII.

Natura intellectus longe diuerſa eſt a corpore: Agit.n.in ſeipſa fugiens interim a corporeis.Igitur inter puros intellectus & corpora ſunt naturæ habentes partem quidē intellectualem/partem etiā aīalem.i.ad corpora ſibi conformanda uergentem. Sunt in his tris gradus. Nam ī animis quidem cęleſtibus itellectuale ſupat animale:in noſtris uero uiciſſim: in dęmonicis ęque ſe habent.Nihil ergo mirum eſt aīam noſtram q̄ius diuinā in corpus mortale deſcendere: quādo in ſe ipſa deſcendit ad tertia.i. ſub itellectu ꝑ rōnem & imaginationem ad potentiam uegetalem.

PLOTINVS.

Cum igit̄ ipſum intelligibile ſit ſeꝑatū:qua nam rōne aīa ꝓcedit ī corpus? Quoniā q̄tum intellectus eſt ſolus paſſionis exps ī gradu intelligibiliū intellectualem ſolum uitā habens/ſemꝑ ibi ꝑmanet.Nō enim ineſt impetus ullus nec appetitus. Quod aūt appetitum adhibet/ proxime deinceps intellectum illū comitans/appetitus adiunctione quaſi iam longe ꝓgredit̄:atq; exornare appetens ad exemplar eorū/quæ ī intellectu nouit:ac uelut inde prægnans atq; parturiens affectat facere/& deniq; fabricat. Hoc itaq; ſtudio ſeipſam aīa circa ſenſibile ꝓtrahens iam gubernat:ac dū una cum cōmuni uniuerſorum aīa gubernacula gerit/collega eius uiuens in cōmuni totius gubernatione tanq̄ extrinſecus preſidet ſupans gubernatum. At cū gubernare ꝓtem affectat/iam gubernat ſola:eiq; infuſa ī quo uiuit/nō tota neq; oīs ipſa fit corporis: ſed iterim aliquid poſſidet extra corpus.Igit̄ neq; ēt huius itellectus eſt paſſiōi ſubiectus. Hęc aūt alias quidē ī corpore:alias āt uiuit extra corpus:nempe impetu quodā exordit̄ a primis/& ad tertia uſq; ꝓgreſſa deſcēdit ad noſtra quodā itellectus actu. Dum intellectus ipſe ꝑmanet in ſeipſo:intereaq; ꝑ aīam pulchris oīa cōplet/īmortalis exornator ꝑ aīam īmortalē.Siq̄dē ipſe quoq; ſemꝑ exiſtens per actum inceſſabilem cuncta diſpenſat.

MARSILIVS.

Omnes aīę ꝓprias immortaleſq; uitas habent.

Cap.XIIII.

Qvicqd uitæ ab aĩa noſtra ĩ noſtrũ corpus emicat abeuntẽ hinc aĩam comitaꝛ. Quod uero ĩ fętu uitale cęlitus ĩpreſſum fuerat/cælitus cõſeruaꝛ. Circa quod & noſter aĩus hinc ĩpurus emigrãs amore ſe uerſat: purus uero relinqt.

PLOTINVS.

Qvęritur pręterea de aĩa ẽt aĩalium reliquorum. Et profecto quęcũq; inter eas tales ſunt/ut a ſupioꝛibus degenerãtes uſq; ad brutorũ corpora ſint prolapſæ: hæ quoq; neceſſario ſunt ĩmortales. Si aũt eſt alia quędam aĩę ſpẽs: oportet hanc inſup nõ aliunde pendere/q̃ a natura uiuẽte. Quippe cũ ipſa etiã aĩalibus uitę ſit cauſa. Similiter & plãtarũ aĩam ſe oportet habere. Omnes.n. ab eodem principio ꝓceſſerunt propriã hẽntes uitam. Atq; hæ quoq; ſunt incorporeæ indiuiſibileſq; & eſſentię. Si ãt oporteat aĩam hoĩs exiſtentẽ trimembrem/ cõpoſito ſolui/ & nos dicemus aĩas qdẽ quæ purę abeũt/ quod adiunctũ in generatione fuerat dimiſſuras. Alias ãt cõcretã eiuſmõi labẽ longis tẽporũ curriculis abſterſuras. Dimiſſum uero id quod ẽ deterius dicemus: neq; ipſũ qdẽ perdi: q̃diu ſit unde ducit originẽ. Nihil.n. ex eo quod ens cenſetur/unq̃ diſperditur.

MARSILIVS.

Animę defunctorum noſtra hæc memoriter tenent/ſentiunt/curant/malefaciunt benefaciunt. Cap. XV.

Qvandiu corpus habẽt qualecũq; uel aeriũ uel ætheriũ: proprios habent & ſenſus. Sin omne corpus exuant eminẽtia quadã intelligentię ad ſingula diſcernẽda uti pro ſenſibus iudicãtur. Nã & imaginatio præſertim ꝓfecta ſenſus præfert: & rõ imaginationẽ agit/atq; ſenſus: Et intellectus rõnem atq; ſequentia modo quodam præſtantiore.

PLOTINVS.

Hactenus dicta ſunt/quæ ad illos q demõſtrationẽ exigũt dicẽda erant. Quæ uero oportune dicẽda ſint illis/q fide quadã ſenſu ꝓmixta potius indigent/eligenda ſunt ex hiſtoria/quę eiuſmodi rebus abundat. Præſertim ex his quæ Dii oraculis mãdauerunt/iubẽtes indignationẽ aiorum q iniuria quodam ſunt affecti placari/meritoſq; honores reddi defunctis/ tanq̃ talia ſentientibus. Quẽadmodũ & oẽs erga defũctos obſeruãt. Aiæ pręterea multę/quę quodam uitã egerũt humanã/deide a corpore ſegregatæ nõ deſtiterũt beneficiis humanũ genus afficere: Quę ꝓfecto uaticiniis & oraculis/tũ ad alia nobis cõferũt: tum etiã ꝓ ſeipſas demonſtrant: nec aliorũ aĩas extinctas eſſe.

MARSILII EPILOGVS.

Desiderabas Magnanime Laurẽti breuẽ tandẽ longę diſputatiõis ſũmã/ diſputatiõis inq̃ de ĩmortalitate/& in Theologia/& ĩ præſentia in longũ iã ꝓductę. Deſiderabat & idẽ noſter ille Bernardus/cũ Veneti ſenatus hic orator/ nos hac de re latiſſime diſputãtes audiret. Bernardus inq̃ Bembus/ Vir apprime doctus: doctorũq; patronus: atq; meus in ſidere genioq; frater. Tibi igiẽ atq; illi pariter hæc erit ſũma quattuor diſtincta capitibus. Primo qdẽ: q̃ aĩa rebus caducis dominari poteſt: incitamẽtiſq; corporeis repugnare. Secũdo: q̃ multa a corporibus ſepata frequenter excogitat: ſiue res ipſas attingat ꝓ ſe ſepatas: ſiue ſepet ipſa. Tertio q̃ naturaliter ętęrna deſiderat: ac ſępe ętęrnorũ fiducia negligit temporalia. Quarto: q̃ ętęrnũ colit Deũ uitæ ſempiternæ gratia. Tota deniq; religio naturalis homini firmiſſimũ immortalitatis eſt fundamentum:

# LIBER OCTAVVS ENNEADIS QVARTAE: DE ANIMAE DESCENSV IN CORPORA.

## MARSILIVS.

Animæ noſtræ intellectuales ĩ corpus deſcẽdũt p naturã uiuificã intelligẽtię ſuę ſubiunctã: Et corpus naturaliter adſciſcentem ſicut flãma ſulphur. Similiter & cę leſtium intellectuales aię corporibus ſuis p eiuſmõi mediũ copulanẽ Cap. I.

VOLVIT Deus ad ſui intellectus exemplar in qualibet mũdi ſphęra & in cęlo & infra cęlum aialia quędã intellectualia fore. Ac ne intellectus quaſi p uiolentiã forent ad corpora ꝓtrahendi p naturã aialem. i. uege talem eis adnatam quaſi plantam/corporibus libẽter adſciſcendis con ciliauiſſe uidetur.

## PLOTINVS.

SAEPE Quidem experrectus e corpore ad me ipſum/& extra cæte ra poſitus intraq; me receptus/pulchritudinẽ intueor admirandã. Ideoq; tũc cõfido q̃maxime ſortis me eſſe præſtantioris. Quippe cum uitam tũc optimã agam: & in idem cũ diuinitate conſpirem: in qua etiam ſitus ad illam peruenio actiõem: p quã meipſum ſup omne aliud intelligibile iam conſtituam. Verum poſt hãc in diui nitate quietem in ratiocinationẽ ex mente delapſus/ambigo equidem/quo nam pacto impræſentia quoq; deſcendã: & qũo mihi quãdoq; aia corpori ſeipſam in ſinuauerit: quippe cũ talis ſit/qualis apparuit p ſeipſam: quãuis ĩ corpore uiuat. Heraclitus igit̃ nobis id pręcipit diligẽter inquirere: atq; ipſe neceſſarias quaſdã uiciſſitudines a cõtrariis in cõtraria ponit: & iter ab alto tractat ad infima. In qua quidẽ cõmutatiõe nõnulla requies uideat̃. Quaſi intolerabilis defatigatiõis ſit in eiſdem perpetuo laborare/atq; ſeruire. Sed ĩ his pertractandis quaſi fingẽs p ſimilitudines quaſdam peruagari uidet̃ negligẽs ſuam nobis ſententiã aperire: adeo ut apud eum forſan iterum ſit quęrendũ/quẽadmodũ & ipſe perquirẽs in uenerit. Empedocles præterea cum dixerit legem extare/conſtituentẽ: aias quę peccauerunt ad hæc noſtra corruere: atq; ipſe ſic a deo ꝓfugus/funoſę diſcordię crediturus atq; ſeruiturus/tantũ (ut arbitror) ꝓtractauit/q̃tũ Pythagoras ſectato resq; illius/tum de hoc/tũ de pleriſq; aliis p inuolucra quędã ſignificauerũt. Sed hic quoq; pp poeſim euaſit obſcurior. Reliquus uero nobis eſt Plato diuinus: Qui & alia multa pręclaraq; de aia tradidit: & de aduentu eius ad noſtra ĩ libris ſuis multa diſſeruit: Ita ut ſperare poſſimus nos ab eo manifeſti aliquid acceptu ros. Quid ergo hic phũs ait? Profecto nõ idem ubiq; uidetur dicere: ut facile ali quis ſenſum eius percipe ualeat. Principio ſenſibile totũ ubiq; contẽnit: & com mertium aiæ cum corpore damnat: aſſerens eam hic includi uinculis/& in corpo re eſſe ſepultam. Item arcanum illud oraculum uenerat̃/quo tradit̃ animã hic in cuſtodia quadã & carcere ſitam eſſe. Rurſus ſpelũca apud Platonẽ/ſicut & antrũ apud Empedoclem/uniuerſum hoc (ut arbitror) nobis ſignificat. Vbi etiã ſolu tionem ex uinculis & aſcenſum e ſpelũca ĩ aia eſſe inquit ipſam ad intelligibile progreſſiõem. In Phedro quinetiam alarum ſiue pennarũ caſum ſiue iacturam cauſam eſſe deſcenſiõis ad hæc arbitrat̃. Vbi & circuitus quidã aiam illuc profe ctam/iterũ ad hæc noſtra retorquẽt. Alias item aias iudicia huc diuina demittũt:

& sortes & fortunæ atq; necessitates. Deniq; in his omnibus aduentũ aĩę ad cor pus criminari uidet̃. Verum in Timeo de hoc uniuerso disputãs & mũdum lau dat: & Deum apellat beatum. Animãq; ab opifice bono huic ideo traditam esse/ ut mũdus posset intellectualis euadere: Quãdo intellectualem quidẽ hunc opor tebat esse: Sed absq; aĩa mũdanum corpus intellectum assequi nõ ualebat. Igitur & ipsa totius aĩa hanc ob causam a Deo infusa est uniuerso: & uniuscuiusq; no strum aĩa similiter ad ipsam deniq; totius mũdi ꝑfectiõem. Oportebat enĩ quot sunt in mundo intelligibili/totidem similiaq; animalium genera in mundo sen sibili contineri.

## MARSILIVS.

Coniunctio aĩæ cum corpore & si est secũdum quandã aĩæ naturã/atq; etiam ad uniuersi ꝑfectiõem: tamẽ duplici rõne animis nostris obest: quia & intelligentiã quodãmodo impedit/& animũ perturbatiõibus implet. Animis uero cęlestibus hæc impedimẽta nõ accidũt

Cap. II.

QVoniam ꝑ naturã genitalem cõiunctio cum corpore naturalis est aĩę: ideo cęlestes aĩę/quæ hac sola potentia utunt̃ ad corpus/in habitu naturali fęli ciq; cõsistũt. Cum enĩ earũ corpora nec dissoluẽda/nec externis passiõibus subdi ta/nec ullius egena sint: facile ꝑ solã aĩæ suæ uim genitalem regunt̃/atq; mouen tur. Nec earum cõtẽplatiõem tranquillitatẽq; impediũt. Animis uero nostris con traria rõne accidit/& cõtrarium. Dat̃ tamẽ reditus ad superna: si quidẽ quãdoq; fit ad suꝑna cõuersio. Ad inferiora uero labi Porphyrius ait/quãdo aĩus quasi ager iam deprauat̃/ut qui multis annis produxerit triticum/ reddat deniq; ꝑ tri tico loliũ. i. solitus notiones ĩtellectuales edere/iam ferat imaginales. Tũc e radi cibus aĩę pululat/inquit/uegetalis actus quasi germẽ. Per quod ĩ corpus iam por rectum aĩa corpori se cõglutinat. Porphyrius hic aĩarũ lapsum casui dęmonum ab hebreis introducto facit similem/uitio uidelicet intelligẽtię uel uolũtatis effe ctum. Vnde secuta sit cõcupiscentia demẽs. Quod etiã de dęmonibus disputãs Dionysius ait: q ibi uidet̃ dęmonas aĩalia ponere: sicut & Basilius plurimiq; grę ci Theologi putauerũt. Tum uero si uerum sit illud Damasceni/ultimos tãtum angelos cecidisse: atq; euaserint aĩalia/ualde similis erit Platonicus aĩarũ lapsus dęmonibus/apud hebreos christianosq; cadentibus. Proinde ubi apud Plotinũ atq; Proculũ legis ꝑticulares aĩas agere ꝑticulares uicissitudines/tũ ad suꝑiora/ tum ad inferiora: ne intelligas animã tuã infinita corpora mutaturã. Finitæ nãq; sunt & paucæ unius aĩę mutatiões ĩ anno mundi magno: atq; in ãno sequẽti/ut aiunt/eadẽ pęnitus retexunt̃. Præterea nec oportet oẽm aĩam oẽs induere spẽs/ nec quãlibet aĩam pariter ascẽdere/uel descẽdere. Sunt enĩ (ut Platonice loquar) inter aĩas hoĩum differẽtiæ quædam quodãmodo speciales sicut ĩ stellis/quę ui dentur aspectu cõsimiles. Differũtq; inter se aĩæ nostræ nõ sicut pyrum a pomo persico: sed sicut a pyro pyrũ. Sũt ergo determinati singulis ꝑ natura ꝓgressus: Excellẽtiores igit̃ aĩę ascendũt quidẽ altius/minus ue descẽdũt. Deteriores uero uicissim. Humanas dico aĩas: & ad corpora tãtum humana descẽdere. Sic enĩ opi nionem Platonicã moderamur: quæ erit insuꝑ moderatior/ si ab hebreis accipia tur/existimãtibus ter solum aĩam ĩ hominẽ deuenire: postremo semper fore uel miseram/uel beatam.

## PLOTINVS.

DVm igit̃ apud Platonẽ de aĩa nostra perquirimus/ necessario cõtingit nobis simul oĩo de aĩa perscrutari: qua nã rõne sic natura instituta sit/ ut eẽt cũ corpore cõmertium habitura. Item de natura mũdi/ qualem potissimũ hũc asserere debeamus: in quo aĩa posita est res dispẽsatura corporeas/ siue spõte seu coacta/ siue alia quadã cõditione: quęrẽdum etiam de harum rerum effectore recte ne an aliter: & utrum pręstãtius agat/ an sicut aĩę nostrę. Quas forsan oportuit deteriora corpora gubernaturas interius penetrare ꝑ illa: si modo superare cõtinereq; debeant. Quippe cum unũquodq; corpus dissipet̃/ locũq; repetat proprium. Sed in ipso toto oĩa propria ĩ sede naturaliter collocent̃. Pręterea corpora nostra plurimã sollicitãq; ꝓuidentiã exigũt: quibus multa alienaq; incidunt. Quibus semꝑ opus ẽ multis. Quibus ĩ summa difficultate & discrimine positis omni opus est patrocinio. Corpus uero mundi cum sit perfectũ/ plenũ sibi sufficiens/ nihil unq̃ patiẽs pręter naturã/ quasi iussu quodã breui & facili regit̃. Atq; ut aĩa naturaliter instituta est uelle/ ita se semper hẽt: neq; cupiditatibus incitat̃: neq; perturbatiõibus ullis afficit̃. Nihil enĩ discedit: nihil rursus accedit. Quam obrem aĩam quoq; nostrã inquit Plato/ siquãdo cũ illa ꝑfecta uiuat/ ipsã quoq; fore perfectã: seq; ipsam ꝑ sublimia collaturã/ totũq; mũdum gubernaturã: quando enim inde nõ absit: neq; se prorsus ĩmergat corporibus: neq; sit alicuius/ tũc eam quoq; uelut aĩæ mũdanæ collegã uniuersum ęqua facilitate recturã: Quasi nõ sit aĩæ malum/ quomodocũq; præbere corpori essendi & bene essendi potentiam. Nõ enĩ prouidentia oĩs ĩ deterioribus dispensandis inhibet interim prouidentem in optimo statu perseuerare. Duplex sane in uniuerso prouidentia est. Cõmunis & propria. Et cõmunis q̃dẽ iussu quodã a sollicitudine libero/ regioq; imperio cuncta componit. Propria uero singulatim iam opa quadã (ut ita dixerim) manuaria opificium attractãdo/ opificem ipsum opificii cõditione implet: atq; cõtaminat. Cum uero aĩa diuina eo quo dixi modo/ totum cęlum semꝑ gubernare dicat̃: Supeminẽs quidem/ quod deterius est/ uim aũt ultimã huic intus infundẽs/ nõ poterit quispiã causari Deum: quasi totius aĩam ĩ ipso deteriori posuerit. Iam uero & hęc ipsa aĩa naturali munere priuat̃ nunquã: ab æuo id ipsum possidẽs/ sempq; similiter habitura. Quod quidem huic pręter naturã ipsius esse nõ põt. Quippe cũ huic assidue semꝑ adsit: neq; inceperit unq̃. Stellarũ quoq; aĩas eodem modo ad corpus habere se dicit/ quo & totius aĩam. Nam & harum corpora aĩæ discursionibus admouet. Vbi certe stellis etiã decentem seruat fęlicitatem. Cum enim duo quędã sint ꝑꝑ quæ potissimũ cõmertium aĩæ ad corpora culpari solet: tum quia intelligẽtiã impedit/ tum quia uoluptatibus/ libidinibus/ doloribus/ obruit animũ/ neutrum profecto incõmodũ accidit aĩæ/ quęcũq; neq; corporis penetralibus se prorsus ĩmerserit: neque sit alicuius: neq; euaserit corporis: sed uicissim aĩę corpus: quod quidem tale sit/ ut neq; re ulla indigeat/ neq; defectum alicubi patiat̃. Quocirca neq; animã cõcupiscentiis timoribusq; inficiat. Nihil enim incõmodi/ nihil discriminis tali corpori occurrit animo metuendũ. Neq; occupatio prorsus ulla ad inferiora declinãs/ a sublimi beataq; contẽplatione detorquet. Immo uero eiusmodi anima semper diuinis incumbit/ facultate interim nequaq̃ sollicita/ nec operosa moderãs uniuersum.

MARSILIVS.

Quoniã oĩs natura præter primã ſimpliciſſimã infinitã multiplicabilis eſt: ideo in genere intellectuali multi ſunt intellectus. In genere aĩali multę ſunt animę. In ordine animarum multæ ſunt intellectuales. Quales ſunt cæleſtes/dęmonicæ/ noſtræ.

Cap. III.

HAnimæ noſtræ/præter intellectum ĩ mũdo intelligibili ſemp agẽtem/habent rõnem/imaginatiõem/ ſenſum/uim uegetalem: quas ſane uires officiis pro priis quãdoq; oportet uti. His aũt utuntur ĩ corpore. Itaq; conſentaneum eſt eas in corpora quãdoq; deſcendere.

PLOTINVS.

IMpręſentia uero ſermo nobis eſt de aĩa noſtra: quæ fertur ĩ corpore ma la oĩa pati/miſerãq; uitam ducere: doloribus/cupiditatibus/timoribus/cę terſq; malis oppreſſa: Cui corpus uinculũ eſt/atq; ſepulchrum: Cui mun dus eſt ſpelũca & antrum. Quæ quidem ſententia de aĩa utraq;/diuerſa ſentiẽs/ ueritati nõ diſſonat: cũ nõ ſit ĩ utraq; eadem ratio deſcendendi. Principio cum ſit intellectus oĩs in ipſo intelligẽtię loco/totuſq; & oĩs: quem mũdum intelligi bilem arbitramur. Item cum ſint ibidem comprehenſę uires intellectuales intelle ctuſq; ſinguli/nõ enĩ unus ſolus eſt intellectus/ſed unus & multi: nimirũ multas quoq; aĩas unãq; oportuit ẽe: multaſq; ex una ĩter ſe differẽtes/ſicut ex uno quo dam genere ſpẽs: ptim quidẽ prędẽtiores: partim uero deteriores: & ptim magis intellectuales: partim minus actu tales. Et.n.illic in mente: hoc quidem eſt intel lectus alia oĩa potentia comprehendẽs/uelut aĩal ingẽs. Alia uero actu ſunt unũ quodq;: quę potentia alterum comprehẽdit. Velut ſiqua ciuitas aĩata foret com plectens alias aĩatas: perfectior quidẽ & potẽtior eẽt ipſa ciuitatis cõmunis aĩa. Nihil tamẽ prohiberet/alias quoq; aĩas ciuitatũ eiuſdem eſſe naturæ. Vel ſicut ſi ex uniuerſo igne/alius qdẽ magnus ſit ignis/alii uero parui. Eſt.n.ipſa oĩs eſſen tia/ignis uidelicet uniuerſi. Immo uero a qua & oĩs ignis eſſentia eſt. Opus aũt aĩæ/quæ rationalior eſt/certe eſt ĩtelligere: neq; tamẽ ĩtelligere ſolum: alioquin quo differat ab intellectu/nõ uideo. Sed præter id q̃ intellectualis eſt/aſſummẽs inſuper aliud/ſecũdum quod propriã ſortiẽ naturã/nõ permanet intellectus. Ha bet aũt opus & ipſa: ſiquidem qcquid ĩ entium ordine numeraẽ/propriũ opus habet. Iam uero ſuſpiciẽs aĩa ad id quod ipſa ſupius eſt/intelligit. Reſpiciẽs aũt in ſeipſam/ſeruat p̃fecto ſeipſam. At uero ad id quod inferius eſt iam uergens/ exornat ipſum: & gubernat: & regit. Fieri ſane nõ poterat/ut ĩ mũdo intelligibi li oĩa cõquieſcerẽt. Quippe cũ aliud deinceps aliudq; effici poſſet: quod quidẽ cõtinue minus euaderet: neceſſario tamẽ exorireẽ: q̃diu quod ſupius ẽ/cõſiſtat.

MARSILIVS.

Intellectus diuinus impreſſit intellectui noſtro omniformẽ uniuerſi formam: quæ facile in rõnem uacãtem inde ſubrutilat. Quãdo igiẽ ratio ad eam pęnitus ſe conuertit/ſecumq; rapit imaginationem/in eodem ſtatu quo & mundi anima permanet.

Cap. IIII.

IDeſt ſimili diuinorũ cõtemplatione fruiẽ: & interim cęlum habitãs/ad uni uerſalem mũdi gubernatiõem intuitum cõuertit ſimiliter/& affectum. At quãdo ratio una cum imaginatione/uniuerſali mũdi forma neglecta/par ticularem quandam diligentius intuetur/ & amat ardentius/ iamq; & uegetalis

ipſa natura eandē prorſus affectat: tūc aīa facta iam anguſtior corpus aſciſcit an guſtum paſſiōibuſq; ſubiectū. Hinc igit̄ curis īnumerabilibus ſollicitata uexat̄.

PLOTINVS.

OPortet itaq; ſingulas aīas appetitu utentes intellectuali in ipſa ad auctorē ſuū cōuerſione/habētes quinetiā facultatē ad ſequētia diſpēſanda/quēad modum lumē deſuper quidem Soli ſuſpēſum/ſed interim ſe inferioribus ſine inuidia porrigēs/oportet inq̄ illas indēnes illęſaſq; ſeruari/quatenus una cū aīa tota ī mūdo intelligibili uitam agūt. In cęlo pręterea una cum tota quaſi collegas ſimiliter gubernare: ſicut & reges alii una cū ipſo rege oīum cōgregati ceu collegę una cum ipſo cuncta componūt: nec ipſi quidem e ſedibus regiis deſcendētes. Tūc enim in eodem cum ipſo rege ſunt ſtatu. Cum uero aīę ab ipſo toto ad id deueniūt/ut pars quędam iam ſuiq; iuris euadāt: quaſi iam tedeat/res una cum alio gerere/ſingulę tūc ſe ad propria reuocāt. Quādo itaq; id diutius talis aīus agit/fugiēs totū/& inde diſcrepātia quadam iam ſeiunctus/nec ulterius intelligibile ſuſpicit/pars aliqua iam euadēs/nimirum ſolus relinquit̄/& ueluti deſtitutus fit impotens: negociisq; diſtrahit̄. Nam parti cuidam eſt addictus/dum ſegregatus a toto uni cuidam ſe mācipat/omne reliquū fugiēs. Et ꝑfectus cōuerſusq; ad unicum illud a totis omnibusq; cōcuſſum/ſic itaq; a toto degenerat/& proprium quiddā circa illa quę undiq; incidūt/diſtractus curat/cōtrectās colēſq; externa: nec ſolum aſſiſtēs corpori/ſed intra ualde progreſſus. Hinc igitur/ſicut dicit̄/aīus pēnis abiectis ſiue cōfractis alligat̄ ī corpore/poſtq̄ ab incolumi innoxioq; habitu melioris ꝓuinciæ gubernādæ lōgius aberrauit. Qualis quidem habitus penes ipſam totius aīam ante uigebat. Quod uero ante hoc eſt/oīo melius cōtingebat aīo ad ipſum refugiēti. Quamobrem deuinctus eſt aīus. s. delapſus ab alto/& inde compedibus alligatus/& agēdo ſenſibus utens: ꝓpea q̄ prohibetur ab initio uti mente: fertur quoq; ſepultus eſſe/& cōditus ī ſpelūca. At cū ad intelligentiam ſe cōuertit/ſolui ex uinculis iudicat̄/altiuſq; aſcendere: quādo uidelicet ex quodā reminiſcentiæ munere ad entia cōtemplanda facit exordium. Habet tamen nihilominus aliquid ĩterea ſupereminēs. Animæ igitur neceſſario utranq; uiciſſim uitam experiunt̄/tum ſuperiorem illam/tum rurſus inferiorē alterne ducentes. Et diutius quidem uitam ſuperiorem agūt/quæ plus poſſunt cū mente uerſari. Diutius uero ducūt inferiorem/quibus cōtrarium uel natura uel fortunis acciderit. Quæ quidem Plato clam ſignificās/quādo aīarū exordia ex ſecūda patera diuidit/facitq; iam partes/tūc quoq; ait neceſſarium fore in generationem labi/poſtq̄ tales factæ ſunt partes. Vbi uero ait/Deum aīas ſerere: ſic eſt nobis intelligēdum: ſicut quādo loquētem & quaſi cōcionātem Deum ipſum inducit. Quæ enim ī cōmuni rerum natura ſunt/hæc ipſa tractādi cōditio gignit/& facit: ordine quodā ſuccedēte declarās/quæ ita ſemper fiūt/& quæ ita cōſiſtunt.

MARSILIVS.

De aīæ deſcenſu Empedoclis/Heraclitī/Platonis dicta cōſentiūt Cap. V.

ANima quoniā diuina eſt/in hac regiōe caduca ſæpe cōuert̄ ad diuina. Et quoniam eſt ultimū diuinorū/ꝑ inſtinctum affectūq; naturalē uenit in corpus. Ideo uolūtate uenit. s. naturali/& inſuꝑ electiōe quadam. Venit & neceſſitate: quoniā diuina lege neceſſarium eſt/aīas quæ ſic affectæ ſunt/ſic eligunt ueſtigio deuenire. Spōte ueniūt/uelut ad bonū: nō ſponte interim incidūt & in

malũ. Venire huc aĩas ad ordinẽ ꝑtinet uniuersi: ad exercitatiõem inferiorũ aĩæ uiriũ/ad mali peritiã. Peccãtes aĩę leuius/cõmutatiõe puniũtur ex fęliciore hoĩe ĩ hoĩem fęlicẽ minus/uel infęlicem. Peccãtes uero grauius uexãtur etiã a dęmonibus: quod Mercurius & Orpheus Iãblichusq; cõfirmãt. Vir puerũ atrocitate uultus ꝑsonatisq; terriculamẽtis facile terret. Saturni Martisq; influxus atrę bilis uel croceę motibus imaginatiões uexãt. Saturnii quidã/Martiiq; dęmones horrẽdis imaginatiõibus suis quasi uultibus personatis imaginatiões peccãtium miserabiliter agitãt. Possunt quinetiam eas humorum motibus afflictare.

## PLOTINVS.

NOn igit̃ inter se dissentiũt/aĩas ĩ generatiõem seri: atq; eas ad perfectiõem uniuersi descendere. Item sub iudicio pęna atq; spelũca. Rursus necessitas & spõtanea motio. Quãdoquidẽ necessitas secũ habet etiã uolũtariũ. Pręterea quod dicit̃/aĩam ĩ malo esse/dum est ĩ corpore: neq; repugnat insuꝑ Empedoclis fuga illa errorq; a Deo: Neque ꝙ peccauerit aĩus/ unde iudicialis pęna sequatur: neq; rursus Heracliti in fuga requies. Neq; oĩo uolũtaria descẽdẽdi cõditio/rursusq; inuolũtaria. Quicquid.n.deuenit ad deterius/nõ spõte peruenit ad hoc ipsum: Motione tamẽ propria uadẽs/& ĩterea deteriora patiẽs/dicit̃ pro his quę fecit/merita reportare. Quãdoquidem hęc pati & facere sit necessarium lege naturę perpetue sempiterna. Siquis aũt dicat/quod ĩ alterius cuiusdam cõtingit usum/descẽdẽs.s.ab ipso suꝑiore/id ipsum a Deo mitti/ is neq; ueritati neq; sibi dissonare cẽsebit̃. A quo enĩ prĩcipio ducũtur singula/in idẽ uel extrema/quanuis multa sint media/referũtur. Cum uero duplex sit peccatũ: & alterum quidẽ in ipsa causa descẽdẽdi: alterum uero dum ĩ hoc uitæ statu delinquit̃: illud sane est hoc ipsum quod est perpessa descẽdẽs. In hoc aũt id minus est.s.alia ingredi corpora: atq; id quidem ocius ex iudicio ꝓ dignitate censente. Quod utiq; instituto factum diuino/per iudicii nomẽ significat̃. Spẽs uero improbitatis ĩmoderatior maiori supplicio digna perpẽdit̃: quadam.s.punientium dęmonum pręfectura. Sic igit̃ aĩa/quanuis diuinũ quiddã sit/regionibusq; suꝑioribus oriunda/ ĩ corpus tamẽ ĩmergitur. Cũq; Deus quidam sit posterior uolũtaria quadã inclinatione/& causa potestatis/& posterioris exornãdi gratia huc ita descendit. Ac si cito hinc aufugerit/nullo hinc affecta detrimẽto ob id potissimũ iudicatur: ꝙ ĩ notitiam mali peruenit/maliq; ipsius cognouit naturã. Item uires suas ꝓduxit in lucem: & opera effectiõesq; declarauit. Quæ quidem oĩa si in habitu semper incorporeo cõquiescerẽt/& frustra forẽt/nunq̃.s.in actũ suũ ꝓuenientia: & aĩam ipsam laterẽt quæ possidet nunq̃.s.emicãtia neq; procedẽtia in effectũ. Siquidẽ ubiq; actio potẽtiam patefacit: alioquin prorsus occultã & obscurã/nec existẽtẽ quidem/nõ uere sic existẽtem. Iam uero unusquisq; nũc admirat̃ intrinseca ꝑꝑ externorum uarietatem: dum qualia sint illa cõiectat/per hęc quę inde admodũ uaria pulcherrimaq; proueniũt.

## MARSILIVS.

Anima uenit ĩ corpus nõ solum infirmitate quadam ĩ diuinis ultra cõsistere nõ ualente: sed etiam potestate naturæ fęcũdæ pululantis ĩ germẽ. Forma nãq; corporea est aĩæ fęcũdæ propago.

Cap. VI.

SImili quadam fęcũditate primũ bonum ĩ mẽtem exuberat omniformem. Hæc in similẽ mũdi aĩam. Hæc ĩ mũdum similiter omniformẽ. Item causæ

omnes in effectus ubiq; ſuos. Deniq; ſupiorum prouidentiam imitatus animus ad inferiora ſe tranſfert quodam ſtudio prouidẽdi.

PLOTINVS.

SI igiť oportet nõ ſolum exiſtere unũ: alioquin abſcõderẽtur oĩa formam in illo propriã nõ habẽtia: neq; ens ullum prorſus extaret/illo. s. in ſe cõſiſtente: neq; horum entium multitudo foret ab uno natorum: niſi ſequentia deinceps inde progrederẽtur: quę quidem aĩarum ordinem ſortiunť: oportet etiã ſimiliter aĩas nõ tantũ ipſas exiſtere: ſed etiã effectus earũ ꝓſpicue apparere. Siquidẽ unicuiq; naturæ hoc ineſt: ut ſequẽs aliq̃d faciat/explicetq; ĩ lucẽ/uelut ex ſemine quodã indiuiſibili/& pricipio in finẽ ſenſibilem ꝓcedẽte: dum. s. ſem per quod prius eſt/manet ĩ propria ſede: quod uero ſequiť/procreať ex potẽtia ineffabili/quãtum ſuperioribus inſit/quã ſterilem permanere nõ decuit/quaſi inuidia cohibitam generare: Sed procedere ſemꝑ/quouſq; ad ultimũ quãtum fieri põt cuncta progredianť/cauſa. s. uirtutis inexhauſtæ munera ſua per oĩa diffundentis: neq; partẽtis quicq̃ ſui expers alicubi circũſpicere. Neq; enim eſt aliquid quod ꝓhibeat unũquodq; priceps fore boni/quatenus ſua cuiuſq; natura compos eſſe poſſit. Siue igiť ſemꝑ fuit natura materię/impoſſibile erat eam cũ eſſet/nequaq̃ participare: quod oĩbus bonũ/quãtum unũquodq; capere põt/ abunde ſuppeditat: ſiue materię ortus prẽcedẽtibus cauſis ẽ neceſſario cõſecutus: neq; ſic quidem oportuit eam munerum expertem eſſe ob ipſam eius imbecillitatẽ: quacenſeť/anteq̃ munera ĩ eam deſuper deſcẽdere cogitenť. Quãdo. s. in ſeipſo maneret tãtum/quod uelut gratis & eſſe largitur. Demonſtratio igitur eorum quę in mundo intelligibili optima ſunt/eſt potiſſimũ/quod eſt ĩ ſenſibili mũdo pulcherrimum: declaratio inq̃ tum poteſtatis illorum/tum etiã bonitatis. Nempe ſic ſemper oĩa cõnectuntur: tum quæ intelligibilia/tum quæ ſenſibilia iudicãtur. Et illa quidẽ ꝑ ſe exiſtentia: hæc aũt illorum participatiõe eſſe ſemꝑ accipientia/naturamq; ĩtelligibilem prouinibus imitantia.

MARSILIVS.

Sicut aer ĩter ignem aquam ue medius/illinc quidẽ igneus/hĩc uero fit aqueus: ac uiciſſim ad utraq; ferť: ſic aĩus ad diuina ſe hẽt atq; caduca Cap. VII.

OMnia corpora ſui aliquid inferioribus largiunť: ſed cęleſtia quidẽ nihil interim accipiunt a ſequentibus: Elementaria uero dando uiciſſim quoq; recipiunt: Similiter cæleſtes aĩæ inferioribus prouidẽtes/inde nequaq̃ inficiunť. Dęmonicæ uero quædam/atq; noſtræ/dum perficiunt corpora/quodãmõ inficiunť inde/ꝓp curioſiorem prouidẽtiam/circa prouinciam duriorem. Sed loci maligni tas & mũdi ſupioris fęlicitatẽ cõmemorat/& admonet illũ uehemẽtius affectare.

PLOTINVS.

CVm uero duplex ſit natura: & altera quidem ĩtelligibilis/altera uero ſenſibilis/ſatius eſt aĩæ ĩ ipſa ĩtelligibili uiuere. Neceſſarium tamẽ eſt eam: cũ eiuſmodi natura ſit prędita/ſenſibilem quoq; naturam participare: Neq; grauiter ferre debet/ſi nõ oĩo eſt ipſum bonum. Quippe cum medium in rebus optimũ obtineat ordinem: & diuinæ quidem ſortis ſit particeps: in poſtremo aũt gradu ĩtelligibilis naturæ poſita/uelut affinis naturæ ſenſibili/ſic naturaliter inſtituta/ ut de ſuis aliq̃d huic exhibeat: recipiat ẽt hinc quoq; nõnihil: niſi ꝓpria integritate ſeruata gubernet: Sed affectu ſtudioq; plurimo naturæ inferioris ingrediať

interna: neq; cum tota aĩa/ tota permaneat. Verũtamẽ põt uicissim hinc assurge re peritiam eorum quæ hic cognouit passaq; est reportãs: unde didicerit q̃ beata sit apud superos habitatio: & quasi cõtrariorũ comparatiõe tanq̃ planius melio ra perceperit. Cognitio enĩ boni perspicacior ꝓuenit experientia mali: præsertim ubi iudiciũ infirmius est/ q̃ ut absq; experiẽtia mali scientiã cõsequaẽ. Quemad modum uero itellectualis discursio quædam ad ultimũ deteriusq; descẽsio est: nõ enĩ superius ꝓgredi licet: sed necessarium est ex seipsa agẽtem/ neq; potẽtem ĩ seipsa quiescere/ necessitate naturę legeq; ad aĩam usq; procedere: Hic enim ei ter minus ẽ: & hac cõditione sua sequẽtibus tradere/ rursusq; recurrere: sic aĩæ quoq; actio est/ tum ad sequẽtia corporea gubernãdo/ tum ad ꝓcedẽtia ipsa uidelicet entia cõtẽplãdo. Expleẽ aũt hoc ĩ plensq; animis quadã uicissitudine tẽporũ: ac tãdem cõuersio a deterioribus ad meliora contingit. Animæ uero/ quæ diciẽ uni uersi/ cõuenit proculdubio/ ut nunq̃ deteriori opere occupeẽ: neq; mala subeat: sed quę sequunẽ/ excelsa cõtemplatione ꝓspiciat: & interim superioribus semper incumbat. Quod quidem simul ĩ ea põt impleri/ muneris utriusq; compote/ acci piente quidem desup: inferioribus uero suppeditãte. Fieri nãq; nõ poterat/ cum sit aĩa/ quin se ad utraq; propagaret.

MARSILIVS.

Cum animus noster uires & actus cælestibus animis cõsimiles habeat/ probabile est saltem intellectum nostrum sicut & illorum circa diuina semp agere: sicut na tura uegetalis ĩ nobis circa corporea uersaẽ assidue

Cap. VIII.

UErum sicut actiões uegetales nostræ nos latẽt/ sic & itellectuales nostræ no bis plurimũ sũt occultæ: nec motus ullus ĩ pte uegetali sensu cõcupiscẽtia factus patet nobis/ nisi ad imaginatiõem/ & ꝓ hãc ad rõnem usq; perueniat. Simi liter nec actus itelligentiæ se patefacit: nisi in rõnẽ uacãtem quãdoq; subrutilet: perq; hãc ad imaginatõem similiter uacuam trãsferaẽ/ ubi fieri solet aĩaduersio. Cęlestes aĩæ obedientia sibi corpora solo tum naturæ instinctu/ tum mẽtis nutu facillime regunt. Nostrę uero imaginationẽ quoq; & rõnem circa corpus id occu pant/ eiusmodi prouidẽtiam exigens. Ideo constitutũ est diuinitus/ ut quãdoq; hinc abeuntes ad cælestia reuertantur.

PLOTINVS.

PRoinde si decet pręter aliorum opinionem/ quod mihi plane uideẽ/ aper te pronũtiare: aĩa quoq; nostra nõ uniuersa corpus ingrediẽ: sed ẽ ipsius aliqd i mũdo itelligibili semp: aliquid aũt ĩ mũdo sensibili. Quod quidẽ si supet/ imo uero si supetur atq; ꝓturbetur/ nõ ꝓmittit nos interim ꝓsentire: quę suppremum ipsum aĩæ cõtemplatur. Tũc enĩ quod intelligitur/ in nos descẽdit/ quãdo ad sensum quendam ꝓuenit descendẽdo. Nõ enĩ quicquid circa quãlibet aĩæ partem fit/ agnoscimus prius q̃ ad totam ꝓueniat aĩam: Ceu cõcupiscẽtia ui gens ĩ ipsa cõcupiscẽdi natura: tũc demum a nobis cognoscitur/ quando uirtute quadam intima sentiẽdi uel etiam cogitãdi/ uel utraq; hoc ipsum aĩaduertimus. Omnis enĩ aĩa habet aliquid & inferius erga corpus/ & supius erga mentẽ. Et to ta quidem atq; totius aĩa sua erga corpus parte totum regit: Et id quidẽ absq; la bore/ utpote quę admodum supeminet: quoniã neq; rõnis discursione/ quemad modum apud nos id ibi prouenit: sed ipso potius itellectu: sicut & ars cõsultare nõ solet. Illa. n. ꝓ infimam sui partem totum prorsus exornat: sed aĩæ ꝓticulares

atq; partis habẽt ipſæ quoq; aliquid ſupereminẽs. Occupatę uero ſunt nimium ipſo ſenſu/ multorũq; pceptiõe incidẽtium cõtra naturã affligẽtiumq; & undiq; perturbãtium. Quippe cum id quod ab eis curaẽ pars quędã ſit/& indigẽs atq; deficiens multisq; alienis aduerſisq; circũfuſa. Affectat quoq; multa/illecebrisq; plurimis irretiẽ/& ipſa uoluptate decipiẽ. Quod uero ſupius ẽ/nullo prorſus no uo oblectamẽto pulſaẽ/ſimilemq; uitam ſemp agit.

## LIBER NONVS QVARTAE ENNEADIS: VTRVM OMNES ANIMAE VNA SINT ANIMA.

### MARSILIVS.

Plotini ſentẽtia eſt/mundum unam habere propriam ſibi animam. Et aĩalia oĩa ſuas propriaſq; habere. Cap. Primum.

INISI Mundus haberet unam/nõ eẽt compoſitũ perfectũ uereq; unum: nec reliquæ ĩ mũdo aĩæ ordine inter ſe facile cõuenirẽt. Item niſi nos ꝓprias haberemus/affectio paſſioq; & actio aĩalis ĩ uno/mox ad oẽs uniuerſumq; ptineret. Plotinus exercitaturus ingenium circa opinio nem ponẽtem unicam ĩ cunctis animã/ludit ultro citroq;/aliud interea moliens.

### PLOTINVS.

VNQVID Quemadmodum uniuſcuiuſq; aĩam unam eſſe dici mus/quoniã ubiq; tota eſt in corpore: ac reuera hoc pacto ẽ una: neq; tamẽ alia pars eius hic/alia ibi eſt in corpore: tum in his quę ſentiũt ſic eſt aĩa ſenſualis: tum ĩ plantis tota ubiq; ĩ qualibet pte ſimiliter: Ita & mea & tua una aĩa ẽ: & oẽs deniq; aĩa una: Atq; in uniuerſo/quæ ĩ cũctis una: Nõ tanq̃ diſtributa ꝑ molẽ/ſed habẽs ubiq; idem. Cur enĩ aĩa quidem mea una eſt: quæ uero ĩ mũdo/nõ ſit una? Neq; enĩ moles ibi eſt/neq; corpus/ſicut nec eſt in mea. Profecto ſi ex ipſa mundi to tius aĩa & mea eſt & tua: illa uero una eſt/ has quoq; oportet unam eſſe. Si autẽ tum aĩa mũdi tum mea ſunt ex una/rurſus ſunt omẽs una. Quęrendum eſt igiẽ quænam potiſſimũ ſit hæc una. Sed prius inueſtigãdum eſt/num recte dicatur/ oẽs aĩas eſſe unam: Sicut una eſt ſua cuiuſq; aĩa: abſurdũ nãq; eſt unam eſſe aĩam meã & aĩam cuiuſcũq;. Nam ſi una eẽt/oporteret utiq; me ſentiente alium quoq; ſentire: ac me bene uiuẽte/alium bene uiuere: & appetente me/appetere. Atq; oĩo nos tum inter nos/tum cũ ipſo toto undiq; paſſiõibus cõuenire: uſq; adeo ut pa tiente me/cõſentiat uniuerſum. At quo nam modo/ſi una oĩo ſit aĩa/alia quidẽ rationalis eſt/irrationalis alia. Item alia ĩ animalibus/in plantis alia. Sed rurſus niſi ponamus unam/neq; uniuerſum erit unum: neque unum inuenietur princi pium animarum.

### MARSILIVS.

Cõceſſurus reuera Plotinus aĩas eſſe diſtinctas/nõ facile cedit rõni iam dictæ. s. paſſiõem aĩalis unius mox ĩ aliud uniuerſumq; tranſituras Cap. II.

DIci mallet aĩalium corpora neq; ſibi inuicem/ neq; toti continua/diſtinctas aĩas poſtulare. Item ubi tota prorſus aĩalis uirtus cõgregatur in uno/hanc ipſam aĩam ſummũ in aĩali genere poſſidentẽ/merito paſſiões defectusq; ĩ aĩali bus apparẽtes ipſam ĩ ſe minime perpeſſuram.

## PLOTINVS.

PRincipio quidem si una sit mea alteriusq; aīa/ nō statim sequet̄ ut utręq; cum utroq; sit idem. Nā idem ī alio existēs atq; alio/nō easdem in utroq; passiōes habebit. Sicut & homo idem in me moto & ī te nō moto: in me quidē moto mouet̄: in te uero non moto quiescet: neq; absurdū neq; pręter opinionem/est quod ī me est & te/idem esse. Neq; necessariū est me sentiente alium quoq; passiōem eandem prorsus habere. Siquidem nec ī eodem corpore manus alterius passiōem altera sentit: sed aīa quæ est ī toto. Quod si tu meā passiōem sis cogniturus/unum quiddam ex ambobus corpus oportebit esse cōflatum. Sic enim cōiuncte utraq; sentiet idem. Meminisse uero decet/multa interdum latere totum/eorum etiam quę ī uno eodemq; corpore fiūt: Eoq; magis quo maiorem corpus habet molē: quemadmodum ī cęt is uastioribus/beluisq; similibus dicitur euenire. In quibus patiente parte/nullus toti ꝑꝑ motiōis exiguitatem incidit sensus. Quaꝑꝑ nō necessarium est uno quodam patiente perspicuū forma mox inde sensum toti omniq; cōtingere. At compati quidem nō est absurdū/neq; negandum. Sensualem uero formatiōem fieri non est necessarium. Proinde aīam eandem ī me quidē habere uirtutē/ sed ī altero uitium/nō est mirādū. Siquidem nec est impossibile idem aliqd ī alio moueri/in alio cōquiescere. Nō enī sic unā esse dicimus/tāquam multitudinis oīs prorsus expertem. Id sane natura sibi pręstantior uēdicat: Sed unam simul multitudinēq; dicimus/participemq; esse tum naturæ huius quę circa corpora fit partibilis/tum illius quę indiuidua ꝑmanet. Vnde rursus unā esse aīam cōsequat̄. Quēadmodū uero passio quę in me parti contigit/nō necessario totum occupat: sed quæ accidit principali/diffundit̄ quodāmodo & ad partem: sic quæ ab uniuerso ad unūquēq; deueniūt/manifestiora cōtingūt. Quippe cū singula toti compatiātur. Quæ uero nobis accidūt/ utrum ad totum mox pertineāt/ est nobis occultum.

## MARSILIVS.

Cap. III.

¶ Ludit adhuc Plotinus noster

VErum sicut mutuus hoīum amor uniōem significat aīarum/sic & perpetua diraq; inter se odia diuersitatem. Nō enī minus dissidet homo ab hoīe/& aīal quoduis ab aīali/q̄ ignis ab aqua: neq; minus ergo distinguit̄. Magicus uero raptus magna ex parte cōfictus est: & quas habeat causas/ in superioribus declarauimus. Alibi diximus/formalem rei cuiusdam rōnem esse ī essentias plures multiplicabilē excepta causa prima. Igitur sicut ratio formalis corporis qualitatis naturę ī plura corpora naturas qualitates distincta est/sic & aīę intellectusq; ī aīas ītellectusq; plures. Tum uero si aīa excellētior formaliorq; est q̄ qualitas/certe ꝓuidentia diuina cōstitutum est/esse multos aīarum gradus sicut & qualitatū formaliter inter se distinctos/nō sicut hic calor ab illo subiecti causa: sed sicut calor a frigore/siccitas ab humore. Quod & Plotinus in fine capituli iam innuit. Vbi ait/intellectus esse multos/atq; sensus ipsos iudiciales simul esse cum intellectibus. i. cum ītellectualibus animis. Significat uero disputatiōem hāc annuere/ unam esse ī cūctis corporibus aīam/ nō rōnalem quidem/ sed uegetalē sensus cuiusdam cōfusi participem. Verūtamē rōnalem quālibet aīam posse corpus suum uita irrationali formare/si nō sit ab aīa mūdi formatum:

PLOTINVS

DProinde ratio dictat/nos ex oppoſito mutuis inuicem paſſionibus affici: ipſoq; aſpectu miſericordia tãgi/atq; diffũdi: rapiq; naturaliter ad amandum: Et profecto cõſideratione dignum eſt/num inter nos hĩc amor mutuus oriatur. Iam uero ſi carmina quædam ueneficiaq; magica plures in unum rapiunt/paſſionẽq; cõmunem habitantibus etiã procul incutiũt: id totũ omnino per aĩam unam cõfici poſſe uidetur. Atqui & ſermo ſubmiſſa uoce prolatus longe remotũ afficit/cogitq; exaudire: quod iteruallo etiã longiſſimo diſtat. Ex quibus licet cunctorũ intelligere unionem/uelut ꝑ unam aĩam cõſpirantiũ. Sed quonã pacto ſi una eſt aĩa/alia quidẽ rõnalis eſt: irrõnalis alia: & alia uegetalis? Forte quoniã quod in aĩa imptibile ẽ/uirtuti rõnali eſt tribuendũ in corporibus minime diſtributæ. Quod ãt eſt circa corpora diſtributũ/ipſũ quoq; unũ exiſtens: ſed diuiſum ꝑ corpora/& ſenſũ exercens ubiq;/ponendũ eſt aliã eſſe aĩæ ꝓtem. Deniq; partem aliã ꝑ id quod corpora effingit & facit. Neq; uero aĩa minus una eſt/ex eo ꝙ plures ibi ſint uires. Nã & in ſemine uires ſunt plures/& ſemen unũ: atq; ex hoc uno multa ſunt unũ. Sed cur nã non ubiq; ſunt oẽs? Atqui & in aĩa quæ i quolibet una eſſe dicit̃/ſenſus nõ in oĩbus partibus eſt ꝓſimilis. Et rõ nõ eſt in toto: & uegetalis uirtus ineſt/quibus ſenſus ipſe nõ adeſt. Et ſimul in unũ corpore ſeiuncta recurrũt. Si aũt uim nutriendi a toto habet atq; ab illa/ cur non igitur ab aĩa quoq; noſtra nutriẽdi uim habet? Quoniã quod nutrit̃ pars ẽ uniuerſi: quod paſſiua quadã conditione ſenſuale cenſet̃. Senſus uero ipſe iudicialis eſt cũ quolibet ĩtellectu: cui nõ opus fuit formare quod ab uniuerſo format̃. Nã & formauiſſet utiq;: niſi oportuiſſet ĩ toto hoc formante cõnumerari.

MARSILIVS.

Opinionem dicentem cunctis ineſſe animam numero unam iam reſpuit. Tãgit uero dicentem eſſe unam ſpecie diſtinctam numero: atq; ſingulas eſſe deriuatas ex una diuiſa.

Cap. IIII.

DAnc quoq; refutat: nã aĩa ẽ ſubſtãtia ĩcorporea/ĩdiuidua/in ſe cõſiſtẽs. Nõ põt igit̃ una cõis aĩa in plures deriuari/ ſicut uel cõtinuũ in ptes/ uel albedo in plures albedines diuiſione continui: uel ſicut ex uno ſigillo plures in multis cæris fiunt impreſſiones.

PLOTINVS.

DAec igit̃ ideo dicta ſũt/ne qs miret̃ ipſã ad unũ reductiõem: ſed. n. diſputãdi rõ exigit quonã mõ ſit una: nũqd oẽs ſint una tãq̃ ꝓcedẽtes ab una: an ipſę oẽs pęnitus una? Quod ſi tanq̃ ab una/nũqd illa diuiſa/uel tota qdẽ ꝑmanẽte: ſed nihilominus multas ex ſe faciẽte. Tũ uero qũo eſſẽtia manẽs ex ſeipſa multas efficiat. Dicamus igit̃ diuino ĩprimis auxilio iuocato/oportere ꝓfecto unã prius exiſtere: ſiquidem multæ ſint animæ: atq; ex hac una procedere multas. Si ergo hęc una ſit corpus neceſſarium eſt hac diuiſa fieri multas: & aliã oĩo eſſẽtiã ſic aliãq; fieri. Ac ſi ſimilibus ſit partibus conſtituta/cõformes quoq; fieri cunctas/ſpeciem unam eandemq; ipſo toto ferẽtes/ molibus uero diuerſas. Quod ſi ſecundum ſubiectas moles hoc ipſum habeant/ ut ſint animę/ alias inter ſe eſſe. Si autem ſecundũ formam id potius habeant/unam ſpecie animas eſſe. Hoc autem eſt unam eandemq; ineſſe multis corporibus aĩam & ante unã hãc inſitã multis rurſus aliã eſſe ĩ multis nõ exiſtẽtẽ. A qua quę ĩ multis eſt

una/dependet: tanq̃ ſimulachrũ paſſim delatum/unius exiſtentis in uno. Quem admodum ſi ex uno quodam ſigillo multæ cęræ figura eadem imprimerentur. Illo igitur modo in multa ſigna diſpenſaretur. Si autem ſecũdo modo res ſe habet incorporeũ quidem aliquid aĩa eſt. Ac ſi paſſio quędã ſit/nihil mirũ erit/qua litatem unã ex una quadam factã multis ineſſe. Ac ſi ſecundũ utrunq; ſimul iun ctum aĩa iudiceť:nihil id mirum fuerit. Nunc uero aĩam tum ĩcorporeã eſſe: tum etiam eſſentiam arbitramur.

MARSILIVS

Aię q̃uis per eſſentias inter ſe diſtinctę ſint/oẽs tamẽ quodãmodo una ſunt aĩa tribus uidelicet modis. Cap. V.

PRimo quia oĩbus præeſt una animarum generalis idea: & tota ſingulis in eſt. Secũdo quia quælibet anima eſt forma pęnitus omniformis: ideo quę libet anima cæteras complectitur animas. Differt tamẽ hæc ab illa/quoniã ſub differenti actu proprietateq; hæc & illa ſunt omniformes. Sicut conueniunt & differunt propoſitiões inter ſe geometricæ. Tertio quia omnes ĩ eodẽ puncto eſſe poſſunt/ ſicut lumina imagines q; colorum abſq; confuſione. Nõ eſſe unicã in ſingulis animã aut mentẽ/ſatis in Theologia probauimus. Hæc ergo tibi ſit ſũma. Caue ſuſpiceris ſuſpicari Plotinũ nõ diſtingui inter ſe eſſẽtias animarũ. Id enĩ omnibus eius libris/& huius etiã fini aduerſaretur. Quinetiã diſputatiõem propriã fecit in hac enneade contra eos qui animam eſſe unicam opinantur. Sed memẽto Plotinũ ubiq; conari oĩa q̃tum fieri poteſt/ad unũ quiddã redigere/ſer uata interim ꝓprietate naturæ. Ad unũ quiddam dico. i. ad cõmunionẽ affectio nis actioniſq; & paſſionis. Vt concors in uniuerſo harmonia ſeruet/& traductio uirtutis & actiõis mutuo/ facileq; ꝓ ſingula fiat: quod quidẽ fieri nõ poſſet: niſi ſingulę aię q̃uis ſeruata eſſentiæ diſtinctione contineanť & reganť ab una: ferme ſicut uirtutes oẽs mẽbrorũ a uirtute cordis/ & a ceruice nerui. Adducit igiť mul ta ad unionem eiuſmodi ſigna: quę ut tanq̃ ualidiſſima cõfirmet: cõcedere uide tur ẽt tanti uigoris uideri poſſe: ut ualeãt adduci nõ ſolũ ad talẽ unionẽ/ ſed ad maiorẽ etiã ſuſpicandã: quaſi dicat: ſi poſſet q̃ſpiã ꝓ hęc ſigna ſuſpicari unionẽ eſſentię: quod tamẽ ego nõ probo: multo magis nos poſſumus ꝓ eadem ſigna unionẽ inter aĩas affectionis & actionis cõſenſionis q; & cõpaſſionis aſſeuerare.

PLOTINVS

QVonam igitur modo una in multis eſſentia? aut enim una in omnibus to ta: aut a tota unaq; ſunt multę/illa manente. Illa igitur una eſt. Multę ue ro ad hanc referuntur ut unam/dãtem ſe multitudini/ rurſuſq; non dan tem. Sufficit enim omnibus exhibere ſeipſam/& nihilominus una ꝑſeuerare. Po teſt enim ĩ omnia ſimul/& ab uno quoq; non omnino ſeiungitur. Idem ergo ſer uatur in multis. Neq; in hoc diffidere quiſquã debet. Nam ſcientia quoq; tota eſt/& partes eius/ adeo ut tota ꝑmaneat/& partes ab ipſa. Item ſemen eſt totũ & ꝑtes ab eo in quas naturaliter diuidi põt: & unaquęq; totũ: manetq; totũ nihilo alicubi diminutum. Materia uero diuiſionis ꝑębet occaſiõem: attamẽ oĩa unũ. Sed ĩ ſciẽtia quidẽ dicet aliq̃s/partẽ nõ eſſe totũ: ſed hic quoq; actu q̃dẽ pars eſt quod ꝑęcæteris eſt expromptũ/ quatenus uſus exigit: idq; aliis ẽ præpoſitũ. Se quunť tamẽ & reliqua/potentia quadã ibi latentia: ſuntq; in parte omnia & for te hac conditione ipſa tota dicitur: pars aũt ibi q̃dẽ tanq̃ actu/ ſed ſimul omnia,

Eſt igitur prẽſto paratum quicquid aggredi expediręq; uelis. In ipſa uero parte ineſt quod dicimus præparatum. ſed eſſe in potẽtia iudicãt/quatenus toti cohęret. Nec exiſtimãdum eſt/notionẽ hanc quã dicimus ſcientię partẽ/eſſe aliarũ uacuam notionũ: alioqn non erit notio quędam artificioſa/nec ſcientię ꝓpria: ſed peride ac ſi puer aliquis forte loquaẽt. Si ergo ſciẽtiæ accõmodata eſt/oẽs potentia poſſidet. Sciens itaq; uir cum ꝓpenſior ad hæc incumbit/uno quodã ꝓmis poſito/deinceps ꝑ conſequentiã quandã reliqua quoq; ꝓducit. Hinc & Geometra in ipſa reſolutione declarat/unũquodq; prẽcedentia in ſe cuncta cõplecti: per quæ agitur reſolutio complecti etiam conſequentia/ quæ inde quodam ordine deducuntur. Verum hęc ob debilitatem noſtram non creduntur: & mole corporis obſcurantur. Illic aũt clara omnia ſunt/ac etiam unũquodq; perſpicuum.

## QVINTA ENNEAS TRADVCTA AB EODEM MARSILIO FICINO FLORENTINO.


Liber primus. De tribus principalibus ſubſtãtiis
Secũdus. De generatiõe & ordine eorũ quæ ſunt poſt primum.
Tertius. De cognoſcẽtibus ſubſtantiis/ & de eo quod ſuperius eſt
Quartus. Qũo a primo ſit quod eſt poſt primũ atq; de uno.
Quintus. Quod formæ intelligibiles & itelligibilia non ſunt extra intellectum: atq; de ipſo bono
Sextus. ꝙ quod eſt ſuperius ente non intelligit/& quid ſit primo itelligẽs/ & qd ſecundo
Septimus. utrũ ſingulariũ ſint ideę.
Octauus. de intelligibili pulchritudine.
Nonus. de intellectu & ideis & ente.


## LIBER PRIMVS

De tribus principalibus ſubſtãtiis. i. hẽntibus principii rõnem

MARSILIVS

Animus in patria ſub ipſa mentis diuinæ forma potius q̃ ſua uiuit & agit: ſicut corpus nũc ſub aĩæ forma. Sed cũ primũ confert ſe ad uiuendũ agendumq; ſub propria forma ꝑ diſcurſionem. s. rõnalẽ: deiceps prolabit̃ paulatim in diſcurſionem imaginalẽ/ & actionẽ ſenſualẽ atq; uegetalẽ ut iam quaſi ſub forma corporea uiuat.

Cap. Primum:

HINC Poſtremo contingit ut ſe corpoream opinetur: ac de ſua diuinitate diffidens diuina nec quærat unquã nec ueneretur.

## PLOTINVS.

QVIDNAM in cã eſt/ut aię quæ diuine ſortis ſunt Deiq; oĩo/ tamen Dei patris obliuiſcant̃/ignorãtes: & ſe ipſas & illum. Prĩcipium igit̃ mali eſt aĩs audacia/generatio/prima diuerſitas. Et quia uolunt ſui iuris eſſe. Poſtq̃ igit̃ libertate hac ſiue licentia delectari cepunt fretæ plurimum ſuo quodam ex ſe ipſis mouendi munere/& iter cõtrariũ ineuntes/ factæq; iam remotiſſimę/ iam ſeipſas illinc exortas eſſe ꝓrſus ignorant. Velut pueri ſtatim nati a parẽtibus ſegregati ꝑculq; diutius educati/& ſe & parẽtes ignorãt. Cum igitur neq; patrem neq; ſeipſas uideãt: ſuiq; generis ignorãtia ſe paruifaciãt/honorantes alia/& quicquid occurrit magis q̃ ſe admirantes/atq;

ſtupidę hinc & admirabundæ pendentes nimirũ ſe iam longiſſime proiecerunt: diſiunxerũtq; a patre atq; ſeipſis/dum.s.ea a quibus nimium auerſę ſunt/parui facerẽt. Quãobrẽ extrema diuinitatis inſcitia ex inferiorum honore ſuiq; ipſius cõtemptu animę uidetur accidere. Simul.n. proſequiẽ/admiraẽq; aliud/& iterim confiteẽ ſe admirantem & proſequẽtem hoc ipſo deteriorẽ eſſe. Cũ igiẽ deterio rem ſeipſã rebus naſcentibus occidẽtibuſq; exiſtimet: ideoq; abiectiſſimũ q̃ddã maximeq; caducũ oĩum quæ honorat eſſe ſe putet/merito neq; Dei naturã/neq; potentiam aĩo cõcipit. Quapp geminũ ad eos qui ſic affecti ſunt/ſermonẽ habe re debemus: ſi mõ conuerſuri eos ſimus ad oppoſita quædã atq; prima: & uſq; ad ſũmum unũq; & primũ deniq; reducturi. Quisnã igiẽ eſt uterq;/Alter profe cto qui demonſtrat quã ob cauſam anima nũc inferiora hæc honoret. Quã rem alibi longe percurrimus. Alter uero qui docet atq; cõmemorat q̃generoſa ſtirpe ſit aĩus p̨creatus: & q̃ta prædĩtus dignitate. Qui certe ſermo prior eſt q̃ ille: atq; declaratus declarabit & illũ. De quo ſane nũc eſt dicendũ. Proxime.n. hic ad na turam eius quod quærimus uideẽ accedere: atq; illi oportune præponiẽ. Ipſũ.n. quod quærit eſt aĩa: cui profecto cognoſcendũ eſt/ quid exiſtens iam ipſa in ſe p̨quirat: ut diſcat ĩprimis/num ipſa uim habeat ad talia quædã inueſtiganda: & nunquid eum habeat oculũ/quo p̨ſpicere ualeat/ & oĩo num hęc cõueniat inda gare. Si enĩ aliena nobis ſunt: cur nã hęc indagemus? Sinaũt cognata/merito de cet/expeditq; p̨quirere: & põt quandoq; aĩus inuenire.

MARSILIVS.

Quanta ſit mundanæ aĩæ dignitas oſtendit ex eo q̃ niſi ĩ mundo ſit ipſa/ mun dus nihil aliud q̃ materia quędam informis erit Cap. II.

ANima.n. rerum formas gignit. Motiones oĩum & actiones ipſa citat. Vitã omnibus inſerit & progreſſum/eſt ubiq; tota. Nutu regit: atq; ita ſe habet ad mundanum corpus accedens/ſicut ſol exoriens ad aerẽ tenebroſũ. Si miles anima noſtra uires/ſimilẽq; ferme dignitatẽ hẽr: præſertim ſi corporeis ſor dibus expurgata redierit in ſeipſam.

PLOTINVS

COgitare debet ĩprimis oĩs anima: animã ipſam animalia omnia effeciſſe inſpirantem eis uitam: feciſſe inquã uiuentia omnia/quę nutrit tellus: & quę mare: quę in aere ſunt: & quæ in cęlo ſtellæ diuinæ. Anima ſolẽ: ani ma ingens hoc cęlum exornauit/ordineq; perpetuo ducit/exiſtens profecto na tura quędam ab his diuerſa/quę ornat quæ mouet q̨bus ſuggerit uitam. Ideoq; neceſſe eſt his omnibus eſſe præſtantiorem. Quippe cum hæc & oriãtur quãdo anima ſuppeditat uitam: & occidant quãdo deſtituit: ipſa uero ſit ſemper: p̨pea q̃ nunquam deſerit ſemetipſam. Quis ãt modus ſit uitę ſuppeditandę tum uni uerſo/tũ ſingulis animãtibus/ita potiſſimum cogitetur. Conſideret itaq; ingentẽ animam alia quædam anima non paruam in conſiderando dignitatem adepta/ a deceptione uidelicet libera: & ab his omnibus quæ cęteras animas faſcinare cõ ſueuerunt. Ideoq; in habitu quodam quietiſſimo conſtituta non ſolũ uero quie ſcat illi circũfuſũ corpus corporiſq; p̨cella: uerũ etiam quicquid extrinſecus am bit/undiq; conquieſcat. Torpeat ergo terra/ & mare/ aerq;/ & cælum. Excogitet mox in torpentẽ eiuſmõi molem undiq; aĩam extrĩſecus influentẽ/p̨nituſq; in fuſam/& oĩa penetrantẽ/nec aliter illuſtrantẽ: q̃ ſolis radii obſcuram caliginem

illuminare ſoleant: nubesq; ſæpe aſpectu aureas reddere: ſic itaq; aïa cæleſte corpus ingreſſa dedit uitam/dedit imortalitatem torpẽs protinus excitauit. Hoc aũt motu perpetuo agitatũ ſapiẽtis animæ ductu/beatum aial eſt effectum: omnẽq; cęlum adeptus eſt dignitatem/cum primũ inhabitauit anima/cum priu seſſet corpus uita uacuum/terra ſcilicet atq; aqua: imo uero materię tenebroſitas: atq; nõ ens: quod ue(ut inquit ille) Dii odio habẽt. Fiet autẽ clarior atq; perſpectior uis animæ atq; natura/ ſiquis in his animaduertat/quẽadmodum ipſa ſua uoluntate cęlum complectatur & ducat. Omni nãq; huic moli quantacũq; eſt/tradidit ſe metipſam. Vnde totum hoc iteruallũ tum magnum/ tum paruũ eſt animatum: ubi corporis aliud atq; aliud eſt alibi ſitum: & hoc quidem ſic/ illud uero aliter eſt diſpoſitum. Et alia ex oppoſito ſita. Alia uero cõnexa/inuicemq; pendentia. At anima non ita ſe habet. Non enĩ in partes particulaſq; diuiſa uitam inſerit ſingulatim: ſed omnia ſe tota uiuificat: totaq; ubiq; adeſt: ſimilis effecta patri: tũ ſecundum ipſum unum/tum ſecũdum quãdam per omnia amplitudinem. Et profecto cęlũ & ſi multiplex aliudq; ſit alibi/eſt tamen animæ ipſius potẽtia unum. Iam uero propter ipſam hic mũdus eſt Deus. Sol quoq; Deus eſt/quoniã anima tus/ſtellęq; ſimiliter omnes. Nos quoq; qcquid habemus egregii/ob hoc ipſum duntaxat habemus. Orbati nãq; anima ſterquilinio abiectiores eſſe dicũtur. Neceſſarium uero ẽ animã ipſam quãdoquidem Diis/ut Dii ſint cauſa eſt/antiquiorem iis Deum exiſtere. Conformis quoq; huic eſt & noſtra. Itaq; ſi quãdo abſq; adiunctis eam conſideraueris/purã inſpiciẽs: inuenies profecto idem ipſũ quod eſt anima uenerandũ/omniq; corporeo admodum pretioſius. Eteni ſine ipſa anima forte terra ſint omnia. Ac ſi interſit & ignis/ quidnã erit uehemẽtia eius adurens? Et quęcunq; ex his compoſita fuerint: tametſi aquam his aerẽq; addideris/ nondũ tamen nactus fueris aliquid uenerãdum. Quod ſi ex eo q; animeẽ/proſecutione dignum corpus euadet/cur quæſo teipſum .i. animum tuum dimittis? Aliud uero quicquam proſequeris. Sed age animam ipſam admiratus in alio/admirare teipſum.

## MARSILIVS

Facultas noſtra rõnalis tãquam mobilis & ab ocio migrãs in actum atq; uiciſſim dependet ab intellectu noſtro ſtabiliter ſemperq; agente: atq; hic tanquã ꝓprius animę particulariſq; dependet ab intellectu communi in ſeipſo ſimpliciter conſiſtente.

Cap. III.

INtellectus noſter ſe habet ad rõnem/& intellectus cõmunis ad noſtrũ/ſicut lumen ad aerem/formaq; ad materiã. Sed ratio quidẽ quotidie formaẽ ab intellectu noſtro/noſter aũt a cõmuni ſemper formatus eſt/ ſemp illuminatus. Intellectus igitur cõmunis excellentiam ex ipſa intellectus aialis præſtantia poſſumus coniectare.

## PLOTINVS.

QVm igitur anima ſit res tam ueneranda tamq; diuina/ confiſus iam tali quodam uehiculo ad Deum te acceſſurũ: hoc ipſo ad illum iã aſcende. Neq;.n. es lõgius uagaturus: nam neq; ſunt intermedia multa. Summe itaq; quod eſt huius diuini diuinius: uicinitatem inquam animę ad ſupernum/ poſt quod uicinum & a quo eſt anima. Et ſi enim tanta res ſit/quantam ratio demõſtrauit/imago tamen quedam eſt intellectus ipſius: quemadmodum uerbum

in ꝓlatione uerbi exiſtentis in animo. Sic ergo & anima mentis eſt uerbū: & tota eſt actus atq; uita/quam producit ī alterius exiſtentiam: uelut altera quidem eſt in igne caliditas/ altera quam ignis exhibet alteri. Oportet autem illic accipere non effluētem duntaxat: ſed partim quidem ī ipſo manētem/partim etiam ſubſe quētem. Quamobrem cū anima ſit ab intellectu/intellectualis exiſtit: itellectusq; ipſius animę in diſcurſione uerſatur. Tum uero huius perfectio rurſus ab intelle ctu: uelut a patre atq; iterum nutritore: ſiquidem hanc primo non omnino perfe ctam/ſi cum ipſo conferaꝝ/procreauerit. Itaq; tū hæc ipſa ſubſtantia eſt a mente: tum actu ratio/& quaſi intellectuale uerbū: dū mens ipſi ꝓſpiciꝫ: quādo. n. intue tur mentē/tunc quę intelligit agitq;/intus habet & ꝓpria: haſq; ſolas apellare de cet aiæ actiones/quæcunq; itellectuales ſunt/ atq; domeſticæ. Quæ uero deterio res ſunt/aliunde ꝓueniunt/ſuntq; talis aię paſſiones. Intellectus igiꝫ diuiniorem inſup efficit aīam/tum ꝙa pater eſt: tum ꝙa ſemp adeſt: nō enī interuenit mediū/ pręter id quod alterū inter ſe ſunt/& alterum: ita tamē ut ſubſequaꝫ aīa/& ſuſci piat. Intellectus āt ſit tanquā ſpēs. Pulchra uero eſt & intellectus ipſius materia: quippe cū ſit intellectuale quiddā & ſimplex. Quā igiꝫ excellens ſit intellectus/ ex hoc quoq; cōſtat/ꝙ excellentior eſt q̄ aīa re admodum excellente.

MARSILIVS

Mundus cū ſit ab intellectu diuino/certe totus eſt in eo. Et quoniam ille eſt ens uita intellectus ꝓfectiſſimo modo/ideo quicquid mūdanū eſt in eo/ꝓfectum eſt: atq; eſt ens & uita & intellectus

Cap. IIII.

PArtes temporis ꝓtinentes ad mundana referunꝫ ad totū rpūs/ quod paſſi ue eſt ī mundo. Atq; hoc ad rpūs quod ī aīa eſt actiue. Et illud ad ipſā di uinæ mentis ęternitatē: in ipſa tamen mente differunt inter ſe quadā rōne formali intelligere atq; intelligi. Item quod itelligit & quod intelligiꝫ: ſubſtātia tamē conueniunt. Ibi rurſū intelligere ipſū methaphorice ē moueri. intelligi uero q̄ſi mouere/atq; ſtare. Cū igiꝫ intellectus ille & oiformis ſit/& differētiā in ſe ali quā & q̄ſi cōpoſitionē hēat: merito redigēdus ē ad ſupius aliq̄d ſimpliciſſimū.

PLOTINVS

COgnoſcere idem præterea ꝓ hæc aliquis poterit. Siquis mundū hunc ſen ſibilē admireꝫ/intuitus magnitudinē eius & pulchritudinem/ motusq; ordinē ſempiterni: item deos in ipſo ꝓtim quidem cōſpicuos/ptim uero latentes: dęmones quoq; & aialia/& oēs deniq; plantas/mox ad ipſū mundi hu ius principiū & exēplar mundūq; uerioꝝ prorſus aſcēdat: ibiq; itelligibilia cun cta conſpiciat: ac penes ipſum ſempiterna ī propria intelligentia atq; uita horūq; oium pręſidem intellectum ꝓrſus intemeratū: & inextimabilē ſapiennā: & reue ra uitam aureā ſub Saturno. Nēpe Saturnus ipſe itellectus eſt ꝓrſus īmaculatus. Omnia. n. ī ſe īmortalia cōprehendit: intellectū oēm: Deū oēm: aīam oēm: & hęc oia penitus conſiſtentia. Quid. n. ꝓmutare quęrat/cū bene ſe habeat/quo ue per tranſire/cū penes ſe cuncta poſſideat. Sed neq; exigit incremētum: cum ſit perfe ctiſſimus. Quapꝑ & quæcūq; ſunt apud ipſum/perfecta ſunt/ut ſit omnino per fectus/nō habens quod nō ſit tale. Neq; quicquam in ſe habens quod non intel ligat: intelligit autē non quęrēdo/ſed poſſidendo. Neq; peregrinam habet fęlici tatem: ſed omnia habet in æuo. Atque uera eſt æternitas quam imitatur tempus

circa animã ſeſe uerſans/alia quidem dimittens/alia uero attingẽs. Etenim alia rurſusq; alia ſunt circa aĩam. Nam aliquãdo Socrates/aliquãdo equus/& unum aliqd ſemp eorũ quę ſunt/intellectus aũt oĩa. Habet igiť in eodẽ oĩa conſiſtẽtia in eodem: atq; eſt duntaxat/ſempq; præſens: neq; ullo mõ futurũ. Eſt. n. iã tunc quicqd eſſe põt/neq; habet præteritũ. Nõ. n. ibi quicq̃ pręteriit: ſed ibi cuncta in præſenti conſiſtunt: utpote quæ ſunt ſemp eadẽ: tanq̃ quæ pręſenti habitu ſunt contẽta. Proinde quodlibet illorũ eſt itellectus atq; ens. Et uniuerſũ oĩs eſt itellectus/ensq; omne: intellectus quidẽ/ppea q; ítelligit/atq; ita ens ſibi uẽdicat. Ens ãt ppea q; intelligiť: atq; hoc ipſũ quod intelligiť/intelligere & eſſe exhibet intellectui. Intelligendi uero cã aliud eſt: quod quidẽ enti quoq; cã eſt eſſẽdi. Ambo rum igiť ſimul aliud cã eſt. Ipſa. n. & ſimul exiſtunt: & nunq̃ ſe mutuo deſerunt. Sed cum duo ſint hoc ipſum unũ ſimul eſt intellectus/& ens/& intelligẽs ſimul & intellectum. Intellectus quidẽ quatenus intelligit: ens ãt q̃tenus intelligiť. Nõ eni eſſe poſſet actus intelligendi/niſi eſſet (ut ita loquar) alteritas/atq; identitas. Sunt ergo prima intellectus/ens/alteritas/& identitas. Oportet ãt motum quoq; ſtatũq; adiungere. Et motum quidẽ/ſi intelligit: ſtatum uero ut idẽ. Sed alteritatem: ut ſit intelligens atq; intellectũ. Alioqn ſi diuerſitatẽ hanc abſtuleris: unum iam ꝓrſus euadẽs ſilebit oĩo. Oportet ãt quæ ítelligunt & quæ intelligunť inter ſe ſic eſſe diuerſa: eſſe quoq; idem: q̃tenus ĩ eodẽ: & cõmune unũ aliquod oĩbus: Atqui differentia ipſa alteritas eſt. Hęc ãt dum plura fiunt/numerũ quantitatẽq; faciunt/ac deniq; tale aliquid uniuſcuiuſq; horum proprietas efficit. Ex quibus uelut principiis cętera quoq; proficiſcuntur.

// MARSILIVS

Pytagorici fingunt ĩ quadã quaſi ꝓceſſione ipſius unius oriri binariũ: in quodã binarii termino ternariũ ſuboriri: ſimiliterq; deiceps: Platonici ſimiliter de prima eſſentia iudicant

Cap. V.

Hæc enim cũ ꝓfectiſſime ſit: ideoq; ſimiliter uiuat uitali quodã quaſi motu ꝓgrediť intus. Cum uero ꝓgreſſio ſit oppoſita regreſſioni uel termino nimirũ aliũde & id quidẽ deſup habet/ut regrediať uel termineť: ſicut cælum ut moueať/habet ab aĩa: ut in orbem/ habet ab intellectu uel aĩa iam intellectuali. Terminatur ãt uitalis ille actus in intellectum: & hunc clariſſimum oĩformemq; uigore. s. interim accepto diuinitus: ſicut & oculus natiuo quodã nixu aſpicit: ſed uirtute luminis fit actu uidens atq; formatus. Deniq; cũ in ipſo intellectu primo ſeipſũ intelligente rõ quidẽ formalis ipſius intelligẽtis ſit quaſi ꝓcedentis atq; formabilis: rõ aũt intellecti ſit quaſi terminãtis atq; formãtis. Ideoq; inter ſe opponanť: merito ibi ẽ numerus aliqs/nõ accidẽtalis ille qdẽ: ſed ꝓrſus eſſentialis. Eſt & illic numerus idearũ rõne formali iter ſe differentiũ/ſi mõ p eas intelliguntť & fiunt formę rerũ re ipſa inuicẽ diſcrepantiũ. Ideo intellectus adeo multiplex a principio dependet pęnitus ſimpliciſſimo.

// PLOTINVS.

Hic itaq; Deus plurimus ĩ aĩa hac exiſtit rebus eiuſmõi copulata: niſi forte hinc uelit abire. Propinquans ergo ipſi & quaſi unum effecta ita ꝓquirit. Quiſnã igiť ille ẽ qui hunc genuit: q̃ ſimplex & ante eiuſmõi multitudinem: q̃ auctor huic ẽ/ut & ſit/ſitq; multiplex. Qui ꝓcreat numerũ. Numerus. n. non eſt primus. Nã ante duitatẽ eſt ipſũ unũ. Secundũ uero duitas quæ ab uno

facta/ipſū habet definitorē. Ipſa uero ſuaptenatura eſt q̄ddam īdefinitū. Quan
do uero definita eſt/iā eſt numerus. Numerus āt ut eſſentia. Nā & aīa quoq; nu
merus eſt. Nō. n. moles ſunt prima naturę/neq; magnitudines ullę. Craſſa. n. hęc
poſteriora ſunt: quę ſenſus exiſtimat entia. Iā uero nec ī ſeminibus hoc ipſū hu
midū eſt: quod dignū ȩxtimatione cenſeť: ſed quod ſēſibus nō apparet. Id autē
numerus eſt atq; rō. Qui ergo numerus illic dicit̄ atq; ēt duitas/intellectus eſt &
rōnes quædā. Sed indefinita q̄dē duitas eſt/q̄tenus ſubiecto cōſideratur. Nume
rus āt q ex ipſa ē atq; uno/iā eſt ſpēs unuſquiſq;/q̄ſi ſic ītellectus ipſius eēntia p
ſpēs ī eo factas formata iā fuerit. Formať āt alio q̄dē mō ab ipſo uno: alio āt a ſe
ipſo/uelut uiſio quæ ē iam actu uidēs. Eſt. n. ītelligētia uiſio uidēs & ābo unū.

MARSILIVS.

Deus ſūmus abſq; ullo uolūtatis uel naturę motu diuinū generat ītellectū tanq̄
uerbū ſuum/ſola alteritate quadā a patre differens. Intellectus ſimiliter īmobilis
uerbum ſuum generat ipſam. s. mundi aīam Cap. VI.

Si primū principiū eſſet ullo mō mutabile oīo nutarēt oīa. Item ſi fingať
p motū quaſi mediū generare mentis ſubſtantiā/motū tandē generabit ſi
ne motu accidēs tam īpfectū/ut ſit accidētiū oīum īpfectiſſimū: cū ptes in
ſe ſuas ſimul poſſidere nunq̄ poſſit. Itaq; rō dictat ſine eiuſmōi accidente pfectiſ
ſimā illā a Deo ſubſtantiā generari: cum agētia partim natura/ptim uoluntate fa
ciant: & ī primo agēte oīs agendi facultas cōtineať. Et quæ ī ſequētibus ſunt di
uiſa ī primo ſint unita. Nimirū Deus uolūtate res facit pariter atq; natura. Idēq;
in eo natura eſt atq; uoluntas. Ab illo igiť nec p uoluntatē nec p naturā mutato
emicat ītellectus quaſi lumen: & cū primū emicat naturali quodā inſtictu uergēs
ad patrē/idearū ſplēdore repleť. Euadit igiť intellectus hinc abſolute formatus.
Similiter ad ītellectum diuinum aīa mundi ſe habet. Notabis oratiōem tunc effi
cacīſſimam fore/quādo aīus ad intellectum ſuum oīo ſe reuocās ſolum ſe offert
ſoli Deo/ad ſolum uidelicet illum amore flagrans.

PLOTINVS.

Quomō igiť uidet?/quid ue uidet?/Et qūo p̄rſus extitit & p̄ceſſit ab illo/ut
& uideat. Nunc. n. neceſſitatē ipſā p quā hæc fiāt aīus tenet. Affectat āt ite
rum ītelligere: quod ēt inter antiquos ſapiētes ē diuulgatū/ quonā pacto
ex uno exiſtente tali/quale dicimus unū ipſū exiſtere: habuerit unūquodq; ſub
ſtantiā: ſiue multitudo/ſiue duitas/ſiue numerus: neq; illud ī ſeipſo q̄euerit: ſed
tanta illinc effluxerit multitudo/q̄ta cōſpiciť quidē in ordine rerum: reducendā
uero cenſemus ad illud. Sic itaq; dicendū nobis eſt/ Deū ipſū inuocātibus/nō
oratione quidē ad aures p̄tinente: ſed aio ſe ipſū ad Deū uoti gratia īpenſiſſime
reuocāte. Quippe cū hac tantū cōditiōe uouere precariq; poſſimus/ſi ſoli acceda
mus ad ſolū. Oportet igiť Dei cōtēplatorē in ipſo penetrali uelut rēplo quodā/
intra ſeipſū inq̄ trāquille q̄eſcere ſup oīa p̄rſus extantē/ ibiq; uelut ſtatuas extra
uniuerſū cōſtitutas/īmo uero ſtatuā primo effulgētē: hoc mō quo naturaliter in
ſpici pōt īſpicere. Circa omne quod mouet̄ oportet aliq̄d eſſe ad quod mouea
tur. Nā ſi nihil eiuſmōi fuerit/moueri minime affirmabimus. Sed ſiquid poſt effi
ciens ipſum fiat: id omne ipſo ſemp ad ſe conuerſo effici neceſſarium eſt. Procul
eſto nūc a nobis generatio tēporalis/uerba de ſempiternis īpręſentia faciētibus.
& ſi quando inter loquēdū generationem eis attribuamus/ rōne cauſę ordiniſq;

cuiuſdã generatiõem ĩ mediũ adducẽtibus. Quod igiť inde gigniť/dicendũ eſt ſupiore nõ agitato gigni:alioqn ſi moto illo aliqd genereť:certe id quod gigni tur nõ ſecũdum/ſed tertiũ erit ab illo poſt motũ. Quãobrẽ neceſſariũ eſt/cũ illud ſit ꝓrſus ĩmobile:ſiqd ſecũdum poſt ipſũ naſciť/ id profecto illo neq; annuente neq; uolũtate decernente/neq; ullo pacto cõmoto ſubſiſtere. Quonã igiť pacto quid ue nobis eſt circa illud ſtabile cogitãdum? Lumẽ undiq; circũfuſũ ex ipſo dependẽs:ex ipſo inq̃ pẽnitus quieſcẽre/ceu fulgorẽ circa ſolẽ/quaſi circũcurrẽ tem/ex ipſo ſemꝑ manente ꝓgenitum. Iam uero res oẽs quatenus naturaliter ꝓſeuerãt ex ipſa ſui eſſentia præſenteq; uirtute neceſſariã circa ſe foras naturam ꝓducunt ab ipſis dependentẽ:quę quidẽ imago ſit uelut exemplaris.s.uirtutis illius unde manauit. Ignis quidẽ ex ſe foras emittit calorẽ:nix quoq; frigus nõ intrinſecus tantũ cohibet:ſed & aliis exhibet. Prẽcipue uero id res odoratę teſtãtur. Quãdiu.n.ſunt/nõnihil ab eis circũeffundiť:cuius inde fit pticeps quod eſt ꝓpinquũ. Atq; quæcũq; ꝓfecta iã ſunt/aliqd generãt. Quod ãt ſẽp eſt ꝓfectũ/ſẽp gignit & ſempiternũ:minus aũt genitũ genitore. Quidnã igiť de ꝓfectiſſimo eſt dicẽdum?Nunqd nihil ꝓdit ab eo/an potius ab eo ꝓdeunt/quę oĩum maxima ſunt poſt ipſũ. Maximũ uero poſt ipſũ eſt intellectus/atq; ſecũdum. Inſpicit.n. intellectus illud/ſoloq; illo ĩdiget. Illud uero primũ hoc minime indiget. Oportet ꝓfecto quod fit ab eo quod eſt mente melius/eſſe mentẽ. Melius uero oĩum quæ fiunt eſt intellectus:quoniã alia ſunt poſt ipſum. Iam uero & aĩa mentis eſt uerbũ & actus quidã/ſicut mens eſt Dei uerbũ. Verum obſcurum eſt aĩę uerbũ. Quatenus enĩ eſt imago mẽtis/hoc ipſo ei aſpiciendum eſt ĩ mẽtẽ. Eadem rõne Deum ſuſpicit mens imago Dei/ut ita ſit intellectus. Videt uero Deum minime inde ſeparata. Sed quoniã eſt poſt ipſum/nihilq; eſt mediũ:quẽadmodũ nihil medium eſt iter aĩam atq; mentẽ. Omne uero genitũ appetit genitorẽ/in cuius cõſe cutione ſit contentũ:præcipue autẽ quãdo ſoli ſunt genitor atq; genitus. At ubi quod genuit eſt oĩum optimum:neceſſario genitum ipſi cohęret uſqueadeo/ut alteritate (ut ita dixerim) quadã ſolum uideatur inde ſecretum.

MARSILIVS

Quẽadmodũ intellectualis aĩa dependet ab intellectu puro:qui nõ eſt aĩa:ita & hic intellectus emanat ab ipſo bono quod non eſt intellectus:ſed ſupereminet intellectum

Cap. VII.

INtellectus hic primo quidẽ a patre manat/tanq̃ eſſentia uiuẽs. Mox uero naturaliter illuc aſpiciẽs intellectus euadit. Intellectus.n.ẽ ipſa ſubſtantialis uiſio ex aſpectu ſiue affectu naturali reſultãs. Huius qdẽ pater eſt ipſũ ſimpliciter unũ. Hic ãt unũ eẽntiale ſiue uitale:ubi uideť eſſe binarius. Sed aſpectu addito iã ternarius. In ternario ẽ par & impar oĩſq; numerus. Similiter hic ꝓ aſpectum ſiue affectũ naturalẽ iam ternarius/ſimul numerus oĩs efficiť. Aſpiciẽdo.n. ſiue naturaliter aſciſcẽdo corroborať a patre:cõfirmatus uiuẽtẽ eẽntiam ſuã iam comprehendit:in qua fęcũda uiget uirtus eſſentiarum oĩum genitrix. Sic igitur in ſeipſo in formas omniũ ſe deriuat:dum ſuam hanc intelligẽdo in ſe explicat poteſtatem. Effectus eſt igitur omniformis/& omnia fomento patris. Qui cum nulla rerum forma definiatur/merito uel nihil agit quod dictu nefas:aut pariter omnia/dũ ex ſe uno ſupꝰ oĩa exiſtente unũ generat oĩforme. Hic Cęlio genitus Saturnus eſt apellatus:cõceptus ſuos ipſe deglutiens a Rhea.i.natura & materia

ſegregatos. Huius filius Iupiter mũdi aĩa filios. i. formas generat in natura: atq; per hanc ad materiam poſtremo producit.

PLOTINVS

IMaginem uero illius eſſe dicimus intellectũ. Oportet. n. aptius explicare. Primo q̃dẽ oportere id genitũ eſſe: ſeruareq; multa ĩ ſe genitoris: ſimilitudinẽq; talẽ ferme ad ipſũ habere/ qualẽ lumẽ habet ad ſolẽ. Genitorẽ uero illũ nõ eſſe mentẽ. Qũo igĩt gignit mẽtẽ? Quia uidelicet genitũ cõuerſione quadã ad genitorẽ inſpicit. Hęc ãt ipſa uiſio ẽ intellectus. Quod. n. ꝑcipit aliud uel ſenſus eſt uel intellectus. Cõpari uero ſolet ſenſus q̃dẽ lineæ: quod uero reliquũ eſt ĩ cognoſcẽdo circulo. Verũ eiuſmõi circulus ẽ quaſi ꝓtibilis: ipſũ uero nõ ita ſe habet: Forte uero hic quoq; eſt unum: ſed unum poteſtas oĩum. Quorum igitur eſt poteſtas: hæc ab ipſa poteſtate uelut partita intelligẽtia conſpicit: alioqn intellectus minime foret. Quãdoquidem & ipſe per ſe habet/ iam uelut poteſtatis ſuæ cõſenſum aĩaduertẽtem quãtum ualeat: in quo quidem ſua cõſiſtit eſſentia. Ipſe igitur per ſeipſum & definit eſſe ſibimet poteſtate quadam ab illo ꝓfus accepta. Vbi ſane aĩaduertitur eſſentiam eſſe uelut partem quandam unam eorũ quę ſunt illius atq; ex illo/ & corroborari ab illo/ ab eodemq; & ex eodẽ ꝓfici in eſſentiã. Videt aũt inde ſeipſũ uelut ꝓtibili quodã ex imꝓtibili/ tum uiuere/ tum intelligere/ ac prorſus oĩa: quoniã ille nihil eſt oĩum. Ob hoc. n. ab illo fiũt oĩa: quoniam illud una quadã forma minime circũſcribitur. Illud enĩ unum eſt duntaxat: intellectus autẽ in ordine rerum eſt omnia. Ob hoc itaq; illud nihil eſt eorum quæ ſunt in mente. Sed ex ipſo cũcta in rerum ordine manãt. Quãobrẽ hæc eſſentię ſunt. Determinata enĩ iam ſũt/ & unũquodq; habet iam uelut formam. Ipſum uero ens nõ eſt quaſi in quodam indefinito cõſiderandum: ſed termino quodam ſtatuq; firmatũ. Status ãt in rebus ĩtelligibilibus determinatio eſt atq; forma/ quibus ſuã ſubſtãtiam ſortiũtur. Hic igĩt huius generis intellectus puriſſimæ mentis apellatione dignus non aliunde q̃ ex primo principio naſci eſt iudicãdus. Atq; hunc iam genitum cuncta ſecum ſimul entia genuiſſe: uniuerſam pulchritudinem idearum: intelligibiles Deos omnes. Exiſtimandum præterea hunc eſſe plenum omniũ quæ progenuit: & quaſi genita protinus abſorbẽtem: ꝓpea q̃ in ſe omnia complectatur: neq; in materiam labi ſinat: neq; nutriri apud Rheam/ quemadmodum myſteria fabulæq; de Diis fingũt. Saturnum quidẽ ſapientiſſimum Deum ante Iouem genitum quæ generat/ in ſeipſo iterum cohibere. Quatenus ſic & plenus ſit & purus cum plenitudine intellectus. Poſt hæc tradunt generare Iouem puerum iam exiſtentẽ/ ideſt purum atq; uegetum/ & quaſi iam ſaturum. Animam enĩ generat intellectus: intellectus inq̃ perfectus exiſtẽs: Quando enim perfectus ſit/ oportet & generare/ potentiamq; tantam non eſſe ſterilem. Sed hic quoq; quod gignitur genitore melius eſſe non poterat. Cum uero foret minus/ fore & illius imaginẽ/ indefinitam quoq; ſimiliter: ſed definiri a generante atq; formari. Progenies uero mentis rõ quędam eſt: cuius ſubſtãtia in excogitãdo conſiſtit. Id autẽ eſt/ quod circa intellectũ ſeſe uerſat: intellectuſq; ipſius lumen eſt atq; ueſtigiũ ſemp inde dependẽs: inde quidẽ illi cõiunctũ: atq; ita repletũ & fruens/ & cõpos eius atq; intelligẽs. Inde uero uiciſſim ſibi ſubdita tangẽs: imo uero generans: quæ quidẽ neceſſariũ eſt aĩa deteriora cõtingere. De quibus in ſequẽtibus eſt dicendũ. Hucuſq; tandẽ diuina procedunt:

MARSILIVS.

Ex Platonis Parmenidisq; uerbis probaꝫ ipſum bonū/& ſimpliciter unū/eſſe ſuperius ipſo ente/atq; intellectu. Quod eſt unū multa appetitq; bonū. Item intellectum diuinū eſſe ſupiorem aīa mūdi. Quoniā hæc eſt unū & multa. q. iam magis diuiſa/atq; p̄ participatiōem eſt intellectus Cap. VIII.

PLOTINVS.

Ac de cauſa apud Platonē oīa circa oīum regem triplici ordine diſponuntur: p̄cipue uero per prima. Secūda deinde circa ſecūdum. Tertia deniq; circa tertium. Tum uero dicit eſſe & cauſæ patrem: Cauſam quidē intellectum apellās. Nam mūdi artifex apud Platonem eſt intellectus: Hūc uero ait animam ī illa patera p̄creare. Cum uero cauſa ſit ītellectus/patrem apellat ipſum bonum: & quod intellectu eſt eſſentiaq; ſuperius. Sæpe etiā ipſum ens atq; intellectum apellat Ideam. Quapp apud Platonē cognoſcere licet ex ipſo quidē bono mentē atq; Ideam: ex mēte uero aīam. Atqui ſermones eiuſmodi nō eſſe nouos/neq; nuper inuētos: ſed quondā dictos fuiſſe licet nō explicatos. Preſentes uero ſermones eſſe uelut interpretes antiquorū. Idq; teſtimoniis comprobari/aſſerentibus opiniōes eiuſmodi eſſe priſcas. Quod ex ipſis quoq; Platonis libris liceat cōiectare. Parmenides igiꝫ prior opiniōem eiuſmodi attigit. Vbi in idem ens intellectūq; reduxit. Atq; ens ipſum ī rebus ſenſibilibus minime collocauit: dicens intelligere atq; eſſe idem prorſus exiſtere: Idq; īmobile: Tametſi adiūgat illic intelligere. Omnē ſane corpoream inde ſubſtulit motiōem/ut eodem ſemp modo permaneat/cōparat inſuper ſperæ globo: quoniā cūcta ī ſe inuoluta cōplectiꝫ: Et quoniā intelligētia nō petiꝫ ab extrinſeco: ſed ī ſeipſo perficiꝫ. Vbi uero in libris ſuis unū nominat/attingit cauſam: quaſi unum hoc deprehēſum ſit eſſe multa. Parmenides autē loquēs apud Platonē/exactius inter ſe diſtinguit primū ipſum unū: quod & p̄cipue unū eſt ſolūq; unum. Item ſecundū unū multa nominat. Tertium deniq; unū atq; multa. Hic itaq; ſic tres dictas cōfirmat naturas.

MARSILIVS.

Anaxagoras: Heraclitus: Empedocles: Ariſtoteles una cum Platone cōſentiunt/primū oīum principium eſſe unū atq; ſimpliciſſimum Cap. IX.

Quod enī oīa ī mūdo/quanuis diuerſa/in unā totius formā/unūq; finē/effectumq; ordine certo cōſpirent/inde prouenit/q̄ oīa ſūt/& ducūtur ab uno: cūctaq; unū imitanꝫ/& appetūt. Si poſito uno quodā p̄cipio/primo oīum æque ponaꝫ & alterū æque primū oīum/& ſupflua erit alterius huius poſitio: & cōtingenter hoc etiā p̄cipium apellabiꝫ: cū nulla aſſignari ratio poſſit/quare hoc alterum etiā p̄cipium ſit uel illud/primo poſitū. Nō. n. quia neceſſarium ſit. Nō q̄a hoc ſit ab illo. Nō quia hoc & illud ſint ab uno quodā tertio: Omnino cōtingēs & temeraria & diuulſa & impoſſibilis eſt multitudo quæ nō eſt ab uno.

PLOTINVS.

Anaxagoras autē ubi mentem puram mixtionisq; expertem adducit/ipſe quoq; ſimplex ponit primū unūq; ſeparatū. Exactam uero diſcuſſionem antiquitatis cauſa p̄termiſit. Heraclitus p̄terea nouit unū intelligibile ſempiternū. Corpora nāq; fieri ſemp inquit & fluere. Proinde apud Empedoclem diſcordia quidem diuidit. In ipſa uero cōcordia unum ſignificaꝫ. Iam uero & ipſe id poſuit incorporeū. Elemēta uero uicem materiæ obtinent. Ariſtoteles

aũt posterius ipsum quidem primum intelligibile dicit & seperatum. Sed ubi in telligere seipsum affirmat/uicissim facit esse nõ primũ. Profecto & ubi alia quoq; multa itelligibilia ꝓducit i medium: totidem numero/quot & i cælo sunt speræ: ut singula speras singulas moueãt: aliter itelligibilia q̃ Plato disponit: & cũ pro babilem nõ habeat ratiõem/adducit necessitatẽ. Instabit & aliquis/nunquid re cta sic ratione dicaẽ inquirẽs. Rationabilius ẽe dicẽs/oẽs speras ordinesq; rerum ad coordinatiõem unã mutuo cõferẽtes/ad unũ simul primũq; cõspicere. Inter rogabit & aliquis/nunqd itelligibilia multa apud Aristotelẽ ex uno primo sint: an potius i rebus itelligibilibus multa pricipia sint. Acsi ex uno sunt oia cõgru enti quadã proportiõe cõparabũtur: perinde atq; i rebus sensibilibus inter se spe ræ se habẽt. Alia. s. aliam complectente. Et una tãdem extrinsecus uelut dominã cõtinẽte. Quãobrem primũ ibi reliqua comprehẽdet/mũdusq; intelligibilis erit. Tum uero quemadmodũ hic speræ uacuæ nõ sunt: sed prima quidẽ stellarũ ple na singulę uero sequẽtes stellas singulas possidẽt: sic & ibi mouẽtia illa/multa i seipsis habebũt: uerioraq; cælestibus illic oia erũt. Sin aũt unũquodq; i numero intelligibilium est æque principiũ/certe per cõtingẽtiam quãdã pricipia erunt. Et quęri poterit/quam ob causam cõspirent i unum: & ad opus unũ/cõem. s. totius cęli cõsentiãt harmoniã. Item quo nam pacto quæ i cælo sensibilia sunt/illis sint ęqualia numero. Deniq; qũo multa ita sint: cũ sint incorporea: neq; materia ulla discernat. Quãobrẽ quicũq; uterũ Pythagorã sectatoresq; eius/& Pherecydem suosq; similiter secuti sunt/circa naturã eiusmodi studiose uersati uidentur. Sed alii quidẽ sua i libris sensa posteris reliquerũt. Alii uero nõ in scriptis/sed i uiua uocis cõsuetudine tradidere: Aut pẽnitus dimiserunt.

MARSILIVS.

Substantiam aiæ ratiocinãtis esse a corpore seperabilem apparet: quoniã ratioci nari põt etiam absq; instrumẽto corporeo. Idq; deprehẽdimus tum quãdo i con siliis cõcludit & eligit cõtra incitamẽta corporea/tum etiã quãdo i speculãdo for mas uel sepatas attingit/uel nõ sepatas ipsa sepat Cap. X.

PLOTINVS.

IAm uero demõstratum est/oportere sup ens ẽe unum: quale desiderabat ratio demonstrare/quãtũ. s. de rebus talibus demonstrari possit. Esse autẽ post ipsum unum ens atq; intellectũ. Tertio deniq; loco naturã animæ. Quẽadmodum uero i ipsa natura tria hęc sunt/quę diximus: sic quoq; existimã dum est/hæc nobis inesse. Dico ãt nõ in rebus/quæ sensibus offerunt̃: sepata enĩ hæc sunt/de quibus impręsentia loquimur: sed de rebus quę sensuum uires exce dunt: extraq; eos sunt: eodemq; modo extra/sicut & illa i uniuerso naturæ ordi ne oio sunt extra cælum: sic itaq; tria quędam sunt in hoie: in hoie inq̃: quẽ Pla to interiorem nominat hoiem. Est igit̃ nostra insup aia diuinũ quiddam/alte riusq; naturæ/qualis est uniuersa natura aiæ. Perfecta uero est/quæ mẽtem hẽt: sed mens altera quidem i ratiocinãdo uersaẽ: Altera uim ratiocinãdi suppeditat. Hãc utiq; ratiocinãdi uirtutem aię nullo prorsus instrumẽto corporeo ad discur sionem propriam indigẽtem / sed actiõem suam i puro quodã gradu seruãtẽ: ut & pure possit ratiocinari: Siqs sepatam neq; mixtã corpori & i primo illo rerũ. s. intelligibili gradu locauerit/minime aberrabit. Nõ enim quęrẽdus nobis est lo cus/ubi ponamus: sed extra locum omnem uis talis cõstituenda. Sic. n. dũtaxat

habere põt/quod dicit̃ p ſe exiſtere/atq; agere & extrinſecus & ſupra materiam quãdo ſola fuerit a corporea natura nihil pẽnitus habẽs. Hãc ob cauſam Plato in Timeo Deum inquit mũdi aĩam etiã extra mũdũ circũfudiſſe: oſtendens uim aĩæ ĩ ipſo ĩtelligibili permanẽtem. De aĩa quoq; noſtra ĩ Phedro ait/tum cõdere caput intra cẽlum/tum extra cẽlũ caput attollere. Atq cum ĩ Phedone potiſſimũ & Theetheto ſepare aĩam iubet a corpore: nõ loco prẽcipit ſegregare. Quod enĩ ita ſepatum eſt/naturaliter eſt ſeiunctũ. Sed monet/ne corpori aĩus annuat: neq; imaginatiõi cõſentiat: neq; ob cõmertiũ corporis alienet̃ a mente: conet̃q; ſiquo pacto ualeat ſubditam ſibi aĩę ſpẽm una ſecũ ad ſuperiora perducere: Quod ue ex ipſa hic eſt ſitum. quod quidem ſolum corporis eſt opifex atq; formator/aſſĩ dueq; ad hoc ipſum incumbit.

MARSILIVS.

Sicut ĩ uniuerſo ipſum unum eſt ſuperius intellectu/& hic ſupior aĩa: ſic ĩ aĩa noſtra ipſa aĩę unitas eſt eminẽtior eius mente: hæc altior rõne Cap. XI.

Datis in Theologia & primis Plotini libris ipſum unum enti & hoc aĩæ prę poſuimus. Item oſtẽdimus ĩ animis ſicut ĩ lineis eſſe ſuã unitatem. q. ſignũ quo Deum uniuerſi unitatẽ. q. cẽtrum attingere poſſint. Præterea notiões rerum cõmunes artiumq; regulas ſtabiles mentibus noſtris ſemp ineſſe: p quas de ſimilibus pro arbitrio ratiocinari poſſumus.

PLOTINVS.

Cum igitur animus de iuſtis pulchriſq; cõſulret: inquiratq;/num hoc ſit iuſtum/nunqd hoc ſit pulchrum/ neceſſarium eſt/ſtabile quiddã iuſtũ eſſe ſimiliterq; pulchrum: Vnde ratiocinatio ĩ aĩo ducat exordium: Alioquin diſcurrere nunq̃ poſſet. Ac ſi aĩus interdũ circa hæc diſcurrit: alias uero minime oportet nõ naturam quidẽ hãc diſcurrẽtem/ſed mẽtem ĩ nobis eſſe/quæ iuſtum pulchrumq; ſemper habeat. Adeſſe præterea mentis principium & cauſam atq; Deum. Illo quidem nullo modo partibili/ſed pẽnitus cõſiſtente/nõ in loco inq̃ manẽte: ſed ĩ ſeipſo atq; interim ĩ multis quoq; cõſiderari in ſingulis eorum quę capę poſſunt ipſum uelut aliud quiddam præter ipſa. Quemadmodum & centrum eſt ĩ ſeipſo/habẽt aũt ſingula quæ ſunt ĩ circulo ſignum ĩ centro ſuum: & lineę huic pũctũ proprium adhibẽt. Tali enim quodã eorum quæ nobis inſunt/nos quoq; diuinũ tangimus/cõgredimur/copulamur: eatenus illic ĩnitimur/atq; figimur/quatenus nos illuc intentiõe cõferimus.

MARSILIVS.

Et ſi intellectus noſter circa diuina ſemp agit: nõ tamẽ aĩaduertimus: Quoniã ratio & imaginatio nobis ad oppoſita diuinorũ & uaria diſtrahunt̃ Cap. XII.

PLOTINVS.

Aeterum cur nã talia tãtaq; poſſidẽtes nequaq̃ aĩaduertimus nos hæc habere? Sed plurimum ſeorſum a talibus actionibus ocium agimus. Sunt & multi qui circa hæc nihil unq̃ agũt. Illa quidem ĩ actiõibus ſuis aſſidue perſeuerãt/intellectus. s. & quod ſuperius ĩtellectu ĩ ſeipſo ſemp: ſic quoq; & aĩa uim hẽt ĩmobilem ſiue perpetuo mobilem. Neq; uero quicquid eſt in aĩa/ppea iam ſentiẽt: peruenit ſane ĩ nos: quãdo ad ſenſum uſq; procedit. At quãdo agens in nobis quodlibet actiõem ſuam nõ traducit ĩ ipſam ſentiendi uirtutẽ/nõdũ p totam aĩam ſe actio eiuſmodi propagauit. Quare nõdum agnoſcimus/utpote

qui una cū ſentiendi uirtute ſumus id quod ſumus: neq; pars aīę quędā ſolum: ſed uniuerſa potius aīa ſumus. Iam uero unūquodq; in nobis animatum q̄diu uiuit/tādiu p ſeipſum munus efficit proprium. Sed tūc demū id nobis cōtingit agnoſcere/quādo mutua quædā fit traductio/ & inde aīaduerſio ꝓuenit. Oportet igit̄ ſiquādo ita prędentia nobis aīaduerſuri ſimus/uim ipſam aīaduerſionam ad interiora cōuertere/operamq; dare/ ut ibi tota prorſus intēdat. Perinde ac ſi quis affectās uocem unam prędęteris haurire/a cęteris ſe uocibus ſegreget/ad uocemq; omniū optatiſſimā attētior porrigat aures/quādo ꝓpinquet. Sic itaq; hic oportet dimiſſis oībus quę ſenſibus inſtrepūt: perq; ſenſus aīum interpellāt: niſi quātum extrema cogat neceſſitas: uim ipſam aīæ aīaduertēdis ſupiorībus aptiorem puram pęnitus cōſeruare: audiēdisq; ſupernis uocibus paratiſſimam.

MARSILIVS.

TRinitatem hāc principiorum maxime Platonicam & Zoroaſtricā cōfirmat Trinitas Chriſtianorū. Ipſum enī bonū includit paterna fęcūditas. Intellectum intellectualis ipſa filii emanatio. Animā ꝓceſſio ſpūs p uolūtatis modum: & quaſi motum uitalem. Præterea firmamētum refert ipſum bonum fęcūditate ſiderū. Intellectū Saturnus a generatiōe remotus & alienus. Animā Iupiter generationi fauēs. Mundū Mars diſcordē iam atq; pugnacē. Rurſus bonū Sol. Intellectum Mercurius inceſſu Soli ꝓximus. Animā Venus cupida genituræ. Mundum hūc Luna uaria ī ſe iam atq; murabilis. Iterū bonum ignis. Intellectum aer perſpicuus & ſerenus. Animā aqua humorem generatiōi ſuppeditās. Mūdum terra ex oībus iam cōmixta. Deniq; ſingulatim fęcūda cuiuſq; eſſētia bonū. Firma eſſētię uirtus intellectū. Inclinatio/motio/actio aīam. Sūmatim circa animā/memoria fęcunda bonū. Rationis diſcurſus/intellectum. Imaginatio & affectus aīam. Nihil ergo certius hac trinitate principiorum: quia nihil maiorībus & plurībus teſtimonijs cōfirmatum: merito uniuerſum principiorū ſuorū imaginem repręſentat.

## LIBER SECVNDVS QVINTAE ENNEADIS DE GENERATIONE ET ORDINE EORVM QVAE SVNT POST PRIMVM.

MARSILIVS.

Sicut unitas principium numerorum nō eſt numerus: & ſignum principiū continui nō eſt continuū: & lux principium caloris colorūq; nō eſt calor/atq; colores: Sic ipſum bonum entium principium nō eſt ens aliquod/aut entia: Ergo nec uita nec intellectus. Cap. Primum.

INON Enim cōtinendo hæc oīa ī ſe prius. q. pręgnās ſubinde parit: ſicut intellectus/anima/ natura. Sed ſimpliciter ſupeminēdo creat: ſicut unitas/ſignum/ſiue cētrum/lux. Quod aūt ex ipſo bono ꝓxime ꝓcreat/ quātum ex illo manēte ſtatim hoc exiſtit/ens efficit. Quātū ſubito uergit naturaliter/ & quaſi mouetur ad illud/fit uiuēs. Quātum mox corroboratū inde: quaſi circulo quodā cōuertit̄ in ſeipſum/intellectus euadit. Similiter ex intellectu manēte aīa intellectualis exiſtit: Ex hac aūt nō manēte: ſed per potētiam diſcurſiuam ab intellectu intelligibilibuſq; diſtracta ad imaginabilia & ſenſibilia profluit ī actū eius imago: uita uidelicet quædā ratiōis expers/ſenſu & uegetali potētia prędita. Inter hęc quod ſequit̄ tādiu ꝓſeuerat/q̄diu quod ſupius extat.

Anima noſtra ī eodem corpore eodemq; tempore agit plantam/quibus in membris tātum uegetat. Agit brutum in quibus inſtrumētis ſolū ſentit. Agit hoīem interim ratiocinādo. Agit dęmonem/aut Deum ſimul intelligēdo. Idem rurſus homo diuerſis temporibus quanuis ſub humana perſona uarios eiuſmodi mores exercet. In ſpecie quoq; humana nōnulli quaſi plātę uitam degūt: Alii ut bruta. Alii ut hoīes. Nōnulli tanq̄ Dii/uel dęmones. Quicūq; igit̄ dixerint/noſtras aīas quæ habitum huius/uel illius uitę iam obduxerūt/reuerſuras mox ī hoīem uel aerium uel terrenū/quaſi ſimiliter uicturum/ probabilius opinabūtur/q̄ ſi humanam ſpēm licētius ī bruta permutauerint/aut plātas. Tanta enī permutatio/& apud naturam impoſſibilis eſt/& apud iuſtitiam ſuperuacua.

PLOTINVS.

IPSVM Vnum eſt oīa: rurſuſq; nullū eſt ex oībus. Principium nāq; oīum nō eſt oīa. Sed illo quidē modo eſt uniuerſa/q; ibi quaſi cuncta cōcurrūt. Immo uero nōdum quidem ſunt: ſed erūt. Quo igit̄ modo ex uno ſimplici: in quo uarietas apparet nulla/uel cuiuſcūq; duplicitas ſiue forma/multitudo procedit? Forſan quia nihil erat ī ipſo/iccirco ex ipſo ſunt oīa: Atq; ut ens ipſum fiat/ob hoc ipſum unum nō eſt ens. Sed ens progenies eius eſt/primaq; genitura. Nempe cū ſit perfectum/ppea q; nihil quęrat/neq; habeat aliud/neq; egeat: nimirum exuberauit: exuberātiaq; ipſius aliud procreauit. Quod uero inde factum eſt/in ipſum conuerſum eſt/& impletum: Taleq; euaſit/ut reſpiceret ī ſeipſum: intellectuſq; prodiret. Atqui ſtatus quidem ipſius erga illud/ens effecit. Aſpectus āt ad ſeipſum/fecit mētem. Quādo igitur incumbit erga ſeipſum ut cognoſcat/ſimul intellectus atq; ens euadit: Sic itaq; ens/quemadmodū & ille/ſimilia facit ſecundū potētiam profuſiōis q̄plurimā. Spēs āt ipſius hęc quoq; eſt: quemadmodū ipſum ex ipſo ante ꝓfudit. Atq; hic ex eſſentia actus eſt aīa/id utiq; ex illo manēte facta. Et. n. intellectus ſuperiore manēte eſt effectus. Hęc autē nō permanēdo facit: ſed ſimulachrum cōmota ꝓducit. Suſpiciens itaq; illuc/unde manauit/implet̄: progreſſa uero ī motum alium & oppoſitum/ſuum efficit ſimulachrum: ideſt ſenſum ī animalibus/naturamq; in plantis. Nihil autē a ſuo ſuperiore ſegregat̄/atq; diuidit̄. Quamobrem hoīs quoq; aīa ꝓgredi ad plantas uſq; uidet̄. Modo enim quodā illucuſq; progredit̄: quoniā & ipſius eſt quod eſt ī plantis. Nō tamē uniuerſa eſt in plātis: ſed illis inſinuata/ſic ineſt: quoniā eatenus ad inferiora ꝓceſſit/ſubſtantiam aliam proceſſiōe curaq; deterioris efficiens. Quoniam & quod hoc ſupius eſt ab intellectu dependēs/intellectum permittit in ſeipſo quieſcere.

MARSILIVS.

Singulis hominibus intellectus proprii pręſunt. Ab his manāt potētię aīę gradatim inferiores. Inter quas ſequēs ubiq; ſeruat̄ in antecedēte. Ferme ſicut ſplēdor in radio. Radius ī luce. Lux ī natura Solis

Cap. II.

HAT qui intellectus/unde omēs ordine aīæ uires effluūt/quodāmodo eſt/& quodāmodo nō eſt oēs. Anima tādem oēsq; uires eius/quoniā certis loci limitibus nec extēdunt̄/neq; circūſcribunt̄/facile ſunt ubiq;.

PLOTINVS.

PRoceſſio itaq; fit a principio ad poſtremum: & ītera unūquodq; ſemper propriam ſedem retinere permittit̄: quod uero fit/alium ſortit̄ ordinem:

& hunc quidem deteriorem. Verũtamen unũquodq; illi demum euadit idem: quod & ſequiť quouſq; proſequiť. Quãdo igiť aía plantæ inſeriť/aliud quidẽ eſt uelut pars quædam í plãta. Quod uidelicet temerarium maxime atq; demẽs eſt/& huc uſq; digreſſum. Quãdo uero inſinuať bruto/tũc ſentiẽdi poteſtas do minata perduxit. At quãdo ingrediť hoíem/tũc uel oío í natura rõnali motio prævaler: uel ab intellectu proceſſio quędã: utpote quę propriam habet mẽtem: uolũtatemq; ex ſeipſa intelligẽdi/uel oío mouẽdi. Iam uero uiciſſim nobis con uertere licet: quãdo quis í planta uel quædã inde propagata/uel ramos quoſdã amputat/aía quæ his inerat/quo nam abit. Forte unde ꝓceſſerat. Sed unde natu ra? Nõ enĩ diſtat loco. Vnum igiť eſt ipſi principio. Si aũt radicem incideris uel combuſſeris/ubi nã erit quod í radice uigebat? In aía nõ alium í locum abeunte. Sed í eodem quoq; eſſe põt. In alio aũt dicetur eſſe/ſi recurrerit. Sin minus/erit in alia uegetali. Nõ enĩ contrahiť in anguſtum. Quod ſi recurrerit/in ſuperiore po tentia reſidebit: Sed ubi nam illa? In ſupiore rurſus. Et illa iterũ ſimiliter uſq; ad mẽtem/nõ loci cõditione. Nihil enĩ horũ erat í loco. Intellectus deniq; multo mi nus eſt í loco aliquo collocãdus. Quapp nec ipſa quoq; aię ipſius natura. Nuſq; igiť eſt locorum. Verum in eo ꝙ nuſq; eſt interea ſic eſt ubiq;. Si aũt progreſſa quãdoq; aía ad ſublime/conſiſtat interea prius q; oío peruenerit ad ſupremũ/me diam agit uitam: atq; í illa ſui parte quieſcit. Hęc aũt oía ille quidẽ eſt/rurſusq; nõ ille. Ille inq;: quoniam ſunt ex illo. Nõ ille iterum: quoniã ille ſingula í ſeipſo permanẽs edidit. Eſt igitur í uniuerſo tanq; uita quędam ingẽs quaſi ꝓducta in lõgitudinẽ: habẽtem deinceps diſtinctas quidẽ inter ſe partes: uniuerſam tamen interea ſibi ipſi cõtinuam/ſed aliud atq; aliud propria quadã duntaxat differen tia poſſidẽtem: Vbi ꝓfecto í eo quod ſequiť/nõ deſtruiť antecedẽs. Quid ergo aía plantis inſerta? Nihil ne gignit inferius? Forte in quo eſt duntaxat. At uero qua id cõditione fiat/cõſiderandum nobis eſt/exordium aliunde ſummẽtibus.

## LIBER TERTIVS ENNEADIS QVINTAE DE SVBSTANTIIS COGNOSCENTIBVS: ET DE ILLO QVOD SV PERIVS EST.

MARSILIVS.

Quod cogniturum eſt ſeipſum/nõ cogiť ꝓpea eſſe adeo ſimplex/ut nulla pror ſus í eo differentia ſit. Sicut eſt ipſum unũ. Sed ita ſimplex eſſe debet/ut in quoli bet ſui totum pęnitus includať: eiuſq; actio expleatur tota momento. Eiuſmodi eſt intellectus.

Cap. Primum.

QVANDO Intellectũ dícimus noſſe ſeipſũ/non diuidimus í duo: Quo rum alterũ tantũ cognoſcat/alterũ ſolũmodo cognoſcať: Alioquin nõ aliq̃d idem ſeipſum: ſed aliud cognoſceret aliud. Sed uolumus ipſum cognoſcẽs una cum cognito ſe quoq; complecti. Ad ſenſum quidem pertinet ſolũ/quæ extra aíam ſunt/cognoſcere. Ad imaginatiõem uero etiã quæ ſunt í aía. i. ſenſuum actiões. Ad ratiõem prętерea ſeipſam inueſtigare. Ad intelle ctum deniq; ſe cognoſcere. Atq; huius perfecta quadam participatiõe etiam ad rationem quãdoq; ſe noſſe.

## PLOTINVS.

OPERAEPRETIVM Eſt indagare/nunquid quod ſeipſum intelligit/oporteat in ſe uarium eſſe: ut uno quodam eorum quę ſunt in ipſo/reliqua cõtemplatũ/ita demum ſeipſum intelligere iudicetur. Perinde ac ſi oio ſit ſimplex/nequeat in ſe conuerti/ſeq; cognoſcere. An fieri poſſit/ ut etiã quod nõ eſt compoſitũ/ intelligat ſe met ipſum. Principio quidem quod dicitur/ aliquid ꝑpea ſe ĩtelligere poſſe ꝙ compoſitũ ſit: atq; ita uno quodam ſuorum/cognoſcat & reliqua: ueluti ſi ſenſu formã noſtram reliquáq; naturã corporis cognoſcamus: nequaq̃ id conſequiẽ/ut ſeipſum reuera cognoſcat. In eo nãq; quod ita ſe hẽt/totum erit cognitum: niſi & illud quod intelligit alia ſibi cõiuncta/ intelligat etiam ſemetipſum: Alioquin nõ ꝓueniet quod eſt quęſitum/ut. s. aliquid idem ſeipſum animaduertat: ſed ut aliud potius percipiat aliud. Aſſeuerãdũ igiẽ & ſimplicis ipſius eſſe/ ſeipſum animaduertere. Atq; hoc qũo fiat/ſi quidem fieri poſſit/inueſtigãdum. Alioquin dimittẽda eſt opinio/per quam putemus/ſeipſum quippiam reuera cognoſcere. Abiicere quidem opiniõem eiuſmõi haud admodũ facile eſt: Quippe cum multa hinc ſecutura uideanẽ abſurda. Et. n. ſi forte id muneris aĩæ nequaq̃ attribuamus/quaſi nõ admodũ ſit abſurdũ: uerũtamẽ neq; id quidem mentis naturę tribuere eſt proculdubio abſurdiſſimũ. Si inq̃ aliorum quidem notitiam habeat: ſui uero ipſius notitiam ſcientiamq; nõ habeat. Atqui externorum quidem perceptiõem ſenſus/nõ intellectus habebit. Ac inſup ſi uis/cogitatio/& opinio. Vtrum uero intellectus horum cognitiõem hẽat/nec ne: expedit indagare. Certe quęcũq; intelligibilia ſunt/intellectus ipſe cognoſcet. Num igiẽ ea ſolũ? An etiã ſeipſum/qui hæc ipſa cognoſcit: & nunqd ſeipſum ita cognoſcet tãtum: quoniã uidelicet hæc ſe noſſe cognoſcet. At quisnam exiſtẽs ipſe hæc ĩterea nouerit/nõ apprehẽdet: ſed forte ſua quædam cognoſcere comprehẽdet. Quis uero ſit ipſe dum percipit/non percipiet. An potius & ſua & ſeipſum nouerit? Item quisnam modus/& quouſq; id fiat/eſt nobis cõſiderandum.

## MARSILIVS.

Potentia rationalis/quæ ſemp in diſcurrendo uerſaẽ/media eſt inter imaginationem & intellectum. Et utrinq; formas quaſdam ĩ ſe admittit: eaſq; cõponit/& diuidit. Formasq; nup ab imaginatiõe ueniẽtes accõmodat formis antiquis ĩmente uel a mẽte exiſtẽtibus: atq; ĩ hac accõmodatiõe ĩtellectualis efficiẽ Cap. II.

h Inc duo in nobis intellectus apparent: permanẽs. s. & diſcurrẽs: qui & conſequiẽ diſcurrendo.

## PLOTINVS.

p Rimo igitur de aĩa quęrẽdum eſt/an tribuẽda ſit ei cognitio ſui: quid ue in ipſa ſit tale cognoſcens/& qua rõne. Senſualem quidem uirtutẽ iudicamus ex ipſa ſui cõditione ſolum circa externa uerſari. Atqui quãuis quæ intra corpus fiunt perſentianẽ/perceptio ramẽ eiuſmõi ad illa pertinet/quę ſunt extra ſenſum. Tũc enĩ paſſiões quæ ſub ipſo fiunt in corpore/ſentit. Eſt inſup in aĩa uirtus ratiocinãdi circa imaginatiões incidẽtes a ſenſu diiudicãs/easq; coniungẽs atq; ẽt diuidẽs. Intueẽ quinetiã quaſi figuras eorum quæ ab ĩtellectu deſcendũt: habetq; circa eas uim prorſus eandem. Aſſummit quoq; intelligentiam: utpote quod perpendat/accõmodetq; figuris antiquis nouas nupq; uenientes.

Qua quidem in re animæ reminiſcentiam cõſiſtere arbitramur. Et profecto intellectus aiæ huc uſq; ſua uirtute ſe ſiſtit. Quę rẽdum igitur/num hęc rõcinandi uirtus ī ſe cõuertaẽ: ſeq; cognoſcat. An potius id ad intellectũ ſit referẽdum? Si enī ſui ipſius cognitionẽ huic aiæ parti attribuamus/hãc ipſam cõfitebimur ẽe mentem. Et quo nam potiſſimũ a ſuperiore differat mẽte/ perquirere cõpellemur. Sin aũt nequaq̃ attribuamus/ratio nos ad illam ꝓducet mẽtem: quid ue ſit ſeipſum noſſe/conſiderabimus. Quod ſi & hic inferiori id munus attribuerimus/rurſus inueſtigabimus/quo nã differãt ī ſe cognoſcẽdo intellectus ſuperior & inferior. Nempe ſi nihilo / iam hic noſter ītellectus eſt purus. Sed enī uis ipſa aiæ diſcurrendi/nũquid ipſa quoq; ſe in ſe cõuertit? An potius nõ cõuertiẽ: Sed hẽt formarum notitiam: quas utrinq; nanciſciẽ. Ac ſane primo quęrẽdum eſt/quo nam pacto notitiam eiuſmodi cõſequaẽ.

MARSILIVS.

Ratio nuntiãte ſenſu & imaginatiõe iudicat obuiũ eſſe Socratẽ. Si addit eẽ bonũ iuſtũ/ſapientẽ/ꝓpẽdit hæc: definitq; ꝓ regulas bonitatis/iuſtitiæ: ſapientiæ. Quæ primo lucẽt ī mẽte: atq; inde ſubrutilãt rõni cir talia ſe ueſanti Cap. III.

Cvm rõnis proprium ſit ī motu agere/ & motus tẽdat in aliud/merito rõ cõmuniter circa alia potius q̃ circa ſeipſam ſe uolutat. Ideo nõ ẽ eius propriũ ſe cognoſcere. Pleriq; tres ī cælo ponũt eſſẽtias. s. in corpore materiã atq; formã/ & præter hoc ipſam cæli aĩam/ & materiã ſuæ ſemper ſubeſſe formæ. Corpus aię. Similiter tres circa aĩam noſtrã eſſẽtias. Animam. s. irrationalem rõnali ſubditã. Rõnalem uero menti perpetuo cohęrẽtem quaſi cælum aiæ cæleſti perpetuo copulatum. Hãc Plotinus hic opiniõem uideẽ attingere. Atq & eiuſmõi copulam Theophraſtus/ Themiſtius/ Auerois excogitauiſſe uidẽtur. Poſſumus ẽt Platonico magis more Plotinũ interpretari. Dicentes/ideo negare intellectũ eſſe partẽ aiæ: quia uidelicet nõ ſit pars. i. potẽtia huius ſubſtãtiæ/qua rõne diciẽ aĩa. Diciẽ enim aĩa/quatenus pertinet ad diſcurſum/ſiue ꝓ uniuerſalia/ſiue per particularia diſcurraẽ. Sed intellectus ipſa mera ſubſtãtia eſt. Cui eſt ſubnexa potentia: quæ apellaẽ aĩa. Iam uero & ipſa ſubſtãtia nominaẽ aĩa ſecũdum potẽtiam diſcurrentem. Nominaẽ & intellectus ſecũdum ipſam ſubſtãtiæ rõnem. Idem enim eſt eſſe atq; ītelligere. Nõ tamẽ idem eſſe atq; diſcurrere. Ideo ſemper intelligit ęque: Nõ tamẽ ſemper ęque diſcurrit.

PLOTINVS.

Senſus quidem uidit hoĩem: figurãq; eius tradidit cogitandi uirtuti: hęc aũt quid nam dicit. Forte nõdum ait quicquã: ſed nouit tantum/atq; ita quieuit. Niſi forſan ita ſecũ ipſa ꝓcurrat/quisnam hic eſt. Siquidẽ prius aliquãdo ī hũc inciderit/dicatq; de illo nũc/memoria utens/illum. s. eſſe Socratẽ. Si aũt euoluat inſuper explicetq; formam/diuidit iam quę imaginatio tradidit. Quod ſi dicat inſuper/utrum ſit bonus: tunc per illa quæ ſenſu nouerat tale aliquid dicit. Quod aũt ſuper his dicit/a ſeipſa iam habet: regulã ſane boni penes ſe poſſidet. Bonum uero quo nã modo apud ſeipſam habet. Quatenus uidelicet eſt (ut ita dixerim) boniformis. Atq; corroborata iam eſt ad tale aliquid ſentiendum/mente ſibi deſup rutilãte. Ipſum nãq; aiæ purum hoc exiſtit: accipitq; impreſſa a mente ueſtigia. At cur nam hoc ipſum nõ eſt intellectus? Sed aĩa eſt/ quod reliquum eſt/totum/a uirtute ſenſus exorſum. Quia. s. animã oportet in

quadam rõnis diſcurſione uerſari. Hæc aũt oĩa ſunt diſcurrentis uirtutis officia. Sed cur nõ parti huic ſui cognoſcẽdi/munus attribuẽres inquirẽdi finem efficia mus? Quia uidelicet munus ei cõceſſimus ĩ externis cõſiderãdis: dum ĩ plura in ſuper ſollicite diſtrahaẽ. Mẽtis uero proprium iudicamus/ſeipſum ſibiq; intima cõtemplari. Siquis aũt dixerit/quid nã prohibet/ſollicitum illud ꝑ aliam quãdã aĩæ uim ſua interdũ aĩaduertere/ is certe nõ ipſam cogitãdi rõcinãdiq; uirtutem exigit: ſed purũ iam accipit intellectũ. Quid nam igiẽ prohibet/purum eſſe ĩ aĩa intellectum/nihil ſane ꝓhibere dicemus. Præterea num intellectum purum eſſe aliquid aĩę aſſeremus? Profecto nõ aĩę quidem dicemus eſſe/noſtrum uero intel lectum eſſe fatebimur. Qui aliud quiddam ſit ꝓter ipſam cogitãdi naturã: eiq; ſuperimpoſitũ. Noſtrum tamen/tametſi una cũ aĩæ partibus hũc minime nume remus. Forſan uero noſtrũ affirmabimus/iterumq; nõ noſtrum. Quaꝓp hoc uti mur: rurſus nõ utimur. Cogitatiõe uero ſemꝑ itaq; noſtrũ qdẽ/dum utimur: nõ noſtrum uero/quãdo nõ utimur. Sed enĩ quid nam uti intellectu dicẽdum eſt? An forte nos illum effectos pronũtiare iam ut ille/aut ſaltem ſecũdum illum. Nõ enĩ nos intellectus ſumus. Immo igiẽ ſecũdum illum prima uidelicet diſcurrẽdi uirtute illum ſuſcipiẽte. Iam uero & ꝑ ſenſum ipſi ſentimus: nosq; ipſi ſentiẽtes ſumus. Nunquid ergo ſic etiam cogitamus/atq; cogitamur? An forte nos ipſi ra tione diſcurrẽtes ſumus: intelligimusq; ipſi quoq; intelligẽtię notiões in ipſa co gitatione ſubrutilantes. Hoc enim nosipſi ſumus. Actiões uero mẽtis ita nobis ſunt deſuꝑ/ſicut propria ſenſus nobis ĩferiora. Sumusq; hoc ipſum aĩę propriũ/ & quãtum ad ipſam ꝓtinet ꝓcipale/duas ĩter uires medium/dereriorem. s. atq; meliorem. i. ſenſum ĩter & intellectũ. At ſenſum quidem cõcedere uidemur ſem per eẽ noſtrum. Semꝑ nãq; ſentimus. De intellectu uero id eſt ambiguum: & qa nõ ſemꝑ hoc utimur: & quia eſt ſeparatus. Separatus inq̃ ꝓꝑea q ipſe nõ annuit ad nos: ſed potius nos ad ipſum/ſupne ſuſpiciẽtes. Senſus deniq; nobis eſt nun tius. Rex uero noſter eſt ille.

## MARSILIVS.

Rationalis potentia ſecũdum quã nos ſumus/dupliciter utiẽ intellectu: ꝓ partici pationem. s. atq; formam: Et utrobiq; cognoſcit ſeipſam Cap. IIII.

PEr participatiõem quidem. quatenus formas/ notiões/regulas quotidie ſu ſcipit ab intellectu. Vbi tanquam ab effectu per actiones ſuas/cognoſcit & ſuas uires. Per uires agnoſcit eſſẽtiã: atq; hãc depẽdere illuminariq; ſemꝑ a men te. Per formam uero quãdo poſt frequẽtem huiuſmodi acceptiõis uſum mẽtem ꝑnitus induit ſicut materia formam: agitq; ſub mẽtis ipſius actu/ſicut materia poſtq̃ ſæpius accepit ab igne calorem/ſubit deniq; flammã. Tunc demum tanq̃ a cauſa ratio ſeipſam una cũ mente ꝓfecte cognoſcit. Ratiõem Peripatetici intel lectum poſſibilem: mẽtem uero intellectum agẽtem nominauerũt.

## PLOTINVS.

REgnamus ꝓterea nos: quãdo agimus ſecũdum illum. Duobus uero mo dis ſecũdũ illum agimus. Vel quia uelut litterę & quaſi leges inde inſcrip tę ſint nobis: uel qa impleamur eo: aut quoniã eo preſente uidere ipſũ/& perſentire poſſimus. Cognoſcimus ſane nos ipſos tali quodam ſpectaculo alia per ipſum diſcere. Aut etiam uim ipſam eiuſmodi aliquid cognoſcẽtem/eadem ipſa ui perdiſcẽtes: Aut illud quoq; nos facti. Adeo ut quod ſeipſũ cognoſcit/

duplex iam exiſtat. Aliud quidem ſe cognoſcens/ſit natura ipſius animę cogita
trix. Aliud uero hac natura ſuperius: ubi ſcilicet qui ſe cognoſcit/ſecundum in
tellectum illum iam euaſit: rurſusq; illo ſe cõſpicit/nõ tãquam adhuc hoiem: ſed
oio aliud quiddã factum/ſeipſumq; ad ſupernũ corripientem: ſolũq; trahentem
ſecum quod prę̃ſtãtius eſt in aĩa. Quod & ſolũ cõceptis alis uolare ad intelligen
tiam põt: ut illic aliquis/quæ nouit/iam deponat. Sed nũquid ipſa uis cogitan
di nõ nouit ſe eſſe cogitãdi uirtutem/externorumq; intelligẽtiã cumulare: item
iudicare quæ iudicat: Iudicare inq̃ regulis/quibuſdã ſibi ab intellectu deſcriptis:
Eſſe deniq; præſtãtius aliquid ſupra ſe: quod quidẽ nihil ultra perquirit: ſed hẽc
oio? Verum.n.uero quid nã eſt hoc ipſũ/quod ſe minime nouit/ignorãs quale
ſit ipſũ: & qualia ſint ipſius officia? Si ergo dicit ſeipſum a mẽte pẽdere/& eſſe a
mente ſecũdum/mẽtisq; imaginem/habẽtem ĩ ſe oĩa uelut inſcripta: quemadmo
dum illic q ſcribit/qui ue iam ſcripſit: nũquid is qui ita ſeipſum nouit: ſiſtet gra
dum huc uſq; ꝓgreſſus: nos aũt ui alia freti/intellectũ rurſus ſeipſũ cognoſcentẽ
perſpiciemus? Vel illum ſane nobiſcũ aſſummẽtes: quãdoquidem ille quoq; eſt
noſter: uiciſſimq; nos illius: Ita demum ĩtellectũ nosq; ipſos percipiemus. Forte
ita potius neceſſariũ eſt: ſi quidẽ percepturi ſimus/quid nã ſit poſſimũ in intel
lectu noſſe ſeipſum. Tũc itaq; aliquis ipſe intellectus euadit: quãdo reliqua ſua
dimittens/hoc ipſo intuet̃ hũc ipſum. Et ipſo quoq; ſeipſum. Quemadmodum
& intellectus ipſe ſe cõtemplat̃.

MARSILIVS.

In eo quod rõnali potentia. i. intelligẽtia mobili ſupius eſt/idem reipſa eſt intel
lectus intelligẽtia intelligibile. Ideo ſeipſum ſemp intelligit Cap. V.

Supra ſenſum qui tãtum ſpectat/externa eſt imaginatio interna reſpiciens.
Sup hãc/quæ aduẽtitia ſolum proſpicit/extat ratio: quæ prætera domeſti
ca cõſpicit. Sup hãc iterum/quę ab aliis cognitis ad ſe deniq; reuertit̃ agnoſcẽdã
eſt intellectus uiciſſim exordiẽs a ſeipſo: ac dum ſe inſpicit/oĩa cõtuens/nõ dico
rerum figuras/ſed res ipſas: ut ueriſſima cognitio ſit. Si ſeipſum tangẽs cõtingit
oĩa/ipſe nimirũ eſt & oĩa. Eodẽq; prorſus actu/quo ſe intuet̃/contuet̃ & omnia:
eodẽ quoq; ſimul agnoſcit cognoſcere ſeipſum atq; oĩa. Prę̃cipue uero primus
diuinuſq; intellectus/ nec ad aliud intelligẽdũ cõuertit̃ q̃ ſeipſũ: nec intelligẽtiã
habet accidẽtalẽ. Immo uero eſſentia eius abſolute uiuẽs intelligensq;/hoc ipſo
eſſẽtiali uitaliq; intelligẽtiæ actu fruit̃ ſemetipſa cõprehẽdẽs ĩterea ſe exiſtẽtem
uiuẽtem/intelligentẽ/uniformẽ prorſus/& omniformẽ.

PLOTINVS.

An Vnquid igit̃ intellectus altera ſui parte alteram intuet̃? Verum ſic quidem
alterũ erit uidẽs: alterũ uero uiſum. Hoc aũt non eſt unũ aliquid noſſe ſe
ipſum. Quid igitur? Si totũ tale ſit/ ut cõſimilibus partibus ſit cõpoſitũ:
adeo ut uidẽs a uiſo nõ differat: Sic utiq; uidẽs partem illam ſui ſibiq; eandem:
interea quoq; ſe uidet. Vidẽs nãq; a uiſo ibi nihilo diſcrepat. Sed primo quidẽ
abſurdũ foret/intellectũ ita diuidere. Nã & qũo diuiſio fiet? Nõ enĩ caſu quodã
eſt & temere diuidẽdus. Tum uero quisnam eſt qui diuidit. Num forte qui ĩ eo
ſe ordine ponit? In quo eſt uidere/an potius qui ĩ eo quod eſt uideri? Prætera
qũo uidẽs ille cognoſcet ſeipſum/dum ſecũdum ipſum uidere/ſe in eius gradu
conſtituit/quod uidet̃. Non enim in ipſo uiſo ineſt uidere. An cognoſcens ita

seipsum potius tanquam uisum: q̃ tanquam uidentem cõsiderabit. Ideoq; neq; omnem/neq; totum seipsum animaduertet. Quem enim nouit hunc quidem uisum/sed non uidentem nouit: atq; ita non seipsum/ sed alium potius intuebit̃. Sed nunquid per se adiunget ipsum quoq; uidentem/ut seipsum perfecte cõprehendat. Verum si complectitur & uidentem/ simul quoq; uisa complectitur. Si igitur in ipsa perspectione pspectæ res continẽtur: quęritur nunquid rerum figuræ/an res ipsæ contineantur. Si figuræ tantum/res ipsę non possidentur. Sin autẽ hę possidentur/certe qui eas perspicit/non ex eo q̃ seipsum diuiserit/habet. Sed erat etiã anteq̃ se diuideret & contemplator & possidens. Si res ita se habet oportet contemplationem idem esse cum ipso (ut ita dixerim) contemplabili: & intellectum intelligibili similiter idem: Alioquin si non sit idem/non erit contemplatio uera. Qui enim entia dicitur possidere/figuram potius eorum habebit ab eis procul dubio differentem: quod quidem non est ueritas. Veritatem enim non alterius oportet esse: sed quod dicit/hoc & existere. Sic ergo unum est intellectus/intelligibile ens: & hoc est ens primum/primusq; intellectus entia possidens: immo uero ipse atque entia idearum. At si intelligentia & intelligibile unum est/quo nam modo ob hoc intelligens intelliget semetipsum? Intelligentia enim uelut complectetur intelligibile: uel idem una cum ipso erit: nondum tamẽ constabit/intellectum perspicue se cognoscere. Cæterum si intelligentia & intelligibile idem est/actus enim quidam est ipsum intelligibile. Siquidem nõ potentia quædam tantum est ipsum intelligibile: neq; uita uacans: neque ibi rursus uiuere aduentitium est/uel intelligere subiecto diuerso uelut lapidi/uel cuipiam uita carenti: & essentia prima est ipsum intelligibile. Si ergo inq̃ illic est actus/actusq; primus/nimirum & actus optimus intelligẽtia est: & intelligentia (ut ita dicam) essentialis. Etenim ueriſſima intelligentia est eiusmõi/& prima/primoq; existẽs. Ideoq; intellectus primus hæc erit. Hic enim intellectus neq; in potentia est/neq; aliud quidem ipse/aliud autem ītelligentia. Alioquin ita rursus ipsum eius essentiale in potentia quadam erit. Quamobrẽ si actus est & essẽtia eius actus: unum idemq; actui esse censebitur. Cum uero sit unum actui ens ipsum atq; intelligibile/unum simul erunt cuncta/intellectus/intelligentia/intelligibile. Si igitur intelligentia eius est ipsum intelligibile: atq; ipse est intelligibile ipsum: nimirum ipse intelliget semetipsum. Intelliget enim per ipsam intelligentiam/ quod quidem existit ipse: & intelliget intelligibile: quod est & ipse similiter. Vtrinque igitur se prorsus intelliget/tum quatenus ipse ītelligentia est: tũ quatenus est ipse rursus intelligibile: quod quidem per intelligentiam hanc intelligit quæ est ipse.

MARSILIVS

Intellectus ipse cum in se permaneat/nec actione nec affectu ĩclinetur ad alia/merito circa se agit intelligendo seipsum. Anima uero cum contra sit affecta/contra se habet ad cognoscendum.

Cap. VI.

IN toto cognitionis ordine gradum infimum tenet sensus: intellectus uero summum. Cum igitur sensus rectam in cognoscendo lineam teneat/alia tantum attingẽdo/merito intellectus circularẽ agit oĩo/seipsũ suaq; pęnitus contemplando. Ratio uero plurimum est obliqua. Formæ rerum quæ sunt in mente essentiales sũt omnino. Quæ uero illinc impresse rõni sunt ab ęuo

quaſi eſſentiales ſunt. Quæ autem a mente quotidie reſultant in ratione/ minus adhuc eſſentiales exiſtunt. Quę denique in rationem ab imaginatiõe redundãt/ eſſentiales minime. Anima igitur tunc demum ſe cognoſcit/quando inferiores formas ſupioribus formis accõmodat.

PLOTINVS.

RAtio igitur demonſtrauit aliquid eſſe debere quod ſeipſum proprie prę cipueq; intelligat. Intelligit autem ſe aliter quod eſt in anima: aliter ue ro principaliuſq; quod eſt in mente. Anima quidem cognoſcit ſeipſam q̃ ſit alterius. Mens uero q̃ ſit ipſa/ & qualis ipſa/ & quæ nam ſit: & id quidem ſuaptenatura uidelicet in ſe conuerſa. Videns enim entia ſe ſe uidet. Atq; uidens eſt in actu: ipſaq; eſt actus. Intellectus enim & intelligentia idem: & toto ſe con ſpicit totum: non partem parte diſcernit. Num igitur talem ratio demõſtrauit: qualis credulã habeat actionem? Profecto ſic habet neceſſitatem: credulitatem ue ro non habet perſuaſione deductam. Etenim neceſſitas quidem in mente/perſua ſio uero uerſatur in animo. Quærimus utiq; ut uidetur perſuaſionem potius re portare/q̃ mente pura perſpicere ueritatem. Atqui q̃diu in ſuperna extitimus re gione/in ipſa mentis natura ſufficienter inde nos habebamus/eoq; ſtatu conten ti tunc intelligebamus: & in unum omnia colligentes contemplabamur. Intelle ctus enim erat/qui tunc intelligebat. Ac de ſeipſo dicens. Anima uero quietẽ tũc agebat/actioni officioq; mentis rite concedens. Poſtquã uero huc deuenimus/ uiciſſim animo perſuaſionem inducere exoptamus/tanquã ĩ imagine exemplar contemplari uolentes. Forſan ergo oportet noſtram animam edocere/qua potiſ ſimum ratione ſeipſum intellectus intueatur. Docere inquã hanc ipſam naturam animę/quæ intellectualis eſt quodãmodo/ponentes eam cogitatricem: atq; ipſa denominatione latenter ſignificãtes eam intellectum quendã eſſe: uel uim quan dam per intellectum: ipſumq; munus ab intellectu ſortiri. Hanc inquã noſſe de cet: ſe quoq; quęcunq; uidet cognoſcere: & noſſe quę dicit. Atq; ſi ipſa foret illa quę dicit/cognituram ſane ita ſeipſam. Cum uero adſint/uel ſaltem fiant ei deſu per illinc/unde pendet & ipſa: conuenit nimirum huic quoq; cum ſit ipſius ratio quædam/accipiatq; cognata: ut ueſtigiis ſibi impreſſis hęc accommodans/ita de mum ſeipſam animaduertat. Tranſferat ergo imaginem in uerum intellectum: qui ſane idem eſt atq; illa quæ uere intelliguntur/uereq; ſunt & prima. Quippe cum conſtet fieri non poſſe/ut intellectus talis ſit extra ſeipſum. Quapropter ſi quidem in ſeipſo & cum ſeipſo eſt: idq; ipſum quod eſt/omnino intellectus exi ſtit. Mens nanq; eſſe amens nunquã poteſt: merito neceſſarium eſt/ſui ipſius no titiam huic ineſſe: præſertim cum hic in ſeipſo permaneat: neq; aliud ipſius opus atque eſſentia ſit/q̃ ut ſolum ſit intellectus. Non enim intellectus hic in actione uerſatur: quo quidem ex munere externa proſpiciens diſtractuſq; a ſeipſo p illa cognitionem habeat propriam externis rebus addictam. Neq; uero neceſſarium eſt/ſi forte in actione ſit conſtitutus ſeipſum animaduertere: cui uero neq; actio imminet: neque enim affectus eſt in mente pura: nimirum abſente omni prorſus impedimẽto/conuerſio huic ad ſeipſum omnino directa: ipſam ſui ipſius cogni tionem non tantum oſtendit eſſe probabilem/ ſed etiam neceſſariam. Alioquin quę nam eius uita foret? quando ab actione uacet omnino: & totus in mente ſit poſitus.

## MARSILIVS.

Intellectus cum ad inferiora ſe nõ uertat: ſitq; forma prorſus in actu/ideoq; uacare ab actione nõ poſſit: merito circa ſeipſũ ſemp agit atq; Deũ Cap. VII.

QVBI in ſe conuertitur/ſe quidem cognoſcit per formam: Deum uero ꝑ effectum. Vbi ad Deum uertitur/Deum quidem quaſi per formam uider: ſe uero per cauſam. Cum potẽtia uegetalis ſolum agat circa inferiora rationalis autem circa inferiora/ſuperiora ſeipſam/ merito intellectus circa ſeipſũ atq; ſuperius. Quæ ab intellectu proficiſcuntur/eo in ſe manente ſecũq; agẽte fiunt. Quæ uero ab anima ea quodãmodo mota. Sed hæc quoniam intelligentiæ diuinæ progenies eſt: ideo uel circa intelligẽtias diuinas ſe conuertit ubi contemplatur: uel circa regulas atq; leges/quæ intelligẽtiarum imagines ſunt/ uerſatur/ubi gubernat: uel circa corporeas formas/quæ intelligẽtiarum umbræ ſunt ſe uerſat: ubi fabricat/ſenſibusq; uagatur.

## PLOTINVS.

CAeterum intellectum ĩ eo ſtatu intelligere Deũ afferre poſſemus. Quod ſiquis intellectum tunc intelligere Deum confiteatur: hac etiam conditione ſeipſum quoq; cognoſcere ſtatim concedere compelletur. Etenim quæcunq; a Deo habet/agnoſcet: & quę ille tradidit/& quę tradere poteſt. Hæc autem diſcens atq; cognoſcens/hac quoq; ratione ſeipſum nouerit. Nam & ipſe unum aliquid eorum eſt/quæ data ſunt: ĩmo uero ipſe omnia quæ data ſunt exiſtit. Si ergo cognoſcat illum/ uires quoq; ipſius percipiẽs/ ſeipſum etiam agnoſcet inde factus: & quæ ille poteſt illinc accipiens. Sin autem illum. clare perſpicere nequeat/quoniam forte ipſum quod uidere dicĩ/ſit ipſũ quod uideĩ: hac potiſſimũ rõne reliqua huic erit uiſio ſui ipſius atque notitia: ſiquidem uidere hoc ipſũ eſt ſcilicet id ipſum exiſtere quod uidetur. Quid enĩ huic aliud tribuamus: ꝑ Iouẽ quietẽ. Sed mentis quies nõ eſt a mente alienatio: immo quies mentis eſt ſua ipſius actio ab aliis undiq; uacans. Quãdoqdẽ cæteris quoq; oĩbus/quibus quies & ab aliis uacatio daĩ/ reliqua eſt actio propria: prę ſertim quibus eſſe ipſũ non ĩ potentia quadam eſt: ſed actu. Vbi ergo eſſe actus eſt nihilq; reliquum eſt ad quod ſit actus eiuſmõi/nimirum ſibimet incumbit. Seipſum ergo intelligẽs/ ſic utiq; ſecum habitat/& ad ſeipſum dirigit actionem. Atqui ſi qd præterea pendet ex ipſo/propterea pendet/ ꝙ ad ſeipſum uergit/& in ſeipſo quieſcit. Oportet enim prius apud ſe conſiſtere: deinde in aliud inſuper agere: uel aliud inde ꝓcedere ei ſimile factum. Quẽadmodum & igni cõuenit/ut prius quidẽ in ſeipſo ſit ignis: actionẽq; ignis habeat: atq; ita demũ ueſtigium ſuum ĩ aliud poſſit imprimere. Iam uero intellectus quidem actus eſt in ſeipſo. Anima uero quatenus ad intellectum uergit: quaſi habitat intus. Quatenus autẽ mẽte egreditur/ad externa porrigitur. Aliunde igitur euadit illi ſimilis/unde uenit. Aliunde rurſus q̃uis diſſimilis quodãmodo prodeat: tamen ibi quoq; ſimilitudinem quãdam retinere uidetur/ſeu agat/ſiue faciat. Nempe etiam dum agit/interea contemplatur. Et cum facit/ tunc ſpecies efficit/uelut intelligentias quaſdam a primis intelligẽtiis longo ordine ductas: adeo ut omnia intelligentiæ intellectusq; ueſtigia ſint/ſecundum exemplar primum/gradibus prodeuntia: illudq; prouiribus imitantia: propinquiora quidem magis: poſtrema uero imaginem quandam exiguam prę ſe ferentia.

MARSILIVS

Cum anima per uegetatiõem/ſenſum/imaginationem ſe porrigat foras: Solum uero per intellectuales quaſdam ſcintillas fiat compos in ſe reflectẽdi. Cõſtat in tellectũ ipſum eſſe lumen ꝑpetuo in ſeipſum ꝑ ſe reflexum Cap. VIII.

Si oculi angulum leuiter digito preſſeris: lumen intimum ſibi ipſi protinus emicabit. Multo id facilius uberiusq; efficeret: ſi tantum ĩ oculo lumen haberes: q̃tum animalia quę nocte uidẽt. Similiter ad ſe ĩtellectus ipſe ſe habet. Formæ quidem in materia adeo cum materia ſunt unitæ: ut opus unũ unam efficiant actionem. Multo magis ſeminales formarũ rõnes in natura. Multo etiã magis intelligibiles in intellectu rõnes unitę ſunt intellectui. Sicut radii lumini ꝑ quos ĩtellectus & anima perſpicacius ſenſibilia cernit q̃ per ſenſum. Iam uero & Auicenna & Enricus Magnus Scoti præceptor/natura Platonicus intellectuales formas in intellectu uel anima/ſiue ingenitas illi/ſiue huic acquiſitas nõ tam mõ caracterum/q̃ habitus cuiuſdam naturalis ineſſe putãt. Quo quidem habitu animus ad hoc uel illud facile ſeſe uertat.

PLOTINVS

Quęrendũ eſt præterea/quale potiſſimũ intellectus intelligibile uideat: qualem quoq; ſeipſũ. Forſan uero ĩtelligibile qdẽ ipſũ nõ oportet quærere ta le/qualis ẽ in corporibus ſiue color/ſiue figura. Prius q̃.n. hęc ſint/exiſtũt illa. Atqui & ratio ſeminibus inſita hæc faciẽtibus/nõ eſt hæc ipſa. Inuiſibilia.n. ſunt hęc etiam ipſa natura: multoq; magis illa: eadẽq; eſt natura illorũ/illaq; habentium. Quẽadmodũ ratio quæ eſt in ſemine/atq; anima ipſa hęc habens. Sed hęc quidem quę habet/nequaq̃ inſpicit: neq; enĩ ipſa genuit: ſed eſt ipſa quoq; ſimulachrum/rõneſq; ſimiliter ſeminales. Illud autem unde uenit perſpicuũ eſt/ & uerum primoq; exiſtens. Vnde & ſui ipſius eſt/& ſibi uiuit. Hoc autẽ niſi fiat alterius/& in altero/neq; manet quidem. Imagini nanq; conuenit: ut quoniam alterius eſt/& in altero fiat: niſi forſan ſit illi connexa. Quamobrem neq; aſpicit: utpote quod ſufficiens non habeat lumen. Ac ſi aſpiciat/quandoquidem ĩ alio quodam factum eſt perfectum: non ſeipſum: ſed aliud aſpicit. Cæterum nihil horum illic ẽ: ſed uiſio ſimulq; uiſibile ſuum. Et tale quidem eſt uiſibile: qualis eſt & uiſio: uiciſſimq; uiſio talis: quale uiſibile. Quis nam igitur quale ipſum ſit affirmat? Certe qui uidet. Intellectus uero uidet. Quoniã & apud nos uiſio ipſa cum ſit lumen: immo uero lumini copulata/uidet lumen: Videt nanq; colores. Illic autem nõ per aliud/ſed per ſeipſam cernit: quoniam neq; foras aſpicit. Alio ergo lumine lumen aliud intuetur: non certe per aliud. Lumen igitur aliud aſpicit lumen. Ipſum igitur conſpicit ſemetipſum. Hoc uero lumen refulgens in anima animum illuſtrauit. Hoc autem eſt: intellectualẽ effecit: hoc uero eſt: ſimiliter eſt in ſeipſo atq; ſublime lumen. Si ergo quale eſt ueſtigium luminis impreſſum animæ/tale multoq; etiam pulchrius/maiusq;/ & clarius ſupernum lumen exiſtimaueris: propius iam acceſſeris ad ipſam intellectus intelligibiliſq; naturã. Nam & hoc ifuſum uitam pręſtitit animo clariorem: uitã inq̃ nõ genitricem. Nã econtra conuertit aĩum in ſeipſum: neq; diſſipari ꝑmiſit: ſed effecit/ut claritatẽ mẽti inſitam adamaret. Neq; rurſus uitam attulit ſenſualem. Hæc enim proſpicit extra Neq; ꝑpea certius apprehendit. Sed qui lumen illud uerorum fontẽ haurit quaſi uidet clarius uiſibilia q̃uis contraria ratione. Reliquum eſt igitur/ut uitę mentis

ueſtigium intellectualē induat uitā. Ibi enim ipſa uera conſiſtūt. Atq; uita actuſq; in mente lumen eſt primum ſibi met primo refulgēs: ſplendorq; ad ſeipſum aſſi due micans: lucens ſimul & illuminatum. Ac reuera intelligibile ītelligēs intelle ctum/ſibiq; met perſpectū: neq; alio indigēs quo ꝑſpiciat: ſed ſibi met ſufficiens ad cernendū. Nēpe quod uidet id ipſū eſt quod cernit. Apud nos quoq; ferme illud idem: adeo ut cognitio ipſius apud nos ꝑ ipſū efficiat: alioqn unde nā de ipſo proferre poſſemus: quēadmodū uidelicet illud quidem tale ſit/quale poſſit ſeipſū apprehendere ꝑſpicacius. Nos aūt idē ꝑ ipſum ſimiliter ualeamus. Iam ue ro cōſtat ꝑ argumentationes eiuſmōi/nos aīum ad illud attollere/ aīum inq̄ aſſe uerantem ſe eſſe illius imaginē/uitāq; ſuā circa illud imaginē eſſe ſimilitudinēq; illius: & quādo intelligit/formā ſe quandā intellectus ipſius Deiq; ſubire. Con ſtat rurſus ſiquis optauerit noſſe qualis præcipue ſit intellectus ille perfectus & oīs primoq; ſe cōprehendēs/oportere īprimis aīum in mentē redigere/uel ſaltem actionem ſuā mēti cōcedere: actionem inq̄ circa illa ſe uerſantē: quorum in ſe me moriā retinet. Animo ſane hęc habēti & ſic affecto eum licet demonſtrare ſeipſū/ qui ꝑ ſe uelut imaginē illū quodāmodo ualeat intueri: ob uitam pręcipue animi illud expreſſiori quadam ſimilitudine referētis. Quatenus uidelicet pars animæ quędā ſeipſam poteſt ad mentis ſimilitudinem reuocare.

MARSILIVS

Si ſeiunctis ab aīa inferiorū uitium motibus/ipſam eius rōnalem uirtutē accepis oībus ſub ītellectu intellectualibus notiōibus coruſcantē/ſubito ī hac uelut ima gine contemplaberis intellectū ſicut in luna plena ſolem

Cap. VIIII.

Est autē rōnalis aīa naturaliter etiā imago mentis/ut lumen exiſtens ꝓxi mum lucis inſitę ſoli a ſolo intellectu dependens. Quinq; mundos Ti meus noīat/& Plutarchus inducit. Mundus oīforme ſignificat ornamē tum. Infimus igit̄ mūdus eſt qui cōſpicit̄ in materia. lōge ſupior/qui ī natura ui get. Aliq̄to ſublimior q̄ in imaginatiōe formarū quādoq; pleniſſima. Multo prę ſtantior q̄ in rōne quaſi ſpeculo intellectus æmulo. Excelſus qui fulget in mēte. In mundo ſequente præcedentem gradatim uelut in ſpeculo ſpeculabere: atq; ui ciſſim ex ſupiore inferiorem tanq̄ ex ſpecula contēplabere.

PLOTINVS.

Animam igitur ut uidetur/& quod eſt in anima diuiniſſimum cogitare debet: quid intellectus ſit cogniturus. Forſan uero hac quoq; conditio ne id aſſequeris. Si primo quidem corpus ab homine/ prę̨cipue a teipſo ſeiunxeris. Deinde animam id formantem. Præſertim uero ſenſum cupiditatēq; & iram/& reliquas eiuſmodi nugas tanquam ad mortale nimium declinantes. Sic utiq; reliquum animę eſt/quod præſe ferre diximus imaginem intellectus lu men ipſius aliquod reſeruantem inſtar luminis/quod poſt ipſum ſolis globum proxime micat/ circa ipſum ex ipſo refulgens. Lumen profecto Solis penes ſe ipſum & circa ipſum nemo conceſſerit eſſe ſolem. Ex quo quidem pendens per manet circa ipſum. Aliud autem ex alio deinceps ab antecedente continue pro pagatur: quouſq; ad nos terramq; deſcendat. Sed enim omne lumen etiā quod eſt circa ſolē quis ponet ī alio/ne forte ſpatiū quod ſoli ſubeſt corporis uacuū/ concedere compellat̄. Anima uero lumen quiddā eſt ex mente ꝓductum & circa mentem/menti connexum. Neq; ſedet in alio: ſed extat prope mētem. Neq; huic

locus eſt ullus/neq; enim locus eſt menti. Quamobrem ſolis quidem lumen eſt in aere. Ipſa uero anima talis eſt adeo pura/ut in ſe ipſa cernatur/tũ a ſeipſa/tum ab alia ſimiliter ſe habẽte. Et ipſa quidem aĩa de intellectu argumentari cõpelliẽ/ qualis uidelicet ille ſit ex ſe ipſa ꝓſcrutans. Ipſe uero intellectus ſe contueẽ de ſe nequaquã argumentatus. Adeſt. n. ſibi ipſi ſemꝑ. Nos aũt nobis illiq; adſumus/ quãdo cõferimus nos ad mentem. Vita nãq; nobis diuiſa eſt/multæq; ſunt uitæ. Ille uero neq; alia quadam uita/neq; aliis indiget: ſed quas præbet non ſibi met/ ſed aliis exhibet. Nõ enim deterioribus indiget: neq; ſibi met adhibet/quod eſt minus: quippe cum habeat uniuerſum: neq; prima rerũ habet in ſe quaſi ueſtigia quædam. Immo uero nõ poſſidet hæc: ſed eſt hæc ipſe. Siquis aũt primã aĩam ratiõ lem habere nequeat pure prorſus intelligentẽ: ſaltem aſſũmat opinatricẽ/& inde ad ſublimiora conſcendat. Quod ſi neq; id quidem poſſit/ſaltẽ accipiat ſenſum latiores quaſdã in ſe ſpẽs afferentẽ. Senſum inq̃ etiã in ſeipſo una cũ his quę ua let: iãq; prædituꝫ ſpẽbus. Tum ſi quẽ iuuat ad inferiora deſcendere/ ad genitri cem uim deflectat iter/& ad illa quæ gignit poſtremo deueniat. Sed uiciſſim hic aſcendat ab ultimis ſpẽbus rurſus ad ultimas: imo uero ad primas accedens.

MARSILIVS.

In primo intellectu ſunt formę omnium: tum ſecundum eſſentiam eędẽ/tum for mali rõne diſtinctæ. Cap. X.

FOrmę rerum quoniã ibi ſunt primæ: ideo & ꝓfectę/ modoq; ꝓfecto. Igiẽ eſſentiales exiſtunt. Differunt tamen ab intellectu rõne quadã. Ille. n. eſt intellectus unus. Hæ uero formæ ſunt multæ. Differũt igiẽ inter ſe ratiõe formali: preſertim quoniã intellectus eas tantũ inſpicit: atq; inſpiciẽdo diſtincte intelligit: facitq; oĩa longius etiã inter ſe differentia. i. re ipſa/locoq;/& tempore. Intelligentia ſicut & uiſio eſt quaſi nixus quidam & apprehenſio atq; diſcretio: quæ quidẽ tria etiã propria ſunt luminis atq; ignis. Intellectus igiẽ quatenus in telligendo cõuertiẽ in ſeipſum: hæc tria erga ſe exercet: & oĩo multiplicem ſe de clarat. Alioqn ſi nulla prorſus ĩ eo differentia ſit/uel eſſe poſſit/nõ erit ibi quod & ad quod annitatur: nec opus applicatione/uel nixu. Non erit quod apprehen dat/quod ue cõprehendaẽ: nec opus apprehẽſione/uel ulla quaſi partiũ unione/ uel ſui ipſius amplexu. Nõ erit ullus diſcretioni locus. Hactenus Platonici. Chri ſtiani uero probãt intellectũ primum talẽ formarũ multitudinẽ non habere/quo niam ꝑ unã ſui formã unoq; actu intelligẽs oĩa quatenus ſe uarie ꝓticipabilẽ ad omnia refert multitudinem non in ſeipſo/ſed extra diſponat.

PLOTINVS

DE his quidem ita ſit dictum. Si aũt non ſolũ ſpecies in mente factæ ſunt/ alioqn nõ eſſent hæ quidem noſtrę poſtremæ. Illic autem primę ſpecies ideſt efficiẽtes/ideoq; primę: oportet ſane tum ſpẽs factas illic eſſe/tum pariter effectorem: amboq; unũ exiſtere. Sin minus/intellectus ille alio quodam iterũ indigebit. Quid ergo?/nõne quod ſupius eſt rurſus egebit? Nõ certe. Nam hoc ipſũ quod eſt ẽgenũ/eſt intellectus. Sed nõne ſupnum illud ſeipſum uidet? Nequaq̃. Non enim indiget uiſione. Verũ de hoc tractabiẽ in ſequẽtibus. Impræ ſentia uero eadem de re iterum pertractemus. Non. n. paruifaciendũ eſt/de quo nunc agitur. Aſſeuerandum itaq; rurſus hunc intellectum hoc ipſo ſcilicet ut ſe uideat idigere: imo uero id ipſũ aſſidue poſſidere. Itaq; primo quidẽ hinc id hẽt

ut ſit multiplex. Deinde ut ſit alterius: Tum neceſſario ut ſit uidendi compos: illius inquã uidendi: cuius & eſſe dicitur. Præterea ut eius eſſentia ipſa ſit uiſio. Etenim ſi aliud quiddam ſit/oportet exiſtere uiſionem. Sin uero nõ ſit aliud/ui ſio erit inanis. Oportet itaq; illic plura eſſe q̃ unũ/ut ibi ſit uiſio: & uiſiõem ipſã cum uiſibili congredi. Quod ue a ſeipſo uidetur/multitudinem quandam eſſe: neq; pẽnitus unum. Quod enim prorſus eſt unum/nõ habet in quid operetur. Sed ſolum ſingulareq; exiſtens quieſcit omnino. Qua enĩ ratione opatur/aliud reſultat & aliud. Nempe ſi nõ aliud ibi ſit & aliud/quid nam faciet?/quo ue proceder?/Quapropter oportet quicquid agit/uel circa aliud quiddã agere/ uel ipſũ eſſe multiplex: ſi modo in ſeipſo aliquid eſt acturum. Quod ſi in aliud non proceſſerit/conquieſcet. Quando uero pẽnitus conqeſcet/ nihil prorſus intelliget. Quamobrẽ neceſſe eſt intelligentem/dum intelligit/in duobus ſaltem oĩo uerſari. Atq; aut duorum alterum externum eſſe: aut utraq; ĩ eodem: ſemperq; intellectionem in quadam(ut ita dixerim ) alteritate uerſari: & in quadam rurſus identitate. Item quæ proprie pẽcipueq; intelliguntur ad mentem ſe habere tanquam eadem ſimul atq; diuerſa. Rurſuſq; intellectorum quodlibet identitatem alteritatemq; quãdam ſecum ſimul afferre: alioquin quid nam ĩtelliget?/niſi aliud in ſe aliudq; contineat. Etenim ſi unũquodq; ſit ratio quẽdã/nimirum iam eſt multa. Percipit ergo ſeipſum ueluti uarium quẽdam oculum: uel aliquid uariis coloribus ĩſignitũ. Si.n. uni prorſus ĩpartibiliq; ſe applicet/ſermõe rõneq; uacabit. Quid.n. de hoc ipſo uel dicere uel ppẽdere poterit. Atq; ſi ipſũ ĩdiuiſibile oporteat ſe oĩo ĩdiuiſibile affirmare/oportebit prius quẽ ipſũ nõ ẽ/numerare. Quapp ſic quoq; eſſe multa cõtĩget/ut ſit & unũ. Pręterea quãdo dicit de ſe/ego id ſum: hoc ipſũ id uel tanq̃ aliud quiddã pręter ſe profert: atq; ita mentiẽ: uel tanq̃ aliquid ſibi accidens. Et ita ſe multa decernit uel forte ita dicet: ſum ĩquã/ſum ego inq̃ ego. Quid ergo?/Aut duo quædam hic ſolum erũt. Itaq; dicet de ſe ego atq; hoc: aut neceſſe erit eſſe aliquid multiforme. Iã uero hęc tãq̃ diuerſa diſcernet/& qua rõne diuerſa. Itaq; numerus hic iam/& alia multa cõtingent. Eſt igitur neceſſarium intelligẽtem aliud aliudq; accipe: atq; id quod intellectũ eſt/uelut intelligentia ipſa diſcretum ĩ ſe eſſe diuerſum: alioqn nulla ipſius erit ĩtelligentia. Sed tactus & uelut ictus quidam ſolũ talis: ut neq; dici poſſit neq; dicere: & abſq; intellectu (ut ita dixerim) præintelligat. Quippe cũ nõdum natus ſit intellectus: & qui illic attingit/nõdum ĩtelligat. Oportet ãt intelligentẽ neq; ipſũ quidẽ ſimplicem pmanere: præſertim quãdo ſe prorſus intelligit. Diuidit nanq; ſeipſũ: etiã ſi intelligentiam ſilẽtium eſſe quis dixerit. Pręterea quod eſt oĩo ſimplex/uaria nõ indiget cura: p quã ſeſe apprehẽdat. Quid.n. apprehendet/ſi quãdo ſe intellexerit? Prius.n. q̃ mente utaẽ ad ſeipſum intelligendũ/ penes ſeipſum oĩo quod eſt exiſtit. Deniq; cognitio ipſa deſideriũ quiddã eſſe uidetur: & quaſi inuẽtio quædam indaginem comitans. Quod igitur nullam ad ſe intra ſe differentiam hẽt/ undiq; conquieſcit: neq; de ſe aliquid iueſtigat: Quod autem ſeipſum explicat/ & euoluit/nimirum eſt in ſe multiplex.

MARSILIVS

Cum in intellectu primo ſit numerus multorum abſolute inter ſe differentium : neceſſe eſt ſuper hunc eſſe principium aliud ſimpliciter unum ideſt pẽnitus ſimpliciſſimum

Nisi in prima essentia uita intelligentia inter se aliqua ratione differrẽt esse/ uiuere/intelligere: nõ facile in ordine rerum tria hęc tam diuersa colent/ut esse qdem maxime oĩum cõe sit: intelligere uero minime: uiuere medio criter. Intellectus ipse nihil aliud est/ q̃ uisus aliquis ad primũ lumẽ suũ ita dire ctus/ut uisus corporeus est ad suum. Quãtũcunq; ꝑfectione corporeus uisus au geatur/semp lumine inferior erit. Similiter intellectus tandẽ cõsumatissimus a lu mine suo. i. ueritate ipsoq; bono uideř adhuc esse secũdus. Essentia tanq̃ oĩum cõmunissima ideoq; post ipsã simplicitatẽ prima statim ex unitate procedit.. Ac præter ipsam essentię rõnem præfert unitatis illius imaginem quodãmõ ab essen tia differentem. Itẽ huius imaginis auxilio cõuertiť ad ipsũ unũ atq; bonũ/nõ in tellectuali primum instinctu: sed naturali potius & uitali. Ante hunc cõuersionis actũ iam erat essentia pariter & imago. In ipso cõuersionis actu apparet uiuens. Post hunc intelligens. Dũ ita conuersa suscipit ab ipso bono donũ. Cũq; bonũ ipsum sit sup oĩa se ad omnia ęqualiter habens/nõ suscipit illinc aliquid oĩum: sed pariter oĩa: pręsertim cũ sit proximũ susceptaculũ. Fit igiť forma hinc omni formis/ideales rerum formas habẽs inter se absolute distictas. Vnde post se pro cedit distinctio longe maior. In eodem momento multiformis & intellectus effi citur. Intellectus deniq; cum multitudinẽ rerum absolute differẽtium secũ ferat/ merito a simplicissimo quodam pricipio supiore dependet.

PLOTINVS

Hic igiť intellectus multiplex euadit: quãdo supnũ nitiť itelligere. Tũc.n. nitẽs ad ipsũ dũ se illi tanq̃ simplici applicare conať/ab ipsa ꝑtinus illius simplicitate ꝑlabiť/aliud sẽp accipiẽs i se ipso multiplicatũ. Quapp exor sus qdẽ est inde nõ tanq̃ intellectus: sed uelut aspectus nõdũ uidẽs. Progressus aũt est inde/quod iterea multiplicauit i seipso reportãs. Ideoq; aliud idetermina te desiderauit/hẽns in se nõnihil ipsius imaginariũ. Sed tãdẽ inde ꝑcedẽs repor tauit aliud/quod ipse multũ reddidit in seipso. Iã uero habet i se rursus quandã spectaculi ipsius figurã: alioqn nunq̃ exponereť ad hoc ipsum suscipiendũ. Sic itaq; ex uno multiplex iam euasit. Atq; ita uelut iã intellectus seipsũ aĩaduertit/ factusq; tunc est aspectus deniq; uidẽs. Id ãt est tũc demũ intellectus quãdo pos sidet/& tanq̃ intellectus habet. Ante hac uero desideriũ tantũ/& aspectus infor mis. Hic igiť intellectus seipsũ intẽdit i illud. Adeptus uero iam itellectus euasit. Semp aũt afficiť efficiťq; essentia. Itẽ intellectus intelligẽtiaq; posteaq̃ intellexit. Sed prius non erat intelligentia/quãdo intelligibile nõ haberet. Neq; dũ intelle ctus cũ nondũ aliqd intelligeret. Quod ãt sup hæc extat/horũ pricipiũ est. Non insitum inquam his principium. Ipsum nanq; pricipium a quo hæc fiunt/his mi nime ineſt. Sed elementa ex qbus cõflantur insunt. Id autem a quo singula fiũt non est aliquid singulorum: sed ab omnibus alienum. Non igitur est unum ali quid omniũ/sed ante omnia. Igitur & ante mentem: Nam intra mẽtem sunt oĩa. Ideoq; hac insup ratione est supra mentem. Quinetiã si quęcũq; sunt post ipsũ/ omniũ habent ordinẽ: & sic quoq; omnibus est supius/nimirũ oportet nullũ eo rum quibus est superius esse. Ipsum ergo mentem non apellabis: sed neq; etiam ipsum bonum: si forte ipsum bonum unum aliquid significet omnium. Sinaũt significet sup omnia/ita liceat apellare. Quãobrẽ si intellectus quatenus euadit multiplex fit intellectus: atq; ipsa itelligẽtia sui etiã si ex ipso ꝑcedat/tamẽ uelut

accedendo multiplicat/oportet quod est omnino simplex omniumq; primum/ esse mente supius. Et.n.si intelligat/nequaq̃ supius ītellectu:sed intellectus erit. Pręterea si ītellectus erit/erit etiam multitudo.

MARSILIVS

Agit contra illos qui in primo rerū principio essentiā quidē unā ponūt:actus uero multos inter se absolute distinctos Cap.XII.

AVt enim essentia & actus īter se differunt/aut nō.Si differūt/essentia secundum se impfecta est/uidelicet pficiēda p actū.Si nullo mō differunt/sicut actus ē multiplex/quia uidelicet absolute multiplex: Sic & multiplex est essentia. Argumentatio hæc Plotini ad Diuum Thommā trinitatē relatiōibus distinguētem nihil ptinet. Vtrū uero Scotum tangat sui uiderint/& respōdeant. Spero.n.optime responsuros. Super multitudinē necessario unū est:ac sup unū aliquid est ipsum simpliciter unū. Quoniā igit̃ essentia uita intelligētia est aliqd unum.i.una essentia/una uita/una intelligētia:ideo Plotinus his anteponit ipsū absolutissime unū:quod nullo actu uel affectu medio procreet oīa.Sed ipsomet simplicitatis absolutissimæ statu.Plotinus de Deo negat oēm eum numerū/q natūram multiplicat/ cōpositāq; declarat. Relationū uero numerus apud Christianos inuētus id minime facit. Negat certe omnem numerū qui esse possit in entibus/& qui definiri.Numerus uero ī diuina unitate positus a Christianis non est in entibus.Neq;.n.in prædicamentis ullis neq; in transcēdentibus repitur. Tum uero quicūq; fingat̃/nō est ille.Neq; essentiarū numerus ē:neq; formarū uel qualitatū uel similiū. Ac si dixeris psonarū:diuina id auctoritate dices. Verūtamen quid uelis explicare nō poteris.Similiter si dicas ꝓprietatū:Et qui inquit relationē distingui/ipsemet fatebit̃/mysteriū sic illud se nō assequi. Item qui dixerit absolute differre id definire uerebit̃.Mysteriū deniq; diuinitati credēdū. Quod & Nicolaus græcus philosophus defendit strenue cōtra Proculum.

PLOTINVS.

OBiciet autem sic forte aliquis. Quidnam ꝓhibet ipsum sic multitudinē esse/modo una interim sit essentia? Multitudo.n.non compositionē huic inducit. Actus enim quidā ipsius sunt multitudo.Sed huic ita respondeatur.Si actus quidem eius nō sunt essentię:sed ex potentia quadā prodit in actū/ non multitudo quidē erit:sed erit nihilominus īpfectū/quantum ad essentiā spectat/anteq̃ agat.Sinaūt essentia ipsius est actus/actus uero ē multitudo/tam multiplex eius essentia erit/q̃ multiplex eius est actus. Hoc aūt menti quidem cōcedimus:cui sui ipsius cognitionē attribuimus: oīum uero principio minime. Necessarium.n.est ante multitudinē esse unū/a quo multitudo ꝓueniat. Omni nāq; numero prius est unum. Sed obiciāt hic aliqui:in numero qdē ita se rē habere. Quippe cū quę ibi deiceps sequunt̃ unū/cōpositiones quædā sint. In ordine uero rerū necessariū nō uideri unū existere/a quo multa ꝓficiscant̃.Sed his ita nos respōdebimus. Si rerū ordini nō præsit unū:multa inter se fore dispersa/aliudq; aliūde sorte quadā in cōgeriem concursurum. Proīde afferent ex uno quodam intellectu in se simplici/actus progredi multos. Veruntamē id quod ante hos actus existit/esse simplex assueraburt:Deinde cognoscent actus semper existentes esse substantias quasdam/siue suppositā quædam. Cum uero suppositā quędam sint/nimirum diuersa erunt ab eo/a quo procedunt. Manente quidem illo

ſimplici dum quod procedit ab eo/multitudo quædam in ſe euadit: penderq; ex illo. Quod ſi illo quodāmodo operāte/actus eiuſmōi inde ſubſiſtūt/illic quoq; multitudo continget. Sin aūt hi ſunt actus primi ſecundum quiddam cōſtituentes: nihil prohibet illud actibus his ſuperius in ſeipſo conſiſtere: ſecundo autem ipſi proxime inde manāti ex actibuſq; compoſito/ actuum numerum aſſignari. Aliud nanq; ipſum eſt: aliud ſunt actus ab illo: quoniam illo non agente proueniunt. Alioquin intellectus non erit actio prima. Nō enim ipſum unum exoptauit quidem primo mentē fieri: deinde facta mens eſt/quaſi affectus eiuſmodi uelut medius interuenerit inter genitorem ipſum/mētemq; inde naſcētem. Neq;.n. illic affectus eſt ullus. Sic enim & exoptans ille imperfectus foret/ & ſtudiū eius nondum quod optat prorſus haberet. Neq; rurſus partim quidem uoti compos eſt: partim uero non cōpos: quippe cum nihil ſit uſquā/ad quod flectat affectū. Sed profecto ſiquid poſt ipſum ſubſtitit/ manente illo in habitu proprio/ſubſtitit. Oportet itaq; ut aliud quiddam inde ſubſiſtat/ illud prorſus in ſe ipſo quieſcere. Alioquin ante moueri/mouebitur: & ante intelligere intelliget: uel ſaltem primus illius actus imperfectus erit. Quippe cum impetus aliquis tantum ſit futurus. Sed ad quidnam ſic ferri poteſt? Quid ue nuper aſſequi? Iam uero ſecūdū rationem potius licet aſſerere actum quēdam ab illo conſiſtente profluere/ſicut a ſole lumen: intellectū ſcilicet omnēq; naturā intelligibilem. Ipſū uero in ſūmo intelligibilis mūdi uertice conquieſcens ī eo regnare nō ſegregās a ſeipſo/quod inde micat. Vel lumē aliud ponemus ſuper lumē: quod quidem ſemper manendo intelligibili fulgeat. Quod enim ex ipſo micat/neq; ſegregatur ab illo: neq; rurſus eſt idem. Neq; etiam tale eſt/ut nō ſit eſſentia/ uel quaſi quiddam cęcum: ſed uidet quidem cognoſcitq; ſeipſum: primūq; cognoſcens eſt. Illud autē quēadmodum eſt ſuperius intellectu/ſic eſt & cognitione ſuperius. Et ſicut nulla re indiget/ſic neq; etiam eget cognitione: ſed ipſa cognitio collocaī natura ſecunda. Cognitio enim unū aliquid eſt: illud aūt unū ipſum eſt/non aliquid unū. Si enim unū aliquid eſſet/non amplius eſſet ipſum unū. Quod.n. ipſum dicaī ſup hoc eſt/quod aliquid apellatur.

MARSILIVS

Ipſi bono nō eſt addēda intelligētia/quę uidelicet ab ullo intellectu creato q̄uis ſummo intelligi poſſit

Cap. XIII.

RAtio ipſius boni atq; intelligentię tam diuerſa eſt/ ſicut diximus/ut illud q̄dē ſit cōmuniſſimū: hęc minime: illud nihil appetat/ hæc appetat bonū. Item ītelligētiæ quidē oppoſita eſt amētia: bono malū. Nō idē eſt pęnitus amētia atq; malū: nō idē igiī ītelligētia atq; bonū. Quādo igiī ipſi bono addis intelligentiā/rem alterā & diuerſā uideris & bonū hactenus egenū iudicauiſſe/& quaſi cōpoſuiſſe. Hoc paradoxon. s. primū principiū eſſe ſup eſſentiā/uitā intelligentiā a Dionyſio Areopagita frequēter aſſeriī. Qui addit prærerea ipſum mō quodā pluſq̄ intellectuali/quē ſupintellectualē noiat ſeipſo frui. Itē prælintelligere ineffabili quadā rōne pręter & ſup ītellectū q̄ſi ſeipſo fruaī p modū tactus potius q̄ uiſionis. Intelligētia.n. uiſio quædam eſt. Neq; per modum aliquid dicendi: ſed potius per modum ſimpliciter id ipſum quod eſt exiſtendi. Si quaſi uero conditione intelligentiæ gradibus procedendo fingi poſſit ipſum bonum non fingatur intellectus aliquis qui intelligentia egeat. Nō intelligentia/quæ ſit

actus ipſius intellectus circa bonum. Sed potius ipſum bonum ad quod intelli
gentia uergit/ uel forſan ipſum lumē/quod intelligentia quęrit. In quod deſinit
intelligētia cōſūmata. Lumē quidem nō in hac/ſed ī ſeipſo cōſiſtēs. Hæc ipſa cla
ritas neq; proprie quidē uidēs ē: nec orbata uiſionis bono quaſi cęca. Sicut uiſio
ipſa neq; uidet ꝓprie/neq; cæca ē. Nempe claritas ipſa uiſiōis oīs cā multo remo
tior eſt a priuatiōe uiſus q̄ ipſe uiſus. Neq; claritas eſt ad intellectionis genus de
terminata. Quod enim eſt oīum cā ſup oīa/ꝑ nullum ex oīum numero definiē.
Nō ergo ꝑ eſſētiam uitam intelligētiam. Nō ꝑ claritatem intellectualem/aut intel
ligibilē: ſed ꝑ claritatem ipſam ſimpliciter ꝑ ſe in ſe exiſtentem/oīs potētię actus
claritatis cām. Fingiē autē ſecūdum potētiam efficacem potētiarū actum/actuum
effectorē. Anima &ſi manus pedesq; nō hēt/tamē quia his non indiget/habetq;
uim horum genitricē eminentiorēq;/neq; manca dicitur/neq; clauda. Simili rōne
neq; ratio cæca/&ſi nō habet oculos: neq; mens irrationalis/&ſi nunq̄ rōcinatur.
Momento enī poſſidet/quod ratio quęrit tempore. Neq; Deus amens/&ſi nō ha
bet mentem. Eſt enim id totum quod mens habere conatur/ īmo fieri.

## PLOTINVS.

QVamobrem reuera ineffabile eſt. Quicquid. n. dicas propriū aliquid dixe
ris. Sed. n. quod eſt ſup oīa ſuperq; mētem apprime uenerādam/ab omnī
bus ſegregatū/nō habet uerum nomen aliud: neq; aliq̄d oīum. Et oīo nul
lum eſt nomen eius: ꝓpea q; de eo nihil diciē. Sed nos quoad poſſumus nōnihil
de illo nobis ſignificare conamur. Cæterum quādo ſic ambigimus/dicentes ui
delicet/ſic ergo ſeipſum minime ſentit: ſic neq; ſeipſum aīaduertit: ſic neq; q̄d ſit
nouit oīo/tūc ſane decet cōſiderare/nos quotiēs talia dicimus/ad oppoſita retor
queri. Facimus enim quātum ī nobis eſt ipſum eſſe multum: dum ipſum induci
mus cognoſcēdum/cognitiōemq; tribuimus. Nam quādo damus intelligētiam/
ut egeat intelligētia facimus. Atq; ſi una cum ipſo intelligētia ſit/ ſuperuacuum
erit ſibi intelligētiam adhibere. Videē enim oīo intelligētia eſſe cōſenſus quidā
totius/ubi multa concurrūt ī unum/quādo aliquid intelligit ſemetipſū: quæ qui
dem propria pręcipuaq; intelligentia eſt. Quodlibet uero unum ipſum aliquid
eſt: neq; quicquā quęrit. Sin aūt intelligētia ad externa porrigiē/indiga erit/neq;
intelligentia prīcipalis. Quod aūt eſt oīo ſimplex/ac reuera ſufficiēs/nihilo indi
get. Quod uero ſecūdo loco ſufficiens eſt/ſed ſui ipſius egenū/hoc nimirū indi
get intelligētia ſui. Atqui quod eſt ad ſeipſum indigens/ipſo toto reddit ſe ſuffi
ciens/ex cunctis nactū ſufficientiam/ſecum habitās: & ī ſeipſum uergēs intelligen
do. Quādoquidem & ipſe cōſenſus/multi alicuius eſt ſenſus. Quod quidem no
men ipſū quoq; teſtaē. Tum intelligentia/cū ſit prior/ ipſum ītelligētem utpote
multum ītus ī ſe reflectit. Et. n. ſi hoc ipſum ſolū dicat/equidem ſum ens/tanq̄
inueniens hoc ipſum dicit/dicitq; cōuenienter. Ens nāq; multū eſt. Nam & quan
do tāquam ī aliquid ſimplex tendat/dicatq;/ſum ens/nō cōſequiē uel ſeipſum/
uel ens & uerum. Nō enī tāquā lapidem dicit ens/quādo uere dicit. Sed dictione
una multa ꝓnūtiat. Hoc. n. eſſe quod reuera ē eſſe/neq; tāq̄ ueſtigiū entis habēs
apellatur/quale neq; eſt ens/ideoq; dici debet uelut imago quædā ad exemplar/
proculdubio ī ſe multa cōplectiē. Quid ergo? Num unūquodq; ipſorū nequaq̄
intelligeē? Profecto ſi ſemotū atq; ſolum uelis accipe/ nō intelliges. Sed ipſum
eſſe ī ſeipſo multum ē: atq; ſi aliud quiddam prætera dixeris/habet eſſe. Quod

ſi ita ſe habet/ſiquid eſt omnium ſimpliciſſimum/nō habet ſui ipſius intelligen
tiam: ſi enī habeat/habebit quoq; quodāmō & alicubi eſſe. Neq; igit̄ ipſum intel
ligit: neq; ulla alicubi eſt ipſius intelligētia.

MARSILIVS.

Quoniā intellectus nō excludit multitudinem/quā excludit ipſum unū: ideoq;
unum ipſum tāquam ſimplicius eſt eminentius intellectu. Cōſequens eſt/ut per
intellectū apprehēdere & explicare ipſum minime ualeamus Cap. XIIII.

Loquimur tamē de illo/ut Parmenides & Dionyſius ait/per negatiōes atq;
relatiōes. Ipſum enim habemus quodāmodo/quatenus unitatem quādam
habemus mētis noſtræ caput/unitatis diuinæ characterem. Qua tūc diuinā attin
gimus unitatem: quādo mente noſtra formati ſumus: perq; hāc mente diuina a
nobis alienati/factiq; iam uates.

PLOTINVS.

Quo igit̄ modo de illo nos dicimus? Certe de illo quidem aliqd dicimus/
ipſum tamē minime dicimus. Neq; cognitiōem/neq; intelligentiam illius
habemus. Sed quo nam pacto de illo loquimur: ſi non habemus illud?
Quia & ſi nō habemus illud cognitiōe/nō tamē ꝓpea nullo mō illud habemus.
Sed habemus ita/ ut de eo quidem loqui poſſimus: ipſum uero eloqui minime
ualeamus. Quod enī nō eſt/pronūtiare ſolemus. Quod aūt ſit/nequaq̄. Quapp
ex poſterioribus uerba de illo facere cōſueuimus. Habere tamē ipſum nihil pro
hibet/quanuis explicare nō ualeamus. Iam uero quemadmodū hi qui diuinitus
afflan̄t/atq; rapiun̄t: aīaduertūt quidem ſe grādius aliquid in ſe habere: quanuis
quid illud ſit/minime nouerint. Ex quibus aūt cōcitati ſunt/etiam loquun̄t: Atq;
ex his ſenſum quendam mouentis accipiūt/cum ipſi ab eo diuerſi ſint/qui conci
tauit: ſic & ipſi ad illud nos habere uidemur: quotiens mentem puram adepti ſu
mus: qua freti uaticinamur. Hūc quidem eſſe intimū intellectum: qui auctor eſt
eſſentiæ/aliorumq; generis ordinis ue eiuſdem. Illum uero non eſſe hæc prorſus
agnoſcimus: ſed ꝓſtātius quiddā eo/quod ens apellamus. Et amplius maiuſq;
hoc ipſo quod ens nominamus. Quoniā ſupior ille ꝓſtātior ē ſermone/rōne/
mente/ſenſu: hæc quidem ꝓbēs/nō tamē hæc exiſtēs.

MARSILIVS.

Ens ipſum uiuum intelligēs naſcit̄ ab ipſo uno/ſicut lumē Soli proximū/a luce
Solis intima. Cap. XV.

Verum ſicut a natura nec oculos habēte/nec pedes/ſed præſtātius aliquid/
oculi generātur/atq; pedes: ſic ab ipſo uno nō habēte propriā eſſentię/uitę/
mētis/intelligentiæ formā: ſed aliquid eminētius/iſta fiūt. Sed qūo ſtatim a ſim
pliciſſimo multiplex? Quoniā quod ab ipſa unitate creat̄/eſt quidem aliquid/
nec tamen eſt ipſa unitas/eſt igit̄ multitudo quædam. Eſt & unū aliquid: ſed mi
nus unum q̄ ipſa: ergo multiplex. Habet illius aliqd: ſimulq; ab illa degenerās/
multiplex iam euadit. Quicqd eſt poſt primū/eſt aliquo modo cōpoſitū: atq;
tum ipſa ſigillatim unitate ꝓtium/ tum mutua earūdem unione ſuū eſſe accipit/
& cōſeruatur i eo. Ipſum ergo primū merito ē unitas ipſa. Nec unitatis ipſius ra
tio atq; entis eſt eadem. Vnitati enī opponit̄ multitudo. Enti uero non ens. Nec
ratio entis ſuperior eſt unitate. Alioquin unitas participatione entis foret multi
plex. Nec rurſum entis ratio par eſt unitati. Alioquin ens nō fieret unū. Eſt igit̄

unitas ente ſupior:īmo uero eſt ipſa (ut ita dixerim) ſuppremitas/atq; primitas. Siquidē ratio unitatis & ſimplicitatis eſt eadē. Quo uero ſimpliciora in quouis genere ſunt/eo priora/atq; uiciſſim. Multitudo autē proxime naſcens ex unitate oīum ęque prima eſt & omniformis multitudo/& ſecum unita q̄maxime. Ideo in qualibet eius forma cūctę eiuſdem formę quodāmodo cōprehēdūtur. Eſt igī tur diuina mens unum oīa. Ab hac aīa naſcēs/nō tam eſt unū oīa/q̄ unū multa. Nō negat oīo Plotinus ī primo eſſe oīa: ſed ēe ibi diſtincta. s. rōnibus abſolutis. Vnde rōnibus relatiuis cōſiderari illic diſtinctio pōt. Sed in ſecūdo diſtinctiōem formarū ponit rōnibus abſolutis inter ſe differētium.

PLOTINVS.

SEd quo nā mō talia prębet? Nunquid habēdo hęc/an potius nō habēdo? Sed quæ nō hēt/quo nā pacto prębuit. Sin uero hēt/nō ē ſimplex. Si ergo nō habēs hęc tradidit/quo nā mō ex ipſo multitudo ꝓfluxit? Vnū quidē ex ipſo ſimplex effluere aliquis forte conceſſerit: quanuis & hoc inſuper inquire tur/qūo id etiā ex eo quod oīo unum eſt/ueniat. Verūtamē licet dicere ſic/id ex ipſo profluere ſicut ex lumine circa ſe emicat ſplēdor. Sed qūo multa ſint ab eo/ ultra quęretur. Sed certe quod fit ab illo/non debuit eſſe idem/atq; illud. Si ergo nō idem/& certe nō melius/quid enī melius uno/uel oīo ſuperius. Ergo deterius illo id aūt eſt indigētius. Verū quid nā eſt indigētius uno: niſi quod nō unum. Hoc igit̄ eſt iam multa. Deſiderat tamen unū. Eſt igit̄ unū multa. Ipſū nāq; unū ſeruat omne quod nō eſt unū: idq; omne eſt/quicq̄d eſt ꝓ unū. Niſi enī fiat unū quāuis ſit ex multis: nō pōt aliquis id ens apellare. Tametſi poſſit quodlibet ſin gulatim quod eſt dicere/ex eo ꝙ unū ſit unūquodq;/ſitq; in ſe quodāmō idem. Quod āt ī ſe multa nō hēt/iam nō participatiōe unius eſt unum: ſed ipſum unū exiſtit/neq; de alio. Cōſtat aūt id ipſū eſſe/a quo habēt & reliqua unitatē. Partim quidē propius/partim uero remotius. Quod uero hoc quidē illi proximū ma xime ī ſe idem ſit/atq; ſit poſt ipſum: patet ꝓpea ꝙ multitudo huius unū aliq̄d eſt ubiq;. Cū enī multitudo ſit/in eodē tamē exiſtit: neq; diſcernere licet: quoniā & cūcta ſimul exiſtūt. Quinetiam quodlibet eorum quæ ſunt ab ipſo/quatenus uitæ participat/eſt unum multa. Nō enī poteſt ſeipſum oſtēdere uelut unū oīa. Ipſum uero/unde hoc oritur/eſt unū oīa. Quoniam a magno principio ducit̄. Principiū nāq; eius eſt ipſum re ipſa uereq; unū. Quod āt ex pricipio ſequit̄/ita quodāmodo prægnāte exuberāteq; uno fit oīa: ſed interim particeps eſt unius. Et quicq̄d eſt ī eo/eſt oīa rurſus & unum. Quę nam igit̄ oīa? Nempe oīa quorū illud eſt pricipium. Qūo āt illud oīum principium eſt? Nunquid ex eo ꝙ unum ipſum illa cōſeruat: dum uidelicet efficit/ut quodlibet eorum ſit unum. An etiā quia procreauit illa? Sed qūo. Nunquid ex eo ꝙ prius habeat illa? Verum dictū iam eſt illud ita multa futurum. Sed profecto ſic habet oīa tanquā nōdum inter ſe diſcreta. Quæ uero ī ſecūdo ſunt/ratiōe iter ſe diſcernūtur. Actu enim iam cer nuntur. Illud āt oīum eſt poteſtas. Sed quisnam potētię modus. Nō enim ita ēe in potētia dicit̄ ut materia: quia capiat. Patit̄ nāq; quod ſuſcipit: Atq; ita oppoſi to modo ſe habet potētia ad id quod eſt efficiens. Quo igitur modo facit quę nō habet? Nō enī utcūq; contigit/feciſſe putādum: neq; etiam ſecum aīo reputās quid facturum ſit/mox ita facit. Dictū ergo iam eſt: ſiquid ex uno manat: aliud quiddam eſſe præter illud. Aliud uero exiſtēs/nō eſt unū. Id enī erat illud. Si aūt

non unum/duo igitur neceſſarioq; iam multa. Et.n. in ſe iam habet alterum/atq; idem/& quale/ & reliqua. Atqui quod inde pẽdet nõ eſſe unũ ipſum/quod pertinet ad ſuperius/demõſtratum iam forte uidebiť. Quod ãt multitudo ſit/multitudoq; talis/qualis ĩ ſequẽti cõſpicitur/adhuc eſt dubitãdum: Atq; neceſſitas ob quam ſequẽs ipſum inde procedat/eſt ulterius indagãda.

MARSILIVS.

Quo præſtãtior cauſa eſt/eo plura facit. Prima igiť efficit oĩa. Item in quouis genere/primũ eſt ſimpliciſſimũ. Oĩum itaq; primũ ita ſimpliciſſimũ eſt/ut nõ ſit certa quædam res ſimplex: ſed ipſa ſimplicitas

Cap. XVI.

ITem ſicut natura genitrix corporis nõ eſt corpus: ſic intellectus pater aiæ nõ eſt aĩa: ſic bonum intellectus ipſius pater nõ eſt intellectus nec intelligibilis mundus: ſed ſimplicius atq; ſublimius. Similiter excelſius ente. Entis enĩ proprietates ſunt ſtatus atq; motus. Moueri autẽ appetiť nõ ſimpliciter: ſed ad bonũ. Stare quoq; nõ ſimpliciter: ſed ĩ bono. In ipſo igiť ente ſtatus/motus/uita/intelligẽtia/nõ ſũt ipſum bonũ: ſed aliquid boniforme/quatenus ad ipſum bonum uergũt/implenť eo: & ĩ eodem ſummopere cõquieſcunt.

PLOTINVS.

OPortere quidem aliquid eſſe poſt primum/alibi nobis eſt dictum: atq; oĩo poteſtatem eſſe: poteſtatem inq̃ inextimabilem: idq; ex aliis oĩbus aſſeuerandum eſſe: quoniam nihil ſit uel iter infima: quod nõ habeat potẽtiam generandi. Impreſentia uero dicẽdum eſt/inter illa quæ gignunť/non patere ad ſupiora/ſed ad inferiora proceſſum. Atq; id quidem ita ut in maiorem gradatim multitudinem ꝓcedatur: ideoq; pricipium ſingulorum ſit ubiq; ſimplicius/ideoq; in ſe manẽs: dum datur ĩ plura progreſſus. Quamobrem quod mundum ſenſibilem procreauit nõ eſt ſenſibilis mundus: ſed ĩtellectus intelligibilisq; mũdus exiſtit. Ideoq; ſimiliter quod eſt intelligibili mundo ſuperius/eiuſq; origo: neq; intellectus eſt/neq; mũdus intelligẽdus: ſed ſimplicius ĩtellectu: ſimplicius intelligibili mũdo. Nõ enĩ multum fit ex multo: ſed multum hoc ex nõ multo procedit. Si enĩ illud quoq; ſit multum/ pricipium profecto nõ erit: ſed aliud quiddã ſuperius illo. Colligẽda itaq; cuncta ſunt ad ipſum quod uere ſit unũ extra oẽm numerũ & quãlibet ſimplicitatem: Si modo reuera ſit ſimplex. Et ĩ eo tandem ſiſtendus nobis eſt gradus. Cõſiderãdum preterea qua rõne quod factum eſt ab illo ſit ratio multa iam atq; oĩs. Illud ãt ratio nõ exiſtat. Quod ſi ratio non ſit/qua cõditione ex nõ rõne ſit ratio. Et quo pacto boniforme procedat ex bono. Quid ue illius habẽs/boniforme dicať. Nunquid igiť iccirco quãdam boni formam habere cẽſetur: ꝓpea q̃ hẽat ſtatum quendam ſecũdum eadem & ſimiliter ſe habẽtem. Verum quid nam hæc ad bonum cõferũt? Quippe cum talem quendam habitum ſecũdum eadem & ſimiliter ſe habẽtem tunc demum cum adſunt bona/exigere ſoleamus. Atq; prius exoptemus illud/a quo nunquã ſit diſcedendum: ꝓpea q̃ ſit bonum. Sin uero nõ bonum/preſtat inde diſcedere. Num igiť id nobis uelut bonum eſt exoptãdum. s. eodem ſemper modo uiuere ĩ ipſo bono ſpõte manẽdo. Si igiť hoc eſt menti potiſſimũ exoptãdum. s. ita uiuere/numirum nihil ultra requirit/& cõſtat utiq; ꝓpea expeti habitum illum ſemp ſimiliter ſe habẽtem: quoniam ſatis preſentia faciãt. Sed oĩbus iam huic preſentibus/uiuere tanq̃ ſummũ eſt expetẽdum: Sic inq̃ præſentibus: ut ab ipſo diuerſa non ſint.

Si igitur omnis huic adest uita: uita inq̃ uigẽs atq; ꝑspicua/iam perfecta omnis in hoc aia & mens uniuersa: nihilq; ipsi uel uitæ uel itelligentiæ deest. Est ergo sibi ipsi sufficiẽs: nihilq; ultra desiderat. Si ãt nihil exigit/ i se iam possidet: quod quidem nisi inesset/prorsus appeteret. Habet igiẽ in seipso bonũ: bonũ inq̃ uel tale/qualem diximus uitam atq; mẽtem: uel aliud quiddam iis cõtingẽs. Verum si hoc sit ipsum bonũ/nihil sane his superius erit. Sin uero est supꝫ hæc ipsum bonum/profecto huic erit bonum/uita uergẽs ad illud: & illi prorsus initẽs/indeq; substãtiã possidẽs/& ad illud sese prorsus intendẽs. Illud nãq; eius principiũ est. Oportet itaq; illud uita menteq; prꝫstãtius esse. Nam ita demum ad ipsum cõuertetur uita i mente uigẽs: utpote quę imitatio quædã sit ipsius quod extat i illo: secũdum quod uiuit & sequẽs. Cõuertet̃ & huius itelligentia tanquam imitatio quædam eius quod existit i illo: quicquid hoc ipsum deniq; sit.

MARSILIVS.

Nec essentia perfecta est/nisi i uita: nec uita perfecta nisi in intellectu: nec intellectus perfectus nisi in ipsa uerorum oiũ multitudine depẽdente uidelicet ab ipso bono

Cap. XVII.

Intellectus igiẽ multis indiget/ut sit absolutus. Et ubi ẽ absolutus/est multiplex: igiẽ depẽdet a supiore quodam ꝑ se sufficiente/atq; simplicissimo. Nec eẽ simpliciter appetiẽ/sed bene esse: nec uiuere qũocũq;/ sed bene. Nec intelligere quomodolibet/sed bene/& bona/& ita ut tibi sit profuturũ. Nec uerũ simpliciter exoptamus. Nõ enĩ uerã febrẽ/sed uerũ bonũ. Ipsum ergo bonũ horũ oiũ finis est/atq; principiũ. Finis uitæ nostræ est ipsum bonũ uidere ꝑ ipsum. Sed quoniam hoc est stabilissimũ atq; simplicissimũ: nec ratiõis discursu attingimus: nec actione intelligentię componente uel discernente: sed intuitu quodam subito/atq; simplici. Huius ãt fruitiõis signum nobis est/quãdo præter solitum & nullo cõsueto ingenii machinamẽto influit nobis subito lumẽ. i. claritas leta: quę est splẽdor quidã claritatis i seipsa cõsistentis: quę est ipse Deus. Influit aũt/ quãdo illi dediti ipsius gratia auferimus omnia. i. inclinatiões circa oĩa ab appetitu/imagines a phantasia/discursiões a rõne/intellectuales spẽs/& compositiões & discretiões ab itellectu. De his satis & Plato & nos i magna Platonis epistola.

PLOTINVS.

Quid nam igiẽ melius est uita sapientissima: quæ labi/quæ errare non põt? Quid melius itellectu oĩa cõplectẽte: & qd melius tota uita totaq; mẽte? Si respõdeamus id melius esse/quod hæc effecit/& quomõ fecit: quod ue nihil ipso prꝫstãtius nobis occurrat/nõ procedet ad aliud rõnis nostrę discursio/ sed reuoluet̃ ibidem. Verũtamẽ altius nobis progrediendũ est/tum ob alia multa/tum etiã quia sufficientia huic ex cunctis accumulata pendet extrinsecus. Vbi profecto unũquodq; i se est indigũ/tum etiam quia unũquodq; eiusdem unius est particeps: participatq; unius: utpote quod nõ sit ipsum unum. Quid nã igitur illud est: cuius hoc est particeps? Quod quidem efficit/ut hoc sit/ simulq; sit cuncta. At enĩ si facit/ut unũquodq; sit/uniusq; præsentia multitudo sequentis huius euadit sufficiẽs/ipsum uidelicet est origo essentię omnis atq; sufficientię: ipsum inq̃ essẽtia nõ exustẽs: sed & hac & sufficientia ipsa supius. Dic age/num satis hæc nobis faciãt/liceatq; iam quęstionibus finem imponere? An potius animus adhuc nobis quasi parturiẽs ultra uexet̃? Et certe nũc uehemẽtius ĩmulat̃.

Forſan igitur oportet animũ iam noſtrum parare ad ipſum ardẽtius cõcitatum/ multisq; quaſi parturiẽtis doloribus agitatum. Verũtamẽ nõnullis iterum quaſi magorũ carminibus prẽſtat opitulari: ſiquẽ modo cãtu inueniamus huic partui cõferentem. Forſan uero ex his quæ dicta ſunt ſiquis incantet ſæpius/id deniq; cõſequemur. Sed quisnam alius quaſi nouus eſt cantus? Nempe cantus ipſe ſu pergrediẽs oĩa uera/quorũ ipſi participes ſumus/aufugit protinus/ſiquis dicere excogitareq; uelit. Siquidẽ neceſſe eſt/cogitatiõem/ut aliquid dicat/aliud iterum aliudq; aſſummere. Vbi certe ĩ quadã diſcurſione uerſaẽ. At in eo quod ſimplex eſt oĩo/nullus poteſt eſſe diſcurſus. Sufficit aũt modo quodã intellectuali illud attingere. Oporteq; attingẽtẽ ipſum dum attingit/oĩo neq; poſſe quicq̃ loqui/ neq; ocium habere dicendi: ſed poſterius de ipſo rõcinari. Credendum uero eſt tunc demũ nos uidiſſe illud/quãdo animus repẽte lumẽ acceperit. Hoc &.n. hoc inq̃ lumen ab ipſo bono manat. Hoc eſt ipſum bonum. Tũc certe putãdum eſt id nobis adeſſe/quãdo tãquam Deus alius inuocãte aliquo domũ intrans/pror ſus illuminat. Alioquin niſi intrauerit/ nõ illuminat. Sic itaq; aĩa uacua lumine eſt/& uacua Deo. Illuminata uero/habet iam tota quod mente petebat. Hic certe hic finis eſt aĩo uerus: lumen.s. illius accipere: & ipſum ipſo pſpicere: nõ alterius inq̃ lumine cõtueri: ſed p ipſum met aſpicere/quod & ſuſpicit. Per quod enĩ illu minatus eſt/id ipſum eſt nobis perſpiciendum. Neq; enĩ Solem p lumẽ alienum intueri ſolemus. Verum ſi queras/qua id ratione cõſequi poſſis/omnia prorſus e medio tolle.

## LIBER QVARTVS ENNEADIS QVINTAE: QVOMODO QVOD EST POST PRIMVM FIAT A PRIMO: ATQVE DE VNO.

### MARSILIVS.

Res ĩ uniuerſo inter ſe diuerſę cõcordiã/ordinem/unionem/inuicem nõ haberẽt: niſi oẽs proficiſcerẽtur ab uno. Cap. Primum.

QVOD Quidem tandẽ nõ ſit unũ hoc aut illud: ſed ipſum ſimpliciter unũ. Quod rurſum pp ipſam ſũmã ſimplicitatẽ hẽt ut ſit primũ ſuffi cientiſſimũ potẽtiſſimum. Eſt autẽ ipſa oĩum poteſtas: per quã cętera ſunt potẽtia ad agẽdũ. Quæ quo potẽtiora/eo plura faciũt. Vnde ap paret ipſam poteſtatem primam oĩa facere: habere imperium oĩum ubiq; latiſſi mum: eſſe oĩbus oĩum prẽſentiſſimam.

### PLOTINVS.

VICQVID Præter primũ eſt/neceſſariũ eſt ab ipſo primo pẽde re: atq; id qdẽ uel pxime/uel ſaltẽ p media queḍã. Eſſeq; ordinẽ ſecũdorũ quorũdã & tertiorũ. Vbi certe quod ſecundũ eſt/redu caẽ ad primũ: quod uero tertiũ ad ſecũdũ. Oportet.n. aliqd ſup oĩa ẽe/idq; ſimplex oĩo diuerſũq; ab oĩbus ĩ ſeipſo cõſiſtẽs: neq; mixtum ſequẽtibus rurſusq; alio quodã pacto: cæteris facillime pręſens. Quod & uere ſit unũ/nõ ita quidẽ ut alterũ quiddã primo ĩ ſe ſit: dein de ſit & unũ. Sic enĩ de hoc unũ ipſum falſo prędicareẽ. Id ipſum pręterea neq; ſermo ſiue ratio neq; ſcientia ulla prorſus attingit. Quod etiam eſſentia ſupius iudicaẽ. Niſi.n. oĩo ſit ſimplex ab omni prorſus cõcurſione & cõpoſitione ſemo tum/pęnitusq; unum/prĩcipium eſſe nõ poterit. Quippe cũ ob ipſam ſummam

duntaxat ſimplicitatem ſufficientiſſimum eſſe queat omniumq; primũ. Nempe & quod nõ eſt primũ indiget eo/quod eſt ante ipſum: & quod nõ eſt ſimplex/ his indiget/quæ in ipſo ſimplicia ſunt/ut ex eis conſtituaẽ. Iam uero quod tale cenſeẽ/unũ tãtum eſſe unicũq; oportet. Si enĩ aliud quiddam eſſe dicaẽ eiuſmõi/ ambo erũt pẽnitus unum. Nõ enĩ duo hæc eſſe duo quædam corpora dicimus: uel ipſum unũ primũ eẽ corpus. Siquidem nullũ corpus ẽ ſimplex. Item corpus omne fit/ideoq; pricipium eſſe nõ põt: quippe cũ pricipium ſit ingenitum. Cum igiẽ pricipium corporeũ eſſe nequeat/ ſed uere ſit unũ atq; unicũ: nimirum illud ipſũ exiſtit primũ. Siquid igiẽ aliud quiddam ſit præter primũ/nequaq̃ erit ſimplex. Erit igiẽ unũ multa. Vnde nam igiẽ hoc pẽdet? Profecto pendet a primo. Nõ enĩ talia fortuita quadã ſorte cõtingunt/atq; cõcurrunt. Neq; ſic quidẽ illud oĩum eſſet pricipium. Quo nam igiẽ pacto omne aliud fit a primo? Profecto ſi primũ eſt perfectum & oĩum perfectiſſimũ/primaq; poteſtas/oportet eſſe rerum oĩum potentiſſimũ: cæterasq; potẽtias quatenus poſſunt/illud ꝑuiribus imitari. Quicquid ãt ex aliis ad perfectiõem ſuã peruenit/compertum habemus/iam aliquid generare: neq; poſſe in ſeipſo ſterile cõquieſcere: ſed aliud ex ſe quicq̃ facere. Neq; id ſolum in his quę electione quadã agunt/exploratum habemus: uerũ etiã quęcunq; abſq; electiõe naſcunt̃/& gignunt: Et quę carẽt aĩa/ex ſuis nõnihil cęteris quoq; tradere quoad poſſũt. Sic & ignis calefacit: ſic & nix ſimiliter frigefacit. Pharmaca etiam ueneficiaq; ĩ aliud agũt ad naturæ ſuæ ſimilitudinem. Sic oia deniq; primũ pricipium imitãtur ad perpetuitatem bonitatemq; complẽdã. Cum igiẽ ſic natura compatum ſit/qua nam rõne credẽdũ eſt/ipſum oĩum perfectiſſimũ/atq; primũ bonũ/in ſeipſo tantũ ſe quaſi ꝑ inuidiã detinere? Aut forte ſe ipſum propagare nõ poſſe/quod ipſa poteſtas oĩum eſſe reuera cenſeẽ. Deniq; ſi nihil procedat ab illo/nõ poterit eẽ pricipium. Quamobrem oportet aliquid ab ipſo fieri: ſi modo ſit aliquid præter ipſum: fiatq; quicq̃ ab eis quæ ab ipſo fiũt. Quod enim quędam ab eo proxima ſint/neceſſitas ipſa demonſtrat. Tum uero neceſſarium eſt/quod reliqua gignit/eſſe ſequentium præſtantiſſimum. Præterea quod proxime inde gignitur/ ſecundumq; obtinet locum/ cæteris eſſe præſtantius.

## MARSILIVS.

Intellectus dependet ab intelligibili ferme/ſicut uiſus a uiſibili: ideo non eſt primum. Cap. II.

Tangit hic duplex intelligibile. Vnum coniugatum cum intellectu. Alterũ uero ſupius. Cõſidera ĩ oculo aĩalis die nocteq; ꝑ ſe uidẽtis/ſubſtãtiã oculi ualde lucidam/& ab ea uirtutem uidẽdi pẽdentem. Quæ ꝑ ſe informis quidem eſt: formaẽ aũt a ſubſtãtia lucida cõiugata ſibi. Talem cogita intellectũ etiam primũ/etiã ubi ſe cõſpicit: ꝑinde ac ſi oculus quidam lucidiſſimus digito quodãmodo preſſus ſeipſum intueaẽ. Iam uero in intellectu primo ſua ipſa ſubſtantialis unitas eſt/ipſum intelligibile ſuum. Vnde pẽdet intelligẽdi uirtus: ad ipſum cõuerſa/& inde formata. Virtus eiuſmodi una cum conuerſione eſt infinita duitas. Sed definita ꝑ ſuũ intelligibile/euadit intellectus ĩ actu & omniformis Idea. Hinc quoq; cõuertiẽ ꝑ ſuam unitatẽ ad ipſum ſimpliciter unũ. Quod etiam ĩtelligibile pręſtãtius nominaẽ. Quod Plotinus hic non oĩo priuat cognitione: ſed intellectuali duntaxat.

Si igit̃ qui generat/ipſe intellectus eſſet/oporteret ſane quod inde primo gignit̃/eſſe inferius ītellectu:propinquius tamē atq; ſimilius. At quoniā quod primo gignit/eſt intellectu ſuperius:iccirco quod primo gignit̃/ne ceſſario eſt intellectus. Sed cur nam primus ille genitor nō eſt intellectus?Quoniam intellectus ipſius actio intelligentia eſt:intelligētia inq̃/ſpectās intelligibile ad ipſumq; cōuerſa. Et ab eo uelut definita atq; conſumata/ſuapte quidē natura indefinita tanquā uiſus.ſed ab intelligibili definita. Quamobrem ſicut traditū eſt/ex indefinita duitate atq; uno ſpēs numeriq; gignunt̃. Id aūt eſt intellectus: itaq; nō ſimplex eſt:ſed multiplex compoſitiōem quādam pręſe ferēs:quāuis intelligibilē/multaq; iam cōſpiciens. Iam uero & ipſe eſt rurſus intelligibile:ſed & intelligens. Ideoq; iam eſt duo. Eſt & aliud præter hoc rurſus intelligibile. Sed quo nam pacto ab intelligibili intellectus hic depēdet?Nempe intelligibile in ſe ipſo cōſiſtēs neq; ſic egenum ſicut eſſe ſolet/quod uidet atq; intelligit. Egenum inq̃/quod intelligit/quātum ad intelligibile ſpectat:illud inq̃ in ſe quieſcēs non eſt quaſi ſenſu uacuum:ſed ſunt ipſius oīa:& in eo & una cum eo ſui ipſius oīo diſcernēdi compos. Item uita ī ſeipſo/cūctaq; ī eo:atq; aiaduerſio ſui ipſum met exiſtit:tanq̃ cū quodam ſenſu ſuiq; cōſenſu in ſtatu perpetuo/& intelligētia quadam aliter ſe habēte q̃ intellectus ipſius intelligētia. Siquid igit̃ illo ī ſe manēte gignitur/id prorſus generat̃ ab illo/quando illud potiſſimū id ipſum quod eſt/ exiſtit. Manēte itaq; illo ī habitu proprio/ex ipſo quidem quod oritur/generat̃. Manēte inq̃/gignit̃. Quoniā igitur illud intelligibile permanet: ideo quod fit/ euadit intelligētia. Proinde cum intelligētia ſit/idq; a quo generatur/intelligat/ neq; enī hēt aliud/nimirum fit ītellectus tāquam ītelligibile aliud/taleq;/quale illud exiſtit/imitatio quædam & illius imago. Sed quo nā modo fit illo manente?Actus ſane alter quidem eſt eſſentiæ: alter aūt ex ipſa uniuſcuiusq; eſſētia pendens:& q eſſentię ipſius actus eſt/ita ſe habet/ut unūquodq; tale/ipſū ipſe actus exiſtat. Actus aūt ab eſſentia manans ille eſt/quem neceſſarium eſt ex unoquoq; ſequi differētem ab illo a quo effluxit. Quemadmodum & ī igne/altera quidem caliditas eſt ignis eſſentiā cōplectens:altera uero ab ipſa ꝓcedēs/exercēte interim igne calorē eſſētiæ inſitū/quatenus permanet ignis. Sic ergo illic multoq; prius/ manēte quidem illo ī habitu proprio ex ipſa ſibi inſita perfectiōe & comitāte intrinſecus actu/prodit actus genitus accipiēs ſubſiſtētiam: utpote q ex ingēti natſcit̃ poteſtate. Nempe ex poteſtate potētiarū oīum maxima ī eſſe eſſētiamq; proceſſit. Illud nāq; ſuperius eſt q̃ eſſentia/oīumq; poteſtas exiſtit. Hoc aūt iam eſt oīa. Si aūt hoc eſt oīa/nimirum illud eſt ſup oīa. Igit̃ & ſup eſſētiam extat. Atq; ſi hoc inq̃ eſt oīa/ ante oīa uero exiſtit unū/nō ęqualem una cū oībus admittēs cōditionem:hac quoq; rōne neceſſarium eſt illud eſſētia ſuperius ēe.i.mēte ſuperius. Aliquid igitur eſt antiquius intellectu. Ipſum nāq; ens non eſt quaſi quidam mortuum:neq; uelut uita intelligētiaq; orbatum:ideoq; ītellectus & ens eſt idem. Neq; enī ſicut ſenſus ſe habet ad ſenſibilia/tanquā ad præcedētia quædā: ſic ſe habet ad res ipſas intelligēdas ītellectus tāquā ſimiliter præcedētes. Immo uero ipſe ītellectus ipſe res exiſtit:ſiquidē ſpecies rerū intelligēdo nō haurit. Vnde enī has hauriat?Sed una cū rebus ipſis ꝓdit:idēq; eſt una cū ipſis & unū. Atq; uiciſſim/neq; res ipſę q̃dē ītelligibiles oīo ſūt abſq; materia.s.ſua.i.intellectu.

320

# LIBER QVINTVS ENNEADIS QVINTAE: QVOD INTELLIGIBILIA NON SVNT EXTRA INTELLECTVM. ITEM DE IPSO BONO.

## MARSILIVS.

Sicut ſenſus/q̄ eſt cognitio infima/proſpicit ſolū extima: ſic intellectus/q̄ eſt cognitio ſumma/inſpicit tātum intima / Cap. Primum.

SICVT Ergo ī ſenſu ſūt tātum imagines rerum/quæ ſentiuntur: ſic ī intellectu ſūt res ipſę/quas ītelligit. Alioqn ſi a rebus intelligēdis ſit imagines accepturus: neq; res ipſas adęquabit cognitione facta per imagines rebus ipſis ualde deteriores: neq; certus erit ſincerum de rebus ſe habere iudiciū. Quādoquidem imagines ī naturam ſuſcipiētis trāſlatæ nō meram afferūt obiecti naturam. Sup rōnem diſcurrētem poſitus ītellectus ſtabiliter agēs preſentia pro arbitrio habet obiecta. Intus itaq; poſſidet: nec ſolum prīcipia quędam artium atq; rerum/ ſed ēt ī prīcipiis quæcūq; neceſſario inde ſequūtur. Neq; putare debes ipſa ītelligibilia ēe propoſitiōes/& quaſi dictiōes quaſdam: ſed rationes & formas eſſētiales. Neq; eſſe ſpectacula quędam iter ſe diſiuncta: ſed formas ī una quadam īmateriali forma. Quemadmodū formæ ſenſibiles cunctę in eadem informi materia. Deniq; formas ītelligibiles multo magis unitas ēe cum ītellectu/q̄ ſenſibiles cum materia/& cæleſtes cum ſubſtātia cæli. Eſſe uero rerum formas naturaliter animis noſtris īfuſas in Theologia latius diſputamus.

## PLOTINVS.

AN FORE Quenq̄ putamus: qui mentem ueram uereq; exiſtentem exiſtimet aliquādo mentituram/resq; reuera non exiſtentes opinaturam? Certe neminem. Qua enim ratione mens illa foret/ ſiquādo (ut ita dixerim) dementiret. Oportet igitur eam ſemp cognoſcere: neq; hāc tanquā obliuioſam aliquādo quicq̄ latere. Cognitiōem uero huic ineſſe nō tanquam imaginanti uel ambīgenti/uel rurſus tanquā ab alio mutuanti. Non igitur quaſi p demonſtratiōem quādā perpēdere debet. Nā & ſiquis nōnulla p demōſtratiōem compare cōceſſerit: idem tamē nō negabit aliqd īterea menti p ſe notū ēe: Tametſi rō uera dictat huic oia ſuapte natura eſſe pſpecta. Iam uero quærēdum eſt/quo pacto quiſpiā diſtinguere poſſit. Quæ nā ſint/quę p ſe naturaliter ei nota ſint: quæ uero quęſita. Item quæ cōcedent aliqui/menti p ſe cognita eſſe: unde nam dicēt horum certitudinem adeſſe menti? Vnde nam mēs eiuſmōi perſpicue hinc credere poterit: ita potiſſimū ſe habere: quoniam & circa illa/quæ ſenſibus offerūtur/quorum fides certior ēe uideť dubitari ſolet/ne forte non tam ī ſubiectis rebus/q̄ in paſſionibus quibuſdā naturā habeāt apparentē. Vbi certe mētis iudicium uel ſaltē cogitatiōis exigiť. Nam & ſi forte cōcedať naturas eorum quæ ſentiunť rebus ſubiectis ineſſe/quas percipit ſenſus/quod tamē cognitum eſt p ſenſum/ imago quædam rei eſt/neq; rem ipſam ſenſus apprehendit. Foris enī res ipſa manet. Intellectus aūt cognoſcēs & ītelligibilia ipſa cognoſcēs/ſi hæc tāquam alia quædā prę ter ipſum exiſtētia nouit/quo nam pacto ī hæc incidit? Fieri enī poteſt/ut ī ea nō incidat. Ideoq; ut nō cognoſcat/accidere poteſt. Vel forſan tūc demū quādo incidit/ſtatim nouit: neq; ſic quidem notitiam ſemp habebit. Proinde ſiqui forte dixerint/intelligibilia eſſe ītellectui coniugata/ reliquum erit quęrere/quid nam id cōiugium ſibī uelit. Præterea ipſæ ītelligentię figuræ quædā erūt: quod quidem

ſi ita ſit/erunt & aduētitiæ & pulſationes quædam. Quo aūt modo figurabitur
ītellectus: Aut quę potiſſimū talium erit formā? Intelligētia deniq; ſicut & ſenſus
erit perceptio externorum. Quo igiť duo hæc iter ſe diſcrepabūt: An forte i eo
quod horum alterum minora perſpiciat? Item quo nam modo itellectus agno
ſcet reuera ſe aliquid percepiſſe? Quo ue pacto iudicare poterit/hoc eſſe bonum
aut pulchrū/aut iuſtum? Horum.n.quodlibet erit ab ipſo diuerſum: neq; in ipſo
erūt ipſa iudicādi prīcipia/quibus credat. Sed hęc quoq; extra erūt: & ueritas erit
ibidem. Rurſus ītelligibilia ipſa uel ſenſu/uita/ītellectu carēt: uel itellectū habēt.
Si ītellectum habēt/ i eis pariter erūt ambo: & ipſum uerum hic exiſtet: primusq;
erit hic ītellectus. Atq & de hoc ipſo quęremus/qua nam conditione hic ſe ueri
tas hēat/ & ītelligibile ipſum/ & itellectus. Nunquid ī eodem atq; ſimul: duo aūt
atq; diuerſa: an alio quodā pacto. Sin aūt ipſa ītelligibilia itellectu uitaq; careāt/
quid nam ſint/inquiremus. Neq; enī propoſitiones quædam ſunt/neq; regulæ:
quæ dignitates apellanť: neq; uelut dictiones/quæ proferanť: ſic enī hæc de aliis
quidem dicēt aliquid: neq; ipſæ res erunt uelut ſi dicāt quod iuſtum eſt/eſſe pul
chrum: cum aliud quiddam ſit iuſtum ipſum atq; pulchrum. Sin autē ſimplicia
hæc ēe dixerint/iuſtum ipſum ſeorſum atq; pulchrum: primo quidē ipſum intel
ligibile neq; unum quiddam erit/neq; erit ī uno: ſed unūquodq; ab aliis ſegrega
tum. Vbi certe quęrēdum erit/ubi nam ſint/& p quę loca potiſſimum ſeorſum di
ſpoſita ſint. Deinde quo nam modo intellectus paſſim circūcurrens/hæc repiet
uel inueniet: & quo pacto manebit ī eis? Item qūo ī eodē perſeuerabit. Præterea
quam formam oīo figuramq; habebūt? Niſi forte uelut imagines quædam ſitæ
ſint aureę: uel ex alia quadā materia a fictore quodam uel pictore cōpoſitę. Verū
ſi hoc ita ſe hēat/mens talia cōtuēs erit ſenſus. Proinde qua nam rōne inter hæc
hoc quidē eſt iuſtitia/ illud uero potius aliud quiddam? Illud deniq; oīum ua
lidiſſimum eſt. Nempe ſiquis prorſus admiſerit: hæc extrinſecus eſſe/mētemq; ea
ſic ſe habētia contemplari: neceſſario ſequiť/mētem ueritatem horum nō poſſide
re/ſed ī ſingulis cōtemplandis falli atq; mentiri. Vere nāq; res erunt externæ: pro
ſpicier ergo eas/neq; ipſas habebit: ſed earū imagines ī cognitiōe eiuſmōi poſſi
debit. Cum igiť uerū ipſum nō hēat: ſed ueri quaſdā imagines penes ſe teneat/
nimirum nō accumulabit uera: ſed falſa potius reportabit. Si ergo cognoſcat ſe
falſa dūtaxat habere/ proculdubio cōfitebiť ſe eſſe ueritatis expertem. Sin aūt &
hoc ignoret: cūq; particeps ueri nō ſit/eſſe tamen ſe ueri compotem opineť/men
dacio iam duplo falleť/lōgiſſimeq; a ueritate diſtabit. Ob hoc enī (ut arbitror)
& ī ſenſibus nō eſt ueritas/ſed opinio: quoniā cōditio ſenſus ī accipiēdo uerſatť:
unde opinio doxa gręce ab accipiēdo nomē accepit. Ideoq; præter ſe aliud acci
pit. Cum aliud ſit & illud/a quo poſſidet quod accepit. Si igiť ueritas ī mēte nō
ſit/mens quidem hæc talis neq; ueritas erit/ neq; reuera mens/ neq; oīo mēs erit.
Immo uero neq; uſq; alibi ueritas habitabit.

MARSILIVS.

Obiecta intellectus nō ſunt imagines rerum uel imaginamēta quædam: ſed uere
res exiſtūt. Quippe cum etiā obiecta ſenſus ſint res quędam Cap. II.

QVo enī intellectus pręſtātior & uerior eſt q̄ ſenſus/eo ītellectus obiecta prę
ſtantiora ueriora q; ſunt q̄ ſenſus obiecta: ut Timeus ait. Sunt aūt intelligi
bilia ī ipſa intellectus eſſentia. Siquidē nō quęrit argumētādo/neq; uagať extra:

sed intro cõuertitur & stabiliter intuet quasi possidens. Et ipsã uniuscuiusq; substantiam penetrat & definit. At uero p imagines rerum non posset aliud q̃ qualitates & externa coniicere.

PLOTINVS

IGit neq; extra intellectũ pquirere decet intelligẽda/neq; fateri mẽti rerũ figuras inesse: neq; eã ueritate priuare: dũ uidelicet & hãc intelligibilia ipsa nescire: & ipsa que offerunt intelligẽda/cõcedimus i rerũ ordine nõ existere: atq; ita mentẽ ipsã e medio tollimus. Sed necessariũ est oia uere menti tribuere: si mõ oportet cognitiõem ueritatẽq; iducere entiaq; ipsa seruare: & notitiã illã qua qd sit unũquodq; cognoscit/neq; illi notitiæ acquiescere/quæ quale unũquodq; sit duntaxat apprehẽdit/quãdo. s. solũ rei cognoscẽdæ simulachrũ uestigiũq; habemus/neq; tenemus ipsã/neq; habitamus una/neq; cũ ea cõspiramus i unũ. Nam illa quidẽ rõne mẽs cognoscet/& reuera cognoscet: neq; qcq̃ latebit eã/neq; unq̃ obliuiscet/neq; passim indagãdo uagabit. Sed erit i ea ueritas/ sedesq; rerum/ui uetq;/atq; itelliget. Que quidẽ oia beatissimæ naturæ oportet inesse. Alioqn ubi nã honorãdũ qcq̃ erit & uenerãdũ. Tũ uero hac rõne neq; indigebit demõstratione/neq; fide sic esse psuasura. Ipse nãq; itellectus est/q sic oio se hẽt. Ipse sibimet prsus ẽ manifestus. Et siqd ante ipsũ similiter ẽ cõptũ: q ipse sit ab illo. Item siqd ẽ post illud: quod ipse sit hoc ipsũ: nullusq; sibi q̃ ipsemet fide sit dignior: & pfecto exploratũ hẽt hoc ibi esse/uereq; existere. Reuera igit illic ipsa ueritas habitat/nõ alteri cuiq̃: sed sibimet cõsonãs: neq; prẽter se aliud qcq̃ dicit/atq; existit: & quod existit id prsus & dicit. Quisnã igit redarguere poterit? & unde nã redargutionẽ iferet. Nẽpe argumẽtũ quod adducet/reuoluet eodẽ/quo & prior argumẽtator. Et q̃uis inferat uelut diuersũ/refert tamẽ ad argumẽtatoris primi ppositũ: unũq; erit oio. Nihil enĩ põt ueritate uerius inueniri.

MARSILIVS

Sicut lux itima soli effũdit circa se lumẽ/radiis inumeris uirtutibusq; refertum/ita principium oium omniformẽ penes se procreat intellectum: hic animam similiter omniformem

Cap. III.

ILlud antiq Celiũ noiauerũt: hũc uero Saturnũ: hãc deniq; Iouẽ. Oẽs itellectuales aiæ p intellectũ suũ ad itellectũ diuinũ ascẽdere quãdoq; possunt. Possũt qneriã atq; debẽt/tum p unitatẽ suã/tum etiã p diuinũ intellectum ad principium oium quãdoq; progredi.

PLOTINVS.

UNa igit hec natura itellectus ẽ/entia cũcta/est & ueritas. Est & magnus qdã Deus: imo uero nõ aliqs deus: sed ois: nec idigne existimat/se hec oia esse. Natura igit hec ẽ deus. Deus inq̃ secũdus/seipsũ prẽferẽs idagãtibus/ãteq̃ supiorẽ illũ intueãt. Nẽpe supior ille eminẽtius sedet i præclaro hoc eius solio ab ipso pẽdẽte. Decebat. n. illũ nõ i curru quodã inaiato: neq; rursus i aia stati icedẽtẽ nobis occurrere. Sed pulchritudinẽ quãdã inextimabilẽ ante cõspectũ eius mirabiliter prẽfulgere/quẽadmodũ ante magni regis aspectũ. Sic. n. natura cõpatũ est/ut ad illũ pgrediẽtibus minora prius occurrãt: & maiora deiceps præstãtioraq; gradatim se ultra pcedẽtibus offerãt. Et quæ circa regẽ adstãt/magis regia sint: deinceps q̃ simili quodã ordie reliq̃. Post hec ãt oia magnus ille rex subito fulget. Reliq uero regẽ ipsũ supplices uenerãt: quotcũq; uidelicet nõ prius ide retrogressi

ſunt/q̄ ad ultimū uſq; ꝓgreſſi: ſicut illi ſolent/quibus quæ corā rege præfulgenti/ ſatiſfactura putanť. Illic igiť rex alius impat. Et q corā ipſo deinceps occurrunt: alii ꝓfecto ſunt q̄ ille. Verūtamē rex ille ſupnus nō tanq̄ alienis impat: ſed iuſtiſſimū naturaleq; hēt impiū: hēt & regnū uerū. Quippe cū ipſe ſit rex ueritatis: atq; ſuaptenatura ſit uniuerſi ſimul fętus ſui/diuiniq; collegii dominus. Rex certe regis atq; regū: atq & pater deorū iuſtiori noīe nuncupatus. Quē q̄dē Iupiter hac quoq; rōne imitatus eſt/ q̄ patris ſui cōtemplationi nō pęnitus acqeuit: ſed ultra ꝓceſſit ad auū: uelut ad illius actū in ipſā (ut ita dixerim) eēntiæ ſubſiſtentiam.

MARSILIVS

Prīcipiū oīum quod ꝓp ĩextimabilē ſimplicitatē eminētiāq; ipſū unū cognoſcať: neq; ullū ĩ ſe extimabilē hēt numerū: neq; cū rebus ĩ aliquo cōuenit Cap. IIII.

Siqua. n. cōditio ſit huic cū re ulla cōmunis/duo ſequenť abſurda. Primū/ q̄ hoc erit ex cōmuni cōditione/ & ſua quadā ꝓprietate cōpoſitū. Secūdū/ q̄ hæc ipſa natura cōis tanquā ſimplicior uniuerſaliorq;/ erit ipſo ſupior. Præterea nec numerū in ſe habet eſſentialē/ qualē Plotinus excogitat ĩ eſſētia prima: uidelicet multitudinē rōnum formaliū abſolute ĩter ſe diſtinctarū etiā abſq; intelligentię actu. Nec numerū habet ĩ ſe in q̄titatis genere cōprehēſum. Numerū ꝓtinētem ad quātitatem/ qui cōſtat ex unitatibus reducit ad ipſū unum ꝓprium prīcipium q̄titatis: numero quouis excelſius. Numerū quoq; formarū eſſentialiū ad unū ſimiliter reducit eſſentiale: hoc demū ad ipſum ſimpliciter unum.

PLOTINVS

Satis iam dictū eſt/ aſcendendū eſſe tandē ad ipſū unū: quod q̄dē uere ſit unū: neq; ſicut alia unū: quæ cū in ſe multa ſint/ unius tamē ꝓticipatione ſunt unū. Accipiendū nāq; eſſe unū ipſū/ quod nō ꝓticipatione ſit unū: quale ſolet eſſe quod nō magis unū eſt/ q̄ multa. Dictū quoq; mundū intelligibilem ĩtellectūq;/ magis unū eſſe q̄ cætera: nihilq; hoc eſſe ꝓpinqus uni: nō tamen purū hoc unū exiſtere. Impræſentia uero cōtemplari deſideramus: ſi quo modo poſſimus/ q̄d nā ſit purū ipſum uerūq; unū: quod quidē nō ſecūdū aliud: ſed ſecundū ſe ſit unū. Opę̄pretium ē igiť/ hic ad unū ipſū undiq; nos trāſferre: neq; quicq̄ illi ulterius addere: ſed ĩ eo pęnitus conqeſcere: cauētes ꝓrſus/ ne uel minimo quodā ſpatio ab ipſo digrediamur: ideoq; ex uno ꝓlabamur in duo. Sin minus caueris/ duo ꝓrinus reportabis. Neq; ĩ duobus unū ipſū hēbis. Ambo. n. poſteriora ſunt uno. Vnū nāq; nō ſubſtinet cum alio quopiā/ ſiue uno quouis/ ſiue q̄tocūq; alio ſe uſq̄ cōnumerari. Neq; oīo numerari ſe patiť. Ipſū. n. mēſura ē/ minime mēſuratū. Neq; aliis eſt ullis æquale: adeo ut una cū eis ĩ aliquo congruat. Alioqn cōmune aliq̄d erit ĩ eo: atq; ſimul ĩ his quæ una cū ipſo cōnumerantur. Atqui cōmune illud uno ſupius erit: tametſi nihil pōt eſſe ſupius. Proinde neq; eſſentialis numerus: neq; numerus hoc poſterior ad q̄titatē ꝓprie ꝓtinēs de uno prædicari pōt. Neq; eēntialis inq̄: qui eo quod dicit intelligere ſemp exhibet eē: neq; qui ſpectat ad q̄titatē: qui eā cum aliis una cōplectiť: neq; etiā ſi non cū aliis cōcurrat generibus: ſiquidē hic eſt ipſe numerus. Quādoqdē & natura numero ꝓtinente ad q̄tum inſita imitās naturā numeris prioribus inditā: ipſūq; uere unū reſpiciētē: ꝓculdubio ſimiliter ipſa reſpiciēdo unū numerorū prīcipiū ſubſtātiā ſibi uēdicat/ neq; diſpdēs ipſū/ neq; alicubi diuidēs: īmo uero binario iam exorto extat adhuc unitas ipſa ante binarium: neq; unitas utraq; binario comprehenſa:

neq; alterutra/eſt unitas ipſa. Cur. n. uel binarius ſit ipſa unitas? uel altera binarii unitas potius q̃ altera eiuſdem unitas/ipſa ſit unitas? Si igitur neq; utraq; ſimul neq; alterutra eſt unitas ipſa: certe unitas quę numeri ẽ totius origo/ab his omnibus eſt diuerſa: Ac reuera manens/quodãmodo ẽt nõ manere uidetur: quo igit̃ modo unitates illę alię ſunt q̃ ipſa: & quo pacto dualitas quodãmodo unũ eſt: & nunquid idem unum eſt/quod in utraq; comprehenſa unitate ſeruatur. Forte dicendum eſt unitates utraſq; primæ unitatis participes eſſe: ſed ab illa cuius participes ſũt/eſſe diuerſas. Atq; dualitatem quatenus unum quiddam eſt/unitatis ipſius eſſe participem: non tamen eodem ubiq; modo. Nempe nõ ſimiliter exercitus atq; domus eſt unum. Atq; hæc quidem eadem ratione ad cõtinuũ compata: neq; quoad ſpectat ad eſſe unum: neq; quoad ptinet ad quãtum unũ. Nũq̃d igitur aliter quidem unitates quæ ſunt in quinario: aliter uero quę in denario ſe ad unum habent. Ipſum uero unum/quod in quinario/ad unum quod eſt in denario/prorſus eſt idem. Forſan etiam ſi tota quędam nauis parua ad totam alteram/ſed magnam: Et ciuitas ad ciuitatem: & exercitus ad exercitum competur: idem i his quoq; erit unum. Quod ſi neq; illic/neq; hic etiam ſi quæ uero de his dubitationes reliquę ſunt/in ſequentibus abſoluẽtur.

## MARSILIVS

Ens/eſſentiam/eſſe procedere ab ipſo uno græca etiã apellatio declarat rei ipſius naturam ſequens

### Cap. V.

COgitare poteſt aliquis ens quaſi compoſitum quiddam atq; binariũ. In quo eſſentia ſit & eſſe. Atq; id quod dicit eſſe ibi actum eſſentię nominari. Ens ergo natum ab uno eſſentiam quidem habere tanq̃ unius umbram. Eſſe uero uelut unius imaginem. Quoniam uero ipſum unũ eſt ſuperiuens: ideoq; latius ultra proprietatem entis ſuam dilatat potentiam: factum eſt ut materia & ſi propter priuationem extremam formarũ ens nõ dicitur/tamen dicatur una. Non enim eſt propter informitatem minus unica in mundo materia. Factum etiam/ut priuatio quęlibet nõ minus una dicatur/q̃ habitus unus: ens tamen minus priuatio q̃ habitus iudicaſ. Sed hæc alibi diximus.

## PLOTINVS.

SEd ad primũ illud nobis regrediendũ: aſſeuerãtibus ipſũ, manere ſemp idem: q̃uis ex illo cætera pfluãt. In numeris qdẽ manẽte uno/ſecũdum ipſũ fit numerus alio faciente. In eo ãt quod eſt ſup entia: manet multo magis ipſũ unũ. Illo uero manẽte nõ aliud ſecũdũ ipſũ entia facit. Illud nãq; eſt ad entia facienda ſufficiẽs. Atq; quẽadmodũ i numeris ſpẽs unitatis principii numerorũ ſeruaſ in oĩbus primo quodã ſecũdoq; gradu: neq; ſinguli ſequẽtes numeri unitatẽ ęque ptĩcipãt: ſic & i ordine rerũ unũquodq; ſequentiũ primũ/hẽt in ſe illius aliq̃d uelut ſpẽm. Et in numeris quidẽ participatio unitatis q̃titatẽ pducit i numeris. Hic ãt ipſius unius ueſtigiũ eſſentiã rebus inſtituit: adeo ut ipſum eſſe/ueſtigiũ ſit unius. Vnde hoc ipſum Ine. i. eſſe/quę quidẽ denoĩatio eſt declarans uſiam. i. eſſẽtiam/ſiq̃s dicat deriuari ab ipſo en. i. uno/a ueritate forſan non aberrabit. Iam uero quod dicit on. i. ens/hoc certe primũ inde micãs/& quaſi nõ longe progrediens noluit ultra procedere: ſed ad interiora conuerſum cõſtitit: ubi facta iam eſt eſſẽtia: exiſtitq; eſſentia omnium: qui pnuntiat hęc/q̃ſi in ſononitens ſeipſũ continet. Natumq; eſt on en. i. ens unũ/ipſa prolatione declarãs ſe

ab ipso en.i. uno profluere. Et certe ipsum on.i.ens ita pronuntiatum id ipsum significat quoad potest. Sic utiq; quod factum est usia.i.essentia/atq; ine.i.esse imitantur prouinbus auctorē ex eius uirtute manantia. Mens uero hæc aiaduertens & spectaculo ipso ꝓducta/& imitata quod nouit/uoces eiusmōi subito ꝓtulit:on.ine.usiam.estian. Hi nāq; soni substantiā geniti conantur exprimere/ipso pronūtiatore ad id enitēte:imitātes ꝓfecto quoad possūt entis ipsius originē.

MARSILIVS

Quoniā dicendo spēm uel essentiā/ cōcipis & definis aliqd intellectu:scito id nō esse rerum pricipium:illud.n.nullo mō comprehendi pōt Cap. VI.

IPsum unum uel unitas nomen est a pythagoricis adinuentum:quo principii rerum simplicitatē eminentiāq; prouinbus designarent: negātes quidē multitudinem/cōpositionēq;/& determinationē prorsus oēm/ab ipso nihil interim affirmātes. Quod & Apollinis nomine cōfirmabāt. Sicut sensibile genus cum sensu ꝓportionē habet:ita intelligibile cū intellectu. Pricipiū ergo rerum nō hēns cū intellectu ꝓportionē:supeminet genus intelligibile. Igit̄ est ente supius.

PLOTINVS

SEd hęc quidem/ut cuiq; placet/accipiantur. Cum uero essentia genita species sit:neq; enim aliud quicquā quod inde gignitur/quispiā apellauerit/ sit inq̄ non spēs quædā: sed spēs omnis:adeo ut nihil aliud spēi reliquū sit:necessariū est/ipsum unū spēm nō habere. Cum uero a specie sit alienum:neq; etiā esse potest essentia. Oportet.n.essentiā hoc aliquid esse. Id āt determinatum iam est. Illud uero nō licet tanquā hoc aliquid cogitare:alioqn iam nō esset principium:sed illud dūtaxat/quod hoc aliquid apellabas. Si igit̄ in eo quod inde genitum est/oia sunt/nihil eorū quę in hoc ipso sunt/esse reuera dices ipsū oium auctorem. Cumq; horum nihil sit oio/solum dici pōt/esse/quod sup hæc existit. Hæc autē sunt entia atq; ens ipsum. Illud igitur ente supius. Iam uero quod est ente supius/nō dicit hoc aliquid. Neq; enī ponit aliquid/neq; nomē ipsius dicit. Sed affert solum hoc ipsum/scilicet nō hoc. Id aūt agens/nusquā comprehendit ipsum. Ridiculū est enī moliri/īmensam illā complecti naturā. Quisqs āt id molitur/seipsū uel a minimo quoq; illius uestigio ꝓcul admodū amouet. Profecto quēadmodū cognoscere naturā intelligibilem cupiens/ tunc demum cognoscet quod est super sensibile genus/quādo nullā prorsus rei sentiendæ tenebit imaginem. Sic etiam qui naturam itelligibili natura superiorem contemplari desiderat:si modo intelligendum omne dimiserit cōtemplabitur. Per hoc inq̄ discens illam existere:qualis uero sit omnino dimittens. Hoc ipsum uero quod dicitur quale/significat reuera non quale. Cui enim non inest quod dicere quid consueuimus/neq; conuenit etiam quod quale apellare solemus. At nos nostris quasi cuiusdam parturiētis angustiis laborantes quid potissimum dicere deceat ignoramus: & de illo quod dici non pōt/dicimus atq; nominamus/significare aliqd nobis ipsis quoad possumus affectātes. Forsan uero & nomē hoc quod dicitur unum/ꝓ respectū quēdā ad multa negationē eleuationēq; significat. Quapp Pythagorici quoq; Apollinē secretiori q̄dā significatiōe inter se noiabāt ipsa.s.negatiōe multorū. Si āt nomē hoc unū significatiōe sua ponat aliqd & affirmet:tū nomē tū ēt noiatū erit obscurius:q̄ siqs nomē illius ēe minime dixerit. Nā forte

nomen id dictum est/ut indagator exordiens ab eo quod maxime oīum significare pōt simplicitatē: eo tandē pueniat/ut hoc ipsū pterea neget/quasi quanto melius a nominātē poni potuit/impositum fuerit: neq; tamen & hoc dignū sit/quo natura illa significet. Nēpe illud auditu attingi nō potest/neq; ab audiente ullo potest intelligi. Sed si cui patere pōt/occurrit potius intuēti. Verū si intuens ipse contendat spēm intueri/neq; hoc tanquā speciē intuebit.

MARSILIVS

Sicut p ipsū lumen & oculus est pspicax/& colores sunt cōspicui: in qbus oculus uidet lumen/quod in seipso nō uidet: sic p primū principium & mēs intelligere potest/& uera fiunt intelligenda: in quibus mens ipsius principii lumē intelligit in seipso uero nequaquam

Cap. VII.

POtest tamē intentionē a singulis ueris retrahere conuertereq; ad principii lumen/quo & hæc uera sunt/& hic intelligens. Atq; ita ipso quoquo mō tanquā lumine frui. Similiter si uoluntatē a singulis bonis amandis reuoces ad amādū ipsum bonum/quo & tu amas: & illa sunt amabilia/frueris statim ipso bono/uidelicet insolito quodam gaudio.

PLOTINVS

PRoinde duobus modis secundū actum uidere contīgit. Quēadmodum accidit circa oculum. Sane aliud quidē oculo spectaculum est/ipsius. s. rei sentiendæ spēs: aliud ātillud est/p quod spēm illius uidet. Quod quidē ipsum quoq; ei sensibile est: diuersum certe ab ipsa specie/ cā uero p quā species ipsa pspicit: atq; existens i specie: & mox cū ea conspectum. Quapp tunc nō admodum clare pspicit. Quippe cum oculus ad illuminatum itentius sese dirigat. Quādo uero nihil sit aliud prēter ipsū/subito quodā totoq; simul intuitu cōtuebit: q̄uis & tunc ipsū adhērēs alteri sentiet. Sin aūt solū ipsū sit nulli prsus adiunctum/nō poterit sensus accipe. Quādoqdē solis lumen in sole ipso uigens forte sensū effugeret/nisi moles ipsa solis esset subiūcta solidior. Siqs aūt totū solem lumē esse dicat/id aliqs forsitan pro illius quod dicit declaratione suscipiet. Erit nāq; lumen ī nulla aliorū specie quę uidentē/ac forte uisibile solum atq; lucidū. Alia. n. uisibilia nō solū lumen exīstunt. Simili rōne mētis aspectus/uidet quidē & ipse p lumē aliud res illuminatas prima illa natura: atq; in illis reuera uidet & illud. Verūtamē ad naturā rerū illuminatarū impensius se cōuertēs/minus ipsum interea cernit. At si uisas quādoq; res dimiserit: & lumē illud p quod uidet attente respexerit: lumē iam ipsū luminisq; principiū puidebit. Quoniā uero mētem oportet eiusmōi lumen nō tanq̄ extrinsecum aliquid intueri: rursus ad illū oculum accedamus: qui ipse quoq; quādoq; nō extrinsecū lumen/nec alienū uideat: sed ante lumē externū intueat: propriū aliquod & lucidius in sede quadā inuiolata puraq; plucens. Aut nocte i tenebris corā se ex se psilientē quēdā aspiciat radium. Aut quando nihil uolēs aspicere aliorū/seipsū cohibeat tegmine palpebrarum: atq; interim pferat ex se lumen. Vel cum premēs aliquis angulos palpebrarum/lumen quod latebat intus inspiciat. Tunc sane nō uidendo uidet: & tūc maxime uidet. Videt nāq; lumen: cætera uero quę ante uiderat/lucida quidem erāt: lumē uero nō erant. Sic itaq; mens se ab aliis segregans atq; cohibens ad interiora/nihilq; uidens cernit primus lumen non in alio aliud: sed ipsum secundum se ipsum solum purum ex seipso repente coruscans.

MARSILIVS

Expelle ab aĩo tria: motũ/multiplicitatẽ/determinationẽ. s. ꝑ quã certæ cuidã rei se addicit uel cogitandę uel affectandę.

Cap. VIII.

SIc tatim aĩus factus principio ꝓximus ĩmobili/simplici/absoluto/impletur nouo eiusdẽ lumine: mox seipsũ aĩaduertit mirabiliter solito pulchriorẽ. Quod sane nouę pulchritudinis lumẽ inspicit tanq̃ intimũ: Subĩde aĩad uertit hoc ipsũ sibi ex principio ꝓuenire. Vbi etiã lumen agnoscit ut extimum.

PLOTINVS

IDaũt ita fit/ut dubitari cõtingat: unde nã hoc effulgeat: utrũ ab extrinse co aliquo an potius ab intrinseco: & cũ discesserit/accidat dicere/intimum erat hoc: rursusq; nõ intimũ. Sed ꝓfecto nõ est quærendũ unde cõtingat. Nẽpe nõ daꝛ hic unde. Neq; enĩ hoc accedit/uel alio rursus hinc abit: sed uel ap paret nobis/uel nõ apparet. Quapp nõ decet ꝓsequi: sed potius reqescere/donec nobis effulgeat/ita nos ad id spectaculum pręparatibus: Sicut & oculus ortũ so lis expectat. Cui sol ipse ex orizõte resurgẽs /& ut poetæ aiũt/ex oceano exhibet se spectãdũ. Hic ãt hic inq̃ quẽ sol imitaꝛ/unde nã supne fulgebit? qd ue trãscen dens nobis ꝓspicue rutilabit? Profecto mentẽ desup occupãs suspicientẽ illumi nabit. Intellectus itaq; in suspiciẽdo se sistet/nihil aliud q̃ pulchrũ ipsũ spectãs: seq; totũ illuc cõuertẽs/eiq; oĩo se dedicãs. Itaq; cõsistẽs ac uelut uigore repletus primo qdẽ seipsũ respicit pulchriorẽ iam effectũ/nãq; fulgentẽ: quippe cũ iam sit sũmo ꝓpinquus. Deus ãt non accedit ut forsan aliq̃s expectauerit: sed uenit q̃si non ueniens. Apparet enĩ nõ ueniens: sed ante supq; oĩa præsens/ prius q̃ intelle ctus accesserit. Intellectus ãt ẽ ꝓprie q̃ accedit: & q̃ discedit: discedit inq̃ quãdo nõ nouit ubi sit ꝓmanẽdũ: & ubi ille ꝓmaneat: quoniã uidelicet reuera manet in nullo. Ac si posset & ĩtellectus esse nusq̃/ nõ ĩ loco dũtaxat inq̃: nã & ipse nõ est in loco/sed oĩo nusquã/ꝓculdubio illũ semp aspiceret. Tametsi nõ aspiciẽs attin geret illũ: sed ĩ illo cõsistens: neq; id quidẽ tanquã duo. Nũc uero quoniã est in tellectus/ita uidet quãdo uidet/eo. s. quod ĩ ipso nõ est ĩtellectus. Et ꝓfecto mi rum ẽ quoniã mõ adsit nõ accedẽs: quo ue mõ dũ existit nusq̃/ ob id ipsũ interim sit ubiq;. Accidit sane id ex ipsa sui cõditione mirari. Sed apud eũ qui rem ipsam cognouerit/admirationi potius foret/si quãdo cõtrariũ diceꝛet. Immo uero neq; potest aliter se habere: adeo ut q̃s uehemẽtius admireꝛ. Ita uero se habet.

MARSILIVS

Quoniã oĩa dependent a Deo/ipse uero a nullo: ideo oĩa sunt ĩ ipso: sed ipse est in nullo: Continet oĩa non cõtineꝛ

Cap. VIIII.

QVia cõtineꝛ a nullo/nusq̃ est: q̃a uero cõtinet oĩa/oĩbus adest. Sic mũdi cor pus ẽ in aĩa mũdi: hæc ĩ mẽte: hæc ĩ bono: neq; uicissim. Sicut igiꝛ aĩa tanq̃ libera singulis corporis ꝓtibus tota simul adest: ita bonum ab oĩbus limiti bus absolutũ adest oĩbus. Oĩo uero quod ad suã existẽtiã nõ depẽdet a certo su biecto/uel loco/ nec a certa natura ubiq; est & nusquã: sicut aĩa/& mẽs/ & Deus.

PLOTINVS:

QVicq̃d ab alio fit/aut in suo est auctore/aut ĩ alio quopiã/siq̃d mõ præter auctorẽ sit reliquũ. Nam cũ ab alio fiat/& ad genituꝛã indigeat alio: nimi rum ubiq; alio indiget: quapp requiescit in alio. Ita igiꝛ natura compatũ est/ut ultima passim sint in penultimis: Rursusq; priora his similiter ĩ prioribus.

Aliudq; ſemp ī alio/quouſq; perueniaſ ad ſūmum. Sūmum uero principium ut pote cui nihil præſit ulterius/eſſe nequit ī alio. Cum uero ipſum quidē nō ſit in alio/cætera uero ſupioribus inſint:nimirum ipſū reliqua cuncta cōplectiſ. Complectens autē neq; diſſipatur ī illa/& habet oīo non habitum. Et profecto cū habeat/nec habeaſ/non datur aliquid uſq̄/ubi nō ſit & ipſum. Niſi.n.adeſſet/nec haberet. Rurſusq; ſi nō habetur/nec utiq; adeſt. Adeſt igitur/atq; nō adeſt. Nempe ex eo quidē q̄ nō comprehēditur/nequaq̄ adeſt. Ex eo aūt q̄ eſt a quolibet liberum/nuſquā prohibeſ adeſſe. Si.n.cohibereſ/certe definiretur ab alio:& quæ deinceps ſequunſ ipſius relinquerētur expertia:& huc uſq; Deus ipſe regnaret: neq; amplius quicquā eſſet in ipſo:neq; ipſe ī ſeipſo conſiſteret:ſed reliquis iam ipſe ſeruiret. Quæcunq; igiſ ſunt in aliquo:ibi proprie ſunt/ cuius & ipſa iuris ſunt. Quæcūq; uero nō proprie ſunt alicubi/talia ſunt/ut nō ſit aliquid uſquam ubi ipſa nō ſint. Si enim aliquid hic non eſt/alius ſane locus id complectiſ:atq; in alio quodam eſt tanquā loco. Quare falſum eſt/nō eſſe id alicubi. Si igitur uerum eſt/nō alicubi eſſe:& falſū/eſſe alicubi/ne forte ſit in alio/nimirum nuſquam abeſt. Si aūt abeſt a nullo/certe non exiſtens alicubi/ī ſeipſo erit ubiq;. Non enī aliud quidem ipſius hic erit/aliud aūt erit ibi:neq; tamen totū ibi tantum. Quāobrem erit ubiq; totū. Quippe cum nullū alicubi unum habeat ipſū/neq; rurſus nō hēat. Nēpe ſic habet/ut reuera potius hēatur. Age iā hūc cōſidera mūdū. Hic ꝓfecto/ſi nullus alter mundus eſt/ē ipſo ſupior/nō eſt ī mūdo: neq; rurſus in loco. Quis.n.locus ſit prius q̄ mūdus exiſtat?/Mūdi uero ꝑtes ad ipſū rediguntſ/ & locantſ in ipſo. Aīa uero non eſt ī mundo:ſed mūdus in aīa. Neq;.n.aīę locus eſt corpus:ſed aīa quidē eſt ī mente:& corpus in aīa. Mens deniq; cōſiſtit ī alio: quod quidē non depēdet ab alio:in quo ꝓpea cōquieſcere cōpellaſ. In nullo igitur proprie requieſcit. Atq; hac rōne dicitur eſſe nuſq̄. Vbi nam igitur alia ſunt? Proculdubio ſunt in eo. Itaq; nec abeſt ab aliis: neq; eſt rurſus ī illis:neq; quicq̄ eſt quod habeat ipſū:ipſum tamen oīa cōtinet. Quapp & hanc ob cām id bonū oīum eſſe cenſeſ:quoniam & ſunt ꝑ ipſum oīa/& referunſ ad ipſum. Referſ inq̄ aliud alia rōne. Ideoq; alia ſūt aliis meliora/qa & aliis alia ſūt magis ad ipſum.

MARSILIVS

Cōpoſita ī ſimplicia reſoluunſ. Simplicia multa ī unū ſimpliciſſimū. Hoc in ipſā ſimplicitatē. Hāc tu ſi quādo apprehēderis/nec partē aliquā eius accipies: nō.n. habet partes:nec tota eius rōne totā:alioqn ipſi & tu æqualis eris

Cap. X.

APprehendes aūt eam/& ſi nō ſub omni:ſed ſub quadā rōne eius atq; uirtute/tamē ꝑ unicū ſimul actū atq; ſimpliciſſimū ꝓcipies:quodcūq; & q̄tū cunq; fueris ꝓcepturus. Nā & ipſe Deus momento totus ſimul occurrit: & tu ſiqua in ꝓcipiēdo utaris cōpoſitione/te ipſū a ſimplicitate ꝓtinus ſepabis.

PLOTINVS

VErū tu noli precor Deū ꝑ alia intueri:alioqn ſcito te nō Deū/ſed eius ueſtigiū inuenturū:Sed ipſe tecū repura/qd nā hoc ſit potiſſimū/quod fas ē ꝓcipe tantū in ſeipſo cōſiſtēs/purū/nulli ꝑmixtū. Vbi certe oīa qdē participant ipſū/nihil tamē id hēt. Profecto nihil aliud pōt eſſe tale. Et ꝓculdubio neceſſariū eſt/tale aliqd eſſe. Quis nā igiſ potentiā eius oēm ſimul apprehēdat?/Si qs.n.ſimul apprehēdat oēm:quo nam ab eo differre cēſebiſ?/ Accipit ergo ſecundum partē?/Sed enī tu ipſum intuens ictu quodā toto ſimul & unico cōruebere:

Num

neq; tamen tibi totum renuntiabis: alioquin intellectus eris ĩtelligẽs / siquid mo
do fueris cõsecutus. Deus autem te protinus aufugiet: ĩmo uero tu Deum. Cę
terum quãdo inspicis / cõspice totum. Et cum primum hunc ĩtellexeris / quicquid
ex eo memoria cõseruaueris / bonum ipsum esse memẽto. Vitę nãq; sapiẽtis intel
lectualisq; causa est. Quippe cum sit ipsa potestas / a qua uita ĩtellectusq; nascit̃.
Nempe essentiæ entisq; est auctor / quoniã est ipsum unum. Est. n. simplex. Est &
primum / quoniam est principium. Ab eo nanq; oĩa profluunt: ab eo motus pri
mus exorit̃: neq; tamen est in eo: ab eo quoq; status. Quoniã ipse nihilo ĩdiget.
Neq;. n. mouetur / neq; quiescit / cum nihil habeat / ĩ quo requiescat / in quo reuol
uatur. Nam circa quid / aut ad quid potissimum / aut ĩ quo præcipue uel mouebi
tur / uel requiescet: est enim ipse primus. Sed neq; potest definitus esse. Alioquin
a quo nam poterit definiri. Neq; rursus sic est ĩfinitus / ut ĩmensa moles solet ex
cogitari. Tum uero quonã progredi debet? Ac si dicat̃ ꝓgredi nunquid ut ali
quid inde reportet / qui nullo pęnitus indiget. Ipsam uero infinitatẽ habet ipsa
potestas. Neq;. n. aliter est infinitus: nec aliter unq̃ se habet: neq; deficiet unquã:
quãdoquidẽ quæcunq; nõ deficiunt / hoc ipsum ab eo proprie habent.

MARSILIVS

Principium primum ob inextimabilem simplicitatẽ / eminẽtiãq; qua dicit̃ unum
nec extrinsecus nec intrinsecus est finitum Cap. XI.

NEq; quiescit neq; mouetur: neq; figuram habet / neq; formã. Infinitum ẽ
potestate / nõ quantitate. Fallunt̃ qui corpora ꝑꝑ q̃titatẽ / & maxime esse
& esse maxima putant. Nam ꝑꝑ eandẽ infinite licet dicere: neq; pars hęc
neq; illa ipsum totum est: infinite quoq; dicere hæc pars in hoc est parua / & illa
parua. Corpus igit̃ infinite non est ipsum / & est infinite paruum. Deniq; de ueri
tate rerum sepatarum diffidimus / ob nimium cõmertium cum materia. Aĩæ qui
dem in hoc corpore somniãt / extra uigilant.

PLOTINVS:

AT qui hoc ĩfinitum ex eo dicit̃ infinitum / ꝙ nõ sit plura q̃ unum: neq; ha
beat aliqd ad quod suorum aliqd terminet. Profecto ex eo ꝙ unũ est /
neq; mẽsurat̃ / neq; ꝓcedit ĩ numerum. Neq; igit̃ ad aliud quicq̃: neq; ad
se terminat̃: quoniã sic utiq; foret & duo. Neq; rursus figurã habet. quoniã neq;
partes: nec habet formã. Noli igitur id mortalibus oculis ĩdagare: tale uidelicet
omnino / quale ratio probat. Noli hoc inquã cõfidere / ita posse cognosci / quem
admodũ aliquis opinabitur: qui quæcunq; sunt esse sensibilia opinetur: atq; ita
quod maxime omnium est / e medio tollat. Quæ enim forsan existimet aliquis
esse q̃maxime / hęc maxime nõ sunt. Quod autem ẽ quãtitate magnũ / id minus
existit. At uero quod primum est / prĩcipiũ est essendi / essentiaq; pręstãtius. Quã
obrem ĩ oppositũ nobis ẽ opinio cõmutãda: alioquin destituemur a Deo. Quẽ
admodũ qui ĩ festis solẽniter celebrandis ingluuie quadã uentrẽ ĩpleuerint epu
lis / quas intraturos ad Deos nefas est delibare. Quippe qui putẽt alimẽta uẽtris
esse admodũ certiora ipsa contẽplatione Dei / cui decet solẽnia celebrare. Ideoq;
abeunt sacrorum exptes. Etenim ĩ eiusmõi sacris cum nõ inspiciat̃ Deus / iam nõ
esse putat̃ apud illos qui solũ id esse certũ existimãt / quod solũ carne gustatur
& cernitur. Perinde ac si qui per totam uitam forte dormierint: ideoq; sola quæ
uidentur in somnis credenda tanquam certa ꝓrsus existiment. Siquis autem eos

excitet/utpote qui his quæ ꝑ aptos oculos ſentiunt̃/ fidem nequaq̃ adhibeant: ſubito rurſus obdormiant.

MARSILIVS

Quã diuerſus eſt ītellectus a ſenſu/tam diuerſa ſunt ītelligibilia a ſenſibilibus. Nõ negas eſſe uoces/& ſi nõ uides. Ne ergo neges eſſe ſepata: ꝓpea q̃ nec ſenſu nec ſenſuali ītelligentia comprehẽdas. Deniq; ſcito ſup intellectum atq; intelligibile eſſe ipſum bonum.

Cap. XII.

Bonum omnia oĩo ſemꝑ appetũt. Pulchrũ uero nec oĩa/nec oĩo/nec ſemꝑ. Quapꝑ naturali quodã iudicio bonũ ipſũ ipſo pulchro præſtãtius eſſe cẽ ſeṫ. Atq; ita bono poſterior ẽ pulchritudo: ſicut amor pulchri aduẽtitius eſt/& poſt naturalẽ appetitũ boni nobis incidit. Cũ uero pulchritudo ſit forma quædã: ibiq; pulchritudo prima ſit/ ubi ſũma & oĩformis eſt forma/ intellectus/ atq; intelligibile: merito ipſum bonum ſupius pulchritudine/ ſimiliter intellectu intelligibiliq; excelſius iudicatur.

PLOTINVS

Operępretium eſt ad ſingula ꝑcipienda eo potiſſimũ ſe accingere/quo ſingula ꝑcipi debẽt. Oculis nãq; alia/auribus alia/aliis ſimiliter alia. Credẽ dumq; eſt/mentẽ prẽterea alia cõprehẽdere. Neq; putãdũ intelligere idẽ eſſe/quod audire atq; uidere. Ceu ſiqs aures cernere iubeat: uoceſq; ideo eſſe neget/qa minime uideanṫ. Proinde cogitandũ eſt/eos eſſe illius oblitos/ quod ab initio in hũc uſq; diem deſiderãt & affectant. Oĩa.n. illud appetũt neceſſitate naturæ/quaſi quę uaticinenṫ/ſe abſq; illo eſſe nõ poſſe. Præterea ipſius pulchri notitia animis iam exprectis & cognoſcẽtibus accidit. Cõtingit ſimul & ſtupor/& ad amorẽ ꝓtinens excitatio. Ipſũ uero bonum/utpote quod iã ab initio præſens eſt ad ĩgenitũ appetitũ/etiã dormiẽtibus adeſt/neq; unq̃ ſtupore occupat ĩtuentes: ꝓpea q̃ ſemꝑ adeſt: nec ꝓpria quadã ad hoc reminiſcẽtia ĩdiget. Neq; tamẽ ipſũ aĩaduertentibus id occurrit: quoniã & dormiẽtibus ĩminet. Pulchri uero ipſius amor cũ primũ ſeſe offert/ moleſtias infert/quoniã oportet pulchrũ appetere cognoſcendo. Atq; amor eiuſmõi cum ſit ſecũdus/eorũq; qui iam ĩtelligũt/plane indicat pulchrũ ipſũ eſſe ſecũdum. Appetitio uero boni cũ ſit antiquior/neq; ſenſibus egeat: teſtatur ipſũ bonũ antiqus & ſupius eſſe q̃ pulchrũ. Accedit ad hęc q̃ oẽs exiſtimãt ſatis quãdoq; ſibi fore/ſi bonũ ipſũ fuerint cõſecuti/ q̃ſi tũc demũ ad finẽ uſq; puenerint. Pulchrũ uero nõ oẽs ſatis ſibi facturũ exiſtimãt. Prẽterea nõnulli præſentẽ quoq; pulchritudinẽ ꝓuifaciunt. Itẽ quod pulchrũ eſt/ſibimet potius q̃ ipſis iudicãt eẽ pulchrũ. Quẽadmodũ pulchritudinẽ hãc noſtrã ꝓprie habẽtis eã eſſe cenſent. Tũ uero pleriſq; ſatis ſibi factũ uideṫ/ſi uideanṫ pulchri/ q̃uis minime ſint. Bonũ uero nõ opinione duntaxat/ſed reuera cupiunt poſſidere. Omnes nanq; quod primum oĩum eſt potiſſimũ ſibi comparare contendunt. Quid dicemus ad hęc? q̃ animi una cũ pulchro quaſi quodã uictorię ſtudio certant. Quaſi & ipſum factũ aliunde ſit: ſicut illi aliunde ſunt facti. Ceu ſiqs a rege poſterior ſtudeat aliũ quẽdã q̃ ſtatim ſequaṫ regẽ dignitatibus adęquare. Vtpote q̃ ab uno eodẽq; atq; ille depẽdeat. Ignorans. s. ſe quoq; a Rege pẽdere: illũ uero præcedere. Cauſa uero erroris ea ẽ: q̃ ãbo eiuſdẽ ꝑticipes ſũt/unũq; ãbobus eſt prius. Cõſtat iſup ipſũ bonũ pulchro minime ĩdigere: ſed bono pulchrũ. Proĩde bonũ ipſũ mãſuetũ ẽ/lene/placidũ/delicatũ. Atq; ſicut optat q̃ſq;/ſolet occurrere,

Pulchrum uero uel ſtupidũ reddit aĩum/uel cõcitatum/uoluptatẽq; cum dolore cõmiſcet. Deniq; incautos ſæpe animos a bono deflectere cõſueuit: ſicut amatũ ſæpe a patre ſepat amatorem. Pulchrum nãq; iunius eſt: bonum aũt eſt antiq̃us: non quidem tempore/ſed ueritate. Quod quidem potentiam quoq; priorem habet: habet nãq; omnẽ. Quod uero poſt ipſum eſt/nõ poſſidet omnẽ: ſed tantam dũtaxat/quãta poſt ipſum eſt & ab ipſo. Quapp pater ille huius quoq; poteſtatis eſt dominus: nullo modo indigens his quæ generãtur ab ipſo: ſed omne tumq; dimittens quod eſt genitum. Quoniam nulla prorſus cõditione hoc indiget: ſed exiſtit prorſus idem: qui & prius q̃ hoc ex ſe generaret. Atqui ſua quoq; nihil intereſſet/ ſi hoc genitum nõ fuiſſet: quandoquidem & ſi potuiſſet ex illo aliud inſup generari/nõ inuidiſſet ei quoq; munus eſſendi. Nunc uero nihil ulterius effici poteſt. Nihil.n. reliquum eſt/quod iam non fuerit procreatum: cũ iam facta ſint oĩa. At ipſe Deus nõ exiſtit cũcta: ſic enim omnibus indigeret. Sed oĩa ſupergrediẽs potuit omnia cõſtituere/atq; permittere ſibi ipſis oĩa/ ipſe quidem oĩa ſupereminens.

MARSILIVS

Entia oĩa minus iter ſe magis ue bona deſinũt ī ens aliquod maxime bonũ: hoc tandem reſoluitur in ipſum bonum/ideſt ipſam ſimpliciter bonitatem/ente ſuperiorem.

Cap. XIII.

QVando hãc ipſam nominas/ noli cogitare duo quædam. i. rem quandã una cum bonitate. Alioquin principium rerum compoſitum erit. Eritq; nõ bonitas abſoluta: ſed bonitas quædam/ & tanq̃ particeps boni: referetur tandem ad ſuperius bonum: non ultra participatione bonum. De eſſentia uita/mente prędicari poteſt aliquãdo malum/aut ſaltem nõ bonum/aut certe magis minus ue bonum. Talia uero de ipſa ſimpliciter bonitate prædicari non poſſunt. Ratio igiẽ bonitatis ipſius & alia eſt/ & ſimplicior: ideoq; prior q̃ rõ eſſentię/uitę/mẽtis. Noli igitur fingere Deum primum contineri in cõmuni entium ordine ſub entis rõne cõmuni. Atq; inſup habere propriam bonitatẽ: alioquin compoſitus erit: nec formaliter/ ſed participatione quadã ſupioris ſimpliciorisq; boni bonus. Ipſum deniq; bonum quod ab oĩbus eſſentiis/uitis/mẽtibus appetiẽ: eaq; pficit/atq; efficit/nõ eſt dicendum habere proprie eſſentiam/uitam/mẽtem: ſicut neq; ſolem dicimus ea proprie ī ſe habere: quorum ī elemẽtis cauſa eſt .i. calorem eiuſmõi & augumẽtum/& generationẽ/ſimileſq; formas atq; figuras.

PLOTINVS

CVm uero Deus ſit ipſũ bonum/nõ aũt bonus: oportet ipſũ nihil prius in ſe habere/quãdo nec habet bonum. Siqd.n. hẽat/aut bonũ hẽbit/aut nõ bonũ. At neq; ī eo quod ꝓprie pręcipue primo bonũ eſt/ põt eſſe nõ bonũ. Neq; ipſũ bonũ habet bonũ. Si ergo neq; nõ bonũ neq; bonũ hẽt/nihil pęnitus hẽt. Sin hẽt nihil/ſolũ eſt ab oĩbusq; ſecretũ. Si igiẽ alia uel bona ſũt/nõ tamen ipſũ bonũ/uel forte nõ bona/neutrũ uero horũ habet/certe nihil hẽns habẽdo nihil/eſt ipſum bonum. Siquis igitur huic aliquid addit uel eſſentiã/uel mẽtem/uel pulchrum/ipſa nimirum additione demit ab eo id ipſum/ quod ipſum exiſtit bonum. Cuncta auferens/ nihilq; de hoc affirmans/ neq; quicquam mentiens/quaſi ſit aliquid apud ipſũ/rite pmittit tãtum quod ẽ/dici ſolet: nihil eorũ quæ nõ adſunt de ipſo teſtificatus. Qua quidem ī re errare pleriq; conſueuerũt:

qui cum laudare quempiam neſciant/laudatorum glorię detrahunt/dum ea illis adiũgũt/quæ dignitate illorũ minora ſũt:ignorãtes.s.ueras laudes laudatis per ſonis accõmodare. Quãobrem & nos imprimis cauere debemus/nequid poſteriorum minorũq; addamus. Ac pęnitus obſeruare/ut Deus ille hæc oĩa ſupemĩnens/horũ cauſa ſit:neq; tamẽ ille hæc exiſtat. Iam uero natura boni nõ eſt eſſe uel oĩa/uel aliqd oĩum. Profecto ſi ſit aliquid oĩum/erit ſub uno quodã eodẽq; una cũ cunctis. Si aũt ſit ſub eodem una cũ cęteris/differet utiq; ab aliis proprio quodam tantũ differẽtiaq; & additione quadam. Erit ergo duo iam nõ unum: quorũ alterum quidẽ ſit nõ bonũ.s.quod ſibi cũ reliquis ẽ cõmune. Alterũ uero bonũ/erit itaq; mixtũ ex bono ſimul atq; non bono. Ideoq; nec pure nec primo bonũ erit. At illud erit primo bonũ/cuius & hoc particeps ultra cõmunem cõditionem iam euaſit bonũ. Hoc ergo pticipatiõe quadã bonũ erit. Illud aũt/cuius hoc eſt particeps/nullum eſt ex oĩbus/quare nullum oĩum ẽ ipſum bonũ. Verũ ſi in ipſo bonũ hoc eſt/differẽtia enĩ eſt/p quã hoc cõpoſitum ẽ bonũ/neceſſe eſt hoc ab alio depẽdere:quod quidem ſimplex oĩo ſit ſolumq; bonum. Hoc itaq; uelut multiplex/ab eo pẽdet quod bonũ eſt dũtaxat. Quamobrẽ quod exiſtit primo/bonũq; ipſum eſt/cõſtat ſup oĩa entia ẽe/ſolũq; bonũ/ nihilq; ĩ ſe habere: Sed nullis oĩo pmixtum. Cuncta ſupeminere/& cãm ẽe cunctorum. Nõ enim ex malo fit pulchrum: neq; entia ſũt ex malo. Neq; rurſus ex aliquibus/quę indifferentia ſint/melior enĩ eſt effector effectu. Eſt nãq; pfectior.

## LIBER SEXTVS ENNEADIS QVINTAE: QVOD ILLVD QVOD ETS SVPER ENS NON INTELLIGAT: QVID VE SIT INTELLIGENS PRIMO: QVID VE SECVNDO INTELLIGENS.

### MARSILIVS.

Intellectus & unitus eſt cũ re intellecta pariter & diſtinctus Cap. Primum.

SI COGnoſcit externa foras aſpiciendo/manifeſta eſt inter intellectum intelligibileq; diuerſitas. Et ĩtellectus formam induit peregrinã. Interea tamẽ p hãc formam cum ĩtelligibili ĩtellectus unitur. Sin aũt ĩtelligit ſe ipſũ/eadẽ quidẽ eſt ĩtelligẽtis ĩtelligibilisq; eſſẽtia. Eſt tamẽ huius atq; illius oppoſita ĩter ſe ratio. Igiť diſtincta formaliter. Adde q ratio ipſius ĩtelligibilis tõne ĩtelligentis eſt ſupior. Sicut ratio uel luminis uel diaphani/uel luminis purioris atq; minus puri. Ratio enim ĩtellectus ad ĩtelligibile/ubi ſeipſum intelligit/eſt tãquã incohati cuiuſdã luminis annitẽtis ad abſolutũ lumẽ accipiẽdum: cui prouiribus adęqueť.

### PLOTINVS.

DVPLEX Intelligẽtia eſt. Aut enim aliquid ĩtelligit aliud: aut ſe ipſum. Quod quidem lõgius illam deuitat diuerſitatem: p quã duo quædam euadat ĩtelligẽdo. Quod aũt intelligit aliud/uult ipſũ quoq; diuerſitatẽ fugere: ſed minus id ualet. Habet quidẽ apud ſe quod uidet/ſed a ſe diuerſum. Verum quod ſeipſum intelligit/nõ eſt ab eo quod ĩtelligitur/eſſẽtia ſepatũ:ſed coexiſtẽs ſecum/ſeipſum & intueť. Vtrũq; itaq; ſimul ens unum efficiť. Immo uero magis intelligit:quoniam quod ĩtelligit/habet. Primoq; ĩtelligit:quia ipſum intelligẽs

oportet unũ duoq; exiſtere. Siue enim non ſit unum/ideoq; aliud quidem ſit in telligẽs/aliud intellectum/nõ erit utiq; primo intelligẽs. Aliud nãq; intelligẽdo/ intelligẽs primo nõ erit. Nempe quod ītelligit/nõ habet tãquam ſuũ aliquid/& iccirco neq; tãq̃ ſeipſum id hẽt. Aut certe ſi tãq̃ ſeipſum habuerit/ ut prȩcipue in telligat/duo hæc unũ erũt. Oportet itaq; ambo unũ exiſtere. Siue unũ quidẽ nõ ſit: rurſus uero ſit duo/certe quod ītelligat/nõ hẽbit. Quapp neq; erit intelligẽs. Neceſſarium igit̃ eſt/qcqd intelligit/eſſe ſimplex: ſimul atq; nõ ſimplex. Proide ſiquis ab aia ſurſum aſcendat/apertius cõprehẽdet/quod intelligit eſſe tale. Hic enim diuidere facile eſt: ideoq; facilius aliquis deprehẽdat duplicitatem. Siquis igit̃ lumen duplex efficiat: Animã quidem ſecũdum minus purũ: intelligibile ãt aiæ ſecundũ eiuſdem purius: deinde faciat/ut ipſum uidens ȩquale ſit lumen lu mini uiſo: cum nõ habeat ultra/qua differẽtia ſeparet/duo hȩc eſſe afferet unum. Quod quidem ideo ſit intelligẽs/quoniam exiſtit duo. At iccirco ſit iam uidẽs: quoniã iam ẽ unũ. Ille igit̃ intellectũ ſic intelligibileq; apprehẽdet. Quãobrem nos quidem rõne noſtra ex duobus cõfecimus unũ. Illud ãt cõtra/ex uno exiſtit duo. Quoniã. s. intelligit reddens ſeipſum duo: imo uero quia intelligit exiſtẽs duo. Item quia ipſum eſt unum/intelligere põt.

MARSILIVS. Cap. II.

Intellectus ſeipſum intelligẽs in ſe multiplicitatem habet

OMnis intellectus eſt quodãmodo ītelligibilis. Nõ tamẽ omne intelligibile neceſſario ẽ intellectus. Ratio igit̃ ipſius intelligibilis alia & cõmunior & prior eſt/q̃ ratio intellectus. Intellectus igit̃ ſe intelligẽs diuerſas in ſe rõnes hẽt. Prætera cũ in ipſo entium ordine eſſẽtia ſit etiam tẽpore prior q̃ intelligẽtia: me rito ī primo ente eſt ſaltẽ origine prior. Ipſa igit̃ eſſẽtia ī primo originis ſigno/ſe cundũ ſeipſam/nec dum ẽ intelligẽs/nec intelligibilis actu: niſi ſuboriat̃ ei facul tas intelligẽdi. Quæ ſane facultas nõ fit intelligẽs actu/niſi cum ītelligibili copu letur. Conclude/ſi ipſa entis eſſẽtia ad ipſam exiſtẽdi ꝓfectionẽ nõ indiget intel ligẽtia. Hanc. n. prȩcedit: multo minus quod ẽ ſupius ente. Supius aũt ẽ illud: in quo non ẽ prius aliq̃d & poſterius: nec abſolutarũ duplicitas rõnum/ſicut ī ente & intellectu eſſe compimus.

PLOTINVS.

Igitur aliud quidẽ eſt primo intelligẽs: aliud aũt eſt intelligẽs aliter/cer te quod ẽ primo intelligẽte ſuperius/nõ intelligit. Intellectum nãq; opor teret eſſe ut intelligeret. Si aũt intellectus foret/intelligibile oporteret ha bere: Ac ſi primo ītelligeret habere ītelligibile ī ſeipſo. Nõ tamẽ neceſſarium eſt quicq̃d ītelligibile eſt/habere ī ſe ītellectum/& ītelligere. Eſſet enī nõ ītelligibile tantũ/ſed & ītelligẽs. Cũq; duo iam ſit/nõ eſſet utiq; primũ. Iam uero ītellectus q̃ intelligibile poſſidet/nunq̃ cõſiſtere poſſet/ſi nõ eſſet eſſentia eius quod eſt in telligibile purum: Quod ad ītellectum quidem ītelligibile erit. Secundum uero ſeipſum neq; ītelligẽs/ neq; ītelligibile proprie erit. Nempe quod ītelligibile di citur/alteri ītelligibile iudicat̃. Atq & ītellectus ſuam illam uim/per quam ītelli gentia nitit̃/habet uacuam: niſi accepit comprehẽderitq; ipſum ītelligibile quod ītelligit. Nõ enī abſq; ītelligibili habet ītelligẽtiam. Tũc itaq; ꝓfectus eſt/quãdo iam habet. Oportet aũt anteq̃ ītelligat/perfectam penes ſe habere eſſẽtiam. Illud ergo ex quo ſecundum eſſẽtiam perfectus exiſtit/id ipſum eſt ante ītelligẽtiam.

Quamobrem nihil huic opus est intelligẽtia. Cum ante hãc sufficienter existat. Itaq; non itelligit. Est igit̃ suppremum aliquid/quod non itelligit. Est insuper quod itelligit primo. Est deniq; quod secũdam quãdam itelligẽtiam habet. Prę terea si primũ illud oium pricipium itelligat/aliquid illi iam aderit. Nõ erit itaq; primum: sed secũdum. Neq; unũ: sed iam multa: & profecto totidem/quot & in telliget. Quinimo si solum itelligat semetipsum/multa rursus euadet.

MARSILIVS

Quousq; fingis intellectum/ob id ipsum q̃ intelligat uel se uel alia ita multifor mem euadere/ut sint in eo multæ formæ iter se ex ipsa natura rei formaliterq; di stinctæ/etiam si nulla illic relatio illis accesserit/nondum principii simplicitatem adinueniſti

Cap. III.

RVrsus ubicũq; multa inuicem componuntur/atq; ex multis cõficit̃ unum/ eiusmõi multitudo est post ipsum unũ. Deniq; oĩs multitudo/quę aliud quiddã est q̃ ipsa unitas/ & quodãmõ opponit̃ unitati/ necessario ẽ post ipsum unum/& particeps est unius. Platonica hæc christianis Theologis nõ ad uersanda: apud quos primum pricipium nõ habet formas plures itelligẽdo plura quomodocũq; itelligat: Sed p unam sui formã actu unico se inspiciẽs/oĩa cõspi cit: uidelicet/simplicissimam formã suam cõsiderans aliter ab aliis atq; aliter imi tandam. Prętera diuina Trinitas (ut Dionysius Areopagita cõfirmat/& Grego rius Nazanzenus asserit) idem ibi est quod & ipsa unitas: Sane sicut lux & calor sub cælo quidem distincta duoq; sũt: in cælo sunt unum. Quinetiam progressio & quies hic quidem diuersa sunt. Ibi aũt quies i progressiõe uersat̃: & progressio in quiete/ita i diuina natura/qua rõne infinita est/motus cũ statu concurrit. Nam si fingas infinitam motus uelocitatem resolues i statũ. Immo & tarditas atq; ue locitas infinita/dum i statu desinunt/ in unum etiam iter se cõueniũt. Virtus enĩ infinita oĩa sibi subito uniẽs/in se unit & inuicem: ut nõ mirum sit apud Diony sium & Nazanzenũ: in natura diuina id ipsum quod ẽ unitas/ipsam quoq; Tri nitatem exister̃e: atq; uicissim. Infinitudo enĩ uirtutis illic & propaginem agit in timam/ęqualemq; usq; i trinitatem/ut aiunt: & seruat interim unitatem. Non est igitur ibi trinitas tãquam multitudo quædam particeps unitatis/ in superiorem uidelicet unitatem referẽda. Est enĩ hæc unitas ipsa. Siqua uero in diuinis distin ctio est/p relatiõem quãdã agit̃: ut placet plurimis Christianorum. Propterea q̃ relatio soleat differẽtiam afferre q̃minimã/nihilq; componere. Addũt sectatores Scoti/solam multitudinem illam Deo indignam esse: quæ per potentiam & actũ compositiõis alicuius est causa. Illic aũt multitudinem siue p̃sonarũ/siue Idearũ nõ ita cõsiderari. Sed oĩa uelut actus quosdam componẽtes nihil/neq; ex poten tia exeuntes: imo tãquam radios quosdam lucis ipsi luci pęnitus intimos/atq; perpetuos: in quos lux ipsa simpliciter se propagat.

PLOTINVS.

QAeterum siquis obiiecerit/nihil obstare/ quo minus primum hoc idẽ sit & multa: respõdebimus/oportere his multis unum cõuenire subiectum. Nequeunt enĩ multa uel esse/uel unum cõficere: nisi sit unum a quo/uel in quo sint. Aut certe nisi unũ sit oĩo/idq; primum præter numerum reliquis iter se numeratis. Quod q̃dem i seipso solum accipiendum est. Si aũt una cum aliis ipsum sit/oportebit hoc q̃dem acceptũ una cũ aliis/differẽs tamẽ a reliquis/iam

cęterorum congregationi permittere: Ipſum uero ſubiectum cunctis/nō ulterius una cum cęteris:ſed ſecūdum ſeipſum potius indagare. Quod enim ī aliis idem eſt/ſimile quidem erit huic/neq; tamē hoc erit. Verum oportet ipſum eſſe ſolū/ ſi mō ſit ī aliis ēt deprehendēdum. Niſi forte quis dixerit eſſe ipſius nihil aliud exiſtere q̄ una cum aliis habere ſubſtātiam. Quod ſi ita ſit/nō erit uſquā ipſum ſimplex:ideoq; nec erit alicubi aliquid ex multis compoſitū. Nempe tum quod nequit ēe ſimplex/ſubſtātiam nō habebit: tum quod compoſitū cēſetur ex multis/cum nuſquā ſit aliquid ſimplex/ipſum quoq; nō erit. Nam cum unūquodq; ſimplex eſſe nequeat:neq; unum aliquid ſimplex ſuo quodam fundamēto ſubſtineat quod ex multis dicit cōſtitutum: ubi ſane nullum eorum ſubſtātiam habere ſecūdā ſe queat:neq; etiam poſſit ſeipſum alicuius cōmertio adhibere:ppea q̄ oio nō ſit:cum igit hæc ita ſe habeāt/quo nam modo poterit aliquid ex cūctis eſſe compoſitum?Quod quidem ex his quæ nō ſunt /cōfectum fuerit:non dico quę nō ſint aliquid/ſed quę oio nō ſint. Quamobrem ſiquid multa eſt/oportet ante multa unum eſſe. Si igit quod eſt ītelligens/multitudo quædam eſt/neceſſarium eſt/ubi nulla eſt multitudo/intelligentiā quoq; nō eſſe. Id aūt eſt ipſum primum. In his igit quæ ſequunt illud/intelligētia erit & ītellectus.

MARSILIVS.

Quādo bonitatem ipſam dicis/ſummam ſufficientiā prorſus ītelligę:igitur neq; partibus eam cōponētibus/neq; ullo prorſus eget additamēto Cap. IIII.

Et igit & ſimplex ī ſeipſa pęnitus/& nihil habet additum/quod nō ſit ipſa bonitas. Noli igitur uel multitudinem ibi talem fingere/quæ conficiat ibi compoſitum/uel ītelligētiam addere bonitati/ſic ibi diſtinctam/ut nō ſit ipſa bonitas. Quādiu igit ītellectum cōſideras ut Plotinus tāquam Solem:in quo ītelligētia ſe hēat ad naturā ſuam/ſicut lux ad ſubſtātiam Solis luce priorem lōgeq; differētem/tandiu Deum ſummum intellectum eſſe nega. Cogita potius Deum tāquam lucem ſolā nō ī aliqua prēter ſe natura:ſed ī ſeipſa manētem. Quā nihil uſq; lateat/quādoquidem per ipſam ubiq; ſūt/patētq; oia:quāuis ītellectum nullum abs te ītellectum/eſſe Deum ſummū debeas affirmare.

PLOTINVS.

Proinde ſi ipſum bonū oportet ēe ſimplex/nulliusq; egenū/nullo modo intelligētia indigebit. Illud autem quod ei neceſſarium non eſt/ipſi certe nō aderit: Quādoquidem ipſi oio nihil adeſt. Nō igitur huic intelligētia ineſt prorſus ulla/quādo nec aliud quicquā. Præterea aliud ītellectus eſt/ aliud ipſū bonū:intellectus enī boniformis euadit/ex eo q̄ ītelligat bonū. Item quēadmodum ī duobus ubi unum eſt & aliud/ impoſſibile eſt hoc unū quod eſt cum alio/unū eſſe præcipuū/ ſed oportet ipſum ī ſe unū eſſe ſuper illud unū/quod cū alio copulat:ita neceſſariū eſt/ubi una cū alio aliqd unū cōiūgit/quodāmō accedēs ad ſimplex/ſuper hoc extare ipſum ſimplex/ nihil ī ſe habēs eorū quæ ſūt ī eo:quod cū aliis copulat. Vnde.n. aliud fit ī alio? Niſi prius exiſtat ſeorſum illud/a quo fit aliud. Quod enī eſt ſimplex fieri nō pōt ab alio. Quod aūt multiplex/aut ſaltem duo/neceſſario eſt ad aliud referēdum. Iam uero cōparare licet primū quidē ipſum lumini:ſecūdum uero Soli:tertium deniq; Lunę/lumē a Sole trahēti. Aia.n. aduētitium ītellectum habet:qui eam cū intellectualis ſit/colorat. Intellectus aūt ī ſeipſo ītellectuale lumē hēt propriū: neq; ſolū lumē eſt: ſed hoc

ipſum quod eſt/exiſtit in ſua eſſentia lucidum. Quod autem lumen hoc infundit/nõ aliud qdẽ ī ſe exiſtẽs eſt & lumẽ: ſed ſimplex lumẽ exiſtit/prebẽs illi potẽtiam/ut hoc ipſum quod eſt/exiſtat. Cur nã igitur hoc indigeat aliquo? Non enī idem eſt cũ eo quod eſt ī alio. Aliud nãq; eſt quod iacet ī alio/q̃ illud quod eſt pẽnitus p ſeipſum ab oĩbus expeditũ.

MARSILIVS.

Si intelligere ſeipſum excogitas ẽe tãquã ad ſe reuerti/multitudinẽq; ſibi innatã colligere ſecum/cito actionem eiuſmodi ſimpliciſſimo rerum principio minime conuenire.

Cap. V.

SI quomodocũq; ītelligere putas eſſe ſtudium quoddã appetẽs ipſũ bonũ/uel tãquã uiſiõem quẽrẽtem lumẽ/ne putes eiuſmodi ītelligẽtiam cõpetere illi quod ipſũ bonũ & lux ipſa ĩfinita cẽſetur: Nec enī ipſi bono appetitus ineſt boni: nec luci neceſſaria uiſio lucis cupida. Sicut numeri ad unitatẽ ſuam numeris priorẽ/& cõtinua ad ſuã cõtinuitatẽ ſuperiorẽ: ſic eſſẽtiæ ad unitatẽ ſubſtãtialẽ ſupiorẽ eſſẽtia referunt̃. Quæ ſi eminẽtior eſt q̃ eſſẽtia/nimirũ ītelligẽtiã ſupat illam/quæ eſt actus eſſẽtiæ. Sin aũt ipſam boni & infinitæ lucis exiſtẽtiam intelligẽtia meliorẽ/apelles ītelligentiam quaſi cauſam ītelligẽtię/in ſe exiſtẽtem quicquid ab intelligẽtibus exoptat̃/ſic apellãdo forſan nõ aberrabis.

PLOTINVS.

PRęterea quod eſt ī ſe multiplex/merito ſeipſum quæret: optabitq; conſpirare ſecum: ſeq; mutuo undiq; perſentire. Quod aũt eſt pẽnitus unũ/quonam ſe cõferet ad ſeipſum: ſeq; excipiet? Vbi nam ſenſu ſui ipſius intimo indigebit? Eſt enī idem ipſum omni cõſpiratiõne ſenſus omniq; ītelligentia melius. Siquidem ītelligẽtia nõ eſt primũ: neq;.n. primũ obtinet gradũ: ſiue quãtũ ad ſimpliciter eſſe ſpectat: ſiue quantum ad eſſe pertinet uenerãdum. Immo uero ſecũdum occupat locũ: nataq; eſt poſtq̃ ipſum bonum extitit: ortaq; ī eſſẽtia/ſtatim eam prouocauit ad bonum. Hæc autẽ prouocata iam proceſſit ad illud: atq; nouit. Idq; ipſum eſt ītelligere/moueri. s. ad bonum/ipſius deſiderio boni. Nempe deſiderium ītelligentiam procreauit: eamq; ſedulo comitat̃. Viſio nãq; ī appetitu quodã uiſus ipſius cõſiſtit ad uidẽdum allíciente. Quamobrem ipſum bonum intelligere neq; ſe neq; quicquã oportet. Neq; enī præter ſe eſt aliud quicq̃ ipſi bonũ. Siquidẽ & quãdo aliud quicquã præter ipſum bonũ intelligit ſeipſũ/ex eo prorſus ītelligit quod eſt (ut ita dixerim) boniforme: & ſimilitudinẽ quandam habet ad bonũ: & tãquam bonum ſibiq; euadẽs appetẽdũ ītelligit: & quaſi imaginatiõem boni iam nactum. Quod ſi ita ſe ſemper habeat/ſemper idem efficiet. Quinetiam ī ſui ipſius cognitiõe ſorte quadã cognoſcit & illud. Cognoſcit nãq; ſeipſum/interim ad bonũ ſuſpiciẽdo. Nam rurſus ſe ītelligit iam agẽs: actio uero oĩum referr̃ ad bonum.

MARSILIVS.

Cum oẽs potẽtię appetãt actus primos/ideſt formas tãquam bonum aliquid: & actus primi ſecundos. i. actiões/ſimiliter tãquam bonũ/ merito pricipium rerum ſummope ab oĩbus exoptatum actus cognominatur/forma qualibet & actione ſuperior.

Cap. VI.

INfinitus hic actus & ſi non proprie dicitur agere/uel actionem rurſus habere: tamẽ hinc agũtur/huc agũt oĩa. Hunc actum ne apelles intellectum uel

intelligentiam/qualē Plotinus ubiq; definit. Nam apud eum in intellectu uel primo aliud est natura itelligēs/aliud actus itelligendi. Item essētia/uita/intelligētia sūt ibi distincta. Rursus differētes rerum Ideæ iter se formaliter absoluraq; rōne. Differētes similiter ab itelligentia/per quā eas ipsa mens itelligit. Eiusmodi differentias nec Platonici/nec Christiani summo cōpetere putāt. Deniq; summus ille nō ideo se itelligit/ ut sibimet se copulet quasi disiunctū: nec ideo rursus alia/ut sic inde intelligēdo proficiat. Nam & melius aliquid rebus cognitione largitur. Idest fruitiōem sui/& meliori modo q̄ cognoscēdo se fruitur: & qui Deo fruuntur/per unitatem intellectu superiorem fruuntur Deo. Quod & Areopagita Dionysius asserit.

## PLOTINVS.

SI hæc recte dicūtur/intelligentia nullum ī ipso bono locū hēt. Aliud nāq; oportet intelligēti bonū esse. Ipsum itaq; bonū ab actiōe pēnitus est expeditum. Quid enī oportet actum agere? Nam oīo nullus actus iterū habet actum. Quod si cæteris actibus/qui referuntur ī aliud/aliquid insuper adhibemus/primo certe oīum actui/in quem actus reliqui referunt̄/nihil ultra fas est adiungi: sed ipsum id quod est dūtaxat existere. Talis itaq; actus esse nō pōt intelligētia. Nō enim habet quod intelligat. Est enim primum. Rursus intelligentia non intelligit: sed quod itelligentiam habet. Duo itaq; rursus in intelligente fiunt. Illud aūt nullo mō est duo. Præterea magis adhuc aliquis id cognoscet: si cōsideraverit/qūo ī uniuerso ipsum itelligēs certius naturā hāc geminam complectatur. Dicimus itaq; entia ipsa ut entia/& ipsum unūquodq;/& quę uere existunt/in mūdo itelligibili esse. Nō solum qa illa quidem essētia sua semp eodem modo se habent. Quæ uero sensibus offeruntur/cōtinue fluunt. Forsan enim in genere quoq; sensibili nōnulla sunt quę maneāt: sed potius/quoniam esse ipsius perfectiōem penes se habent. Oportet enī illam/quæ primo essentia nuncupaṫ/ nō esse/quandā esse ipsius umbram: sed esse plenum habere. Esse autem tunc plenum est/quādo itelligendi uiuendiq; spēm accipit. Simul igiṫ in ipso ente sunt hæc/intelligere/uiuere/esse. Si ergo ens est/cōsequenter est intellectus: uicissimq; si intellectus est/ens quoq; existit. Ibiq; itelligere simul est una cum esse. Ex quo fit ut intelligētia iam multa sit/nō unū. Necessarium igiṫ est/apud ipsum quod nō est tale/neq; etiam itelligentiam esse. Iam uero per singula ī mūdo itelligibili discurrēdo/ibi quidē occurrit ubiq; notio gemina. s. hois itelligētia/atq; homo. Item itelligentia equi & equus. Rursus itelligentia iusti atq; iustum. Oīa igiṫ duplicia sunt. Illic unum duo. Illic uicissim duo regrediunṫ in unum. Ipsum uero primum nec est singulatim horum aliquid: neq; ex omnibus quę duo sunt: neq; omnino duo. Quo autem modo ex uno duo fiāt/alibi disputatur. Verum cum illud super essentiam sit/ aut ab re super intelligentiam esse cēsetur. Nec illud igitur absurde dicetur: si dicatur/primum illud seipsum minime nosse. Cum enim omnino sit unum/nihil prorsus habet in se/quod discat. Sed neq; etiā alia oportet ipsum nosse. Melius enī quiddam atq; maius tradit illis/q̄ sit ipsa cognosce re/quod bonum est aliorum. Potius enim tribuit/ut in eodem quoad possent/illud attingerent.

# LIBER SEPTIMVS ENNEADIS QVINTAE.

## VTRVM SINGVLORVM ETIAM SINT IDEAE.

### MARSILIVS.

Quot numero hoïes naſcuntur in anno mũdi magno/totidem ſeminales ho minum rõnes ſunt in natura uniuerſali: totidem ferme Ideæ hominum ĩ men te diuina.

Cap. Primum.

UNAQVAEQVE Etiam rõnalis aĩa numeratas ĩ ſe naturaliter hẽt/ quot ex ſe uitas uarias productura eſt. Verum ſicut quãdo dicimus oĩa cæleſtia eſſe ĩ terra/uiciſſimq; oĩa terrena ĩ cælo/ intelligimus oĩa pro natura loci. i. in cælo quidem rõne cæleſti/in terra rurſum quali tate terrena: ſic quãdo audimus aĩam noſtram ẽe oĩa/accipere debe mus ſecũdum humanæ rõnalisq; aĩæ proprietatem. Nunquã igiť aĩa tua produ cet uitas ipſas figurasq; brutis aĩalibus proprias: ſed humanas ſemper: quãuis ſi miles quodãmodo brutis: & quãdoq; dęmonibus. Paucas ergo uitarũ mutatio nes ĩ anno mũdi magno edere aĩa tua poteſt: præſertim cũ uitam ĩ terris quidem breuiſſimã/ſup terrã uero lõgiſſimã agat. In anno aũt mũdi ſequẽte nõ fit uitarũ mutatio: ſed eorũdem oĩo hoĩum reſurrectio. Interim hoïes iter ſe differũt: nõ p materias tantũ: ſed per proprias etiam formas atq; figuras/modoſq; uarios geni turę. Differẽtia uero formalis & ordinata cum nec a materia neq; caſu fiat/depen det ex formalibus quibuſdam rõnibus: Quæ & ĩ natura & ĩ mẽte uniuerſali cõſi ſtunt. Neq; ſũt infinitæ numero. Finitæ enĩ formæ ĩ anno mũdi magno gignun tur. In ſequẽte uero eędem reuertũtur/cauſis eiſdem uidelicet reuertẽtibus. Verũ quo nam modo ſunt res ĩ materia plures q̃ ĩ aĩa: & ĩ aĩa rurſum plures q̃ ĩ mẽte? Ita profecto quia res quædam ĩ materia iter ſe numero differũt/uel per defectum formæ ex materia alicubi cõtingẽtem: quæ forma alibi eſt perfectior: uel p quan titatis diuiſionem. Differentię uero ſimpliciter formales rationibus ſeminalibus adęquãtur. Rõnes aũt eiuſmodi ſunt ĩ aĩa plures/q̃ in mẽte Ideę. Quoniam ĩ na tura aĩæ ſemp eſt abſoluta diſtinctio rõnum. Mens ãt minorem habet numerum Idearum abſolute inter ſe differẽtium. Poteſt enĩ mens eandem Ideam ad diuer ſa referre p actum intelligẽtiæ ſimul & uoluntatis: referens inq̃ foras aliter/& ali ter imitabilẽ. Ex qua quidem relatiõe plura proficiſcunť/Idea interim nõ diuiſa.

### PLOTINVS.

NVNQVID Etiam uniuſcuiuſq; eſt Idea? Forſitan ſi ego & unus quiſq; ad ĩtelligibilem reducimur ordinem/ ibi quoq; eſt unius cuiuſq; principium. Forſan etiã ſi ſemper eſt Socrates/& Socra tis aĩa ipſe Socrates erit/quatenus aĩa ſingulatim/ſic ibi Socrates & quilibet ſingulatim. Sin aũt non ſemper eſt Socrates/ſed alias alia quodãmõ euadit aĩa/ adeo ut aius q nũc ẽ Socrates/ prius Pythagoras alius ue fuerit/ futurusq; ſit alius/ nõ amplius unuſquiſq; eorum q hic ſunt/eſt & ibi. Verũtamen ſi uniuſcuiusq; aĩa ſeminarias rõnes habet oĩum quę exequiť/atq; explet: rurſus ibi ſũt oẽs. Nam fatemur/quot mũdus rõnes ha bet/totidem quoq; ſingulas aĩas poſſidere. Quare ſi mũdus nõ hoïs tãtum/ſed ſingulorũ etiam aĩalium complectiť rõnes/aĩa quoq; rõnes cõtinet ſingulorum. Quãobrem infinitus ſequeť numerus rõnum: niſi certis tẽporũ curſibus in idem reſtitutio fiat. Ita profecto ĩfinitas ipſa finita demum erit: quãdo eadem mũdo

reddenť. Cæterum ſi quæ fiunt/oío plura ſunt q̄ exēplar/cur nā oporret/oíum quę ī una mūdi reuolutiōe fiūt/rōnes exemplariaq; extare? Videť enim ſufficere homo unus ad oēs hoíes/quemadmodū & aię numeratę ad ínumerabiles hoíes effingēdos. Sed.n.nō pōt una ēe ratio differētium. Neq; ſufficit homo ad exemplar multorū hoíum ıter ſe differētium/nō materia tātū inq̄:ſed q̄plurimis ınſu per propriis differētiis diſcrepātium. Nō enim hęc ita ſe habēt/ut imagines Socratis ad exemplar: ſed differētem effectiōem necеſſariū eſt ex differētibus rōnibus proficiſci. Vniuerſa uerō reuolutio oēs cōplectiť rōnes. Eadēq; rurſus p eaſdem rōnes regenerātur. Neq; uero ſuſpicādum eſt/ne hinc ī mūdo ıntelligıbılı ınfinita multitudo ſequať. Tota enim illic multitudo ī quodam indiuiſibılı cōtineť: & quaſı illinc ſingula prodeūt/quādo agit.

MARSILIVS.

Quælibet aía naturaq; particularis ſeminales ī ſe rōnes cōtinet omniū/quæ inde generāda ſunt/formalibus differētiis inter ſe diſtincta

Cap. II.

POſſunt āt hęc ita diſtingui/etiam ſi in eadem cōmuniter ſpecie computen tur. Eiuſmodi uero propria formarū diſtinctio ī ipſa etiam naturæ uniuerſalis intētione præſcripta eſt. Quoniam ī eiuſmōı etiam diſtinctiōe ordo decus bonū uniuerſi cōſiſtit. Materia uero nullam affert propriam formarum uarietatem: ſed formæ defectū. Quantitas quinetiam diuiſione ſua ī rebus omogeneis facit alicubı numerum/nuſquam uero uarietatem. Deniq; ī anno mūdı uno quęcūq; naturali ordine etherogenea generātur/ınter ſe formalıter diſſimilia ſūt: ideo p differētes rōnes efficiunť. In ſequēte uero eadem oía p eaſdem rōnes ſub eıſdem cauſis recreanť.

PLOTINVS.

QUerum ſi rōnum maſculi & fęminæ mixtiones fętus differētes efficiūt: nō amplius uniuſcuiusq; geniti rō quædā erit. Et alteruter generantiū/uelut maſculus/nō p differētes faciet rōnes: ſed p unā dūtaxat/ſui ipſius uideli cet aut patris. Sed forte nihil ꝓhibet/ ēt p differētes efficere: ꝓpea q̄ oēs ıpſı poſſi deant: quāuis alias tēporibus aliis promptiores. Quid uero?/quādo ex eıſdem genitoribus diuerſi naſcūtur? Forte quia nō ęqualis ſemp fit exceſſus/atq; domi natio. Sed.n.illud ita ſe habeat/ſi modo nō tātum ī apparēdo differētia ſit: ímo aliquādo quidem ſecūdum maſculum fiat exceſſus: aliquādo uero ſecūdū fęmi nam: aut forte ſecūdum ęqualem partem tradat uterq;. Totum tamē tradať/ſitq; naturaliter inſitū. Domineť aūt utriq; materiæ pti/aut alteri. Verū quo nā pacto differētes fore iudicātur: qui ī alia parte cōcipiuntur? Nunquid igiť ıpſa materia differētiam affert diſſimiliter. s. ſuperata? Quod ſi ita ſit/proles oēs una excepta præter naturam erūt. Si aūt ipſa uarietas ubiq; pulchrum quiddā eſt/ mento nō una ubiq; ſpēs exrat. Atq quod ſecūdū materiā eſt/deformitati ſoli attribuendū eſt. Nempe in cauſa ıpſa rerum artifice perfectæ rōnes occultæ quidem ſunt: totæ uero traduntur. Sed eſto quidem rationes ſint differentes. Quid pręterea oportet eſſe totidem/quot ſunt quæ in una mundi reuolutiōe gignuntur? Siquidem fieri poſſit/ut eıſdem adhibitis rationibus/differentes tamen extrinſecus euētus appareant. Sed profecto conceſſum eſt ita fieri/ etiam ubi rationes totæ tradantur. Quęriť autem utrum ita etiam fiat/ubi rōnes eędem dominātur. An igitur totidem rōnes eſſe neceſſarium eſt? Quoniā effectus oío idem/in altera dūtaxat

mundi reuolutione reddi põt. In hac autem reuolutione nihil omnino fit idem.

MARSILIVS.

Natura quoniam non p aliquid additum essentiæ/sicut ars/sed p essentiam agit: ideo ĩ essẽtialibus rõnibus uarietatem generãdorum merito cõtinet. Tota igitur singularũ rerum dispositio ĩ anno mũdi trãsigẽda designata ẽ ab initio in mẽte opifice mũdi:& ĩ mẽte aię mũdanæ eiusdemq; natura

Cap. III.

ANnum uero mundi magnũ expleri pleriq; putãt/quãdo cęlestia oĩa ad eandem prorsus/& ĩ seipsis & inuicẽ dispositionẽ quã habẽt hodie reuertentẽ. Hoc spatiũ alii trigitasex: alii trigitanouem annorũ solarium numero:alii aliter metiunt:aliter ue putant.

PLOTINVS.

HT quo nã pacto ĩ multis geminis rõnes differẽtes esse dicemus? Quod si per alia insup aĩalia quis discurrat:pręsertim quę multos fętus coitu uno cõcipiunt/quid nã dicemus? An forte unã illic esse iudicabimus rõnẽ/ubi fętus iter se minime differũt. At si ita sit/nõ ulterius quot singula fiunt/totidem & rõnes erunt. Nunquid quot differẽtia fiunt singula? Differentia inq̃ nõ ex eo q̃ secũdum spẽm ipsam deficiãt/totidem rõnes ẽe cẽsebimus. Verum quid nam prohibet quo minus fętibus quoq; minime discrepãtibus/differẽtes tamẽ rõnes exhibeamus:siqua modo fiãt prorsus indifferẽtia. Nempe artifex/quãuis indifferentia faciat:interea tamẽ ipsum quod dicit̃ idem/differẽtia quadã accipit rationali:secũdum quã diuersum facit/adhibẽs.s .ei quod est idem aliquid differẽs. Sed penes naturam/ubi rerum diuersitas nõ ratiocinatione uaria/sed uariis tantũ prouenit rõnibus/oportet spẽi cõnexam esse diuersitatem. Nos ãt differentiã discernere nõ ualemus. Profecto siquid temeritatis ĩ generatiõe rerũ admitterẽt/ratio alia foret. Sin aũt mensura definitum est/quot quæq; proueniant/certe quantitas & multitudo determinata erit ipsa rõnum oĩum euolutione atq; explicatione:adeo ut quãdo finem acceperint oĩa/aliud iam exordium retexat̃. Quãtum enim oporteat esse mundum/quot ue in eius uita transigi debeant:constitutum est ab initio in eo qui oĩum cõtinet rõnes. Nunquid igit̃ & in cęteris aĩalibus/in quibus unico partu plurima procreant̃/rõnes totidem asseremus? Forte nõ est timendũ:ne ppea ĩ seminibus rõnibusq; infinita multitudo cõtingat. Cum aĩa oĩa complectat̃: Neq; etiam ĩ intellectu uel aĩa turba cõtinget ĩnumerabilis. Quippe cum rõnes horum illic oẽs uicissitudine quadam expedite quandoq; ĩ promptũ ędem statutis temporibus reuertãtur.

## LIBER OCTAVVS ENNEADIS QVINTAE.

## DE INTELLIGIBILI PVLCHRITVDINE.

MARSILIVS.

Pulchritudinem esse naturalem ĩ intellectu etiam humano apparet:quia materiã rudem reddit pulchram.

Cap. Primum.

NEQVE Solum imitatus foris opera naturalia id efficit:sed etiam usus rationibus intimis: quando uidelicet emendat quosdam naturæ defectus. Hinc concludimus/formam pulchritudinemq; in mente præstantiorem esse q̃ in nullo artis opere. Adde porẽtiorem:quoniam ĩ opere quidem distracta est:in mente uero prorsus unita.

## PLOTINVS.

QVM Fateamur animum qui mundum intelligibilem cõtempla
tur: ueriq; ītellectus pulchritudinē intuet̄/poſſe quādoq; huius
quoq; patrem mēte ſuperiorem aīaduertere: agite iam conemur
prouinbus cernere nobisq; ipſis exprimere/quantum talia expli
cari poſſunt/qua potiſſimū rōne pulchritudinem mētis mūdiq;
illius ꝑſpicere ualeamus. Finge itaq; moles duas lapideas pro
pe ſe poſitas. Quarum altera quidē incōpoſita ſit/ & artificioſi numeris expers.
Altera uero ꝑ artem ī ſtatuam iam exculta/ſiue diuinā ſiue humanam: ac ſi diui
nam/alicuius gratiæ ſtatua ſit/uel muſę. Sin humanam/non ſit hoīs alicuius: ſed
cuiuſdā potius/quē ars ex pulchris oībus cōgregauerit. Lapis igit̄ ab arte ī pul
chritudinē ſpēi diſpoſitus/pulcher protinus apparebit: Sed nō ꝓpea q; ſit lapis.
Alioqn altera quoq; moles ſimiliter formoſa foret: Ex eo igit̄ q; ſpēm hēat/quā
ars adhibuit. Hāc itaq; ſpēm materia nō habebat: ſed erat hęc ī excogitāte prius
q̄ in lapidem deueniret. Erat aūt in artifice/nō qua rōne ille oculos & manus ha
bebat: ſed quoniam arte prædītus erat. Erat igitur ī arte pulchritudo hæc multo
præſtantior. Nō enim ſpēs ipſa ī arte cōſiſtens uenit ī lapidē: ſed manet illa qui
dem/alia uero ab illa interim prodit ea minor: neq; pura permanet in ſeipſa: neq;
qualis optabat artifex: ſed quatenus arti materia paruit. Si autē ars/quod eſt &
hēt/tale quoq; facit/facit aūt pulchrū ſecūdū rōnem qua & agit. Profecto magis
ueriusq; pulchra ē artis pulchritudinē poſſidēs/maiorē excellentioręq; omni eo
quod prodit exterius. Quatenus enī forma procedēs ī materiam iam extendit̄/
eatenus debilior ea fit/quæ manet ī uno. Quicquid enim ī ſe diſtātiam patit̄/a
ſeipſo diſcedit. Si robur/in robore: ſi caliditas/in calore: ſi oīo potētia/in potētia:
ſi pulchritudo prorſus in pulchritudine. Iam uero primū omne efficiens/ſecūdū
ſeipſum oportet præſtātius eſſe facto. Nō enim īmuſica muſicum: ſed muſica fa
cit: & muſicam ī ſono ſenſibili procreat muſica ſup ſenſum. Siquis āt artes con
tempſerit: quoniam naturam imitantes faciūt: Reſpōdēdum erit/primo quidem
naturas quoq; alia imitari. Deinde artes nō ſimpliciter quod cernit̄ oculis imita
ri: ſed ad ipſas recurrere rōnes: ex quibus cōſtat/agitq; natura. Præterea multa ex
ſeipſis facere: & adiungere inſuper aliquid/ubi quicquā perfectiōi deeſt: utpote
quę ī ſe habeāt pulchritudinem. Deniq; Phidias ipſe Iouem finxiſſe pōt/nullum
ſpectaculum proprie ſenſibus imitatus: ſed imaginatus talē/ qualis ipſe Iupiter
appareret/ſiquādo noſtris oculis occurrere uellet.

## MARSILIVS.

Pulchritudo ī opere naturali eſt forma quædam/nō quomodolibet impreſſa
materiæ: ſed tunc impreſſa ab ipſa natura: quādo natura excellentius materiæ
dominatur. Cap. II.

NOn enī hoc opus eſt pulchrum ꝑ materiam uel quātitatē. Alioquin quod
materialius/aut grandius/idem foret & pulchrius: ſed rōne excellētioris
cuiuſdam formæ quaſi iam īmaterialis effectæ. Hinc ergo fit/ut ſpēs tūc
primū quaſi pulchra te rapiat/quādo uiſum ingreſſa iam eſt ibi ſpiritalis effecta.
Et tūc maxime/quādo uehemētius cogitat̄. Deniq; ſpēs in moribus atq; diſcipli
nis/quæ īmaterialis ē oīo/tāquam pulchra nos capit amore. Eſt aūt īmaterialis
in natura formoſitas naturali admodum mirabilior. Natura enim nec aduētitio

quodam habitu/ nec extrinſecus elaborans ſicut ars: ſed eſſentia ſua ītrinſecuſq; dominās facilitate mira exhibet materiæ pulchritudinem

PLOTINVS

SEd īpręſentia miſſas faciamus artes. Quorum uero opa imitari dicunt pulchra naturaliter effecta cōſideremus: rōnalia .s. aīalia & irrōnalia cuncta: preſertim quęcūq; iter hæc exactius ſunt abſoluta. Vbi .s. fictor ipſorum atq; faber materiæ dominatus/ ſpēm quā optabat adhibuit. Quid nā igit in his eſt pulchritudo? Nō. n. ſanguis & mēſtrua: ſed color atq; figura ab his diuerſa aut nihil uel aliqd ſine figura & incōcinnum: aut uelut quod cōtinet ſimplex aliqd/ceu materia. Vnde nā orta eſt pulchritudo Helenæ: pro qua tam ingēs certamē eſt ſuſcitatum? unde cęteræ formæ Veneri ſimiles illuxerunt? Atqui & ipſa Veneris forma unde ſurrexit? Aut ſiquis hominum ex ītegro pulcher/uel Deus ſiue eorum qui nobis ueniūt in aſpectum/ſiue eorum qui non ueniunt quidem: habent tamen in ſe cōſpicuam pulchritudinem. Nōne igitur ſpecies ubiq; hęc ē/ deſcendens in id quod naſcitur ex ipſo quod generat: ſicut ī artibus dictum eſt/ pulchritudinem in artificia ab artibus proficiſci. Quid ergo? Pulchra ne opa quidem ſunt/ratioq; in ipſa materia. Ratio uero quæ nō eſt in materia ſed in agēte/ prima & a materia libera non eſt pulchritudo. Sed in unum hæc ipſa redigitur. Cæterum ſi moles qua ratiōe moles eſt/pulchra foret/ ſequeretur certe rationem ipſam agentem/quoniam nō eſt moles/non eſſe pulchram. Sin aūt ſiue in parua ſiue ī magna quadam mole ſit ſpecies eadem/ſimiliter mouet/afficitq; ui ſua animum intuentis/certe pulchritudo nō eſt magnitudini molis attribuenda. Hinc rurſus ad idem ſūmitur argumentū. Quoniam quatenus forma eſt extra animū/ non percipimus/neq; inde mouemur. Cum uero animo iam cōcipitur/afficit. At uero per oculos ipſa rerum ſpecies tantum influit/ alioquin nō poſſent p angu ſtiſſimum ampliſſima penetrare. Contrahitur uero etiam magnitudo: nō magna quidem in mole/ſed ſpecie potius magna. Præterea ipſam effectus pulchri cām oportet aut eſſe deformem/aut indifferētem/aut pulchram. Si deformis eſſet/ certe contrarium non efficeret. Si indifferens/ cur nam pulchrum aliquid potius faceret q̄ deforme? Sed profecto natura rerum artifex tam pulchrarū/ multo prius magiſq; eſt pulchra. Nos autem cum nihil intimum iſpicere ſoleamus/ & intima penitus ignoremus: nimirum extrinſeca ſequimur: ignorātes interea intrinſecus latere quod mouet.: perinde ac ſiquis ſuam uidens imaginem/ & ignorās unde uenerit/eam ipſam ſequatur. Eſſe uero aliud quiddam quod ad ſe attrahit proſequentes/ neq; in magnitudine conſiſtere pulchritudinem/ teſtimonio nobis eſt pulchritudo/quæ diſciplinis ineſt & officiis/& prorſus in animo: ubi certe reuera magis pulchritudo uiget: quādo ſcilicet in animo quodam ſapientiam contemplaris: & contemplatus delectaris/ & amas: faciem tunc corporis non aſpiciens/ quæ forte non ſit formoſa/ſed tota corporis forma poſthabita/intimam pulchritudinē ſequēs. Si autem nōdum animus ille te mouet ut apelles pulchrum/neq; etiā interiorē te intuitus/teipſo delectaberis uelut pulchro. Quapropter fruſtra ſic affectus ueram intimamq; pulchritudinem indagabis. Sic enim nō puro quodam ſed turpi perquires. Ideoq; uerba de rebus eiuſmodi nō ad omnes habentur. Quod ſi & tu teipſum inſpexeris pulchrum/hinc iam ipſius pulchritudinis reminiſcere.

MARSILIVS

Pulchritudo apparens in materia est imago quædã pulchritudinis/quæ præstantior ī natura uiget. Hæc aũt eius imago quę est ī aĩa intellectuali maior. Hec tandem illius quę prima est ī mente diuina

Cap. III.

FVlget aũt pulchritudinis splẽdor ex intellectu diuino ī intellectum aĩæ caput/quẽadmodum lumen a sole semp in stellam. Subinde ī uirtutem aię rõnalem sicut ī lunam. Quatenus ad supiora conuertitur. Frustra uero quid ipsa pulchritudo sit quærit aius: qui se p eiusmodi cõuersiõem pulcherrimum nõ reddiderit. Si uero reddiderit: quãdoq; suam inspiciẽs pulchritudinẽ/ suspiciet inde supiorem: ac p suum intellectũ iam purgatũ/uelut p aurũ quoddã quod erat ī mole/diuinũ intellectum uelut aurum uniuersum/ sincerũq; contemplabitur: aliter nõ quęrendum. Deniq; prima pulchritudo est prima ītelligentiæ plenitudo . Dii simpliciter ītellectuales per illius participationem pulchri Diiq; sunt. Per eandem Dii quoq; cęlestes .i. mundani omnes. Qui sane cęlestes Dii di recto quodam intuitu diuina cognoscũt: humana uero deflexo prospiciũt/atq; gubernant. Dii tandem simpliciter ītellectuales/qui ī intellectuali cælo sunt non gubernare saltẽ qua rõne ibi sunt: sed contẽplari dicunt. Quicquid est ī cęlo ītellectuali/est similiter ītelligibile cælum: ibi uero sunt omnia.

PLOTINVS.

EStigit pulchritudinis rõ in natura/exẽplar pulchritudinis huius quę apparet ī corpore. Exẽplar ãt pulchritudinis naturalis est/rõ quædã in aĩa pulchrior/a qua ꝓfluit pulchritudo naturę: Clarior ãt hęc est in aĩa ꝓba & pulchritudine iã ipsa ꝓgrediẽs. Nẽpe exornãs aĩum/lumẽq; prebẽs a maiori lumine/quod prima etiã est pulchritudo. Sicinq; existẽs in aĩa/ad rõcinandũ indu cit: qualis nam sit rõ supior pulchritudinis/quę in nullo fit amplius: nec in alio iacet: sed ī se ꝑmanet. Itaq; nec rõ quidẽ est: sed primę rõnis auctor. Quippe cum ratio prima sit pulchritudo quædam in aĩa ceu materia. Ipse uero auctor intellectus est/qui & semp est ītellectus: nec ītellectus aliquãdo: quoniã ipsi nõ aliũde aduenit ītellectus. Sed quã potissimũ imaginẽ ītellectus ipsius accipiemus? Quæcunq;.n. aliũde quæreť/ a deteriori quodã proculdubio requireť. Imago igiť intellectus est ab intellectu quærenda: adeo ut nõ p imaginem de ipso loquamur: sed tanq̃ de auro uniuerso aurũ quoddam accipiamus inditiũ. Ac nisi acceptum aurum adhuc sit purum/aut re ipsa/aut saltem oratione purgemus/demonstrantes hoc a nobis acceptum/ nõ esse aurum uniuersum: sed aurum quiddam duntaxat in mole. Sic itaq; ab hoc qui in nobis est intellectu iam purgato ad intellectum ipsum altius ascendamus. Ac si placet a Diis ipsis progrediamur/inspicientes uidelicet qualis ī eis sit intellectus. Dii nãq; oẽs pulchri/uenusti/uenerãdi /inextimabili decore pollẽtes. Verũ q̃dnã est/quo Dii sũt tales? Est utiq; ītellectus. Intellectus inq̃ potissimũ ī eis agẽs ut uideanť. Nõ enī ex eo ꝙ eorũ pulchra sũt corpora. Nam & quibus corpora sunt/nõ hoc ipsũ est esse deos: sed secũdũ mentem hi quoq; Dii sunt/non inq̃ ex eo ꝙ pulchra illis adsunt corpora/dii pulchri cẽsenť. Nõ enī alias q̃dẽ sapiẽtes sũt: alias uero nequaq̃: sed ꝑpetuo sapiũt mente trãquilla stabiliq; & pura/intelligũtq; omnia: & cognoscũt nõ humana ꝓprie: sed sua. i. diuina: & quotcunq; intellectus ipse cernit. Deorum uero/hi quidem

qui cælum habitant/ ocio nãq; abundant/assidue contẽplantur: sed quasi eminus quæ in primo ipso sũt cælo/supeminenti ceruice: hi uero q in illo sunt/quotcũq; habitationem illic sortiti sunt/contemplantur/totum illic cęlum habitantes. Oia enim ibi sunt cælum. Illic terra cælum est. Illic mare/animalia/plantę/homines cælum sunt. Quicquid deniq; est illius cęli/cæleste. Dii uero illic habitantes nõ dedignant̃ homines/ neq; aliud quicquã eorum quæ ibi sunt/ob hoc ipsum quod ex diuinorũ numero sunt. Omnem nãq; regionem illam discurrũt locumq; comprehendunt conquiescentes.

## MARSILIVS

Supra cælũ corporeum in cęlo incorporeo sunt Dii duplices. s. intelligibiles atq; intellectuales. Illi quidem sunt ideę: hi uero intellectus omnes ęterna idearũ contemplatione beati

Cap. IIII.

INtellectus diuinus sic in ideas se deriuat/ut totus conseruetur in singulis: sed sub alia in aliis proprietate. Nec tam dicendum est ideas esse in intellectu/q̃ ĩtellectum ipsum ipsas ideas existere: oĩformẽ uidelicet ex uniformi seipso mirabiliter prodeuntem. Si cælum similiter se deriuat ĩ stellas: in qualibet stella & cælum est totum/& stellę omnes/sed proprietate diuersa. Quod igitur Anaxagoras ait/quodlibet est ĩ quolibet/nõ tam ĩ mundo subcęlesti: uerũ etiam ubi unio minima q̃ in mũdo supcælesti/ubi unio maxima. Quodãmõ etiam in cælesti/ubi mediocris est unio. Vbi uero Plotinus probat/ diuinorum contemplatores inde nũq̃ discessuros/accipe quod Porphyrius & Iamblichus attigerũt: aĩos etiam nostros ad similem posse beatitudinem peruenire. Non commouebitur in æternũ qui habitat in Ierusalem. Beati qui habitant in domo tua domine: in sæculum sæculi laudabunt te.

## PLOTINVS

HVc tendunt quę a Platone ĩ Phedro traduntur. Facilem scilicet illic superos uitam agere: ueritatemq; ipsam eorũ genitricem esse atq; nutricem: & essentiam & nutrimentum. Item illos omnia cernere: non illa quidem/ quæ generatiõi subiecta sint: sed quę sint ĩ essentia. Videre quoq; seipsos ĩ aliis. Omnia enĩ illic undiq; perspicua sũt. Nihil ibi tenebrosum: nihil obsistens. Sed omnis illic oĩbus est conspicuus/intrĩsecus atq; per omnia. Lumen nãq; lumini occurrit ubiq;. Quilibet ĩ se habet omnia: & oĩa rursus in alio conspicit. Cuncta igitur ubiq; sunt. Omne illic est omne. Illic quodlibet est uniuersum. Splẽdor ibi micat ĩmensus. Quodlibet enĩ ibi magnum est: quãdoquidẽ & paruum illic est magnum. Ibi sol stellęq; omnes. Vnaquęq; stella sol est/& stellę similiter omnes. Præcellit aũt ĩ quolibet aliud: sed interim ĩ quouis cũcta cõspiciuntur. Est ibi motus ꝓculdubio purus. Nõ. n. ꝓcedentẽ cõfundit motum motor alienus a motu. Status etiã illic nulla mutatiõe turbat̃. Nõ. n. instabili naturę miscet̃. Pulchrũ pręterea ipsũ pulchrũ est: quoniã non iacet in pulchro. Permanet uero quilibet non quasi ĩ alieno pauimẽto quodam: sed uniuscuiusq; fundamentum est/id ipsum quod unũquodq; est: cumq; ipso concurrit quasi surgenti id ipsum unde extat: neq; ipsum quidẽ aliud est: sedes uero eius ẽ aliud. Nã & subiectum intellectus est/ & ipsum est intellectus. Velut siquis cogitet cælum hoc oculis manifestum atque lucidum: per lumen hoc suum germinare/coalescereq; in stellas. In rebus quidem corporeis non prodit ex alia parte ubique pars alia: sed unaquæq; pars

ſola ipſa eſt. Illic ãt ex toto quodlibet ubiq; prodit: ſimulq; extat quodlibet atq; totum. Apparet quidem pars: inſpiciẽ quoq; ab eo qui acute cernat & totum/ceu ſiquis talis ſit uiſu/ qualis fertur fuiſſe lynceus: qui intima terræ traditur radiis oculorum penetrare cõſueuiſſe. Hãc equidem fabulã ſupernorũ oculorum ꝑſpicaciam ſignificaſſe arbitror. Exiſtimandum prẽterea/eos qui illa uident/nunq̃ in uidendo defatigari: neq; ſatietate ulla unquã adduci/ut uidere deſiſtãt. Neq; n. uacuitas erat ĩ aliquo/ut deinde impletus & ſatur finem faciat intuẽdi: neq; hoc quidem aliud eſt/ illud uero ſic aliud/ut alteri eorum quę ſunt ĩ eo/illa quę ſunt alterius minime placeãt. Prætera ĩdomita illic & indefeſſa ſũt omnia. Quod ue ibi dicitur inexplebile: ꝓpea tale dicitur/q; plenitudo eius nunquã efficit/ut ſper nat implentem. Videndo nãq; magis aſſidue cernit/atq; perſpiciens infinitum ſe ipſum & quæ uidentur naturam ſuam ducem ſequit̃. Iam uero nullius uita la borioſa eſt/quãdo eſt uita pura/quod ue optime uiuit/cur nam laboret. Vita ue ro illic eſt ſapientia. Sapiẽtia uero nullis argumentationibus compata/quoniam ſemper tota fuit/nec ulla parte deficiẽs: ex quo indagine indigeret. Sed eſt ſapiẽ tia prima/neq; ab alia ſapientia pendens: atq; ipſa ibi eſſentia ſapientia eſt. Neq; prius quidẽ intellectus ipſe eſt: deinde ſapiens. Hanc igitur ob cauſam nulla eſt ſapientia maior. Atqui illic ipſa ſciẽtia mentis ipſius collega ẽ: ꝓpea q; ſimul pu lulant. Quẽadmodum imitatione quadã tradunt/iudiciũ iuſtitiãq; Iouis ipſius eſſe collegam. Omnia enim huius generis ibi uelut ſimulachra ĩmo exemplaria quædam extant ex ſe & in ſeipſis ubiq; ꝓſpicua/ adeo ut horũ ſpectaculum pro prium ſit pluſq̃ fęlicium ſpectatorum. Ipſius igitur ſapiẽtię magnitudinẽ & po tentiam ex hoc potiſſimum conſiderare licet/quoniam una ſecum habet/fecitq; entia. Nam quæ uere ſunt omnia/ſecuta ſunt ſapiẽtiam: perq; ipſam cuncta conſi ſtunt/unaq; cum ipſa ſunt exorta/unũq; ſunt ambo: eſſentia deniq; illic eſt ſapiẽ tia. Nos aũt ad hanc ipſã cognitionẽ nõdum accedimus/ quoniã ſciẽtias eſſe putamus ſpeculationes quaſdam/atq; regulas propoſitionũq; cõfluxũ. Quod qui dem neq; ſcientiis quidẽ noſtris eſt tribuendũ. Siquis ãt de noſtris ſciẽtiis ambi gat/miſſas impræſentia faciamus. Sed operępretium fore uidetur/exordio hinc iterũ ſumpto/de illa ſciẽtia diſputare/quã illic regnãtem Plato ſuſpiciens inquit. Sciẽtia quidem illa non alia eſt ĩ alio. Quomodo uero ſe habeat perquirere atq; inuenire nobis reliquiſſe uidetur: ſi modo apellatiõe eiuſmodi nos dignos pro fiteamur.

## MARSILIVS.

Cum ars naturã imiterur/& natura Deum: atq; ars quidẽ ꝑ ſapiẽtiã quãdã agat: Deus aũt per ipſam ſimpliciter ſapientiam: conſequens eſt/ut natura ꝑ ſuã quan dam agat ſibi inſitã ſapientiam

Cap. V.

SI omnia per ſepientiam/ſuam reportant eſſentiam: ſequitur/ut ſapientia prima ſit eſſẽtia prima. Sapiẽtia ꝑ induſtriã compata quæ ẽ ars humana/ dependet a ſapientia nobis innata: & naturæ ſapientiã imitat̃. Hæ uero tres ſapientiæ quia ſunt ĩ alio/referẽdæ ſunt ad ſapiẽtiam primam/ quę in ſeipſa ſit/ubi uidelicet ſapientia ipſa eſt eſſentia. Sapiẽtia quidem artis humanę coacer uata ẽ ex multis actibus meditationũ atq; ſermonũ. Sapiẽtia uero naturaliter no bis inſita & ſapiẽtia ipſius naturę atq; Dei/ẽ una quædã forma ſe præferẽs oĩfor mẽ ceu uultus unus/ nõ ſicut oratio uel diſputatio una. Nã ante unũ ex multis

coaceruatū eſt unū: quod ſeipſū euoluit ī multa: & ante hoc ipſū ſimpliciter unū.

PLOTINVS.

QVęcunq; uel arte uel natura fiunt: ſapientia quędam facit: & ubiq; actionē ſapiētia ducit. Sicubi uero ſapiētia quædā fiat/ſint ſane artes eiuſmodi. At artifex ipſe rurſus ī naturalem ſapiētiam reuocať: ſecundū quam ars & quodlibet opus agitur. Secundum quā inq̄ non amplius ex ſpeculationibus cōgregatam: ſed totam unū quiddam: neq; cōpoſitā ex multis ī unū: ſed ab uno potius ī multa ſe reſoluentē. Siqs igiť ſapientiā hāc primā eſſe poſuerit/iam ſufficiet. Cū. n. nō ſit ex alio/neq; etiā erit ī alio. Sinaūt rōnem q̄dem ī natura: huius uero pricipium naturā eſſe dixerit/interrogabimus unde nam natura habeat rōnem. Quod ſi habere dicatur ab alio: de alio rurſus illo quæremus. Ac ſi ex ſe ipſo habeat/iam ibi cōquieſcemus. Proide ſi ī mentē ipſam cōfugiant: ibi rurſus inueſtigandū. Nunquid mēs genuerit ſapientiā. Quod ſi fateanť: unde nā quęremus. Si aūt ex ſeipſa concepit/nō poteſt id feciſſe: niſi mens ipſa ſapientia ſit. Vera igitur ſapientia eſt eſſentia: ac uera uiciſſim eſſēntia ſapientia eſt. Ipſaq; eſſentię dignitas a ſapiētia uendicať. Conſtat enim eſſentiam ueram a ſapientia eſſe. Quāobrem quęcunq; eſſentię ſapientiam nō habent: ex eo quidē/q̄ p ſapientiā quandam factæ ſunt/eſſentiæ ſunt. Ex eo autem q̄ in ſeipſis nullam poſſidēt ſapientiam/nō ſunt eſſentiæ ueræ. Nemo igitur exiſtimare debet ī mundo intelligibili uel Deos ipſos/uel habitatores illic alios pluſq̄ felices ibi quaſdam propoſitionum regulas contemplari: ſed ſingula quæ illic eſſe dicunť/uelut exemplaria quædam & ſpectacula pulchra intuētibus ſe offerre/qualia forſan imagineť aliquis in aio ſapiētis exiſtere. Dico āt nō ſimulachra depicta/ſed exiſtentia. Quapp ideas antiqui entia & eſſentias apellabāt.

MARSILIVS

SAcerdotes Aegyptii ad ſignificāda diuina myſteria nō utebantur minutis litterarum characteribus: ſed figuris integris herbarum/arborum/animaliū. Quoniā uidelicet Deus ſcientiā rerū habet non tanquā excogitationem de re multiplicē: ſed tanq̄ ſimplicem firmāq; rei formam. Cap. VI.

EXcogitatio temporis apud te multiplex eſt & mobilis/dicens uidelicet tempus quidem eſt uelox: & reuolutione quadam pricipium rurſus cū fine coniungit. Prudentiam docet. Profert res/& aufert. Totam uero diſcurſionem eiuſmodi una quadam firmaq; figura cōprehēdit Aegyptius alatū ſerpentem pingens/caudam ore prenſantem: cæteraq; figuris ſimilibus quas deſcribit Horus.

PLOTINVS

VIdentur uero mihi ſapientes Aegyptiorum ſiue conſumata quadam ſapientia ſiue naturali etiam mentis inſtinctu/ubi conſtituerunt ſapientiæ myſteria nobis ſignificare nō uſi fuiſſe figuris litterarum ſignificaturis ſermonis diſcurſiones & propoſitiones quaſdam/ & imitaturis uoces pronūtiationeſque regularum: ſed potius deſcribentes imagines rerum ſingulas ſingularum/eaſq; depingentes in ſacris clam rei ipſius diſcurſum ſignificauiſſe: q̄ uidelicet ſcientia & ſapientia quædam ſit unaquęq; imago ſiue exemplar & ſubiectū illud ſpectaculum totū una collectum. Neq; ſit excogitatio quędā/neq; cōſiliū. Poſtea uero ab ipſa imagine exemplari ſiue ſapientia ſimul tota/ſimulachrum

in alio quodam fiat iam euolutum. Atq; loquens in diſcurſione quadam & cau ſas/pp quas ita res inſtitutæ ſint inueniẽs/dum uidelicet diſpoſitio rerum qp ita bene ſe habeat/mouet admirationem. Hinc ait eum admiraturum ſapiẽtiam qui conſideraverit/quomodo ipſa nõ habens eſſentiæ ſuæ cauſas/ pp quas ita ſe ha beat/ſiue agat/ſic ſe habere præbeat/ut ſe habẽt/his quæ ſecundum ipſã efficiun tur. Hoc ipſum igitur quod dici poteſt diſpoſitionem rerũ/ita ut eſt bene ſe ha bere:quod quidem ex inquiſitione uix tandem/ aut nullo modo fit manifeſtũ: qp uidelicet ſic habere ſe res oporteat/ſi qs modo inueniat/ hoc ipſum inq̃ opor tet in mũdo intelligibili ante omnẽ inquiſitionem & argumẽtationem/ ita ſe ha bere atq; conſtare. Sed accipiamus iam in uno quod loquor magno quod omni bus quoq; ſit conſentaneum.

MARSILIVS

Scientia Dei non eſt argumentationi uel conſilio ſimilis:ſed diſpoſitioni potius naturali. Cap. VII.

An On enim uel poſito prĩcipio deinceps p media cõcluſionem colligit:uel cõſtituto fine cõſequenter uias modosq; ad finem cõſequẽdum eligit. Deinde agit ſicut deliberauit. Sed quoniam ipſe eſt ſuaptenatura omni fariam ita diſpoſitus/ideo naturaliter ſic & agit:quẽadmodũ ſemen multiformi ter ſic affectũ:prolem ita generat multiformem. Sed omniformis illa natura Dei ipſa eius intelligentia eſt/ideis oĩbus inſignita/nõ ſicut tabella figuris: ſed ſicut cælum ſtellis:quę & ipſæ ſunt cælum. Facillime uero facit/quoniam ſuaptenatu ra facit:atq; ipſa eſt uniuerſũ. Ferme ſimiliter agit anima noſtra quando ad habi tum ſe reuocat omniformem.

PLOTINVS

An Vnquid putamus hoc uniuerſũ:quod ab alio confitemur eſſe/taleq; exi ſtere/eo pacto a fabro ſuo fuiſſe compoſitũ? ut ille excogitauerit apud ſe terrã: eamq; ĩ medio qẽſcere oportere:deide aquã terræ cõtinuã/cæte raq; deiceps uſq; ad cęlũ ordinate diſpoſita:tum uero aĩalia oĩa taleſq; & tot ſin gulorũ uiuentiũ formas:quales & quot nunc habent ſingula:diſpoſitionẽq;/tũ uiſcerũ/tũ exteriorũ partiũ atq; mẽbrorũ:Deinde ſicut apud ſe ſingula diſpoſue rat:ſic aggreſſũ fuiſſe ope iam ipſo diſponere. Sed pfecto cõſideratio apud illũ talis eſſe nõ potuit. Vnde.n.incidiſſet in eum/qui nõdũ talia uiderat? Neq; uero fieri poterat/ut ille ab alio quodã accipiẽs fabricaret/quẽadmodũ nunc artifices noſtri fabricãt/manibus & inſtrumẽtis utẽtes. Poſterius.n.manus & pedes acce dunt. Reliquũ eſt igiť/oĩa in alio eſſe:& cũ nihil ſe medium interponat/ipſa pro pinquitate ipſius entis ad aliud/uelut ſubito illius imaginem & ſimilitudinem emicare:ſiue ex ipſo per ſe duntaxat/ſiue per animam miniſtrantem. Nihil enim impręſentia intereſt:ſiue per animam proprie quandam. Sed enim cũcta hæc oĩo inde manarunt:& pulchriora ſunt ibi. Hic enim permixta ſunt:ibi uero ſunt pu ra. Vniuerſũ uero hoc inde pfectũ a principio ad finem cõprehendiť ſpẽbus. Pri mo qdẽ materia formis elementorũ:quibus & aliæ accedũt formę/formiſq; aliis ſimiliter alię:adeo ut difficile ſit iuenire materiam multis ſub formis occultam: Quomã uero & ipſa ſpẽm quãdã hẽt ultimã/oẽm ſpẽm ſubire facile põt. Ille ue ro faber penes quẽ exẽplar opis ſpẽs eſt/omnes efficit ſpẽs:& has quidem abſq; difficultate & uolẽtia ulla: quoniam agens ibi eſt uniuerſum eſſentiaq; & ſpẽs.

Quamobrem hac quoq; ratiõe facilis & ſine labore fabricatio fuit: & fabrica totius extitit: ſicut & ipſe faber eſt uniuerſum. Nihil igitur erat ipedimenti. Et nũc etiam in fabricando libere dominatur. Et q̃uis alia paſſim aliis impedimẽto ſint/ ipſi tamen uniuerſi fabricæ ne nũc quidem obſtare quicquã poteſt. Nam tanquã uniuerſum cõſtat. Arbitror equidem ſi nos eſſemus prima ipſa exemplaria rerũ eſſentięq; ſimul & ſpecies/ atq; ſpecies ipſa quæ hic facit/ noſtra eſſet eſſentia/ fabricationem noſtram abſq; labore dominaturam. Tametſi homo utpote quod nunc eſt effectus/ſpeciem fabricat a ſeipſo diuerſam. Nũc enim factus homo/eſſe deſtitit uniuerſum. At quando deſinit eſſe homo/ut Plato inquit/ad ſublimia ſe attollit: totumq; gubernat mũdum. Factus enĩ totius/ facit & totum. Verum ut ad inſtitutum noſtrũ regrediamur/ potes tu quidẽ afferre cauſã/ ob quã terra ſit in medio poſita/& cur rotũda: cur ue obliquus circulus in certa plaga ſit inſtitutus. In mente uero diuina/non quia ſic oportebat/iccirco ſic deliberatũ fuit: ímo uero quia ſic ſe habet/ſicut exiſtit: ppea & hęc ita bene ſe habent: ueluti ſi ante argumẽtationem p cauſas diſcurrentẽ/ cõcluſio ipſa abſq; ullis propoſitionibus certa cõſiſteret. Nihil enĩ illic ex cõſequẽtia pendet: nihil ex cõſideratione fit certum: ſed ante cõſequentiã/ante cõſiderationẽ totum cõſtat. Hæc nãq; omnia poſteriora ſunt/ratio/demonſtratio/fides. Eo enim ipſo q̃ exiſtit principium/ inde ſuaptenatura hæc omnia ſunt/atq; ita diſpoſita. Iam uero quod dicitur/non eſſe quęrendas principii cauſas/ ſic recte dicitur: pręcipue de tali quodam principio: quod eſt perfectũ. Quod idẽ eſt atq; finis. Nẽpe quod principium ſimul eſt & finis/hoc uniuerſũ ſimul eſt/nulla parte deficiens:

MARSILIVS.

Cum ipſa pulchritudo ſit forma quædam multiformis/aſpectui accõmodata merito prícipiũ primũ pulchritudine ſupius eſt. Cap. VIII.

MEns diuina eſt primũ totum: ergo ĩ qualibet ſui parte totũ. Eſt & pulchrĩtudo prima. Igitur in quauis ſui parte pulchritudo tota. Tria ſunt ſub ipſo bono pulcherrima/Mens diuina. Aia mundi. Mũdi corpus. Quẽad modũ in cælo Sol/Iupiter/ Venus. Venere capti neſciũt quid patianť: quoniã nõ aduertũt pulchritudinẽ inferiorẽ pp ſupiorem ſe admirari.

PLOTINVS

HOc igitur primo pulchrũ eſt. Eſt totum. Eſt ubiq; totũ: ne uel ĩ parte quidem ulla ſit pulchri defectus. Quid ergo pulchrũ ipſum eſt dicendum? Non certe quicq̃ /quod non ſit ipſũ totum: ſed uel partẽ habeat tantũ / uel nihil ipſius habeat. Profecto niſi illud ſit ipſum pulchrum/quidnam aliud id eſſe poteſt? Quod.n. eſt ante ipſũ/pulchrũ eſſe nõ uult. Nam quod primo in aſpectũ uenit: ppea q̃ ſpẽs ſit/mentisq; ſpectaculũ/ hoc aſpectu amabile eſt atq; iocundum. Quamobrem Plato id nobis ſignificare uolens/inducit architectum mundi perfectum ſuum opus approbantem ad quiddam aliquãto noſtris ingeniis manifeſtius: per hoc oſtendere uolens ipſam exemplaris ideęq; pulchritudinem uelut amabilẽ. Quotiẽs enĩ aliquis admirať opus ad exẽplar aliud fabricatum: exẽplar ipſũ potiſſimũ admirať. Neq; mirũ uideri debet/ſi interim quid patiatur ignoret. Quandoqdẽ & amatores & oío quicũq; hanc noſtrã pulchritudinem admirantur: ignorant ſe propter ſupernam pulchritudinem ſic affectos eſſe.

Et profecto propter illam ita ſunt affecti. Quod autem ad diuinum exemplar Plato referat/quod dicit architectum mũdi opus ſuum amauiſſe/ ipſo ſpectaculo delectatum/declarat: ubi dicta opera ita ſubiungit. Ait enim/delectatus quidem eſt opificio ſuo: atq; etiã magis ad exemplar ipſum reddere ſimile uoluit: hoc ipſo demõſtrans qualis pulchritudo ſit exẽplaris/ppea q̃ inquit/opus hoc ex illo pulchrum eſſe/quia ſit illius imago. Nẽpe niſi illud eẽt mirifice pulchrũ/ inextimabili pulchritudine pollens: quidnã uniuerſo hoc oculis manifeſto pulchrius eſſe poſſet? Quamobrem non recte ſentiunt/qui mundi huius pulchritudini detrahunt: niſi forte in detrahendo id ſentiant/uidelicet mũdum hunc non eſſe ſupernum.

MARSILIVS

Cum acceperis totam hanc ſimul formarum mũdanarum uarietatem/ſtatim conſeruatis formis earumq; motibus dimẽſionem localem deme. Habes ergo mundi animam penes quam ĩ qualibet forma ſunt cunctę. Deme deinde motus/formis ĩ ſtatu ſeruatis. Mentẽ iam diuinam habes. Vbi quæuis idea omnes cõtinet. Deniq; idearum diuerſitates in lucem unicam reſoluta/ primum es principium cõſecutus.

Cap. VIIII.

CORporeus mũdus non eſt reuera magnus/quoniã ubiq; depẽdet ex partibus. Incorporeus mũdus eſt ĩfinitus. Infinite enĩ licet dicere/in hac idea ſunt omnes. Atq; his omnibus computatis/in qualibet rurſum omẽs/ſimiliterq; deinceps. Cum eſſentia & pulchritudo prima ſit idẽ/ merito quatenus aliquid eſt particeps pulchritudinis: eatenus & eſſentiæ: atq; uiciſſim. Item cũ prima eſſentia ſit ipſa ſimpliciter ſpecies/ nimirum ſpeciei participatione eſſentiam habent omnia.

PLOTINVS.

ACcipiamus igitur noſtrum hũc mũdum cogitatione ſic ſe habentem/ut pars unaquęq; maneat quidem quod eſt: ſed ſingulę ſibi inuicem inſint. Fingamus inq̃ ĩ unum cũcta ſimul puiribus congregata: adeo ut quod cunq; ſingulorum prius ſeſe oculis offert: uelut ſi ſpera ſit exterior/continuo ſequatur ſolis quoq; ſpectaculum/ſimulq; reliquarum ſtellarum imago. Intuſq; uideantur terra/mare/animalia omnia: uelut ĩ ſpera quadam ubiq; perſpicua. Et deniq; re ipſa contingat cuncta in unoquoq; conſpicere. Eſto igitur in animo lucida quædam imaginatio ſperæ/in ſe habens omnia/ſiue agitata/ ſiue manentia/ aut partim quidem mobilia/partim uero ſtabilia. Tu uero hanc animo ſeruans alteram præterea finge/hinc auferendo molem. Detrahe quoque locum/ſimulq; omnem prorſus imaginationem materiæ abs te procul expelle. Neque tamen interea alteram finge altera in mole minorem. Tum uero Deum ipſum inuocãs qui eam fecit/cuius nunc habes imaginem/ſuppliciter ut ueniat obſecra. Veniet ille ſubito/mũdum ornatumq; ſuũ ſecum ferens una cũ Diis oĩbus qui ĩ eo ſunt omnes. Veniet unus exiſtẽs ſimul atq; omnes. Occurret unuſqſq; omnes una ſecum ferens cõgrediẽtes in unũ. Ibi ſane Dii oẽs uiribus qdẽ inter ſe uarii ſũt. Sed una illa poteſtate cõplurima oẽs ſunt Deus unus: ĩmo uero Deus unus eſt oẽs: neq; n. unus ipſe deficit: ut oẽs illi naſcanť. Simul uero ſunt cũcti: & unuſquiſq; rurſus ſeorſũ eſt ab alio ĩ ſtatu quodã nullo modo diſtãte/nullã ſubiectam ſenſibus formam præferens: alioquin alius quidem alibi: alius autem alibi foret. Nec

unusquisq; in se existeret omnis. Neq; rursus illorum aliquis partes alias habet aliis uel sibi ipsi. Neq; iterum unūquodq; illic totum est potestas diuisa tantaq; duntaxat existens: quot partes sunt mēsuratæ. Immo uero est uniuersū uniuersa potestas ꝓcedens quidē in infinitū. In infinitū uero uirtute. Atq mūdus ille usq; adeo ingens est/ut & partes eius infinitæ rursus euadāt. Vbi enim esse quicq̄ di ci potest/quo non ille prȩcurrerit. Magnus hic quoq; mundus est/omnesq; in eo simul potentiȩ sunt. Sed maior insuꝑ foret/& q̄tus explicari nō possit: si nulla in eo corporis foret potētia parua. Et si magnas quispiā dixerit ignis reliquorumq; corporum uires/tamē uere potētiæ infinitate constant: eiusdemq; ignoratione ui denē esse aliquid atq; agere/interimendo/cōfringēdoq;/& ad genituram animaliū ministrādo. Sed hæc quidē interimūt/quoniā ipsa quoq; interimunt̄/& uicissim generant/quoniam generant̄. Potentia uero quæ uiget illic/esse solum habet: so lumq; esse pulchrū. Vbi enī pulchrum esset quicq̄/quod ipso esse priuatū foret? Vbi rursus esse potest essētia: si pulchritudinis præsentia careat? Dum. n. tollitur pulchritudo/auferē essentia. Quapꝑ esse ipsum desiderabile est: quoniā idem est esse atq; pulchrum. Ac uicissim pulchrū est amabile/quoniā est & esse. Vtrum ue ro utrius causa sit/non expedit indagare: cū una sit utriusq; natura. Hæc igit̄ fal sa essentia corporum indiget quadā imagine pulchri extrinsecus accedēte: ut & pulchra uideatur: & omnio sit aliqd. Et eatenus est/quatenus particeps facta est pulchritudinis specie ipsa constantis. Et quo plus specioseꝫ accipit pulchritudi nis: eo perfectior. Sic enī magis ei propria fit essentia pulchra & ipsa deniq; pul chritudo.

MARSILIVS

Vna cum Ioue. i. aīa mundi oēs animę cælestes dęmonicęq; & humanæ iam pur gatæ toto fruuntur mundo diuino Cap. X.

ET si ibi singuli cūctas cōtemplātur ideas: alii tamen alias attētius & aui dius: ad quas prȩcipue cęteras quodāmō referunt. Ipsa pulchritudo ibi potissimum est uniuersus ille splēdor ex cūcta idearum quasi stellarū se rie micans. Tota intelligentiæ potestas nisi ardētissimus amor accesserit/hucusq; fortasse puenit/ut pulchritudinem illā prospiciat ut externā. Accedens amor cō templātem in eam trāsfert/ac uicissim: usqueadeo ut cōtemplator amator iam se ipsum inspiciat pulchrum/imo pulchritudinem euasisse. Annuit Plotinus quod ait Plato/philosophos cum Ioue solos incedere: ab Ioue missos. Cęteri enim ho mines singulis ꝓprie sunt addicti. Solus philosophus uniuersum ambit: uniuer si uero anima Iupiter.

PLOTINVS

SVperioribus de causis Iupiter ipse & si aliorum antiquissimus Deorum quos ipse ducit/primus incedit ad mundum intelligibilem cōtemplan dum. Hunc deinde sequuntur cæteri Dii/Dęmones/animi/ quicunque hæc cernere possunt. Diuinus autem ille mundus desuper illis effulget ex oc culto quodam/ & ab excelso illis exoriens/ illustrat omnia numina implens sin gula lumine. Tum uero ad se inferiores animos excitat: qui deinceps conuer tuntur ad ipsum/cernere non ualentes/ ceu Solem. Sed alii quidem perspiciunt erecti ab ipso eiusq; intuitum facile perferentes: alii uero turbantur/ quotcunq; longius ab ipsius natura distant. Cum uero quicumq; possunt singuli uideant

omnes quidē ipſū/& quod ipſius eſt ſuſpiciūt:neq; tamen ſpecimen ſemp idem unuſquisq; reportat. Sed dum attenti cōſpiciunt/alius quidē ſplēdentem cernit ipſius iuſti fōtem atq; naturā:alius āt abunde tempantiā intueť: nō qualē penes ſe hoies quādo habent. Imitať.n. hęc noſtra quodāmō illā. Illa uero in oibus cir ca oēm quaſi magnitudinē ipſius ſe diffundens/poſtrema diſcerniť:& quidē ab illis qui ſpectacula iā multa ꝓſpicua ꝓuiderunt. Proinde Dii tū unuſquisq; ſeor ſum/tū ſimul cuncti cōſpiciunt. Cōſpiciunt & aīæ/quæ illic oīa uidēt:ex oībuſq; tales euadunt/ut ipſę quoq; cuncta a principio ad finē uſq; cōtineant. Hæ quidē illic habitāt/& quātum ineſt eis/quod illic naturaliter ualeat habitare: & ſępe to tum quod eſt ī eis/ibidē habitat/quotiens inde minime ſegreganť. Hæc igiť & ipſe Iupiter & quicunq; noſtrum una cum Ioue hæc amat/fęliciter contēplať. Po ſtremāq; oīum pulchritudinem uniuerſā ex oībus effulgentem/& quod pulchri tudinis illius eſt ꝓticeps. Rutilant.n. illic oīa/ſpectatoreſq; illos ſplendore collu ſtrant/adeo ut ipſi quoq; pulchri prorſus efficianť. Quēadmodum ſępe accidit his qui altiſſimos mōtes aſcendunt/ubi flauum terra colorē habeat. Colore nāq; illo ſtatim inficiunť:facti ſimiles terræ/ad quā aſcenderāt. In mundo uero diui no florēs ille color ipſa eſt pulchritudo:īmo uero quicquid ibi eſt/ totum color eſt/& funditus pulchritudo. Nō.n. aliud quiddam pulchritudo illic exiſtat/quaſi ſupficie florens. Verum apud illos qui nō inſpiciunt totum/ſolum quod in ſup ficie micat aſpectui/cenſeť nominaturq; pulchritudo. Qui uero per totum quaſi mero pfuſi nectare ꝓrſus implentur: cum ꝓ totā aīam ſe infuderit pulchritudo: nō ſolum ſpectatores euadunt. Non.n. ulterius hic quidē ſpectator extra eſt:ibi uero ſpectaculum ſimiliter extra. Sed qui acute ꝓſpicit/rem habet in ſeipſo ꝓſpe ctam. Atqui & habens ſæpe habere ſe neſcit. Nam qui tanquā externum aliquid aſpicit/iccirco uelut externum/quia tanquā uiſibile reſpicit/ & quia ſic uidere cō ſtituit. Quicquid āt aliquis intuetur ut ſpectandum/extra uidet. Verum opæpre tium eſt/in ſeipſum iam ſpectaculum trāſferre diuinum/ac uelut unum ꝓrſus in ſpicere/& tanquā ſeipſum ꝓnitus intueri. Ceu ſiquis occupatus a Deo/ſeu Phę bo: ſiue Muſa potiſſimum aliqua raptus/ in ſeipſo Dei ipſius intuitum iam effi ciat/ſiquidem in ſeipſo Deum ualeat intueri.

## MARSILIVS

### Tres gradus in cōtemplatione diuina: ac tres ad eā præpatiōes Cap. XI.

Deo fruiturus debet per communem Dei notionem atq; fidem ſeipſum ímprimis diuina quadā ſimilitudine conformare. Deinde tota ad Deum cogitationis intentione contendere. Tertio/tota Deum ſolum uolunta te ardenter amare. Huic igitur ſic affecto Deus influit:ut ꝓſpicuo ſtatim facto lu men ubiq; preſens. Tum uero aīus occupatus Deo/ q̄diu adhuc Deo minus eſt copulatus deſuper afflari & impleri ſe perſentit/& cogitat. Quādo uero arctius copulatur/Deum ipſum inſpirantē ſuſpicit:& qua ratiōe affluat iam excogitat. Denique quādo Deo ꝓnitus eſt unitus/non ultra occupatum occupātem ue di ſcreta cōditione conſiderat. Sed actu potius ſimplici unum aliquid intuetur. Nec intuetur proprie/aut audit/uel ſimili cogitatione cognoſcit: īmo ꝓ ſenſum quen dam uniuerſum intimum occultum fruitur ſeipſo pariter atq; Deo tanq̄ uno:cō ſciusq; ſibi eſt tūc demum ſe ualere q̄ optime. Quæ quidem conſcientia ſui non

diſcreta quædã ꝓceptio eſt: ſed ferme idem eſt atq; hęc ipſa ualitudo q̃optima.

PLOTINVS.

SIquis uero noſtrum nõ potens uidere ſeipſum/ab illo Deo pęnitus com prehẽſus/in aſpectum ſpectamẽ ſiue ſpectaculum proferat: profert ſane ſeipſum: atq; imaginem ipſius uidet factam iam pulchriorem. Dimittẽs uero imaginem quãuis pulchram/& una ſecum cõſpirãs ĩ unũ/nihilq; ultra ſecer nens. Vnum ſimul exiſtit cuncta una cũ illo Deo/qui tacitus influit & quietus. Pręterea cum ipſo eſt quoad poteſt/atq; uult. Si aũt reuertaẽ ĩ duo/& interea pu rus ſit/deinceps ipſi ꝓximus habitat: adeo ut illo rurſus modo adeſſe quãdoq; poſſit/ſiquãdo rurſus cõuertaẽ ad ipſum. In ipſa uero cõuerſione id lucri repor tat. Nempe cũ primũ id aggrediẽ/ſentit ſeipſum/q̃diu ẽ alter. Cũ uero ad intima penetrauerit/poſſidet uniuerſum: Senſuq; retro dimiſſo/metuẽs uidelicet/ne fiat alter/ibi unus exiſtit. Ac ſi cupiat ut alterũ quicq̃ cernere ſeipſum extra ponit. Oportet autẽ aĩum numen eiuſmõi ꝓcepturum/figuram quãdam illius habere/ atq; ita ꝓſeuerare: dum perſpicue ipſum noſſe moliẽ: atq; ita cognoſcẽs/qualem quãtamq; rem ingrediaẽ/certoq; cõfidẽs ſe rem beatiſſimã intraturum/ſic deniq; ſeſe prorſus ĩmergere uſq; adeo ut euadat ꝓſpectatore iam ſpecimẽ alterius ab eo perſpecti: qualis inde uenit notiõibus abunde refulgẽs. Sed quo nam pacto erit quiſpiam ĩ ipſo pulchro/niſi uideat ipſum? Profecto ſi uideat ipſum tãquã alterum/nõdum erit ĩ pulchro: uerum ſi pulchrũ ipſum ſit effectus/ita erit in pul chro potiſſimum. Si igiẽ uiſio ad rem ſpectat externam/non expedit uiſionem illic eſſe: uel ita eſſe ut idem cum eo quod uideẽ exiſtat. Id autem eſt uelut con ſcientia quædam ſuiq; conſenſus/cauentis ne forte ſi magis perſentire uelit/a ſe ipſo diſcedat. Neq; latere nos debet/malorum quidem ſenſus/pulſationes habe re maiores/cognitiones uero minores: utpote quæ ui quadã pulſationum excu tianẽ. Morbus enĩ uehemẽtius pulſat/& excitat: Sanitas autem quietior nobiſcũ habitans/notitiã ſui exhibet planiorem: ſilens ꝓfecto inſidet: & trãquilla tanquã familiaris nobisq; cõſpirat in unum. At morbus nihil habet domeſticum/ſed eſt pęnitus alienus: ppea manifeſtior incidit: quia maxime diuerſus nobis occurrit. Quæ uero noſtra nos quę ipſi ſunt/uel abſq; manifeſto ſenſu nobis inſunt. Sic uero nos habentes/maxime oĩum nobismet noti ſumus: quippe cum ſcientiam noſtrum atq; nos unum ſic effecerimus. Igiẽ in mundo diuino quando mente ſcientes ſummope utimur/quodãmõ ignorare uidemur/ſubſtinentes uidelicet ſenſus paſſionem. Qui profecto ait nequaquã uidiſſe. Neq; enĩ uidit: neq; enim talia uidere unquã poteſt. Quod ergo uidiſſe diffidit/ſenſus eſt. Alter uero eſt qui uidit. Aut ſi ille quoq; diffidat/neq; etiã ſeipſum eſſe eſt crediturus. Neq;. n. & ipſe põt/quãdo ſeipſum extra poſuerit: uelut ſenſibilẽ oculis corporis intueri.

MARSILIVS.

Quicũq; intellectum ſuum totus ingrediẽ/ꝓ hunc ingrediẽ & diuinũ. Qui boni quidem ipſius filius eſt/pater aũt aĩæ mundi

Cap. XII.

GEneraẽ uero & ĩtellectus a bono/& aĩa mundusq; ſimul ab intellectu/nõ cõſilio deliberãte/ſed natura fęcũda: natura uero tum ĩ bono uolũtas eſt/ ſiue uoluptas: tum in intellectu primo ipſa eius intelligentia. De uoluntaria creatione mũdi alibi.

PLOTINVS.

Dictum est autem/quo tanquam alter id agere possit: & quo tanquã idem d ipse uidẽs. Ipse uero uidẽs siue tanquam alter/siue tanquam ipse idem manẽs/quid nã potissimũ nuntiat? Nempe se Deum uidisse pulchrum filium/& oia i filio generãtem: cõceptũq; absq; labore i se habentem. Deus enim delectatus his quæ genuit/suosq; partus amans/penes seipsum cuncta cõtinuit/tum sui ipsius/tum suorum splendore cõgratulans. Cum uero hæc oia pulchra sint/& quæ intus pmanẽt pulchriora/solus oium Iupiter filius foras emicuit. Ex quo etiã ultimo filio uidere licet tanquã ex quadam illius imagine/quãtus sit ille pater/quanti ue Iouis fratres apud patrem pseuerantes. Hic autẽ nõ frustra dixerit se a patre uenisse. Esse nãq; se alterum ab eo mũdũ: qui pulcher sit effectus/uelut pulchri ipsius imago: nefas enĩ esse imaginem pulchri ipsius atq; essentiæ nõ esse pulchram. Imitat̃ itaq; exemplar ubiq;. Vitam nãq; habet & essẽtię donũ tanquã imitatio quædam. Habet & pulchritudinẽ/quatenus inde prodit. Habet etiam ut sit semp tanquã eternitatis illius imago. Alioquin quo nam pacto alias quidem illius imaginem preferet: alias uero nequaq̃? Quippe cũ imago eiusmodi facta nõ sit per artem. Imago uero oĩs natura constans tandiu est/q̃diu manet exemplar. Quamobrem nõ recte sentiunt/qui mundũ hũc interiturũ putãt/manente diuino: atq; ita genitũ opinãtur/ut eius auctor quãdoq; de mundi fabrica cõsultauerit. Hi sane/quisnam effectiõis huiusmõi modus sit/neq; intelligere uolunt: neq; sciunt/quatenus diuinus ille lucet mundus/eatenus inde mũdum hũc emicare: neq; defecturũ unquã: sed ex quo ille est/& reliqua insup esse. Erat autẽ mundus ille semp/& erit. His utiq; nobis interea nominibus uti licet significãdi nõnihil uoluntate compulsis.

MARSILIVS.

Intellectus diuinus/qui & Saturnus cognominatur/castrat Cęlium. i. ipsum bonum.

Cap. XIII.

Diuidit. n. penes se in plures formas uniforme patris donũ. Permanet uero d in se absq; motu/& a cõmertio corporis segregatus. Nam mũdanã dispensationem motus generatiões Ioui. i. aiæ mũdi cõcessit. Cuius natura genitalis apellat̃ Venus. Pulchritudo mundi corporei umbra quædam est ad ipsam mũdi incorporei pulchritudinem. Illic rursum mũdanæ aię pulchritudo imago quædã est ad mirã primæ intelligẽtiæ pulchritudinem. Hæc tandem est primæ lucis splendor/foras exuberãs.

PLOTINVS.

Deus igit̃ ille Saturnus/qui ligatus fingit̃/ppea q̃ penes seipsum eodem d semp habitu perseueret: Qui & tradit̃ mũdi huius imperium Ioui filio cõcessisse/neq; enĩ ei consentaneũ erat illud imperium dimittenti/iunioremq; posterioremq; se prosequi pricipatum: quippe cum pulchrorum oĩum plenitudinem cõplectat̃. Saturnus inq̃ his obmissis patrem suũ Cęlium i seipso firmauit/& illuc usq; se erexit i altum. Firmauit rursus/quæ deinceps inde sequuntur a filio iam exordium nacta post ipsum. Sic itaq; tenet inter utrũq; mediũ/tum quia alteritate quadã paterna secat/tum quia ab inferioribus abstinet in sublime cõsurgẽs: dum fingit̃ ab inferiori tura uinculis cohiberi: medium certe gradum obtinẽs/inter maiorem patrem filiumq; minorem. Quoniã uero Cęlius Saturni

Iouisq; progenitor/maior admodum est/q̃ ut esse pulchritudo dicaẽ/ iccirco Saturnus.i.intellectus primo pulcher extat/quãuis aĩa quoq; sit pulchra. Ille tamẽ hac est pulchrior: quoniam hæc uestigium ẽ illius. Atq; hoc ipso naturaliter exi stit pulchra. Pulchrior aũt quãdo illuc intueẽ. Si aĩa igiẽ uniuersi (ut notionibus aliquãdo uerbis utamur) & ipsa Venus pulchra est/qualis nam est ĩtellectus? Si enim aĩa Venusq; a seipsa id habet/quãtus nam est ille? Sin ab alio/a quo nã potissimũ aĩa/tum accedẽtem/tum essẽtiæ naturaliter insitam pulchritudinẽ habet? Iam uero quotiẽs nos pulchri sumus/ppea q̃ nostri iuris facti simus/ sumus & pulchri: turpes uero/quãdo ĩ naturam inferiorem p̨cipitamur. Atqui cum nos ipsos agnoscimus/ pulchri sumus. Turpes uero/cum ignoramus. Illic ergo pulchritudo lucet: Illinc emicat pulchritudo. Sed nunquid hactenus ista sufficiunt ad diuinum mũdum perspicue cognoscẽdum? An potius altera rursus ad idem uia nobis sic est incedendum?

## ¶ LIBER NONVS ENNEADIS QVINTAE. DE INTELLECTV ET IDEIS ET ENTE.

### MARSILIVS.

Animus diuinorũ cõtemplator iam est in patria. Actiui hoĩes & uoluptuosi sunt exules. Sed actiui facilius q̃ uoluptuosi ĩ patriã reuertunt̃ Cap. Primum.

### PLOTINVS.

QVM Omnes homĩes statim nati/sensu prius q̃ mente utãtur/rebusq; ad sensum spectãtibus necessario prius incidãt/ affectũq; applicẽt: alii quidem eodem ĩ habitu pseuerãtes ita uitam transigunt: hæc & prima existimãtes & ultima: & quod ĩ eis molestũ est/malum: quod uero iocũdum/bonũ esse cẽsentes. Atq; ita demum satis sibi factum arbitrãtur/si per omnẽ uitam iocũda prosequãtur/& cõtraria respuãt. Proinde quicũq; inter eos rõnem sibi aliquã uendicant/hãc esse iudicãt sapientiã: ita prorsus affecti/quemadmodũ grauiores aues: quæ cum e terra multa rapuerint/quorũ põdere p̨grauẽtur/p̨ sublimia ultra uolare nõ possunt: quãuis a natura pẽnas acceperint. Alii uero aliquãtũ ab inferioribus eleuãtur: quos ipsa animi natura melior/a uoluptate reuocat ad honestũ. Cũ uero nõ possint ĩtueri supnũ: ideoq; nihil aliud habeãt/ubi quiescãt/ transfe runt̃ una cũ ipso uirtutis noĩe ad actiões/inferiorũq; delectus: a quibus attollere se ab initio conabãtur. Tertium deniq; genus hoĩum est diuinũ: in quo quidẽ illi sunt: qui & maiore potẽtia & p̨spicacia oculorũ freti/supernã lucem acute suspiciunt: ad eamq; perspectã se prorsus attollunt/inferiores nebulas & caliginem transcendẽtes: & cũ transcẽderint/ibi permanẽt/hæc oĩa prorsus despicientes: nec aliter regione superna/tãquam uera & propria delectãtur/q̃ peregrinus post̨ longos errores legitimę tandem patrię restitutus.

### MARSILIVS.

Quod est primo pulchrũ/id pulchrum est seipso/se toto/semp̨ Cap. II.

NOn est igiẽ prima ĩ corpore pulchritudo. Hoc enĩ nõ p̨ se totum/ sed per formã pulchrũ: atq; mutabiliter: nec rursus ĩ aĩa. Nam hęc intellectuali participatione mutabiliterq; fit pulchra. Sed prima ĩ intellectu primo pulchritudo est/splẽdor q̨dã & figura boni. Plotinus apostoli Ioãnis & Pauli mysteria

ſępe tangit: myſterium tamen Trinitatis nō tam aſſecutus uidet̄/ q̄ pſcrutatus/ & prouinbus imitatus.

PLOTINVS.

QVænam igit̄ hæc regio eſt?/Et quo pacto ad eam quis aſcēdere pōt?/Profecto huc ille pōt aſcēdere/qui natura potiſſimū ad amandam trahit̄ pulchritudinē/ & natus ē reuera phūs. Qui ſane uelut amator circa pulchrū ipſum quodā quaſi partus labore uexat̄: neq; tamē pulchritudine corporis ē cō tentus. Sed ab hac cōfugit ad animi pulchritudinem: uirtutes uidelicet/ſcientias/ officia/leges. Atq; inde rurſus ad cām aſcēdit eorum/quæ ī aīa ſūt pulchrorū. Et ſiquid adhuc ſupius extat/quouſq; tādem ad primū uſq; peruenerit: quod a ſe ipſo ſit pulchrū. Quo ſane peruenies/uexari iam deſinit: prius uero nequaquā. Verum quo nam pacto illuc aſcendet?/Et unde facultas eiuſmodi dabit̄?/Et quæ nam potiſſimū ratio amorē hunc quaſi manu ꝓducet ad finem?/ Forſan eiuſmōi ratio pulchritudo hæc corporibus indita corporibus aduentitia eſt. Hę nāq; formę corporū in eis ſunt ceu materia. Subiectū igit̄ permutat̄: & ex pulchro fit turpe. Vnde ratio/corpus participatione quadam pulchrū eſſe conuincit. Quid nā igit̄ illud eſt: quod corpus efficit pulchrū: aliter quidem id pulchrū facit præſentia pulchritudinis. Aliter aūt aīa/quę finxit/talēq; fingendo corpori formā adhibuit. Quid ergo?/Nunqd aīa ſuapte natura pulchrū ipſum eſt?/Minime. Alioqn nō alia quidem ſapiens foret & pulchra: alia uero inſipiēs atq; turpis. Per ſapientiam igit̄ animo pulchritudo cōtingit. Sed quisnam eſt potiſſimū/qui tradit aīo ſapientiam. Hic profecto neceſſario eſt intellectus. Intellectus inq̄/qui non alias quidem ītellectus ſit/alias uero expers intelligētiæ: ſed uerus potius intellectus/ qui hāc ob cām ex ſeipſo ſit pulcher. Sed nunquid ī hoc uelut primo nobis eſt quieſcendum?/An potius ſup mentem quoq; ꝓgrediendū. Nempe mens ipſa nobis ī altū progrediētibus prior occurrit q̄ principiū oīum primū: quaſi in ipſius boni ueſtibulo cōſtituta/oīa in ſeipſa nuntians & ſignificās: uelut quædā ipſius boni figura in multitudinē potius diſtributa. Cū illud prorſus ī unitate cōſiſtat.

MARSILIVS.

Formę/quę ſunt ī materia tāquā ſubiecto/depēdēt a formis/quę ſunt ī aīa mūdi uelut earum fonte: Atq; hę rurſus a formis quæ ſunt ī mente prima tanquā fonte formarū aīæ. Cap. III.

SI anima ſuapte natura intellectualis foret/animæ tum omnes/tum pariter intellectuales forēt: cum uero nō ſint ita/ merito aia uel prima intellectualis euadit participatione quadam intellectus excelſioris.

PLOTINVS.

COnſiderare uero debemus de hac ipſa mentis natura: quā ratio eſſe ſignificat ens ipſum uerū ueramq; eſſentiam/imprimis aſſeuerantes/licet alia procedētes uia/oportere talem quādā eſſe eſſētiam/atq; mētem. Sed forte ridiculum uideri pōt: utrum intellectus ī rerum ordine ſit indagare. Forte etiā nōnulli de hoc ambigerēt: ac de hoc ipſo potius/num talis ſit ītellectus/qualem ipſi deſcribimus. Et nunquid ſit aliquis ſepatus: & ille quidem entia ſit: atq; ī eo ſpērū ſit natura: qua de re ſtatuimus impręſentia diſputare. Cernimus itaq; oīa quæ eſſe dicunt̄/eſſe compoſita/nihilq; eorum ēe ſimplex: tum ſingula quæ arte fiūt: tum etiā quę natura cōſtituunt̄. Siquidē artificia ęs hēnt/lignūq; & lapidē.

Neq; dum tamen ex his ꝑfecta proueniunt/ante q̃ ars unaquęq; agat/hęc qdem ſtatuam:iſta uero lecticam:illa deniq; domũ:agat inq̃ ſuam materiæ ſpẽm adhi bendo. Quinetiam quæ ſunt naturaliter cõſtituta/prędipue quæ ex multis com poſita ſunt & cõgeſta cõmixtaq; dicũtur/reſoluere licet ī ſpẽm cunctis compoſi tis inditam:uelut hoiem ī aĩam atq; corpus/& corpus ī quattuor humores & ele menta. Cum uero horũ quodlibet inuenias eſſe compoſitũ ex materia ſimul atq; formãte:materia enī elemẽtorum ex ſeipſa eſt informis/inquires unde nam ſpẽs materiæ adſit. Quęres quoq; de aĩa/utrum ipſa ſit iam ſimplex:an potius ſit ali quid & ī ea/partim quidẽ ceu materia/ꝑtim uero uelut forma:intellectus.s.q ſit in ea. Alter quidẽ ſicut ī ęre forma:alter aũt uelut qui formã fecit in ęre. Eadem quoq; quiſpiam tranſferẽs ad uniuerſum in eo ſimiliter ꝑueniet tãdem ad ītelle ctum/cognoſcẽs eum effectorem reuera totiusq; artificem. Affirmabitq; ſubiectã huic materiã/inde formas accipiẽtem/ ꝑtim quidem ignem/ ꝑtim uero aquã/aut aerem euaſiſſe/uel terrã:has utiq; formas ab alio ꝑficiſci. Id uero exiſtere aĩam. Rurſusq; aĩam quattuor mẽbris uniuerſi formã tradere. Iam uero mẽtem ipſam aĩæ rõnes infundere:quemadmodũ & artificum animis artes ipſæ rõnes exhibẽt ad agẽdum. Proinde mẽtem alteram quidem/uelut aĩæ ſpẽm/mentem uidelicet ſecũdum formã:alterã uero/quæ ita formam aĩę prębeat/ſicut artifex ſtatuæ for mam. Cui quidem menti inſunt omnia quæ largiť. Et quę largiť aĩę/ueritati pro xima ſunt. Quæ uero corpus accipit/imagines iam ſunt & imitatiões quędam.

MARSILIVS.

Sup aĩas/quę ex potẽtia ī actum intelligẽdi ꝑcedũt/& paſſiõem aliquam ſubeũt/ & habẽt cum deteriore cõmertium/eſt ipſe intellectus actu ſemꝑ intelligẽs/paſſio nis expers/a corporis cõtubernio ſegregatus Cap. IIII.

QVm ex materia rebus mutabilitas accidat/profecto niſi eſſent res quædam a materia ſegregatæ/ordo cõſequẽs ꝑpetuaq; ſucceſſio ſimilium ī tranſmu tatione rerum cõſeruari nõ poſſet.

PLOTINVS.

QAeterum cur nam/poſtq̃ ad aĩam uſq; peruenerīs/nõ potes ī ea tãquam primo quieſcere: ſed ulterius ꝑcedere cogeris?/Quoniã primo quidẽ in tellectus ipſe aliud qddã eſt meliuſq; q̃ aĩa. Quod uero melius ẽ natu ra prius exiſtit. Neq; enī/ſicut multi putãt/aĩa cum iam ꝑfecta eſt/generat intel lectum. Quod.n.aliqd ī potẽtia ẽ/unde nã quãdoq; erit ī actu: niſi cauſa quędã prędit/quę perducat ī actum?/Si enī caſu quodã prodiret ī actũ/cõtingere poſſet: ne ī actum quãdoq; progrederet. Quamobrem neceſſarium eſt/prima ī actu cõ ſiſtere: neq; indiga: ſed ꝑfecta. Quæ uero impꝑfecta ſunt poſteriora eſſe ꝑfectis: perficiq; ab illis/quæ genuerũt/ritu quodam iureq; paterno quandoq; ꝑficienti bus/quæ impꝑfecta ab initio genuerũt. Iam uero quod genitũ eſt/oportet ad effe ctorem habere primo qdẽ ſe uelut materiã:deinde uero formari. Proinde ſi aĩa paſſionem quãdam ī ſe admittit/oportet aũt extare aliquid ꝑcul ab omni paſſio ne ſemotũ: Alioquin oĩa tẽpore dilabenť/oportet aliquid aĩa ſupius eſſe. Prędte rea ſi aĩa eſt ī mundo:atq; eſſe oportet aliquid extra mundũ:hac quoq; rõne ne ceſſarium eſt/ſupꝑ aĩam aliquid eſſe. Si enī quod ī mũdo eſt id ipſum eſt quod ī corpore atq; materia/nimirum nihil idem ꝑmanet/ſi tale quiddã duntaxat exti terit. Quapp hõ & reliqua nõ ſemꝑ erũt. Seminarię quoq; rõnes neq; ſempiternę

neq; ſemp eędem permanebũt. Oportere igitur ſuper animam eſſe mentem/ex his quæ diximus aliisq; permultis intelligere licet.

MARSILIVS.

Intellectus natura perfectus/per ſe ſemp intelligit: quoniam ex ſeipſo intelligit: uidelicet/in ſe cõuerſus. Eſt rurſum talis: quoniã p eſſentiã ipſe eſt hęc ipſa entia quæ intelligit.

Cap. V.

INtellectus pfectus/cũ ſit eſſentia perfecta/pro obiectis habet entia quoq; perfecta. Horum uero multitudo talis nec eſt in pricipio rerũ primo: neq; rurſus ĩ mundo. Vbi & materia infimũ eſt: & forma nõ eſt prima forma. Quoniã cũ ſit in alio/depẽdet ab alio. Eſt igĩ perfectorũ entium multitudo in intellectu eam itelligẽte. Præſertim quia oĩs multitudo rerũ extra ipſum ab eius intelligẽtia proficiſcĩ. Nec igĩ antecedit/nec comitaĩ eam: ſed ſubſequiĩ/ſicut uerba loquentẽ: ſicut proles generantẽ. Virtus quidẽ generandi arq; intelligendi quæ diuerſæ ſunt ĩ aĩa/eadem ſunt ĩ mente. Intelligendo igĩ generat: imo & naturaliter exiſtendo: Sicut ignis calendo/ ſol lucendo/aĩa uiuẽdo. Deniq; rõnes rerum/quę ſunt ĩ aĩa naturaliter mobili/nõ ſunt p ſe ab omni mutatiõe tutę: niſi reducanĩ ad firmas itellectus Ideas.

PLOTINVS.

INtellectũ uero debemus accipe (ſi mõ uera ipſius apellatiõe ſimus uſu i n) nõ in potẽtia itellectũ/neq; ex amentia ĩ mentẽ ꝓgredientẽ. Alioquin alterum rurſus ſuperiorẽ inueſtigare cogemur. Sed itellectum accipe de cet exiſtentem ĩ actu perpetuo: qui & ita ſemper itellectus exiſtat. Si uero itellectus eiuſmodi aduentitiam nõ habet intelligẽtiam/quicqd itelligit/a ſeipſo prorſus intelligit: & ſiquid hẽt/poſſidet a ſeipſo: Quod ſi a ſe & ex ſe intelligit/ipſe profecto exiſtit hæc ipſa/quę & itelligit. Si enĩ eſſentia quidẽ eius eſt altera/quę uero itelligit rurſus & altera/ipſa certe huius eſſentia ent muneris ĩtellectualis expers: neq; amplius ĩ actu/ſed ĩ potentia ĩtellectus. Nõ decet igĩ horum alterum ab altero ſepare: tametſi cõſueuimus rebus noſtris adducti/illa quoq; inter ſe noſtris cogitationibus ſepare. Quid nam igĩ agit/quid ue intelligit? Vt illa illum quæ intelligit/eſſe ponamus. Profecto cum ſit itellectus atq; ens/p uerum eſſẽdi modum entia itelligit/& inducit. Eſt igĩ entia. Aut enim illa alibi exiſtentia intelliget: aut in ſeipſo /tanq̃ exiſtentia ipſum. Alibi quidem impoſſibile eſt. Nam ubi potiſſimũ? Seipſum igĩ/& pęnitus ĩ ſeipſo. Nõ enĩ intelligit hæc ĩ rebus (ut multi putant) quæ ſenſibus offerunĩ. Nam unũquodq; primũ nõ eſt ex eorum genere/quę ſenſibus attigunĩ. Quod enĩ in his eſt tanq̃ forma/in materia eſt/& entis ipſius imago. Spẽsq; oĩs/quę in alio iacet/etiam dependet ab alio/ referĩq; ad illud: atq; eſt illius imago. Præterea ſi neceſſe eſt intellectũ eẽ uniuerſi huius artificem/hic certe nõ intelliget ea/quę ĩ eo quod nõdum eſt/exiſtant: ut ipſum efficiat. Igĩ ante mundũ illa oportet exiſtere/nõ tãq̃ figuras impreſſas ab aliis: ſed pręcipua quędã exemplaria/primaq;/& mẽtis eſſentiã. Siqui uero dicãt/ſemi nales ad id ſufficere rõnes/proculdubio aſſerẽt ſempiternas: ac ſi ſempiternæ ſũt & ꝓcul ab omni paſſiõe ſemotę/eſſe eas oportet ĩ mente: & illa quidem talĩ: quę habitu/& natura/& aĩa prior exiſtat. Sũt enĩ hæc ĩ potẽtia quadã/ & ĩ illius potẽſtate cõſiſtunt. Mens itaq; entia ipſa eſt/ſecũdũ uerum eſſendi modũ: nõ ea quę alibi ſint intelligẽs. Hæc enĩ neq; ſunt ante ipſam/neq; poſt ipſam. Sed mens eſt

tanquam legiſlator primus: īmo uero ipſa lex ipſius eſſe. Recte igiť dictum eſt. Idem ſane ītelligere eſt/atq; eſſe. Item ſcientia eorū quæ ſunt abſq; materia/idem eſt atq; res ipſa. Rurſus inueſtigaui equidē meipſum tāquā unū aliqd entium. Teſtanť idem reminiſcētiæ. Nullū nāq; entium ē extra mētē: neq; rurſus in loco. Manēt uero ꝑpetuo ī ſeipſis: neq; muratiōem neq; iteritū ſubitura. Ideoq; ꝑ uerū eſſēdi modū entia ēe cēſenť. Alioqn ſi orianť/ & occidāt/eſſe aduēritiū ſortienť: Neq; hæc ulterius entia ipſa erūt: Sed illud potius ens ipſū erit. Nempe quæ ſentiunť/participatiōe quadam ſunt ād ipſum/quod eſſe dicunť. Quippe cū ſubiecta natura formā accipiat aliunde: ſicut ęs accipit ab arte ſtatuaria formam: & lignum ab arte fabrili/dum uidelicet ars ī materias tales ꝓgredіť ꝑ imaginē. Ipſa uero ars interim extra materiam in eodem habitu ꝑſeuerat: habetq; uerā in ſe ſtatuam/atq; lecticam. Sic ergo uniuerſum hoc ī genere corporū particeps dūtaxat imaginū manifeſte teſtať/entia ipſa a corporibus eſſe diuerſa. Illa enī īmutabilia ſunt. Hęc uero mutanť. Illa ī ſeipſis firma cōſiſtūt/loci nullius egena. Illa enī nulla magnitudine protendunť: ſed ītellectualem ſubſtantiam habent ſibi ſufficientem. Corporum nāq; natura alio quodā ſemp indiget ſeruatore. Mens uero cū mira quadam natura ſubſtineat/& cōſeruet ea quæ ſuapte natura cadunt/merito ubi ipſa fundeť/deſiderare nō cogiť.

MARSILIVS.

Ideę in intellectu ſunt proprie quædam poteſtates eius: ꝑ quas ipſe eſt aliter/aliter ue definitus. Cap. VI.

QVoniam uero eadē ibi eſt intelligendi & generādi facultas/ideo illic ideę q nō ſolum ita ſe habent ut uariæ notiōes/ ſed etiam ut multæ uires ſeminales ī aīa. Inde quidem dicunť exemplaria: hinc uero principia rerū. Rōnes & ſpēs utrobiq;. Proinde q̄litates oīo materiales/calor/frigus/& ſimiles nequeūt unionē habere mutuam ſine cōfuſione. Aut. n. ſeiuncta manēt: aut ſi cōmiſcētur uel una cōfundit alias: uel cūctæ a ſe inuicē cōfundunť: adeo ut alia quędā reſultet ex cūctis. Qualitates minus materiales/ut ſapores/uniri poſſunt/ut illę cum cōfuſione quidē/ſed nō tanta. Odores aūt quaſi adhuc minus materiales uniuntur in eodē medio differētes/& aliquanto minus alter cōfundit alterū. Cōfundit tamē. Voces diuerſæ magis adhuc uniunť in medio: minusq; cōfundunť. Quia materiales minus. Spēs uero colorum etiam cōtrariorū/quia īmateriales ſunt in eodem puncto uniunť: & ſine ulla mutua cōfuſione diſtinctiſſime illic extāt. Vnde cōcludiť/uniōem formarū ſine cōfuſione. i. coniuctarū quidē/& interea diſtinctarum eſſe ī aīa poſſe tāquam eſſētia quadam īmateriali/ & multo magis ī mente adhuc magis a materia ſepata. Cum. n. ꝓ diſceſſum a materia gradatim creſcat unio formarum/pariterq; diſtinctio: conſequēs eſt/in mēte unitiſſimas eſſe ſimul atq; pariter diſtinctiſſimas.

PLOTINVS.

INtellectus igiť ipſa entia ſit: hēatq; oīa ī ſeipſo nō tāquā loco: ſed tanq̄ ſeipſum habēs/unumq; cū ipſis exiſtēs. Sūt āt illic oīa ſimul: ſed nihilo minus iter ſe diſtinguntť. Quando & aīa multas ſimul ſcientias habēs/ nihil tamē hēt ī ſe cōfuſum: ſed unaquęq; ſcientia/quādo res poſtulat/ſuum munus exequiť: neq; interim ſecū alias cōtrahit. Vnaquęq; uero notio agit pura ab aliis intimis notionibus expedita. Sic igiť multoq; magis ītellectus ē ſimul oīa/

rurſusq; nō ſimul: quoniā illic unūquodq; poteſtas quędam propria eſt. Vniuerſus uero itellectus oīa/ſicut genus ſpēs cōtinet: & ſicut totum partes. Quinetiā uires ipſę ſeminum/huius quod mō dicebā/imaginē referunt. In toto enī ſemine indiuiſa ſunt oīa: ibiq; rōnes inſūt/uelut ī uno quodā cētro collectę. Sed alia illic oculi/alia manuū ſeminalis ratio eſt. Quod ue diuerſę ſint/ex diuerſis inde genitis patefactūt. Vires igit̄ ſeminibus inſitę id certe habēt/ut earum unaquęq;/una tota ſit ratio/una cū partibus ī ſe neceſſario cōprehenſis. Iam uero quod ibi corporeum eſt/materiam habet/quātum illic eſt/uelut humidū. Ipſa uero ratio ſpēs quędam eſt undiq;: & ratio qdem ipſa eadem eſt cum ſpecie aiæ generāte. Quę quidem aīa imago eſt aiæ melioris. Hāc nōnulli naturam uocāt ſeminibus inſitam. Quæ quidē inde exordiēs ab his quæ ſupiora ſunt/quemadmodū ex igne lumē: permutat materiam/atq; format: nō qdem per uiolētiam impellendo: neq; tanquam quibuſdam iam diuulgatis uectibus agitando: ſed rōnem ſeminariam adhibendo.

MARSILIVS.

Notiones ſenſibilium ī aīa nuper acquiſitę uel editę nō ſūt ipſa ſenſibilia. Abſolutæ uero itelligibiliū notiōes ī potētiā rōnalem uenientes ab itellectu/quodāmō ipſa intelligibilia ſunt. Cap. VII.

QVoniam uidelicet intellectus eſt ītimus animę/tum proprius/tum cōis. In proprio qdem notiōes & itelligibilia idem magis ſūt. In cōi ſūt maxime idem. Intellectus proprius (ut ſæpe Plotinus ait) animæ ineſt ut forma. Cōmunis aūt tāquā agēs adeſt aię. Cum uero ipſum itelligibile ſe habeat ad itelligētiam ferme uelut motor: ideoq; quodāmodo antecedat/nō debemus dicere itellectum fieri itelligibilia/ poſtq̄ itellexerit ea: ſed potius e cōuerſo. Præſertim quoniam alioquin itelligētię caſu quodam exorirent̄: & quaſi quædam figmenta forent.

PLOTINVS.

PRoinde ſcientiæ quæ ī rōnali aīa ſunt: quæ qdem ad ſenſibilia pertinēt: ſi modo horum notitię nobis ſunt ſcientię nominādę: quippe cum opiniones potius deceat noīare. Ipſę inq̄/cum rebus poſteriores ſint/earundem ſūt & imagines. Quę uero ſpectāt itelligēda/quę & reuera ſcientię ſunt/ab itellectu ī aiam rōnalem ꝓuenientes/ſenſibile quidem nichil itelligūt. Quatenus uero ſcientiæ ſunt/ſingula ipſa ſunt/quæ & itelligūt: ipſumq; ab intimo intelligibile & itelligētiam habēt. Quoniam itellectus ē intimus/q eſt ipſa prima/ perpetuo ſecū habitās/actusq; exiſtēs: neq; aciem intēdēs/quaſi nō habeat: neq; acquirens aliquid/ſiue diſcurrēs per ea quæ impromptu antea nō habuerit. Nam conditiones euiſmodi aię potius eſſe uidētur. Sed ī ſeipſo pęnitus cōquieſcit/cūcta ſimul exiſtēs: neq; ad id utens itelligētia/ut ſingula ī ſe in eſſe perducat. Non enī quādo itellexit Deum/factus eſt Deus: neq; poſtquā itellexit motum/factus eſt motus. Quapp quod dici ſolet/ſpēs itelligentias eſſe/ſi ita dicat̄/ut poſtquā intellexit hoc ipſum/factus ſit/uel exiſtat hoc ipſum/nō recte dicit̄. Oportet enim hac intellectione prius eſſe quod itelligitur. Alioquin quo nā pacto ad ipſū procedet itelligendum. Neq; enī ſorte quadam in ipſum incidit: neq; temere uel ſtra contendit.

MARSILIVS.

Intellectus quidem absolute sumptus est omẽs ideę. Idea uero quælibet non est intellectus absolute sumptus: sed itellectus eiusmodi. Item Idea quęlibet differt ab itellectu rõne quadã intellectuali tantũ. Ideę uero iter se differũt ex natura rei & rõne formali.

Cap. VIII.

QOtius enĩ licet dicere: Idea hois est itellectus/& Idea equi est itellectus/q̃ p ideam hominis ẽe ideam equi. Quãuis sub uniuscuiusq; ideę actu cętere sint uirtute uel cõsequẽtia quadam/quemadmodũ propositiões i geometria deinceps dispositę se ad geometriam habẽt/atq; inuicem. Præterea cum ens naturali quodam ordine antecedat itellectum/merito necessaria distinctio entis in suos essẽdi modos atq; ĩentia/quodãmodo præcedit usum itelligentiæ. Qualem sane distinctiõem neq; Platonici neq; Christiani i primo rerũ pricipio liben ter admittũt. Sicut cõsideramus ibi naturã entis intelligẽtiãq; cõem/ita in quauis idea propriam quãdam entis naturam itelligẽtiamq; propriam: Quæ sunt quasi duo quædam/nõ ut materia & calor/ut diaphanum atq; lux: sed ut calor atq; calere/ut lux atq; lucere. Quorum utrũq; est actus. Ideoq; re ipsa sũt unum. Quanuis igit̃ itelligẽtia sit intimus entis actus/tamẽ est actus utrũq;.

PLOTINVS.

QVm igit̃ quod itelligitur/ intimũ sit/ hoc ipsum itimum/unum quiddã est & spẽs & idea. Quid nam igit̃ hoc est? Sane est itellectus intellectualisq; essẽtia/& idea quęlibet ab itellectu nõ differẽs. Sed unaquęq; est intellectus. Atq; oĩo itellectus quidem ipse cõis est spẽs omẽs. Vnaquęq; uero spẽs unusquisq; est itellectus. Quemadmodũ tota quędam scientia cunctę cõtemplationes suæ atq; notiões. Et notio quælibet pars est totius/nõ diuisa loco: sed habens unaquęq; i toto uirtutem. Hic igit̃ itellectus est i seipso i eodem secũ habitu cõquiescens/æterna oĩum plenitudo. Si autem itellectus ipse cogitaretur ipso ente prior/oporteret inde dicere/intellectum agẽdo intelligẽdoq; generare entia atq; perficere. At quoniam necessarium est ens intellectu prius excogitare: fateri oportet/entia ipsa itelligẽti imprimis inesse. Actum uero itelligentiamq; entibus ipsis accedere/quemadmodũ igni iam ignis actũ: adeo ut entia imprimis sic pę nitus insita/intellectum i seipsis uelut actũ proprium habeãt. Est aũt ens quoq; ipsum actus. Vnus igit̃ utrisq; actus est: ĩmo uero ambo sũt unum. Vna igit̃ natura ens ipsum est/atq; itellectus. Quapp entia & entis actus/& intellectus talis unum sũt. Atq; itellectiones eiusmodi spẽs & forma actusq; sũt entis. Verũtamẽ a nobis talia partientibus/alia illic ante alia cogitantur. Alter enĩ est partiẽs intellectus. Ille uero & impartibilis/& minime partiens/ens ipsum est/atq; oĩa.

MARSILIVS.

Si mens formas disponit in mũdo p intelligẽtiam naturalem/eas ipsa formas in se modo quodam naturali complectit̃.

Cap. IX.

SIcut animæ essentia suas uires ex ipsa fluẽtes: sicut natura genitalis rõnes membrorũ seminales: sicut spẽs ignis lucem/calorem/siccitatem/leuitatẽ/raritatem. Atq; ita ferme ideę cõueniunt inuicem/atq; differũt. Necesse est enim differre ideas rõne formali: ne alioquin distinctio formarum ordoq; in rebus proueniat ex materia: uel accidat ex fortuna: uel contingat ex diuersis agentibus fortuito concurrentibus. Sin autem Deus extra se agit libera uoluntate/

quod in Theologia probamus more architecti & geometræ/rerum habet ideas.

PLOTINVS.

SEd quę nam ſunt in una illic mente/quę cogitãtes ipſi partimur/Opor tet enī ea quieſcentia proferre: ac uelut ex quadã ſcientia ī uno manẽte pronũtiare: atq; ita quæ inſũt/planius intueri. Cum igit̄ mũdus hic ſit aīal/aīalia cũcta cõplectẽs: & ab alio accipiat eſſe/atq; eſſe tale: illud ãt a quo eſt/ redigat̄ in mẽtem/neceſſarium eſt & ī mente uniuerſum imprimis totius exẽplar extare: atq; hũc intellectũ mũdũ ipſum ītelligibilem eſſe: de quo Plato in Timeo inquit: Intellectus ī eo quod eſt uiuẽs ſiue aīal/ideas ītelligit. Sicut.n. ubi adeſt ratio ſeminaria/quæ aīal quoddam eſt/ſimulq; ſubeſt materia rõnem ſeminariã ſuſceptura/neceſſarium ẽ aīal generari: ita cum adſit natura ītellectualis omnipo tentia pollẽs: nihilq; impediat: quippe cum nihil ītер hãc & ſuſceptaculum ſe me dium interponat/neceſſarium eſt hoc quidẽ ornari/illud aũt hoc exornare. Sed enim quod exornatũ eſt/ſpẽm iam diuiſam habet/ alibi quidẽ hoiem: alibi uero ſolem. Exornator ille cõtra in uno quodam oīa poſſidet.

MARSILIVS.

Quælibet Idea cõmuniter & ſimiliter eſt eſſẽtia uiua ītellectualis/ſpẽs/actus. Ce tis aũt inter ſe proprietatibus differũt

Cap. X.

FOrmalia ī mũdo oīa/& motus actiõesq;/& effectus eorum naturali & ſpe ciali quodam ordine procedentes proprias illic habẽt ideas. Defectus ue ro formarum progreſſionũq; naturalium nequaq̃. Sed aliunde cõtingũt: & p ideas formalium cognoſcunt̄.

PLOTINVS.

QVęcũq; igit̄ in mũdo ſenſibili ſũt tãquam ſpẽs/inde procedũt: alia uero nequaq̃. Quãobrẽ nihil eorum ibi eſt/quæ pręter naturã ſũt. Quemad modum neq; quicquã præter artem artibus ineſt. Neq; eſt in ſeminibus claudicatio. Clauda nãq; cõditio pedũ ī generatiõe cõtigit. Vbi rõ ſeminaria mi nime ſupat. Nempe ſpẽi iactura caſu accidit & fortuna. Qualitates ãt ipſi natu ræ cõſentaneę/quãtitates/ numeri/generatiões/habitus/profectus/actiões/ paſſio nesq; uidelicet naturales/& motus/& ſtatus tum uniuerſali tum particulari con ditione ex eorum numero ſunt/quæ ſunt ibi/& inde proueniunt. Pro tempore aũt illic regnat ęternitas. Sed pro loco illic rõne quadam intellectuali aliud repit̄ ī alio. Cum igit̄ illic ſimul oīa ſint/quicqd potiſſimum ex illis accepis/eſſẽtia ẽ/ ītellectualisq; natura/& uitæ compos exiſtit. Sic utiq; ibi ẽ idem & alterum/mo tus & ſtatus: mobile & cõſiſtens/eſſẽtia/qualitas: & oīa prorſus eſſẽtia. Nõ enim in potẽtia: ſed ī actu ens eſt unũquodq;. Quãobrem qualitas ab unaquaq; eſſen tia nõ ſecernit̄. Sed nunqd hæc ſola illic ſunt/quæ mũdo ſenſibili cõtinent̄?/An potius & alia multa. Verum prius de his quæ artibus pertractant̄/ uident̄ cõſide randum. Nam malũ qdem ibi uel inde nihil. Malum.n. hic accidit ex indigẽtia priuatione/defectu. Malum ſane eſt paſſio quędã infortunatę materię formã mi nime cõſequẽtis. Itemq; eius quod materię ſimile uident̄ euadere.

MARSILIVS.

Artificia quæ uel ſolum imitatione quadam rerum motionumq; naturalium fiunt: uel etiam ab ingenio naturaliter artificioſo proueniunt/nõ habent pro prias illic ideas.

Cap. XI.

Sed partim rediguñ ad ipſas naturalium ideas/ptim ad rõnes rerũ/numerorum/menſurarũ/modorũ/aĩo rõnali ingenitas/& ab ideis ſimilibus dependêres. Cõtẽplatio rerũ philoſophica diuinã ſapientiã hẽt ideã: prouidentia priuatim uel publice gubernans diuinam prouidentiam ſuſpicat pro idea Tempus ęternitatem.

PLOTINVS

Sed ut ad artes iã & artificia ueniamus/artes quę ſic imitatorię ſũt quẽad modũ pictura ſtatuaria/ tripudiũ/geſticulatio manuũ/ cũ hic quodãmõ cõpentur atq; conſiſtant/& ſenſibili utañ exẽplo/ ſpẽſq; imitenñ & motus. Item cõcinnitates/quas aſpiciunt/ad ꝓpria tranſferant/ nõ recte illuc reduci poſſe uidenñ: niſi ipſa hois ratione. Siquis aũt habitus ex ipſa concinnitate quæ aĩalibus ineſt/generatim decorũ in cũctis cõſideret aĩalibus/pars utiq; facultatis illius erit/quę illic quoq; cõſiderat ĩ mundo diuino/cõcordiãq; oĩum contẽplañ. Quinetiã muſica oĩs circa cõſonantiã & modulorum numeros occupata/quatenus numerorũ cõcentuſq; rõnes quaſdã intelligibiles contẽplatur/ eodem ſe mõ habet/quo & ratio illa/ quę numerũ ipſũ & cõcentũ in ſeipſa habet intelligibilẽ. Quęcũq; uero artes res ſenſibiles fabricãt ſicut architectus & faber/ q̃tenus utuntur proportionibus menſuratũ/initium inde/ & nõnihil ſapiẽtiæ illius habere uidentur. Cum uero regulas menſurarũ cum materia ſenſibili miſceãt/nõ oĩo inde dependent: niſi forte quantũ in homine ſũt. Quinetiam neq; agricultura corporeis plantis afferens auxilium: Item medicina ſanitatem curãs humanam: rurſus quæ robur/firmumq; corporis habitum preſtat hominibus. Alia.n. poteſtas illic uiget & ſanitas/per quam aĩalia omnia firmitatẽ habent ſufficientem. Proĩde ars oratoria/& exercitus prefectura/diſciplinaq; rei familiaris & publicæ/ ſi quando in actionibus honeſtum ipſum obſeruant: ſupernamq; conſiderant honeſtatem/ ſortem ſane inde ad ſcientiam habent/ex illa quæ ibi uiget ſcientia. Tum uero geometria ad intelligibilia pertinẽs/illic eſt collocãda. Sapientia quoq; ſimiliter quę circa ens ipſum per excelſa uerſañ. Ac de artibus quidem/ artiumq; muneribus hactenus.

MARSILIVS

In ipſa hominis rationalis intellectualiſq; idea ſummatim continetur omnis artificioſa facultas & ingenio proceſſura Cap. XII.

Omnes formales inter indiuidua differentię non contingentes ex diuerſitate materiarum uel locorum/illic ideas habent: ſed uirtute quadam potius q̃ actu proprio/ſcilicet quatenus in ſpeciebus ipſis/quarum proprie & præcipue ſunt ideæ/continẽtur uarii quidam ſingularesq; formarum modi/inde quandoq; pululaturi.

PLOTINVS

Iam uero ſi hominis illic eſt idea/ eſt & rationalis: eſt artificioſi ſimiliter. Sunt illic præterea artes quę mente concipiuntur/ & pariuntur ut proles. Dicendum quoq; eſt/ uniuerſalium ſpecies illic exiſtere non Socratis uidelicet: ſed potius hominis: tametſi de homine præcipue cõſiderandum eſt: nunquid ibi ſingularis etiam ſit idea. Singularis inq̃/propterea ꝙ nõ idem eſt uel habet aliud atq; aliud ſingulare. Hic quidem ſimus eſt: ille uero eſt aquilinus. Eiuſmodi uero proprietates ponendæ in hominis forma ſunt/

tanq̃ formarum differentiæ quędã: ſicut & aĩalis ſuæ differentię ſunt. Sed a mate
ria proficiſci: q̃ hic quidẽ hac cõditione/ille uero illa potius ſit aquilinus. Et co
lorũ ſimiliter differentias alias quidem exiſtimare debemus ĩ rõne & forma cõſi
ſtere: alias ãt ex materia lociq; diuerſitate cõtingere.

MARSILIVS.

Res quęlibet materialis ad ſuam ideam ſe habet/ut imago picturaq; ad ſubſtan
tiam uiuam. Cap. XIII.

ANimæ uero mentesq; & conſumatæ uirtutes earum extra ideam uerę res
exiſtunt/ quemadmodum in idea. Nec tam æquiuoca q̃ uniuoca deno
minatione ſunt eadem. Nec differũt/ut homo pictus a uiuo: ſed potius
ſicut puer a uiro.

PLOTINVS.

REliquum eſt indagare num ſola illic ſint: quę ſenſibili ordine cõtinẽtur:
an etiã ſicut aliud quiddã ẽ noſter hic homo: aliud ipſe homo/ſic aliud
ibi ſit ipſa aĩa/q̃ hæc anima. Similiter hæc mens/& ipſa mens aliud. Dicẽ
dum igit̃ primo quidem/nõ oĩa quæ hic ſunt exiſtimanda eſſe exẽplariũ ſimula
chra: neq; aĩam eſſe ipſius animę ſimulachrũ. Verũtamen alteram alteri dignitate
prędare. Atq; hic quoq; eſſe. Forſan uero nõ quatenus hic eſt/animã ipſam eſſe.
Cum uero aĩa quælibet reuera ſit/eſſe quoq; iuſtitiã quandã & tempantiam ĩ aĩa
bus quoq; hic habitantibus: & ſcientiã præterea ueram: neq; imagines duntaxat
neq; ſimilitudines illorum tanquã in ſenſibili loco uerſantes/ſed eadem illa alio
quodam pacto hic exiſtentia. Non enim in loco quodam determinata ſunt illa.
Quapropter ubi anima emergit e corpore/ibidem ſunt & illa. Mũdus nãq; ſenſi
bilis uno tantũ loco determinatur. Mũdus aũt intelligibilis eſt ubiq;. Quotcũq;
igit̃ anima talis hic habet/eadem rurſus & ibi. Quãobrem ſi ea quę i loco ſenſibi
li eſſe dicuntur/itelliganť eſſe quę in genere uiſibiliũ numerantur/nõ ſolum quæ
ſunt in mundo ſenſibili/ſunt & ibi: ſed plura illic exiſtunt. Si ãt ſic in mũdo eſſe
dicantur/ut ſimul & anima/& quę inſunt animæ comprehendãtur/ nimirum hic
ſunt omnia/quæ ſunt & ibi.

MARSILIVS

Multa putrefactiõe caſu quodam præter ideas accidunt/& deformia: quoniã ue
getalis aĩæ pars quę eſt ultimũ diuinorũ nõ põt oĩo materiã ſupare Cap. XIIII

NEc etiam ideas habent quæ abſq; ordine certo ad finẽ directo nónunq̃
in unũ confluũt. In ipſa hominis idea cõtinẽtur artes ingenioſæ atq; ne
ceſſarię. Ipſa aĩa ẽ idea aĩę. Huic proxima eſt aĩa pęnitus intellectu forma
ta. Longius uero diſtat aĩa eadem uniuerſalẽ quandoq; mũdi prouidẽtiam ĩ ſe
fingens: longiſſime tandem eadem aĩa particulari prouidentiæ iam addicta.

PLOTINVS

NVnquid igitur hanc naturam in genere intelligibili omnia continen
tem/eſſe principium ipſum exiſtimare debemus? Sed quo nam pacto?
Quippe cum ipſum reuera principium omnino unum ſit/ atque ſim
plex: in ipſa uero entiũ plenitudine ſit neceſſario multitudo. Sed iterũ
quo nam modo natura plenitudoq; talis prẽter ipſum unum eſt ab uno? & quo
modo hæc inde profluit multitudo? Qua ue conditione hæc omnia. Item cur
intellectus hæc & unde. De his ſane alibi/ alio quodam exordio eſt dicendum.

Vbi uero queritur nũquid ibi ſit ſpecies eorum etiã quæ ex putrefactione fiunt difficiliumq; & admodum moleſtorũ: item ſordium atq; cęni: dicendũ eſt: quot cunq; mens ducit a primo/omnia eſſe optima: in quibus utiq; ſpẽbus/hæc nõ in ſunt. Neq; ex his mẽtem accipere/ ſed animam a mente quidem accipere multa: admittere inſuper a materia plurima/ĩ quibus hæc accidunt. Verum de his apertius explanabitur: ſi ad dubitationem illam regrediamur: qua quæritur/quomõ ex uno profluat multitudo. Iam uero cõſtat illa cõpoſita quę temere fruſtraq; fiunt: nec mẽte: ſed ſuo quodam impetu ĩ hoc ſenſibilium genere cõfluunt/ ſpeciebus ipſis minime contineri. Pręterea quę putrefactione fiunt/ex quadam animę ſorte cõtingere. Tunc forſan aliud non potentis. Alioquin feciſſet proculdubio aliquid naturæ potius conſentaneum. Facit igitur ubi & quomodo poteſt. Patet quinetiam eas artes in ſuperna ipſa natura hominis contineri/quęcunq; referuntur ad illa/quę ſunt generi hominum naturalia. Priorẽ uero cęteris uniuerſaliorem eſſe: & uniuerſali priorem ipſam animã/ aut uitam in mẽte prius q̃ euaderet anima: ut & fiat inde hæc anima/& contingat illã pręcipue ipſam animam apellare.

## ENNEAS PLOTINI SEXTA TRANSLATA AB EODEM MARSILIO FICINO FLORENTINO


Primus liber. De generibus entis
Secundus quoq; de generibus entis
Tertius etiam/de generibus entis
Quartus/ Quod ens unum idẽq; exiſtẽs ſimul ſit ubiq; totũ.
Quintus/iterum q̃ ens unum idẽq; exiſtẽs ſimul ubiq; ſit totũ.
Sextus/De numeris
Septimus/Quomodo multitudo idearum extat: atque De ipſo bono.
Octauus/ De libertate: & uoluntate ipſius unius.
Nonus/ De ipſo bono uel uno.


### MARSILIVS

Multas de rerum generibus quæſtiones tangit: Nihil uero in hoc capite definire uidetur.

Cap. Primum.

### PLOTINVS
### DE GENERIBVS ENTIS

u ETVS ADMODVM quęſtio eſt/quot nam & quæ ſint quæ eſſe dicuntur. Alii quidem ens unum tantum: alii uero plura: ſed definita: alii deniq; infinita dixerunt: horũq; ſinguli/alii aliud in medium attulerunt/ſiue unum/ſiue finita/ſiue infinita poſuerint. Cum uero opiniones eiuſmõi a poſterioribus ſatis iam examinatæ fuerint/nobis ſunt impræſentia dimittẽdæ. Eorumq; duntaxat opinio conſideranda eſt: qui diſcuſſis antiquioribus determinata quædam rerum genera poſuerũt. Qui ſane neq;

ſuſceperunt unũ: quoniã multa etiã in rebus ĩtelligẽdis eſſe uiderũt: neq; rurſus infinita admittere uoluere: quoniã neq; id fieri poſſet: neq; ulla ꝑſus ſcientia foret. Finita uero/ in ipſorũ numerũ redigentes/ cum nõ recte poſſẽt hæc elementa dicere/ quoniam ſubiecta ſibi multa cõprehẽderent/ nimirũ hęc genera quędã potius apellarũt. Alii qdẽ decem: alii uero pauciora. Forſan etiã nõ deeſſẽt/ qui plura inſup nobis adducerent. Eſt aũt in generibus etiã differẽtia. Nam alii genera eſſe principia uoluerũt. Alii res ipſas totidẽ eſſe genere. Prĩcipio igiť eorum ſententia/ qui res oẽs partiti ſunt ĩ decẽ/ nobis accipiẽda uidetur: inueſtigaturis nunquid decem genera eſſe uelint/ cõmune nomẽ entis habẽtia: ſiue prędicamẽta decem. Nã & ipſi fatenť ens ipſũ non eſſe ĩ cunctis uniuocũ/ & recte fatenť. Immo uero/ illud prius interrogandũ/ nũ illa decẽ tam rebus intelligendis q̃ ſentiendis ſimiliter inſint: an potius in ſentiẽdis oĩa. In his uero quæ ad intelligẽtiã ꝓtinẽt: alia quidẽ ſint/ alia uero nequaq̃. Viciſſim aũt hæc ſe habere nemo utiq; dixerit. Vbi certe uidetur ĩueſtigandũ quę potiſſimũ e numero decẽ intelligibili naturæ cõueniant. Et nũquid quę illic ſunt/ ſub eodem genere/ ſub quo hæc noſtra ſint colligẽda. An potius quę illic eſt/ & quæ hic/ æquiuoce dicatur eſſentia. Verum ſi æquiuoce plura ſunt genera. Si aũt uniuoce/ ſtatim abſurdũ eſt/ eſſẽtiã idẽ ſignificare: tum ĩ his quę primo ſunt: tum ĩ his quę poſterius. Quippe cum non unum ĩ eis cõe ſit genus/ in quibus aliud quidẽ prius ẽ/ aliud uero poſterius. Sed de rebus ad intelligẽtiã ꝓtinentibus ſecũdum diuiſionẽ nõ loquunť. Nõ igiť oĩa oĩo quę ſunt diuidere uoluerunt. Sed quę maxime ſunt potius dimiſere.

MARSILIVS

Non facile concedendum eſt res ĩcorporeas ſimul atq; corporeas: item formam atq; materiam: & compoſitum & ſingulare atq; uniuerſale in uno ſubſtantiæ genere conuenire

Cap. II.

PLOTINVS

QVærendum eſt iterum/ nunquid hęc exiſtimanda ſint genera. Et quomõ ſubſtantia unum genus ſit. Ab hac enim omnino uidetur incipiẽdum. Dictum quidẽ eſt/ nõ poſſe genus unũ ſubſtantiæ/ eſſe cõmune intelligibili ſenſibiliq; naturæ. Nam ſic etiam aliud quiddam erit ſuper ĩtelligibilem ſenſibilemq; ſubſtantiam de utriſq; communiter prędicatum. Quod quidem neq; corpus/ nec incorporeum erit. Alioquin ſiue genus illud corpus ſit/ ſequetur quod ſub eo incorporeum dicitur/ eſſe corpus: ſiue ſit incorporeum/ ſequetur iterum/ quod ſub eo corpus dicitur incorporeum eſſe. Quinetiam ĩ his quę hic a nobis ſubſtantiæ apellantur/ quęrendum eſt/ quid nam commune ſit materiæ & formę atque compoſito. Hæc enim omnia ſubſtantias eſſe aiunt: neq; tamen æque ſubſtantias eſſe. Quandoquidem forma magis q̃ materia ſubſtantia dicitur: & recte quidem. Quanq̃ alii forte dicerent materiam magis eſſe ſubſtantiã. Prętera ſubſtantiæ quę primæ dicuntur/ quid nam cõmune cum ſubſtantiis ſecundis habebunt. Quãdoquidem ſecũdę ſubſtantiæ a primis id ipſum habent ut ſubſtantiæ apellentur. Omnino uero apud eos quid nam ſit ſubſtantia explicare nõ datur. Neq; enim ſiquis etiam proprium ſubſtantię nobis aſſigneť/ iam quid ipſa ſit aſſecutus erit. Ac forte quod tanq̃ proprium ſubſtãtię aſſignatur/ ſcilicet ꝙ unum atq; idẽ numero cõtraria uiciſſim ſuſcipe poſſit ſubſtãtus omnibus conuenire uidetur.

MARSILIVS

Quas Peripatetici ſubſtãtias nominant/probabilius eſt in una ſerie deinceps ab uno dependente diſpoſitas eſſe q̃ in eadẽ natura cõgruere. Cap. III.

PLOTINVS

QUerum nunquid unum quiddam prædicamentum eſſe/dicẽdum eſt: ſub quo cõmuniter comprehẽdamus intelligibilem ſubſtantiam/ & formã/ & materiam/atq; compoſitũ? perinde ac ſiquis Herculidum genus unũ aliquid dixerit/nõ tanquam cõmune quiddam ſit cunctis: ſed tanq̃ ab uno deſcendãt. Primo nanq; ſubſtantia eſt illa. Secũdo uero gradu atq; minus reliqua. Verum qd nam prohibet omnia prorſus unum eſſe prædicamentum. Etenim & reliqua omnia quæ eſſe dicuntur/a ſubſtãtia eſſe qd prohibet? An forte reliqua quidem paſſiones quædam ipſius ſubſtantię ſunt? Ipſæ uero ſubſtãtiæ alio quodam pacto deinceps diſpoſitę ſunt? Sed enim neq; dum hoc pacto in ſubſtantia gradum ſiſtere poſſumus: neq; quod eius potiſſimum ſit accipe: adeo ut ab illo ſubſtantias quoq; alias capiamus. Proinde cognatę quidem iam ita ſint inter ſe omnes quæ ſubſtantię nominantur: habentes aliqd præter reliqua genera. Quid nam igitur ſibi uult hoc ipſum quod dicitur qd atq; quod/& ſubiectum/& non ſubiectũ: neq; eſſe in alio uelut ſubiecto: neq; id ipſum quod eſt/alicuius alterius ita eſſe/ſicut albedo eſt corporis qualitas: & quãtitas eſſẽtiæ aliquid. Item motionis tempus: & motio ipſius mobilis aliquid. At uero ſubſtantia ſecunda de alio prædicatur. Sed forſan alio modo hæc de alio dicitur q̃ reliqua ſoleãt: uidelicet tanq̃ genus: quod uelut pars quædam inſit. Sitq; ad illius in quo eſt ſubſtantiã attinens. Albedo uero ſic de alio prędicatur/ut in alio iaceat. Cętęrum hęc quidẽ propria dicet quis ad alia: ideoq; ita congregabit in unum/ & ſubſtantias apellabit. Vnum uero quoddam genus nõ rite dicet: neq; notionem & naturam ſubſtantiæ declarabit. Sed hęc quidem hic iam finem habeant: ad quãtitatis naturã proficiſcamur.

MARSILIVS

Numerus/continuum/locus/tempus/quę Peripatetici in unc quantitatis genere collocãt nõ uidenť habere unam naturã cũctis ęque cõem: ſed potius in cõmuni quadã ſerie deiceps diſponi p gradus reductos ad q̃titatẽ primã Cap. IIII.

NVmerus quidem ſolus uidetur eſſe per ſe quantus/ ipſaq; quantitas/ In hoc ipſa unitas unitatem deinceps unãquanq; definit. Ad hunc compata dimenſio/quanta ſit perpenditur. Ad dimenſionẽ locus atq; tempus.

PLOTINVS

NVmerum profecto primum quãtum dicunt/& omnem continuã magnitudinem/locũq; & tempus. Reliqua uero quæcũq; quãta dicunt/ad hęc omnia referũt. Sic motũ quantũ eſſe aiũt q̃tum & tempus/ quo trãſigiť. Quãuis forte uiciſſim uideatur agendũ. Quippe cũ tempus cõtinuitatem a motu ſuſcipiat. Iam uero ſi cõtinuum/qua ratione continuum eſt/ quãtum eſſe dixerint: ſequetur quod diſcretum eſt/non eſſe quãtum. Si autem ſecundũ accidẽs continuum q̃tum ſit/quid cõmune ambobus erit in hoc ipſo q ſint quanta? Numeris quidem ipſis id cõmuniter inſit: ut quãti ſint: tametſi hoc ipſum/q q̃ti dicanť/ſatis cõſtat: nõdum tamen conſtat quæ potiſſimũ ſit ipſa natura/ p quã q̃ti

dicuntur. Verũ linea & ſuperficies & corpus non ita dicuntur: ſed magnitudines dicuntur quidem. Quanta uero nequaquã. Siquidem tunc demum aſſequuntur ut quanta dicantur/quãdo ad numerum redigũtur: per quem bicubitum tricubitum ue perpenditur. Quoniam & corpus naturale cũ redigitur ad menſurã/q̃tũ quiddam iam euadit: atq; locus per accidẽs/nõ qua locus eſt quãtus. Oportet ãt non ſecundum accidens quãtum accipere/ſed ꝙ quantum ſit per ſeipſum. Ipſam ſcilicet quãtitatem. Quoniam neq; tres boues uelut quãtum admittere decet: ſed ipſum qui ĩ eis eſt numerum. Boues enĩ tres duo prædicamẽta iam ſunt. Sic & linea tanta/prædicamẽta duo. Tanta qnetiam ſuperficies ſimiliter duo quædam prædicamenta: & quãtitas quidem ſuperficiei/ipſum quãtum eſt. Ipſa uero ſuperficies cur nam ſit q̃tum? Quam obrem cũ iam determinata eſt uelut tribus lineis aut quattuor/quantum eſſe cenſetur. Quid ergo? ſolos ne numeros eſſe quãtum ipſũ aſſeuerabimus? Verũ ſi numeros ſeorſũ ꝓ ſe exiſtẽtes ad id admittimus/hi certe ſubſtantiæ iudicantur: preſertim qa ſecũdum ſeipſos exiſtant. Si autem numeros accepimus/ qui ſuis participantibus inſunt: ſecũdum quos numeramus: nõ qdem unitates: ſed decem equos/decẽq; boues: primo qdem abſurdum eſſe uidebitur/ſi illi ſubſtantię ſunt/nõ hos quoq; ſubſtantias eſſe. Deinde rurſus absurdum: ſi metientes ſubiecta/eis inſint: neq; extra ſic exiſtant/dum metiuntur/ quẽadmodum regulæ quædam atq; menſuræ/quãdo metiri uidẽtur. At ſi in ſe ipſis interim exiſtẽtes/ad metiendum accipiãtur/neq; tanq̃ ſubiectis alicubi inhę rentes/ nimirum neq; illa ſunt quanta/quæ ſubiecta ſunt: cum per ſe non participent q̃titatem. Ipſi uero cur nam q̃tum eſſe cenſentur? Menſuræ enĩ ſunt. Menſuræ uero cur quãta ſunt uel q̃titas? An forſan qa in rerum ordine exiſtẽtes etiam ſi nulli aliorum nature accõmodentur: hoc ipſum tamen quod dicuntur/erunt. Atq; in ea quę quantitas dicitur/locabuntur. Etenim unitas ipſa eorum determinat unum. Deinde ſe confert ad aliud: & numerus quãta ſint ibi deſignat: & anima utẽs numero multidinem ipſa metitur. Dum ergo metitur/non quid ſit unũ quodq; menſurat. Vnum nãq; dicit & duo: qualiacũq; ſint illa/ etiam ſi cõtraria ſint. Neq; rurſus qualem res quęq; affectiõem habeat. Velut num calida pulchra ue ſit/ſed quoad quantum proprie ſpectat. Quãobrem ſiue ſecundum ſeipſũ/ſi ue in participantibus numerus aſſumatur/nõ participãtia quantũ ſunt/ſed ipſe. Neq; igitur tricubitum erit quantũ: ſed tria potius hoc ipſum erunt. Si ita eſt/cur nam magnitudines quoq; quantę dicuntur? An forte quia ipſi quanto ſunt proxima: & quibuſcunq; adſunt/ea quanta dicimus. Tametſi non ipſo principali quanto ſic illa perpendimus. Sed magnũ quidem dicimus/tanquã multi numeri particeps. Paruum uero/quoniam pauci ſit particeps numeri. Verũtamẽ magnũ ipſum atq; paruum nõ cenſẽtur eſſe quanta ꝓprie/ſed ad aliquid. Sed etiã ad aliquid aiunt quatenus quãta eſſe uidentur. Cõſiderandum tamen eſt de his inſuper diligentius. Non igitur erit unum aliquod genus aliud/ſolus numerus. Hęc autem ſecundo loco. Non ergo principaliter genus unũ: ſed unum predicamentum congregans quoq; propinqua inter ſe quodãmodo & quę primo & quæ ſecundo loco ſe habent. Nobis aũt inueſtigandum eſt/quomõ numeri qui ſecundum ſeipſos exiſtunt/ſubſtãtię ſint: an forte & ipſi quãtum quiddam ſint. Vtro aũt modo ſe habeãt/nõ unum aliquid cõmune illi cum his habebunt: niſi forte duntaxat nomen.

MARSILIVS.

Ipſa q̃titas eſt quæ nõ ꝑ aliud q̃ta fit/ſed ꝑ quã cętera fiũt q̃ta Cap. V.

SErmo igitur & motus & tempus cum id muneris non habeant/ non ſũt q̃titas: nec etiam in ſua formali rõne quantitatem includunt/ q̃uis quantitatis participia fiant.

PLOTINVS

DProinde ſermo & tẽpus & motus qũo ſe habent ad quantum? Primũ uero de ſermone/ſi placet/interrogemus. Mẽſurat enim. At ſermo quidem exiſtens tantus eſt. Sed qua rõne ſermo eſt/non eſt quantũ. Vim nãq; ſignificandi habet ſicut nomẽ atq; uerbum. Materia uero eius ẽ aer/ſicut nois atq; uerbi: ex quibus ſermo cõponitur. At uerberatio ipſa potius ſermo eſt/ neq; ſimpliciter uerberatio: ſed figuratio quędã facta uelut formans. Actio itaq; potius. Actio inq̃ ſignificatrix. Motionẽ utiq; uerberatiõemq; huiuſmõi rectius aliquis actionem aſſeuerabit. Oppoſito uero ſe mõ habentem/eſſe aſſeret paſſionem: uel unãquanq; dicet alterius quidem actionem/alterius uero potius paſſionem. Aut actionem in ſubiectum/paſſionem deniq; in ſubiecto. Si autem nõ ſecũdum uerberationem uox/ſed ſecundum aerem uideatur accipienda: duo iam erunt: neq; unum prædicamentũ/aliquid. s. ex ſignificante ueiberatione collectum conſignificãs illud prædicamentũ. Poſt hęc tempus ſi ſecũdum ipſum menſurans accipiatur: quęrẽdum erit/ quid putandum ſit eſſe mẽſurans. Aut enim animus aut momentum hic metiri uidetur. Si autem tempus ſecũdum ipſum menſuratũ accipiatur: eſto quãtum ipſum qua rõne proprie tãtum eſt/ uelut annuum. Sed qua tempus eſt/natura quadam eſt diuerſa. Quod enim tantũ eſt/aliud quidem exiſtẽs/ eſt interea tantum. Non enim tempus eſt quãtitas. Quãtitas autem/etiam ſi non attingat aliud/hoc tamen ipſo quod eſt ſimpliciter/eſt præcipue quantũ. Siquis autem quæcunq; quanti participia ſunt/quanta proprie aſſerat/ ſequetur ſtatim/ ſubſtãtiã & q̃tũ idem prorſus exiſtere. Pręterea quod dicit æquale & inęq̃le/proprium eſſe quanti/in hoc ipſo proprie accipiendũ eſt. Non tamen in his quæ participant: niſi forte per accidens quiſpiam id aſſumpſerit: uidelicet non qua rõne illa ipſa ſunt. Quemadmodum tricubitum quantũ dicitur quaſi collectum: neq; tamen in genus unum: ſed in aliud quiddam unum: atq; unum quoddam prædicamentum.

MARSILIVS

Ambigit cõtra Peripateticos: utrum oĩa quæ ipſi collocãt in prędicamẽto relationis i una natura generica uniuocaq; cõueniãt Cap. VI.

AIt in nonnullis quę inuicem relatiue dicuntur præter ipſa ſubiecta fieri inter ſe aliquid aliud/ſcilicet actum motumq; aliquem/ut inter ſcientem & ſcitum: agẽs & patiẽs. In pleriſq; uero uideri nihil ultra ſubiecta aliud fieri uel extare pręter cogitationem noſtram/ illa inuicem compantem/ ut ſimile ad ſimile/ęquale ad ęquale. Deniq; nõ putat relatiua hæc & illa/atq; ipſa ſimpliciter relatiua in eadem natura congruere

PLOTINVS

DPoſt hęc aũt de prædicamẽto relationis uidetur cõſiderandũ. Siqua uidelicet cõmunio generica ſit in ipſo: uel alio quodã pacto ad unũ quiddã communio redigens. Et de hoc ipſo iprimis: utrum hæc ipſa proprie ſit

ſubſiſtentia ſiue habitudo quędã: quẽadmodũ dexter atq; ſiniſter: & duplũ atq; dimidium. Vel in quibuſdam quidem hæc ipſa ſit/ ſicut i eo quod poſterius mõ dicebam. In eo autem quod dicebam prius/ nulla prorſus exiſtat: uel potius exiſtat nuſq̃. Quid enim exiſtit in duplo atq; dimidio. Item in ſuperãte atq; ſuperato. Rurſus in habitu/ diſpoſitione/ accubitu/ ſeſſione/ ſtatione/ patre quoq;/ & filio/ domino/ ſeruo. Simili rurſus atq; diſſimili: æquali inęquali: agente patiente: menſura menſurato: ſcientia deniq; atq; ſenſu. Sciẽtia enim ad ipſum quod ſcien dum eſt/ dicitur. Similiter ſenſus ad ſentiendum. Nempe ſcientia quidem habere poteſt ad ipſum quod ſcibile dicitur unam quãdam ſubſiſtentiam ſecundũ actũ erga ipſam rei ſciendæ ſpẽm. Senſus quoq; ſimiliter ad ſenſibile. Præterea quod actiuum dicit̃ ad paſſiuum ſic ferme ſe hẽt: & opus unum efficere poteſt/ & menſura ad menſuratum mẽſurationem agit. Simile uero aduerſus ſimile quid nam habet tunc effectum? An forte non habet quod tunc fiat/ ſed quod iam exiſtat: ipſam uidelicet in qualitate identitatem. Verũtamen præter qualitatem in utroq; iacentem nihil adhibet. Similiter nec ęqualia. Identitas enim in ipſo quanto mutuam habitudinẽ antecedit. Habitudo uero quidnam aliud eſt/ pręter animi noſtri iudicium/ dum uidelicet compamus quæ in ſeipſis exiſtunt id quod ſunt: dicimuſq; hoc atq; hoc magnitudinem eandem habẽt/ eandemq; qualitatem. Item hic progenuit illum. Hic ſuperat illum. Seſſio quoq; & ſtatus præter ipſum ſedẽtem/ atq; ſtantem quid nam aliud habet. Habitus autem qui ſecundum id quod habet/ dicitur habere/ ipſum potius uidetur ſignificare. Qui autem ſecũdum id quod habetur/ quale quiddam potius eſt dicendũ. Eadem de diſpoſitione ratio eſt. Quid nam igitur prętер hæc erunt/ quę inuicem referuntur? Quid ultra comparationem quandam noſtra intelligentia factam? Præterea quando ſupans refertur ad ſupatum/ hæc qdem tãta magnitudo eſt: illa uero tanta. At hoc aliud: illud uero aliud. Sed compatio apud nos eſt: nec eſt i eis. Item ubi dexter ad ſiniſtrum: & anterior ad poſteriorem præſtat forſan hæc in ſitu quodam conſiſtere: prout ille quidem hic eſt/ ille uero ibi. Nos autem dextrum & ſiniſtrum excogitauimus. At i illis eſt nihil. Itẽ quod prius dicitur & poſterius/ reuera duo ſũt tempora. Sed quod prius & poſterius noſatur/ in noſtro ẽ iudicio poſitum.

MARSILIVS

Concedit tandem i omnibus quæ inuicem relatiue dicũtur eſſe ueram aliquam & mutuam habitudinem: & præter noſtræ compationis effectum: q̃uis alicubi ſit firmior: infirmior alibi. Sed ualde obſcurum eſſe dicit/ quid nã ſit hęc habitudo cõis/ & naturã uniuocam eſſe diffidit

Cap. VII.

CConcedit relationem eſſe proprie nõnihil/ cuius exiſtẽtia ſiqua eſt/ i ipſa mutua rerum habitudine conſiſtat/ ut in habitudine bicubiti ad cubitum le cõſiſtit/ relatio dupli ad dimidium & uiciſſim.

PLOTINVS

SI igit̃ nihil dicimus/ ſed dicẽdo mẽtimur: nihil utiq; horũ erit: ſed habitudo uanũ qddã. Sin aũt uere loqmur/ quãdo dicimus/ hic prior ẽ illo: ille uero poſterior/ duo iter ſe tẽpora cõpantes/ aliud quiddã prętер ſubiecta itelligimus eẽ ipſũ prius ac poſterius. Similiter de dextro atq; ſiniſtro: & circa magnitudines præter ipſũ earũ quantũ/ habitudinẽ quãdam eſſe uolumus: quatenus hoc

quidem ſuperat. Superatur illud. Iam uero ſi nobis etiam nihil dicentibus/nihil intelligẽtibus/ita ſe res habet//ut hoc duplũ ſit ad illud: hoc habeat/illud habeatur/anteq̃ nos id aduertamus/& ęqualia iter ſe ſint ante cognitionem noſtram: & quantũ ad qualitatem ſpectat/mutuam unionem habeant/& in omnibus quę ad aliqd referri dicimus/præter ſubiecta/mutua quædã habitudo conſiſtat. Quã nos iam exiſtẽtem aĩaduertimus: ſimiliterq; ſe habeat cognitio ad rem cognoſcẽdam: qua quidẽ in re etiã manifeſtius eſt/eſſe quandã ex habitudine ſubſiſtẽtiã: ſi hæc inquam ita ſe habent/non eſt ulterius inquirendum/ utrum in his habitudo quædam exiſtat necne. Sed concedẽdum ex talium numero/in aliis quidem q̃diu manent ſubiecta in ſeipſis quomõ ſe habebãt/q̃uis interim ſepeñ̃/ habitudinem ipſam pſeuerare. In aliis autẽ/quãdo cõgrediunt̃/habitudinem fien. In aliis iterum etiam manentibus deſinere habitudinem uel oĩo: uel alia fieri. Quemadmodũ in dextro accidit & ſiniſtro/ atq; propinquo. Ex quibus potiſſimum orta ſuſpitio eſt/in talibus nihil exiſtere. Hoc itaq; cõceſſo perſcrutandum eſt/quidnam ſit in omnibus idem: & nunquid ſit ibi cõmune ipſum tãq̃ genus: non autem accidens. Deinde poſtq̃ in his idem aliquid inuentũ fuerit/indagandum eſt/quam habeat ſubſiſtentiam. Iam uero dicẽdũ eſt aliquid relatiuũ/quod & ad aliquid nominat̃/non ſi ſimpliciter dicat̃ alterius: uelut aliquis animæ uel corporis habitus: neq; perinde atq; ex eo/q̃ anima alicuius ſit/uel in aliquo: ſed illa proprie dicenda ſunt talia/quibus exiſtentia ſua nõ aliunde q̃ ex habitudine naſcit̃. Exiſtentiam uero hanc dico/nõ quæ ſubiectorum ſit: ſed quæ ad aliquid proprie dicitur. Quemadmodum duplum ad dimidium/exiſtẽtiam tradit/neq; bicubito uel oĩo duobus/neq; cubitali/uel prius uni. Sed his exiſtẽtibus/illico ſecundũ eorũ habitudinẽ/præter id quod hoc qdẽ eſt duo: illud ãt unũ/ ipſũ qdẽ duo: cõſequit̃ ut duplũ dicat̃ & ſit: ipſũ uero unũ aſſeq̃t̃/ut dimidiũ ſit uiciſſim/ atq; dicat̃. Ambo igit̃ una cõficiunt ex ſeipſis aliud eſſe duplũ atq; dimidium. Quæ quidẽ ad ſe inuicẽ facta ſunt: eorũq; eſſe nihil aliud eſt/q̃ ad ſe inuicẽ eſſe. Duplo quidẽ eſſe ineſt/ex eo q̃ excedat dimidiũ. Dimidio ãt/ex eo q̃ excedat̃. Quapp nõ eſt aliud qdem illorum prius/aliud uero poſterius: ſed ambo ſimul exiſtũt. Quæri præterea poſſet/nunqd & reliqua ſimul exiſtãt: an quædã potius nõ ſimul ſint: ſicut de patre filioq; accidit/atq; ſimilibus. Nã poſtq̃ deceſſit pater filius ſupeſt. Et obeunte fratre reſtat frater. Quãdoquidẽ etiam ſolemus dicere hunc aut illum ſimilem eſſe defuncto.

MARSILIVS

Cõmunis deſcriptio relationis eſt mutua duorũ habitudo Cap. VIII.

SEd hęc in differẽtibus relatiuis tã diuerſa eſt/ ut nõ ſit uniuoca. Inter aliqua relatiua una cũ habitudine eſt actio quędam/ ut iter generantẽ atq; genitum. Alicubi nulla/ut inter ſimilia & ęqualia.

PLOTINVS

CAeterũ ad hæc quodãmõ digreſſi ſumus. Inde uero ĩprimis querendũ ẽ/ quã ob cãm hæc ſe diſſimiliter hẽant. Sed iã igit̃ hoc ipſũ quod dicit̃ ad ſe inuicẽ eſſe declarare debẽt/quã cõem hẽat exiſtentiã. Profecto idipſũ commune nõ poteſt eſſe corpus. Conſequens eſt igit̃/ſi modo eſt/incorporeum eſſe. Et id quidem uel in ipſis eſſe ſubiectis uel extra. Ac ſi eadem ſit habitudo/ uniuocã eſſe. Sin minus/ſed alia aliorum/eſſe ęquiuocam iudicãdam. Nõ enim

ex eo ꝙ dicit habitudo/statim eãdem habet essentiã. Num igit habitudines ita partiri debemus? Dicẽtes uidelicet alia q̃dẽ habere habitudinẽ ocioſam quaſi ia centẽ: atq; ſimul oĩo ſubſiſtentiam inter ſe habere. Alia uero una cũ potẽtia ſimul & opę ſemꝑ quodãmodo habitudinẽ poſſidere: & antea quidem patam potentiam habuiſſe. Deinde in congreſſu etiam actu ſubſiſtere. An uero ſũmatim ita dicendum? alia quidem efficere: alia uero ſubſiſtere. Atq; quod ſubſiſtit/nomen ſolum alteri exhibere. At illud quod efficit/etiam ſubſiſtẽtiam alteri tradere. Tale utiq; ẽ pater & filius. Agens & patiẽs. Habẽt enĩ quãdam uelut uitam & actionem. Num igit ita habitudinem diſtinguere decet: diuidere inq̃/non tanq̃ idem in differentiis aliquid & cõmune: ſed oĩo tanq̃ habitudo ĩ utroq; altera ſit natura. Quã dicere æquiuocam debeamus: & illam quidẽ quæ efficit/noĩare actiõem & paſſionem/quaſi utraq; una ſit motio. Aliam uero ponere quę nõ faciat ipſa: ſed aliud quiddam ſit in ambobus efficiens uelut æqualitas/quę ęqualia faciat. Aequalitate enim æqualia fiunt: & oĩo identitate quadam fiunt eadem. Vbi aũt magnũ dicitur atq; paruum/illud præſentia magnitudinis/ hoc uiciſſim paruitatis pręſẽtia ſic apellatur. Sed ubi hoc maius perpẽdit illud minus/q̃tum ad illos qui participant ita cenſet. Maior quidem actu tam apparente quę in ipſo eſt magnitudine: minor aũt/paruitate ſic apparente.

MARSILIVS

Relatio eſt nõnihil incorporeũ & rõ quędam: quæ cõſiſtit uel ĩ actione: ut inter mouens ac motum: uel in ſpecie: ut hic pulchrior illo: uel ĩ priuatione ſpeciei/ut turpior illo.

Cap. VIIII.

Aliquãdo ĩ ſpecie eãdẽ ut ſimilia & æqualia. Aliquãdo in oppoſitis ſpeciebus: ut diſſimilia & inæqualia. Difficile eſt in eodem genere colloca re rõnes adeo diuerſas. Itẽ habitus & priuationes eorum. Item abſtracta & concreta.

PLOTINVS

Igitur opępretium eſt in illis quidem quę prius narrabamus/uelut in efficiente atq; ſciẽtia/habitudinem ponere certam & efficacem/ atq; actum: in actuq; rationem. In reliquis autem participationẽ quãdam ſpẽi ratio niſq; aſſerere. Etenim ſi oporteret/res omnes eſſe tantũ corpora/deceret dicere habitudines eiuſmodi quæ inuicem relatiue dicuntur/nihil eſſe. Si autem rebus in corporeis rationibuſq; principalem tribuimus eſſẽdi prouinciam: atq; habitudines eſſe rationes quaſdam/ſpecierumq; participationes aſſeueramus/nimirũ cauſas ſic aſſignare cõſẽtaneũ eſt: huius uidelicet quod duplũ eſt/ipſũ duplũ cã eſt/ ut ſit duplũ/atq; uiciſſim ꝙ aliqd ſit dimidiũ/cauſa eſt dimidiũ. Iam uero alia eadem ſpecie: alia ſpẽbus oppoſitis eſſe hęc ipſa quę dicũtur. Simul igit huic q̃dẽ contigit duplũ ipſũ/illi uero dimidiũ. Huic magnitudo. Illi paruitas. Vel utraq; ſũt ĩ quolibet/ſimilitudo ſcilicet/atq; diſſimilitudo. Rurſus idem & alterũ. Quapropter idem aliquid paſſim eſt ſimile ſimul atque diſſimile: idemq; & alterum. Quid igitur? ſi hic quidẽ turpis eſt: ſed ille turpior. Nunquid participatione ſpeciei eiuſdem ſic apellantur. Forte uero dicendum: ſi turpes ſint omnino æquales eſſe inter ſe abſentia ſpeciei. Si autem in hoc quidem magis ſit/ in illo uero minus/dicendum ſic ſe habere/ut participatione ſpẽi materiam parum ſupantis hic minus ſit turpis. Ille uero magis turpis/ubi ſpẽs etiã minus materiã ſuperat.

Vel etiã priuatiõe quadam/ita ſunt iudicãdi. Siquis uelit eos inuicem compare/ perinde ac ſi ſpẽs illis ineſſet. Proinde ſenſus ſpẽs quędã eſt ex ambobus. Et cognitio ſimiliter ſpẽs ex utriſq; reſultãs. Tum uero habitus erga id quod habeẽ/ eſt actus quidã quaſi cõtinẽs tãquam effectio quædã. Præterea menſuratio/quæ eſt actio metientis ad mẽſuratũ/ ratio quædã eſt. Siquis igiẽ habitudinẽ ipſam relatiuorũ uelut formã quãdam rõne generica tanquã unũ quiddã ponat/haud ab re in his unũ genus erit: & ubiq; ſubſiſtẽtia erit uelut ratio quædã. Sin aũt rationes oppoſitę ſunt/differẽtiasq; habẽt/quas diximus/forte genus unũ eſſe nõ poterit: ſed ad quãdam ſimilitudinẽ/unũq; prędicamẽtũ oĩa redigẽtur. Verum ſiquo modo quę dicta ſunt/in unum redigi poſſint/nõ tamẽ in genus unũ colligi poſſunt cuncta/quæ ab illis ſub eodem prędicamẽto ponũtur. Et.n. negationes quoq; ipſorum ĩ unũ una cum ipſis cõgregãt: & quæ ab eis ita denominãtur ut ab ipſo duplo hic uel ille duplus. Sed quo nam pacto in unũ idemq; genus tum uniuſcuiusq; natura/tum eiuſdẽ negatio colligi põt. Duplũ & nõ duplum/ ad aliqd & nõ ad aliqd/ ꝑinde ac ſiquis cum aĩal genus poſuerit/ibidem quoq; nõ aĩal audeat collocare. Item qũo ipſum duplum/& hic duplus eodem ĩ genere numerantur/ſimiliterq; albedo ſimul & albus? Cum hoc & illud idem ſic eſſe non poſſit.

MARSILIVS.

Poſita deſcriptiõe qualitatis apud Peripateticos. s. qualitas eſt id quo quale aliquid nominaẽ/nõ poſſunt quæcũq; qualitates dicẽ/ſub uno quodam genere rõne uniuoca cõtineri.

Cap. X.

Nec facile poſſumus explicare quid nam id ſecũdum ſe ſit: ꝑ quod alia denominãtur qualia. Nam ꝑ potẽtiam pariter atq; impotẽtiam: item ꝑ habitum æqualiter priuationemq;/quale aliquid apellatur. Ac paſſim ſimiliter per oppoſita.

PLOTINVS.

Oſtbac aũt cõſiderare decet qualitatẽ: a qua rite qualis aliqs nominaẽ. Et imprimis inueſtigãdum quid nam exiſtẽs ipſa/alia reddat qualia. Et nũq̃d una eademq; exiſtẽs rõne cõi/ſpẽs exhibeat differẽtiis. An potius adeo ĩter ſe diuerſæ qualitates ſint/ut unum earum genus eſſe nõ poſſit. Verum quid nam cõe eſſe põt in habitu/& diſpoſitiõe actiuaq; qualitate/figuraq; & forma. Quid dicam de craſſo ac tenui: de pingui & macilẽto? Si enĩ ipſum cõe dicamus potẽtiam/quę cõueniat habitibus & diſpoſitiõibus/potẽtiisq; naturalibus: a qua id ipſum/quod habet eam/põt quæcũq; põt/nõ amplius impotẽtiæ cũ his genere cõgruent. Deinde figura & quę circa quodlibet forma ẽ/ quo nã modo potẽtia eſt? Præterea ſi ita ſit/ens qua ens eſt/potẽtiam nullã habebit: ſed quando ei quale acceſſerit. Ipſi uero actus eſſẽtiarum/ q̃ potiſſimũ actus ſunt/ ſecundum ſeipſos agentes/& actus uirium propriarũ/quatenus ſunt id quod ſunt/ad quale ſic pertinebũt. Verum ſecũdum potẽtias illas/quæ poſt eſſẽtias ſunt/qualitas cẽſenda diceẽ: ceu facultas pugilis/non hoĩs iudicaẽ ut homo: ſed uis ipſa rõnalis. Quę facultas iccirco non eſt qualitas: ſed illa potius/quam aliquis induſtria cõparauerit. Quãobrẽ rõnalis potẽtia ęquiuoce qualitas apellaẽ. Erit itaq; qualitas uis quædam eſſẽtiis addita poſt ipſam eſſentiæ rõnem. Per quã deinde quales cognominãtur. Differẽtiæ uero/ꝑ quas ĩter ſe inuicem eſſẽtiæ diſcrepãt/

qualitates æquiuoce nuncupantur. Quæ quidem ſunt actus potius rõnesq; uel partes aliquę rõnum: nihilominus ipſam rei ſubſtãtiam declarãtes: tametſi eſſen tiam qualem dicere uideañ. At illę, quæ qualitates præcipue iudicãtur, p quas quales efficimur, quas & notione cõi potẽtias apellamus, forſan erũt rõnes quę dam, & tãquã formę, tum circa aĩam, tum circa corpus pulchritudo quędam, uel tu, pitudo. Sed quo nã pacto qualitates oẽs erũt potẽtię? Eſto ſane pulchritudo & ſanitas proprie q̃litas. At uero turpitudo morbus, infirmitas, impotẽtia, qũo qualitas? An quia ſecũdum hęc quoq; quales aliq nominãtur. Sed quid nã ꝓhi bet, quo minus qui apellãtur q̃les, nõ unica rõne, ſed ęquiuoca nũcupẽtur. Neq; ſolum modis quattuor apellẽtur aliqui q̃les, ſed quolibet etiã quattuor modo rum, ſaltem dupliciter apellẽtur. Forſan uero nõ ſecũdũ ipſum agẽdi uel patiẽdi motũ q̃litas iudicañ. Quapp aliter qdem id quod põt facere cẽſeñ & dicíñ: aliter uero patiẽs. Tum uero ſanitatẽ, diſpoſitiõem, habitũ, ſimiliterq; morbũ: item ro bur, pariterq; debilitatẽ apellare q̃litatem cõſueuerũt. Verũ ſi ita ſit, nõ amplius cõe ipſum i eiuſmodi rebus erit ipſa potẽtia. Sed oportebit cõe quiddã aliud in dagare. Neq; rurſus ſic q̃litates oẽs ęque rõnes noſare licebit. Quo enim pacto morbus, q eſt habitu cõfirmatus, ratio ulla erit? Num igiť affectiões, quę i ſpecie bus utribusq; cõſiſtũt, qualitates cognominabimus? Oppoſitas uero priuatiões ideoq; nõ unum genus, ſed unũ aliqd dicemus ſemper, uelut unũ prędicamẽtũ. Velut ſcientiam qdem ſpẽm quãdam atq; potẽtiam: inſcitiam uero priuationem & impotẽtiã apellamus. An forte impotẽtia inſuper & infirmitas forma quędã eſt? Atq; ita & morbus & prauitas põt facitq; multa, ſed male. Sed. n. cum nihil aliud hæc ſint q̃ ab intentiõe finis excidere, quo nã modo potẽtię rite cognomi nañ? Forte quoniã unũquodq; eorum ſuũ quiddã agit, non ad rectũ ipſum ſpe ctans. Nec profecto qcq̃ faceret, quod minime potuiſſet. Pulchritudo certe ali cuius uim hẽt. Num igiť & triangulus? An forte neq; ad potentiam qdem i iudi canda q̃litate decet aſpicere: ſed potius ad id quod aliquo mõ diſponiť, uel affi citur. Quãobrem ſecundum quaſdam q̃ſi formas & characteres nobis eſt q̃litas perpendenda. Atq; i eius ordine ipſum cõe oĩum forma quędã eſt, & ſpẽs i eſſen tia quidem iacẽs, ſed ueniẽs poſt eſſentiã. Sed rurſus qũo ad id ſe habẽt poten tię, perquirendum. Forte & qui natura eſt pugil, ex eo ꝙ afficiatur quodãmõ, id ipſum habet. Similiterq; qui naſciť ad aliquid impotens. Et oĩo character quidã qualitas eſt, ſiue ſignaculum, atq; nota, ad eſſentiã minime pertinens. Quod ãt uideť idem tum cõferre ad eſſẽtiam, tum accedere præter eſſentiam, ſicut calor & albedo oĩsq; color, ita ſe habet, ut quod ad eſſẽtiam cõfert, aliud ſit uelut actus eſſẽtię. Quod uero nõ cõducit, ſecũdo loco ſe habeat, ſitq; ab illo: aliudq; i alio, imago ſimilitudoq; illius. Cæterum ſi q̃litas ſecũdum formatiõem & notam ra tionemq; iudicañ, quo nam pacto ad q̃litatem attinent, quæ impotẽtiam turpitu dinemq; ſignificãt? Forte reſpõdendum eſt, talia quædam rõnes imperfectas ée: ſicut paret i turpi. Sed i morbo qũo ratio? Forte in hoc etiam rõnem ponimus ſa nitatis, quodãmõ e ſuo ſtatu permotam. Forte uero nõ oĩa hęc i rõne ponenda ſunt. Sufficit aũt cõmunis quædam conditio ſecũdum affectionem & diſpoſitio nem extra eſſentiam ſic quodãmodo ſe habẽtem, & poſt eſſentiam accedentem: adeo ut qualitas quædam ſit ſubiecti. Triangulus uero, eius in quo eſt, quali tas iudicatur. Non quidem triangulus ipſe ſimpliciter: ſed & qui in hoc eſt, &

quatenus formar. Sed & humanitas forſan formar. Immo uero prẽſtat eſſẽtiam.

MARSILIVS.

Admiſſa Peripateticorum deſcriptione difficillimum eſt quæ qualitates dicũtur inter ſe rite diuidere. Et impoſſibile diuidẽdo eas ſub eodem genere uniuoca ratione colligere.

Cap. XI.

PLOTINVS.

Caeterum ſi ita ſe habẽt/cur nam plures ſunt ſpẽs qualitatis/atq; habitus aliud quiddam eſt/& aliud diſpoſitio? Nõ.n. in manẽdo uel nõ manendo cõſiſtit differẽtia q̃litatis. Sed ſufficit affectio quædã/quomodocũq; ſe hẽat/ad quale reddendum. Permanendi uero munus extrinſecus addit̃. Niſi quis forte dixerit/ipſas quidẽ dũtaxat diſpoſitiões quaſi formas impfectas ẽe: habitus uero perfectas. At ſi imperfectæ ſunt/nõdum qualitates exiſtũt. Sin aũt iam ſunt q̃litates/permanẽdi munus/eſt quædam extrinſecus adiecta conditio. Naturales uero potentię quo nam pacto ſpẽm aliam prẽſtãt? Si enĩ ſecundum id ipſum q̃ potentiæ ſunt/q̃litates exiſtũt/profecto cõditio ipſa potẽtiæ nõ conuenit oĩbus/ut eſt dictũ. Sin aũt hoiem natura pugilem/ex eo q̃ certo mõ ſit diſpoſitus uel affectus/qualem eſſe dicimus/nihil efficit potẽtia inſup addita. Quandoquidem & in ipſis habitibus potẽtia contineť. Proinde cur nam ille/q̃ ſecundum naturalem potẽtiam pugil eſt/ab eo differet/q̃ ſcientia pugil euaſerit. Forte qua rõne ſunt quales/nimirum hę nõ ſunt differentię q̃litatis: ſi hic q̃dem induſtria compauit: ille uero eſt natura ſortitus: ſed ab extrinſeco accidit differentia. At uero ſecundũ ipſam pugilis facultatis ſpẽm qũo differũt? Quinetiam ſi aliæ quidem ex quadã paſſione proueniunt/aliæ uero nequaq̃/ quã ex hoc differentiam habẽt. Neq; enim intereſt/unde q̃litas oriať. Quantum inq̃ ad permutationem q̃litatis & diſcrepantiã ptinet. Quęrere prẽterea licet/etiam ſi quę ex paſſione fiunt/partim q̃dem ſic/partim uero aliter aliorũq; fiant/qũo poſſint ĩ eadem ſpecie collocari. Ac ſi dicať alias q̃dẽ ex paſſiõe fieri/ alias uero facere paſſionẽ/ ęquiuoce ſimul q̃litates apellabunť. Prẽterea q̃d nam ſibi uult/quod dicit̃ circa unũquodq; forma. Si enĩ qua rõne ſpẽs eſt unũquodq;/ita dicit̃/id ad qualitatẽ minime ptinet. Sin aũt qua unũquodq; poſt ipſam ſubiecti ſpẽm/pulchrum uel turpe dicit̃/quale dictũ intelligať/rõnem aliquã habere põt. Tum uero aſperum & lene: rarum atq; denſum/nõ recte qualia nuncupãtur. Nõ enĩ ob quaſdam iter ſe diſtantias/uel propinquitatẽ quãdam/rarũ/denſum/lenitas/aſperitas iudicať. Nec ubiq; hæc ex inęqualitate poſitiõis uel ęqualitate ꝓueniũt. Quod ſi ex his quoq; ꝓueniãt/nihil ꝓhibebit/quo minus qualia iudicenť. Si deniq; leuis ipſius & grauis cõditio cognoſcať/patebit iam nobis/ubi hæc ſint potiſſimũ collocanda. Licet prẽterea circa leue naturã ęquocã inuenire. Niſi forte libratiõe quadã & ipſa pluris paucioris ue pẽſatiõe leue aliq̃d ppẽdať. In quo q̃dẽ ordine macilẽtũ quoq; & tenue repit̃. Quod ſane ĩ alia quadã ſpecie præter quattuor numerať.

MARSILIVS.

Nõ licet qualitates Peripatetico ritu partiri. Neq; fas eſt qualitates corporis/aĩę/ mentis ſub eodem genere collocare.

Cap. XII.

PLOTINVS.

Verum ſiquis nõ ita qualitatem exiſtimet diuidendam/qua nã rõne diuidere poterit. Cõſiderãdum igit̃/ num deceat alias quidẽ corporis/ alias

aũt animę qualitates asserere. Deinde corporis qualitates pro sensuum distribu
tione diuidere: ut aliæ ad uisum pertineãt: ad auditum aliæ/uel ad gustum: aliæ
ad olfatũ/aut tactum. Qualitates ãt aię quo partiemur? Nunquid p cõcupiscen
di/irascendi/cõsultandi uirtutes? Aut p differentias actionum/quæ secundũ eas
agunt: quoniã hę harũ sint effectrices. An secũdũ utile noxiumq; diuidemus?
Rursusq; utilitates & dãna. Similiter qualitates corporeas diuidemus p id psum
q; differẽtia faciãt/uel secũdum utilitatẽ aut damnũ. Propriæ nãq; sunt eiusmodi
differentiæ qualitatis. Aut enĩ utilitas & damnũ a qualitate & quali uidenť acci
dere/uel modum adhuc alium & aliter indagare debemus. Inuestigãdum uero
quo pacto fieri possit: ut qui secundum qualitatem qualis est/in ea ipsa proprie
sit qualitate. Nõ enĩ genus unum est utriusq;. Item si pugil in qualitatis est ordi
ne/quo nõ etiam ĩ eodem sit & effector. Atq; si ita sit/quo nõ rursus & ipsum effi
ciens. Quapp nequaq̃ oportet ipsum efficiens ad ordinem relationis traducere:
neq; rursus ipsum patiens/si hic aut ille patiens ĩ qualitatis ordine continet. Ac
forsan prestat effectorem hic collocare: si secundũ potentiam existimať effector.
Est aũt potentia qualitas. Sin aũt secundum essentiam ipsa potentia est/quęcũq;
potẽtia sit/neq; sic quidem referť ad aliquid: neq; etiam ad ordinem redigiť qua
litatis. Non enĩ efficiens ipsum ita se habet sicut maius. Ipsum nãq; maius/subsi
stentiam quatenus maius est/ habet ad id quod minus esse perpendiť: efficiẽs ãt
ex eo q; iam tale est/iudicať efficiens. Sed forsan quatenus q̣dem tale est in qua
litatis ordine collocať. Quatenus uero põt ĩ aliud/ideoq; dicitť effectiuum/inter
relatiua merito numerať. Cur igitť nõ etiã pugil inter relatiua censeť. Similiterq;
peritia pugilis. Facultas nãq; pugilis oio referť ad aliud. Neq; enĩ ulla eius consi
deratio est/quæ nõ ad aliud referať. Iam uero & de cęteris artibus/aut certe plu
rimis cogitãdum est/atq; forte dicendum. Quatenus quidẽ disponũt & afficiũt
aĩam/qualitates existere. Quatenus ãt nõnihil efficiũt/effectrices existimari. Atq;
ex hoc ipso referri ad aliud/& ĩ relatiuorũ ordine collocari. Quãdoquidem alio
quoq; modo ad aliud referunť/prout habitus apellãtur. Sed nunq̣d alia quędã
subsistẽtia est secũdum ipsum quod dicitť effectiuũ? Cum effectiuũ non ob aliud
q̃ quia q̃le est/sit effectiuum. Forte enĩ aliquis ĩ rebus aĩatis/præsertim consilio
quodã utentibus/ex eo q; declinẽt ad faciendũ subsistẽtiam esse/cõceder etiã se
cundũ effectiuę uirtutis cõditiõem. In uiribus ãt inanimatis/quas diximus qua
litates/quid nam est ipsum effectiuũ? Forte quando tali cuidam occurrit aliud/
accipit ab eo/euaditq; sui muneris pticeps. At si idem agit ĩ aliud/atq; patitur/
quo amplius effectiuum proprie ipsum subsistit? Quãdoquidẽ & maius ipsum
quod forte secũdum se est tricubitũ/ maius & minus ĩ cõcursu ad aliud euadere
cõsueuit. Sed dicet aliquis/maius ac minus participatiõe quadã magnitudinis
paruitatisq; fieri. Forte etiam hoc quod patiť simul & agit participatiõem quan
dam habet effectiui simul atq; passiui. Quęrẽdũ hic quoq; uideť/nunquid qua
litates/quę ĩ hoc mũdo sunt una cum illis quę sunt in mũdo diuino sub eodem
genere numerenť. Id aũt erga eos dicať/qui & ibi talia quædã ponũt. An forte si
militer quęrendũ est etiam siquis spẽs nõ admiserit. Nempe si interim ĩtellectum
admiserit/habitumq; ĩ eo aliquem esse cõcesserit/interrogabiť/nunq̣d cõe aliq̣d
huic habitui sit simul & illi. Cõceditur saltem sapientiam illic existere. Arqui si
illa equiuoce se hẽt ad nostrã/merito ĩter eiusmõi q̃litates non numeratur. Si aũt

se hēt uniuoce ipsa certe notio qualitatis nostris erit illisq; cōis. Nisi quispiā oīa quæ illic sunt/esse affirmet essētias. Ideoq; itelligentiam ipsam similiter esse cōce dat essētiam. Verum eiusmōi quęstio de cætens quoq; prędicamētis agi potest. Nunquid quod hic/& quod ibi est/diuersa sint genere: an potius ambo sub eo dem genere collocentē.

MARSILIVS.

Quod apud Peripateticos nominaē prędicamentū quādo .i. heri/cras/& similia: tempus proprie tēporis ue partem formali rōne cōprehendi Cap. XIII.

Si ergo nihil aliud significat/nō debent in alio prædicamēto ipsum quan do/in alio tempus ponere. Sin autem præter tempus significat aliud/non unum hoc iam prędicamētum erit/sed ex pluribus cōgregatum.

PLOTINVS.

De illo aūt prędicamēto/quod ipsum aliquādo siue quādo nomināt/de inceps ita considerandum. Profecto si heri & cras & anno præterito/si ue iandiu/& talia quędam temporis ptes sunt/quid nam prohibet quo minus hęc i eodem sint/in quo est & tempus. Siquidem ipsum erat/& est/& erit: cum spēs temporis sint/non iniuria in eodem in quo tempus ponitur/collocan tur: tempus autem esse in quātitatis genere dicitur. Quapropter quid nam opus est nouo quodam prædicamēto. Si autem dixerint/hæc nō solum tēpus esse. s. erat/& erit. Item heri/& iandiu/quę sub ipso erat/ponūtur/subici enim talia opor tet ipsi/quod dicitur erat: si inquam id ipsum dixerint non solum esse tempus/ sed aliquando tempus/ ita protinus respondebitur. Primo qdem/si est aliquan do tēpus/certe est & tempus. Deinde si heri tēpus præteritum est/ composītum quiddā erit: si mō aliud quiddam sit ipsum prętertum: aliud uero tēpus. Duo er go prędicamēta hæc erunt: neq; simplex aliquid. Sin aūt ipsum aliquādo dicant nō esse tempus/sed i tempore/hoc ipsum quod dicitur i tempore/si rem ipsam si gnificat/quasi dicat/Socrates iandiu erat: sane Socrates extrinsecus erit: neq; unū aliquid dicēt. Verum Socrates uel actio i hoc ipso tēpore quid nā erit potissimū? An forsan i parte temporis. Sin aūt quoniam partem temporis dicunt/& qua ra tione pars est/existimāt nō tempus quiddam/uel ptem eius simpliciter/sed prętę ritam temporis ptem dicere/plura conficiunt. Nempe partem quatenus pars est/ ad aliqd se habētem adsūmmūt. Atq; ipsum præteritū apud illos adiectū aliqd erit: uel idem cū ipso/ quod dicit erat: quod ē temporis spēs. Verum si hoc in tereſſe dicāt/q ipsū erat indefinitū sit: sed ipsū heri & anno supiori/sit definitū/ nos qdē primo ipsum erat cōstituemus alicubi. Deinde heri/censebit ipsum erat iam definitum. Vnde sequit/ut heri tpūs sit definitū. Hoc aūt est tēporis q̄titas/ uel q̄tum quiddā tēpus. Quapp si rēpus est in quanti ipsius ordine cōstitutū/ horū quodlibet erit q̄tū iam definitū. At si quotiēs dicūt heri/id dictū intelliga mus/quasi id in tēpore præterito definito sit factū/multo adhuc magis multa si mul adducēt i mediū. Deniq; si oportet alia inferrę prædicamēta/ex eo q aliud sit/fiat ue i alio/quemadmodū impręsentia de hoc ipso accidit/quod i tempore sit/uel fiat. Multa insup alia prędicamēta eadem cōditione inueniemus: qa uide licet aliud quoquo modo existat i alio. Sed de hoc aptius i sequētibus/ ubi de hoc ipso quod ipsum ubi dicit/disputabimus.

MARSILIVS.

Superuacuum est propter id quod dicitur aliquid alicubi esse nouum inferre prędicamẽtum. Cap. XIIII.

AN hoc ipsum ubi/proprie locus est. Siquid aũt huic adiectum consi dera tur/nõ nouum prędicamẽtum affert: sed relatiõem aliquã uel substãtiam.

PLOTINVS.

SOlent de prædicamẽto/quod nominãt ubi/tractantes dicere. Vbi profe cto est: ac si dicaẽ/in lycio est uel academia. Academia igiẽ lyciumq; lo ca sũt oĩo/partesq; loci: sicut sursum/deorsum/hic/spẽs sũt loci/uel par tes. Intereſt aũt/q; alia aliis magis determinata sunt. Si igiẽ sursum/deorsum/me dium sunt loca/uelut delphica regio media est/ & prope mediũ actica/& lycium & reliquæ regiões/qd nam oportet ulterius præter locum quærere?/Præsertim cũ dicamus hæc singulatim locum significare. Si aũt aliud i alio dicimus/quando dicimus ubi/nõ unũ dicimus neq; simplex. Prẽterea si quotiẽs hũc esse hic affir mamus/habitudinem aliquã procreamus/tum huius i hoc/tum eius quod susci pitur ad id quod suscipit/cur nõ hoc ipsum in relatiuorum genere ponimus?/Si quidem ex utriusq; habitudine ad utrũq; aliqd generatur. Item nihilo differt/si athenis habitans dicas hic sum/aut sum athenis. Sed hoc ipsum quod diciẽ hic cum signum demonstratiuũ sit/ locum significare cõcedẽt. Ideoq; & illud quod dictum est athenis/designare locum confitebunẽ. Quapp athenis ad ipsum pro prie locum ptinet. Rursus si athenis idem est atq; i urbe athenensi esse/nimirũ ultra locum/ipsum quoq; esse etiã prędicaẽ. Nõ tamẽ ita decebat/quemadmodũ neq; ꝑ genere q̃litatis fas est assignare/qualitas ẽ: sed q̃litas ipsa dũtaxat. Acce dit ad hęc/q; si oportet quod i tempore uel loco diciẽ/aliud afferre prędicamen tum/præter tpũs atq; locum/cur nõ etiam quod est i uase/aliud inducat prædica mentũ. Item quod i materia/aliud. Rursus aliud/quod est i subiecto. Item quod ut pars i toto/uel sicut totum i partibus: genus i speciebus: spẽs ue i genere simi liter aliud. Atq; ita plura adhuc nobis prædicamẽta numerabunẽ.

MARSILIVS.

QVRectius fortasse pro prædicamento ponereẽ effectio/aut actus/ aut motus q̃ facere. Cap. XV.

PLOTINVS.

IN eo aũt prędicamẽto/quod facere nominãt/hęc cõsiderare licet. Tradi tur sane/post substãtiã ponẽda esse quę sũt circa substãtiã/quẽadmodũ q̃ntitas numerusq; se habẽt: ideoq; q̃ntitas apud illos aliud genus asseriẽ. Item qa q̃litas circa substãtiam est: iccirco ipsum q̃le genus aliud poniẽ. Sic itaq; cum circa eandem sit & effectio/aliud quoq; genus ẽe hoc ipsum facere arbitran tur. Num igiẽ ipsum facere ponẽdũ est?/An factio potius/a qua facere ꝑficiscẽ. Quemadmodũ & q̃litas ponẽda est/a qua fit q̃le similiter. An potius hic factio facere faciens/uel facere atq; factio i unũ accumulãda sunt. Iam uero ipsũ facere magis designat efficientem: factio uero nequaq̃. Atq; & facere plene significat in quadã effectiõe uersari. Id autẽ est in actu se habere. Ex quo efficiẽ/ ut actus præ dicamentũ potius sit. Qui sane actus considerari circa essentiã affirmaẽ: quemad mõdum ibi q̃litas. Qui rursum actus uersaẽ circa essentiã tanq̃ motus. Et profe cto motus unũ aliquod rerũ genus existit. Cur enĩ q̃litas quidẽ unũ aliquid est

circa essentiã? Et q̃titas similiter unũ qddã: item relatio pp quãdã alterius ad alterũ habitudinẽ. Motus aũt/q similiter circa essẽtiã ẽ/nõ sit similiter unũ genus.

MARSILIVS.

Rectius forte pro prædicamẽto ponerẽ actus. Atq; sub eo actus alter qdem perfectus/ut habitus atq; forma: alter autẽ imperfectus/ut motus ad habitum atq; formam.

Cap. XVI.

Motus non rõne sui dicit imperfectus actus. Quo.n. momẽto incipit iam actus est & motus. Sed rõne alicuius alterius post motũ perficiendi. Sicut actus ac sæpe mutatio fit momẽto: ita motus exordiens i momẽto simpliciter/iam est motus. Subit uero tẽpus quatenus subit & q̃titatem.

PLOTINVS.

Si quis aũt obiiciat/ motũ esse actũ imperfectũ/ nihil adhuc prohibere ui debit/actũ qdem primo loco ponere: motũ uero tanq̃ spẽm eius/& imperfectũ qddã illi subiicere. Prędicãdo qdem de motu actũ. Addendo uero p differentia imperfectũ. Nam impfectũ de motu dicit: nõ qa nõ sit actus: sed actus quidem ẽ oio. Sortit aũt repetitã quandã successionẽ/ nõ quidẽ ut motus ipse ad actũ quãdoq; perueniat. Iam eni actus existit: sed ut efficiat aliquid: quod aliud quiddã est ultra motũ. Neq; tũc motus ipse perficit: sed res ipsa potius/ad quã motor animũ intẽdebat. Sicut incessus statim ab initio erat incessus. Si aũt oporteat stadium ptransire/nec dum trãsactũ fuerit: certe hoc ipsum quod deest/neq; incessui neq; motui deest: sed potius incessui tanto. Incessus autẽ erat etiã quãtuscũq; fuerit/atq; iam motus. Profecto q mouet/iam est motus: & qui diuidit/iam diuisit. Et sicut qui actus dicit/nõ indiget tẽpore: ita neq; etiam motus: sed motus proprie eousq; productus. Atqui si actus fit in nõ tẽpore/certe & motus qui oio motus est atq; simpliciter. Sin aũt motũ dicãt/iccirco prorsus in tẽpore fieri: quia cõtinuitatem sibi uendicet: respõdebitur/uisionem quoq; nõ in termissam habere continuitatẽ/agiq; i tẽpore. Argumẽtũ uero huic præbet facultas quoq; proportionis. Quę quidẽ tradit/posse semp ex quocunq; motu aliud aliudq; accipe: Neq; esse initium tẽporis/in quo & a quo incepit. Neq; rursus motionis exordiũ/sed licere semp altius motũ diuidere: adeo ut cõtigat motũ nup incohatũ iam etiã ex infinito tẽpore processisse: Ipsũq; motũ similiter infinitum quãtum spectat ad exordium/extitisse. Id aũt ideo accidit: quoniã actum a motu separant. Et actũ quidẽ fieri i nõ tẽpore dicunt: motũ uero tẽpore indigere fatent. Motum inq̃ nõ solum tantum proprie aut tãtum/sed oio motus ipsius naturam necessario ẽe quantã. Tametsi ipsi fatentur/tantum aut tantum p accidẽs motioni cõtingere: siquidẽ motus sit diurnus: uel q̃ticũq; sit tẽporis. Sicut igit actus fit i nõ tẽpore: ita nihil prohibet motũ quoq; i nõ tẽpore incepisse. Tpũs aũt ob id motui cõtigisse: quoniã motus tãtus euaserit. Quãdoquidẽ mutationes quoq; i nõ tẽpore fieri cõcedũtur: quãdo dici solet/mutatiõem partim qdem peragi simul totã/partim uero nequaq̃. Si ergo mutatio cur nõ etiã motus agit in nõ tẽpore? Assumpta uero mutatio est/nõ i eo qp iam facta fuerit permutatio. Nõ eni mutatiõe illa indigebat: quæ proprie in esse quodã pmutato cõsisteret.

MARSILIVS.

Probabilius sub motu tãq̃ genere ponerẽt actionẽ & passionẽ/q̃ duo hæc tãquã prædicamẽta duo.

Cap. XVII.

Esse relatiuum non est simpliciter esse alicuius/ uel ad aliquid uergere: sed hoc ipsum quod est/ ex mutua duorum habitudine cõfici.

PLOTINVS.

Siquis aũt attulerit/ neq; actum neq; motũ esse p se genera: sed ĩ relatiuo rum genere cõputari: propterea q; actus qdẽ sit alicuius potẽtia quadã actiui: motus autẽ sit alicuius potentia motiui/ qua rõne sit motiuũ/ di cẽdũ est. Relatiua semp ipsa habitudine generari: nõ ãt ex eo dũtaxat/ q; dicanẽ ad aliud. Quãdo uero sit subsistẽtia quædã/ quæ siue alterius/ siue ad alterũ sit/ naturã tamẽ ipsã sortiẽ ante relationẽ: hic utiq; actus & motus & habitus insup existens alterius/ nõ caret interea ea facultate/ p quã ante relatiõem sit reipsa/ atq; intelligaẽ. Alioquin sic oĩa pariter ad aliud referenẽ. Quodlibet enĩ habitudinẽ quandã ad aliqd habet. Quod quidem aĩæ quoq; cõtingit. Iam uero hoc ipsa factio/ & hoc ipsum facere/ cur nõ ĩ relatiuorum numerum referanẽ? Aut enĩ motus/ aut actus quidã erit oĩo. Sin aũt effectiõem quidem ĩ relatiuorũ ordine collocent: ipsum uero facere genus unũ cõstituãt/ quid nã prohibet quo minus & motum ad aliquid referãt: ipsum uero moueri unum esse genus affirmẽt? Atqui moueri eis diuidere licet/ tãquã unum in spẽs prẽcipue duas: In ipsum. s. facere atq; pati: nõ tamẽ sicut nũc efficiunt/ dicẽtes uidelicet hoc quidem genus esse facere: illud aũt genus esse pati.

MARSILIVS.

Motus ipse nõ tam ut simpliciter sit/ q̃ ut sit longus/ indiget tẽpore. Item nõ oĩs actio referẽ ad passionẽ/ qualis incessus & ĩtelligẽtia est

Cap. XVIII.

PRæterea motus/ actio/ passio/ sensus/ intelligẽtia/ præter id q; sunt alicuius actus/ & dirigunẽ ad aliquid/ exĩstunt absolute aliquid in seipsis.

PLOTINVS.

Considerandũ est præterea/ num rite dicturi sint ĩ ipso facere alios qdem esse actus/ alios ãt esse motus: Et actus simul totos expleri: motus ãt tales esse/ quale sit & diuidere. Diuidere nanq; uersaẽ in tempore/ an forte actus oẽs dicturi sint esse motus/ uel certe cum motu. Item nunquid effectiones oẽs ad ipsum pati sint relaturi: an potius quasdã absolutas affirmaturi: sicut incedere atq; loqui. Rursus num oẽs impetus ad passiõem relatos/ motus noĩaturi sint: absolutos ãt/ simpliciter actus/ uel forsan ĩ utrisq; pariter utrũq; collocaturi. Iam uero incedere quidem ipsum/ quod & absolutum quiddã est/ motum facile apellabunt. Intelligere uero/ cui patiens nõ respõdet/ actum uel actiõem (ut arbitror) nuncupabunt. Alioquin intelligere atq; incedere nõ erit aliquid facere. Verum si hæc in genere faciendi nõ sint/ ubi dicendum? Forsan uero intelligere ad intelligibile sicut & intelligentiam referent. Nam & sensum ad sensibile dirigũt. Quod si & sensum dirigunt ad sensibile/ cur nõ ipsum quoq; sentire ad sensibile referant? Atq; sensus/ qui & referẽ ad alterũ/ habitudinẽ quidẽ habet ad illud: Sed hẽt interea nihilominus pręter habitudinẽ aliqd: hoc ipsum. s. actũ quendã esse/ uel passiõem. Si igiẽ passio præter id quod alicuius uel sub aliquo sit/ est & aliquid aliud/ nimirũ sic & actus atq; actio. Tum uero incessus cum ipse quoq; alicuius sit/ sitq; pedũ/ atq; sub aliquo/ hẽt tamen in seipso interim ut sit motus. Quod si ita ẽ/ intelligẽtia quoq; præter id quod spectat ad aliquid/ id ĩ se muneris hẽt/ ut motus quidã sit aut actus.

## MARSILIVS.

Probabiliter motū ponemus ꝑ genere: Quē diuidemus ī motū exorientē intrinsecus/atq; ī motū extrinsecus incidētem. Cap. XIX.

PRimum quidē nominabimus actiōem/siue maneat intus/siue etiā ī aliud exeat. Secundū uero passionē: siue quis putet hos iter se motus actionēq; & passiōem re ipsa discrepare/siue tantum rōne differre.

## PLOTINVS.

POst hæc autē cōsiderandū est/nunquid actus aliqui uideanť imperfecti fore/nisi tempus assumpserint: adeo ut cū motibus una cōspirēt/ uelut uiuere atq; uita. In tempore nāq; perfecto cōsistere uideť suū cuiusq; uiuere. Ipsa quinetiā beatitudo actus quidā esse/nō ī aliquo indiuisibili cōsistens: sed tāquam motum quendā esse putāt. Ex quo dicēdum sit/utraq; motus esse: atq; motum ipsum genus unum existere. Quod quidem perspicere liceat unum secūdum se genus ultra quātitatem/quę ī subsťātia est/& ultra q̄litatem: adeo ut motus similiter sit unum quiddā circa subsťātiam. Quem quidem cōem motū/ si placet/in duas diuidas motiōes: quarum alię quidem ad corpus/alię uero pertinere ad aīam uideanť. Aut aliæ penes ipsa mouentia sint/aliæ sub aliis aliunde in ipsa pueniāt. Vel aliæ ex ipsis proprie/aliæ aūt ex alienis. Tum uero quæ sūt ex ipsis/actiōes sint: siue ī alia transeāt: siue sint absolutæ. Quæ uero pendēt ex alius/passiōes. Quāuis motus ēt in alia trāseuntes/iidem ēe uideanť: atq; motus qui ex aliis pēdere dicunť. Diuisio nāq; siue penes diuidētem/siue ī re diuisa cōsideret/est una. Sed diuidere aliud est q̄ diuidi. Forsan uero neq; una quidem est ipsa diuisio/quæ inferť a diuidēte/& quæ ī diuiso suscipiť: sed diuidere ipsū atq; diuidi nihil aliud est/ q̄ ex tali quadam actiōe & motiōe/alteram ī re diuisa succedentem fieri motiōem. Aut forte nō secūdum hoc ipsum/quod diuidi diciť/differētia ipsa perpēdiť: Sed secūdum aliud ex motiōe resultās/uelut dolere. In hoc.n. cōsistit pati. Quid ergo dicēdum/ubi nihil doleat? Quid nam aliud? nisi ꝙ actus efficientis ī hoc existens/sit loco doloris uel passiōis. Sic enī accidit & tale quiddam est/quod diciť aliquid facere. Atq; ita duplex uideť esse quod facere noiať. Aliud quidem nō ī alio/aliud aūt ī alio collocatū. Neq; sic ulterius diuideť/ut aliud quidem facere sit/aliud uero pati. Sed ipsum quod est ī alio facere/occasiōem pręstitit/ ut duo quædam esse hic apparerēt: quorum aliud sit facere/aliud cōtra sit pati. Iam uero scribēdi munus/q̄uis admittať ī alio/nō affert præterea passiōem sibi e cōtrario respōdentem: quoniā nihil aliud efficit ī scribendo/præter scribentis ipsius actum. Quod quidem perinde se habeat atq; dolere. Siqs aūt dixerit tale quiddam afferre pręterea/quale sit/quod fuisse scriptum diciť/nō ꝓpea passiōem aliquam ī medium ītroducit. Atqui & ī ipso īcessu/quauis terra subsit/quæ incessu calcať/nō tamen hic addi debet/terram aliquid inde fuisse perpessam. Sed quādo quis sup corpus aīalis progrediť/ passio iam ꝓpendiť: dum uidelicet quiuis excogitat dolorem insup inde prouenientē: dolorem inq̄ reputās nō incessum. Alioquin id ipsum prius etiam perpendisset. Sic & in oibus secūdū ipsum facere/unū quiddā genus/dicendum est una cum eo quod pati diciť & oppositum. Quod aūt pati diciť/id ipsum est/quod factum est posterius: nō quidem quod sit oppositum ꝓinde atq; ei quod est cōburere/ipsum quod ē comburi. Sed passio potius diciť atq; pati/id ipsum quod ex comburere

comburiq; uelut uno quodam existente/in re ipsa resileat/ siue dolor id sit/siue aliud quiddã/quasi destructio quędam. Quid ergo?Siqs hoc ipsum sic agat/ut dolorem inferat/nõne hic qdẽ agit/ille uero patiť?atq; ex uno quodã actu duo cõficiunť:ubi hic facit/ille patiť. Forsan uero ĩ ipsa actiõe nõ amplius cõputatur doloris inferẽdi ꝓpositũ. Sed facit aliud quiddã: ꝑ quod afficit dolore. Quod quidem ĩ ipso dolituro factũ/unumq; & idem existẽs/efficit ut aliud prędterea sit dolore quodam affici. Quid igiť de illo dicẽdum?quod unũ quiddã fit prius q̃ etiam dolore afficiat/ uel etiam ubi dolor nullus inferť/ nõne passio est illius ipsius/in quod inferť?Velut audire. Sed forte ipsum audire non est passio/neq; oio sentire ulla passio est. At dolore premi/est ĩ passione constitui/quod qdem effectioni nõ est oppositum iudicãdum.

MARSILIVS.

Aliquam actiõem passio nõ comitať/ut intelligẽtiam atq; sensum: aliquã comitatur intus/ut cõterere cõterentẽ uicissim/& calefacere mutuo frigefacientẽ. Aliquã comitať extrinsecus.

Cap. XX.

ET hoc quidem dupliciter. Aut enĩ actionem manifesta passio comitať foris/ut secantem: aut occulta/ut incedẽtem. Immo & occultissima/ut augeri/& formari corpus ab aia.

PLOTINVS.

SEd esto/si placet/nõ sit oppositum. Verũtamen cũ aliud quiddam sit q̃ facere/nõ ĩ eodem genere una cum effectione locať. Vel forte si ambo sunt motus/sunt ĩ eodem: uelut alteratio ipsa secũdum qualitatem motio. Num igiť quando ab ipso quali ꝓgrediť alteratio/est ibi factio atq; facere: cum ipsum quale sit passiõis expers?Aut forte si sit a passiõe remotum/in facendo uersať. Sin aũt ĩ aliud agẽs ueluti uerberãdo mutuo patiť/nõ amplius facit/ an potius nihil prohibet faciendo pati. Si igiť secũdum ipsum pati uelut attere re id habet/cur nam facere magis q̃ pati censetur?An qa uicissim atterendo cõteritur/atq; patitur? Nũqd ergo quoniã mutuo agitať/ geminos circa ipsum motus esse dicemus? At qũo duos? Num igitur unum? Sed quo nam pacto motio eadem actio simul est atq; passio/ & ita quidem actio dicetur/ quatenus ab alio manat: passio uero quatenus inde fluit ĩ aliud: dum tamẽ una motio est. An igitur motiõem aliam esse dicemus: & quo nam pacto aliud quiddã disponet/ aut afficiet patientem alterans ipsa motio: atq; ipsum agẽs nõ patitur ab illo secũdũ idem. Quo.n. pacto patiať hoc ipsũ quod ĩ alio facit? Num ergo hoc ipsũ.s. in alio motũ esse/in causa nobis est/ut passio sit. Quæ qdem penes effectorẽ passio minime fuerat. Verum si hoc qdem albũ efficit ceu seminaria Cigni ratio. Hoc aũt efficitur album/nascens uidelicet Cignus: an pati dicemus Cignum ĩ essentiã interim procedentẽ?Sin aũt deinde etiam natus efficiať albus: item si hoc qdem augeat/illud autẽ augeať: auctum ipsum pati asseuerabimus?An potius in ipso quali quodã locabimus passiõem?Prędterea si hoc qdem pulchrũ facit/hoc uero fit pulchrum/an quod pulchrum efficiť/ pati interea cõfitebimur? Si igiť quod pulchrum reddit/interea fit deterius/uel obscurať/uelut stamnũ: aliud aũt euadit melius/uelut ęs/nunquid ęs pati dicemus?stamnũ uero facere? Deniq; discentẽ qũo dicemus pati?Videlicet ipso efficiẽtis actu ĩ ipsum iam prodeunte. At uero quomodo hæc erit passio: cum unus sit actus? Forte ipsa quidem nõ est passio.

Qui autem habet/eſt patiens/quippe cum ipſum pati perinde tanquam ſit alicuius accipiatur. Neq; enim ex eo q̄ qui addiſcit/nihil ipſe egerit/pati dicitur. Nam diſcere non eſt tanquã pulſari uel percuti. Quippe cum in quadam apprehenſione diſcretioneq; conſiſtat. Sicut neq; uidere perinde ſe habet atq; pulſari.

MARSILIVS.

Tam actionem q̄ paſſionem per motum quendam uel actum definire poſſumus Cap. XXI.

SEd illud quidem agere dicitur/cuius motus ex ipſo ſummit exordium/ſiue hinc aliqd ī alio fiat: ſiue nihil. Illud uero pati/cuius motus ſolũ in cidit aliũde: ſiue ad deterius eat/ſiue ad melius. Item ſeu ab agente ſepato incidat ut uerberatio: ſiue a coniuncto/ut alteratio in corpore ab opinione affectuq; aīæ ſuæ: & affectus ipſi extrinſecus incitati.

PLOTINVS

QVa nam igitur notione ipſum pati proprie deſignabimus/ non certe diſcernemus actu quodam/quia ab alio pendeat: ſiquidem qui actum ſuſceperit/ſibimet ipſum uelut propriũ uendicauerit. Sed nũquid ubi non actus quidẽ ſit: ſed tãtum paſſio? Quid ergo ſi id quod pati dicitur/melius fiat: actus autem ſe deterius habeat: aut ſi p̄ prauitatẽ agat quiſpiã/ & intẽpate alteri domineẽ: an forte nihil p̄hibet actionẽ quidẽ eſſe prauã: paſſionẽ uero honeſtã. Quo nã ergo potiſſimũ diſtinguemus? Nũquid definiemus ipſũ facere p̄ actum quendã ab ipſo quolibet in aliud trãſeuntẽ? Pati uero p̄ effectum aliunde ī alio reſultantem. Quid ergo dicemus? ſi ab ipſo quouis exeat quidem: in aliud autẽ minime tranſeat. Qualis certe eſt actus intelligendi atq; opinandi. Quid item? quando quis ex ſeipſo protinus incaleſcit? ſiue ex cogitatione uehemẽti id accidat/ſiue ira potius: quam nullo prorſus alicubi laceſſente/opinio propria ſuſcitauerit. Forte uero ipſum facere eſt/ſiue in ſeipſo maneat/ſiue ī aliud agat impetus quidam ex ſeipſo quouis erumpens. Cupiditas ergo & appetitus omnis quid nam eſt? Forte ſi appetitus ĩcitatur ab appetibili/paſſio quædam eſt/ etiam ſi nullus adiecerit/a quo nam incitetur: ſed id ipſum duntaxat/ q̄ poſt illud fuerit excitatus. Hęc igitur appetitio nõ aliter ſe habet/ q̄ ſiquis impulſus fuerit: uel etiã impulſu quaſi præcipitatus. An igitur appetitus diuidere debemus dicẽtes/illos quidem actiones eſſe/quicunque menti parent/ alios autem paſſiones: uidelicet q̄ in illis rapiatur animus/atq; trahatur. Ipſum uero pati non ex eo q̄ ab alio inferaẽ potius q̄ ex ſe ipſo. Agere nanq; poſſet non nihil ẽt in ſeipſo. Sed quando nihil ipſum cõferẽs alterationẽ ſubſtineat/quæ q̄dẽ ad eſſentiã nõ p̄ducat/ſed deducat potius ad deterius/uel ſaltẽ ad melius nõ conducat. Eiuſmõi inq̄ alterationem in ſe paſſionem & pati habere dicemus. Verum ſi calefieri nihil aliud eſt/q̄ accipere calorem atque habere: eſt ãt calefactio p̄tim ad eſſentiã conferens: p̄tim cõtra: nimirũ idẽ pati erit atq; nõ pati. Et quid nã p̄hibet calefactionẽ eſſe geminam? Forte uero ipſum calefieri quando ad eſſentiã confert: tunc etiam alio quodam patiente ad eſſentiam confert: uelut quando ęre calefacto atque patiente/ eẽntia quędam fit/quam ſtatuã nominant: quæ quidem ipſa non ẽ calefacta niſi forte per accidẽs. Si ergo ęs euadat pulchrius ex eo q̄ ipſum calefiat/uel ſecũdũ ipſam calefactionem nihil prohibet quo minus pati cõfiteamur. Duobus enim

modis passionem accipere solent: dicentes aut ad deterius /aut ad melius ducere/ uel ad neutrum.

MARSILIVS

Motus idē pōt si referat ad agēs/ dici actio: si ad patiēs passio noīari Cap. XXII

UBi proprie loquimur actionē ab effectione distinguimus. Dicentes post actionem opus inde procreatum aliud nō extare quale per effectionem fieri extareq; cōsueuit.

PLOTINVS.

FOrte igit pati quidē accidit ex eo q aliqd in se motū habeat: motū inq alterationis p quā quoquo mō altereť: agere uero est uel habere ī se & a se ipso motū absolutū/ uel edere motū a se ī aliud trāseuntē. Qui & incipiat ab eo ipso quod agere dicit. Atq motus quidē est ī utrisq; Differētia uero distinguens agere inter se & pati: talis est/ ut agere ipsū seruet/ qua agere est passionis exps. Pati uero ī eo q aliquid aliter q̄ prius afficiat/ dū ipsa patiētis essentia nihil ad essentiā ptinens adipiscit: sed aliud quiddā interea patit: quando aliqua essētia generat. Quāobrem idē aliqd/ in habitudine quadā facere est: in alia uero habitudine pati. Nā penes quidē hoc cōsideratū erit facere: cū idem sit motus: penes āt illud erit pati: quoniā ille iam sic afficit. Vtraq; igit ad aliquid referri uident/ quatenus ipsa faciēdi cōditio se hēt ad ipsam patiendi ꝓprietatē. Nempe aliquid idem penes hoc quidem est facere: sed penes illud pati/ & utrūq; sane consideratur/ non tam secundum seipsum/ q̄ una cum ipso faciente atq; patiēte/ ubi hic quidem mouet/ ille uero mouetur: & utrunq; est duo quędā prędicamenta. Atqui & hic illi tradit motum: ille uicissim motum recipit. Quapp traditio & acceptio relatioq; ibi contingit. Aut certe si ille qui accipit habet/ ut dicitur colorem habere/ cur non dicatur & habere motum? Iam uero & absolutus motus ut incedere/ habet īcessum: & intelligere hēt intelligentiā. Proide cōsiderare opę pretiū est: utrū ꝓuidere sit facere: ac uicissim ꝓuidētia gubernari sit pati. In aliud enim atq; de alio quodā ꝓuidentia esse uideť. Forte uero ꝓuidere nō est facere/ tametsi de alio quodā sit intelligere. Neq; regi ꝓuidētia pati est. Forsan ēt nec intelligere quidē est facere. Nō. n. in ipsū quod intelligit̄ sese transfert: sed potius est de ipso: Neq; prorsus est effectio. Neq; oportet actiōes oēs esse effectiōes assere/ aut quicq̄ facere. Potest aūt ibi secundum accidēs esse factio. Quid ergo dicendū? Siquis incedens uestigia signet: nōne fecisse aliquid cōfitebimur? Sed. n. ex eo q ille aliquid sit/ uel agat/ aut decernat/ sequi inde ex cōtingenti quodā facere: actionēq; ꝑ accidens: quoniā ad hoc ipsū aīum minime aduertebat. Quandoquidē & ī rebus inaiatis etiam facere dicimus/ uelut ignē calefacere: & fecisse aliquid medicinam. Sed de his hactenus.

MARSILIVS

Peripatetici rōnem sufficientem assignare nō possunt/ cur habere quidem uestes nouum prædicamentum faciat: habere uero qualitates in se/ & habere pecunias/ non facit prædicamentum nouum. Cap. XXIII.

ITem habere uestes/ armariq;/ non unū: sed duo predicamenta significat.

PLOTINVS

Reliquum est de prędicamento quod habere nominant/disputare. Profecto si habere multipliciter aiūt: quid nam ꝓhibet/quo minus omnes hābēdi modi ī hoc prædicamētum pariter rediganť? Quapp & q̄tū ipsum huc facile reducet: quoniam habeat magnitudinem. Item quale eodem pariter referetur. Quia colorem habeat. Rursus pater atq; similia. Quia & pater habet filium: & filius habet patrem. Atq; summatim possessiōes oēs/& supellectilia quæ habenť. Si dixerint alia quidem quæcūq; habenť in suis illis prędicamentis esse. Arma uero & calceos atq; uestes ī proprio hoc habendi prędicamēto: primo quidem quæret aliquis/quam ob causam ita fiat: Deide cur nam habens quidē ipsa aliud quoddam unum prędicamētum efficiat. Comburēs uero illa/uel diuidēs/uel abscondēs/aut abiiciens/non aliud rursus prædicamentum/aut alia faciat. Si respōdeāt iccirco prædicamētū fieri/quoniā corpori circūdanť: sequeť/si quādo uestis ī lectica ponať/prædicamentū inde aliud fieri/aliudq; rursus si uestę q̄spiā ꝓrsus fuerit adoptus. Quod si prædicamētū ipsum fieri asserāt secūdum ipsum proprie continendi & habendi actum/profecto sic cætera omnia/quæ secundum hoc ipsum habere cognominantur/ huc eadem referri cōditione necessariū erit: atque ad ipsum habitum illa omnia/ ubicunq; sit ipse habitus redigenda erunt. Nihil enim intererit/quid nam id sit/quod habeatur. Proinde si in prędicamento eiusmodi describendo/non est dicendum habere qualitatem: quoniam qualitas ipsa iam suo loco sit dicta. Rursus nec habere quantitatem: quoniam quantitas locum suum antea obtinuerit. Itē nec habere partes/quia iam substantia descripta proprie fuerit. Cur igiť dicere licet habere arma? Cū iam definita substantia fuerit: cuius in genere arma proprie continenť. Nā calcei/uestes/arma substantię sunt. Præterea quo nam pacto simplex aliquid est hoc ipsum/ uniusq; duntaxat prædicamenti? Quando uidelicet dicimus/hic habet arma. Id nāq; significat quod dicit armari/uel armatum esse. Deinde nunquid in uiuente solum id habēdi prędicamētum habet locum: an etiam si statua quędā habeat eadē? Aliter. n. uiuens q̄ statua uideť habere: ac forte æquiuoca quadam conditione: quoniā & quando dicimus de utrisq;/stat ille uiuens/ stat & uiuētis statua/ nō eadem rōne stare utrumq; uolumus. Deniq; quod cōsistit ī paucis & differētia minima/quæ nam admittit rō generale aliud prædicamētum efficere.

MARSILIVS

Poni sic aut aliter ī tali quadam figura uel loco nō uideť nouum afferre prędicamētum præter figuram/locum/actionē/passionē/relationē Cap. XXIIII.

PLOTINVS.

Sequitur postremo prædicamētum illud quod poni uel in situ quodam esse noiant: quod quidē ī paucis quoq; cōsistit & differētia minima/ubi solent dicere: accūbere/discūbere/sedere. Tametsi nō simpliciter/sed modo quodā poni uel obtinere sitū prædicamētū esse nouū uelint: uelut quādo diciť/in tali quadā figura positus ē: ubi aliud q̄dē est figura. Positio uero ipsa uel poni significat aliud. Et ꝓfecto cū id significet ī figura quadā eē uel loco: atq; figura alibi descripta tā sit & locus: q̄d nā oporter ulterius prędicamēta duo ī unū accumulare? Præterea siquod diciť sedet/actū actionē ue significat ī actionum genere collocādū. Sin uero passionē: in genere passionū: deide quod diciť susp̄ēdit/q̄dnā aliud significat/q̄ poni sursū? quēadmodū & oppositū significat positū eē

deorsum/& aliud in medio positum. Præterea cum accubitus fuerit in relatio nũ genere collocatus/ cur non ibidem sit & qui dicitur sursũ positus/quãdoqui dem cum ibi sit ipsum dextrũ/ibidem est hic dexter atq; sinister. Sed de his iam satis fuerit disputatum.

MARSILIVS.

Non sunt ponenda prædicamẽta quattuor sub uno genere: quẽadmodũ pleriq; Stoicorum Cynicorumq; posuerunt. Cap.XXV.

Visit hactenus cõtra decem Aristotelis & Architę prædicamẽta exercitan di forsitan ingenii gratia. Deiceps uero seuerius agit aduersus illos/qui materiam loco principii posuerunt. Deinde una cum sequẽtibus sub eo dem genere collocarunt.

PLOTINVS

Post hęc ãt aduersus eos/qui prędicamẽta quattuor ĩtroducũt res uideli cet ipsas quatrupliciter diuidẽtes: ĩ subiecta/& q̃lia/& quodãmõ se hẽn tia: & ad aliqd quodãmõ se hẽntia: atq; unũ quiddã cõe cũctis attribuẽ tes: dũ uidelicet cũcta uno quodã genere cõplectunt̃: aduersus eos inq̃ multa li cet afferre: cõtra id præsertim q̃ aiũt cõe genus unũ oibus cõuenire. Et. n. inconsi derate admodum & absq; ratione introductũ est apud eos: quod solent hocali quid apellare. Neq; incorporeis corporibusq; simul accõmodari potest. Sed neq; differentias reliquerunt/quibus hocaliquid distinguere ualeãt. Arqui id ipsum hocaliquid aut ens est/aut non est. Si ens esse dicitur/una quædam est e numero specierum. Sin uero non ens: sequitur ens fore non ens: & q̃plurima generis eiusdem. Hęc ergo missa ĩ presentia faciamus. Ipsam uero diuisionẽ cõsideremus. Principio subiecta in primo gradu ponẽtes/ibidemq; materiã anteponẽtes aliis absurde admodum id ipsum quod primũ putant esse principium/ ĩ uno quodã ordine cum his cõnumerant/quę post suum pricipium collocant̃. Et ĩprimis qui dem priora una cum posterioribus in unũ aliquid congregant: cum alioquin fie ri nequeat: ut ĩ eodem genere aliud quidẽ prius sit: aliud uero posterius. In illis enim in quibus prius ẽ atq; posterius/id certe quod posterius est/ a priore habet essentiam. At in eis quæ sub eodẽ genere sunt quodlibet penes idẽ genus ęqua litatẽ habet essendi. Siquidẽ hoc esse genus oportet/quod ĩ eo quod q̃d ẽ/prędi cat̃ de spẽbus: quãdoquidẽ & ipsi cætera oĩa habere essentiam a materia/ut arbi tror/fatebunt̃. Deide ubi subiectũ in numerãdo unicũ introducunt/nõ res quidẽ ipsas enumerãt: sed rerum pricipia quęrũt. Interest aũt rerũ principia/atq; res dice re. Sin aũt materiã quidẽ solã ens esse uelint: cętera uero quasdam materię passio nes: certe nõ oportebat entis ipsius & aliorũ genus unũ præponere. Sed melius forte dixissent/si hoc quidẽ uelut essentiã posuissent: reliqua uero tanq̃ passiões illius aliquas posuissẽt: ea iposterum partituri. Deniq; absurdũ est/quod aiunt alia quidẽ esse subiecta: & alia reliqua. Quippe cum unicũ sit subiectũ: neq; ullã in se differentiam habeat: nisi forte ita diuidi possit/sicut aliqua moles ĩ partes. Quãuis neq; diuidere quidẽ liceat: ppea q̃ cõtinuã esse substantiã arbitrant̃. Me lius itaq; dixissent/si nõ subiecta nobis/sed subiectum introduxissent.

MARSILIVS

Materiam per se informem aliunde formabilem nefas est pro rerum principio ponere Cap.XXVI.

PRęſertim qa oĩa actum appetunt tanq̃ bonũ. Actũ dico formã & actionẽ. Actus igit̃ ipſe ſũmus & ſimpliciſſimus: cui nihil potẽtię materialis inſit/ eſt finis ultimus & pricipiũ. Actum dico ẽt forma ſupiorẽ. Oĩa.n.actum aliquẽ appetunt ultra formã. Ridiculũ eſt/poſtq̃ ſimplicẽ materiã loco principii poſuerunt/addere materiã inq̃ cõtinuã & extenſã. Hæc.n.nõ iam foret ſimplex: ſed cum q̃ntitate & q̃litate pmixta. Deniq; qcquid conſtat ex multis/cũ fiat ptici patione unum/dependet ab aliquo/p ſe ipſum uno/ideoq; pẽnitus indiuiduo.

PLOTINVS

PRęceteris ãt abſurdiſſimũ eſſe uideť/materiã quæ ĩ potẽtia eſt/oĩbus ante ponere: neq; actũ ipſũ potius potẽtiæ anteferre. Neq;.n. fieri põt/ut quod eſt in potentia ad actum aliquãdo prodeat: ſi mõ id quod eſt ĩ potentia ordinem in rebus principii teneat. Non enĩ ipſum quod in potentia tantum eſt/ ſeipſum unquã pducet ĩ melius: ſed oportet uel ante ipſum eſſe/quod eſt ĩ actu/ atq; ita non amplius id ipſum erit principium: aut certe ſi ſimul eſſe dixerint in fortuita quadam ſorte rerum principia collocabunt. Item ſi ſimul ponãt: cur nõ & illud præferunt? Cur ue hoc ideſt materia potius q̃ illud eſſe ens iudicatur. At ſi illud eſſe poſterius aſſerant/ quærendum erit/ qua conditione id fieri poſſit. Nempe materia ſpeciem minime generat: quia nec iforme formoſum: neq; ex eo quod in potentia ſolum eſt/id quod eſt actu/uel actus quandoq; procedit: alio quin prius etiam tãquã actu quodã illic extitiſſet: neq; amplius ſubiectum apud eos illud atq; materia foret ſimplex. Atq & deus apud illos materia poſterior ẽ. Corpus.n.eſt apud eos ex materia & ſpẽ conſtãs. Vbi certe quęrẽdum eſt/unde nã ei ſpẽs adſit. Sin ãt etiã abſq; materia Deus exiſtit/ quippe cum rõ quædã ſit principii obtinens ꝓprietatẽ: nimirum eſt ĩcorporeus: atq; pricipium efficax ẽ in corporeum. Quod ſi etiam ſine materia compoſitam habet eſſentiã/utpote qui corpus ſit/conſequens eſt/ut aliam materiam quæ Deo conueniat/introducant. Præterea quo nam pacto materia principium eſt/cum ipſa ſit corpus? Fieri nanq; non poteſt quin corpus ſit multa. Atqui omne corpus ex materia & qualitate cõ ponitur. Si autem corpus hoc ſe aliter habet/æquiuoce materiã corpus apellant. At ſi cõmunem corporis proprietatem trinam eſſe dicant dimẽſionem/ certe cor pus afferent mathematicum. Verum ſi dimenſionẽ triplicem cum reſiſtentia qua dam coniungant ad ipſam corporis plenitudinẽ: non unum aliquid dicent. Præ terea reſiſtendi proprietas quale quiddam eſt/uel a qualitate proueniens. Iam uero quęrendum eſt/unde ſit reſiſtentia. Vnde diſtantia triplex. Quis diſtare cõ pulerit. Non enim ĩ ipſa ratione trinę dimenſionis materia cõtineť/neq; uiciſſim in ratione materiæ dimenſio trina. Quapropter cum ita materia magnitudinis ſit particeps/haud amplius erit ſimplex. Pręterea unde nam unitas? Non enim ſubiectum hoc eſt ipſa unitas: ſed unitatis participatione cõſiſtit. Operępretium erat conſiderare: non poſſe molem omnibus anteponi/ ſed anteponẽdum aliqd a mole ſecretum/ipſumq; unum. Atq; decere ab uno exordientes in multa deſcẽ dere: & ab eo incipientes quod eſt a magnitudine ſegregatum/in magnitudines deuenire. Siquidem neque multa eſſe poſſunt/niſi ſit unum. Neque magnitudo poteſt eſſe/niſi ſit aliquid a magnitudine liberũ. Quippe cum magnitudo ita ſit unum/non ex eo q̃ ſit ipſum unum: ſed propterea q̃ unius ſit particeps/& ſecũ dum quandam congreſſionem. Eſt itaque neceſſarium/eſſe ipſum quod primo

præcipueq; tale eſt ante illud quod fit tale ſecundū quādam congreſſionē forte etiam cōtingentē: alioqn quo nā pacto conuentus effici pōt? Tū uero quęrendū eſt/quæ nā cōueniendi conditio ſit. Quod qdē ſi quæſiuiſſent/ forte unū ipſū quod nō ſecundū contigentiā unum eſt/iueniſſent. Dico āt ſecundum contigentiam illud/cui non p ſe ineſt ut ſit unum: ſed ab alio quodā unum eſſe contigit.

MARSILIVS

Materia prima ſi oībus tam mouentibus q̄ formis ſubiecta eſt/non poteſt eſſe rerum principium Cap. XXVII.

NEc materia p ſe informis parit formas: nec ulla forma ī materia iacēs poteſt ex ſe exiſtere/quādo ī ſeipſa cōſiſtere nūquā poteſt. Nec earum principiū ē forma quędā materiæ mixta: alioqn nō poterit dominari materię. Oportet uero motorē tandē efficaciſſimū eſſe ab ipedimentis materialibus expeditum. Siquis uero fingat materiā eſſe formarū principiū/ negaturus eſt eam eſſe ſubiectā: affirmaturuſq; hanc p eēntiā ſuā formas oēs exiſtere. Ac tandē qcquid reuera eſt in mundo/eſſe materiā: formas uero imaginamenta quædā. Sed reuera cū ex materia naturaliter informi effici forma non poſſit/multo minus uita/quæ eſt forma prędantior. Minime uero mens/prędātiſſima forma. Deniq; principiū materialis formæ uita quædā eſt nō pululans ex materia/quāuis ſit infuſa materiæ. Atq; huius uitę principiū ipſa uita eſt/materiam longius ſupeminens.

PLOTINVS.

FAs autem erat ipſum oīum pricipium ī ſede admodum ueneranda aliter obſeruātes/nullo mō pricipiū affirmare/quod informe ſit: quod obnoxiū paſſioni/quod uita carens/mente captum/tenebroſum/idefinitum. Atq; huic ipſius eēntiæ munus adſcribere. Nēpe Deus ipſe apud illos honeſti & decori cuiuſdā gratia eſt itroductus: habēs eēntiam a materia/& cōpoſitus & poſterior: imo uero exiſtens materia ipſa quodāmō ſeſe habens. Proide ſi materia ſubiectū eſt/neceſſarium ē aliud qddā eſſe extra ipſā/ quod quidē in eā agēs adhiberet eā muneribus ab ipſo traditis ſubditā. Sin āt & ipſe qui materiæ dicit agitator ī ipſa materia ſit uelut ſubiectus una cum ipſa/ haud āplius materiā ſubditam adhibebit. Sed certe nō pōt ipſe una cum materia eſſe ſubiectum. Alioquin cui nā ſubiecta hęc erunt? cum nō ulterius adſit aliquis qui ea faciat eē ſubiecta. Quippe cum oīa ī hoc ipſum quod ſubiectum dicit/abſumpta iā fuerint. Nēpe ſubiectum ad aliquid neceſſario ptinet: nō quidē ad illud quod ſit ī ipſo: ſed ad illud potius quod ī ipſū agat expoſitū. Sane ſubiectum exponit ad illud quod nō eſt ſubiectū. Si hoc/igit ad externū. Quapp prætermiſſū hoc fuiſſe uidet: Cæterū ſi nihilo illi egent externo quodā: ſed ſubiectū ipſū p ſe pōt oīa fieri/q̄ſi uane figuratum illius more qui tripudio ſe ferme in oīa trāſfigurat/ certe non amplius ſubiectum erit: ſed hoc ipſum potius omnia. Sicut eni tripudiator ipſe nō figuris ſubiectus eſt: nam geſtus quidam ipſius figuræ ſunt: ita neq; quam materiam nominant/ſubiectum omnibus erit: ſi ab ipſa omnia fuerint. Immo uero neq; omnino quidem erūt alia: ſiquidem reliqua nihil aliud ſunt præter materiā ipſam quodāmō ſe habētem/quēadmodū & ſaltator ī ipſo tripudio certo ſeipſū modo habēs figurę ipſe omnes exiſtit. Sin autē alia nō ſint/nec oīo ipſa materia ſubiectū erit. Neq; erit materia rerū: ſed materia tantū. Ideoq; nec ēt ipſa materia: ad aliquid. n. materia referri uidet. Et quod refertur ad aliqd/ſpectat ad aliud:

atq; ex eodem genere ducit uelut duplū ad dimidiū: nec substātia quidē ad duplum. Ens āt ad nō ens quo nā mō refertur: nisi forte p accidēs? Quod āt secundum se ens existit/atq; ipsa materia tanq̄ ens referet ad ens. Si.n. potētia quædā est quod est futurū: illud aūt nō est essentia: neq; ipsa etiā essētia est. Quamobrē illis accidit/ut dū illos uituperant/q ex non essentiis essentias ꝓcreāt/ ipsi interim ex essentia faciāt nō essentiā. Mūdus.n. quātū mundus ē/apud eos nō erit essentia. Nefas āt dictu est/materiā quidē quæ subiectū est/essentiā esse: corpora uero non esse magis essētias. Multoq; magis absurdū est/mundū ipsū essentiā nō existere: sed aliquid solū quod pars eius est/eēntiam esse. Tū uero aīal nō ab aīa habere substantiā: sed a materia tantū. Atq; ipsā aīam passionē quādā esse materię/ posteriorēq; materia. A quo nam igit materia ut aīaret/accepit? Et oīo aīe ipsius substātia unde nā est? Itē quō materia subsistit atq; formatur? Nēpe quando hæc ipsa fit corpora aīa aliud quiddā est q̄ ipsa. Eteni si aliunde q̄ ab aīa spēs ꝓueniret/nullo mō aīa fieret accedēte materiæ q̄litate: sed corpora ꝓrsus inanimata. Si quid autem materiam format/& procreat aīam/consequens est/ut ante aiam procreatam sit & anima procreans.

MARSILIVS

Materia q̄to magis sub formarum mutationibus ꝑmanet: tanto magis patit. Et iccirco est omnium infima

Cap. XXVIII.

Ens si posterior esset q̄ materia: nec materiam posset transcendere: nec materialia etiam perfecte comprehendere.

PLOTINVS

Verum cū multa sint opinioni huic palā repugnantia/quę afferri ī mediū facile possint: iā dictis cōtenti esse debemus: ne forte nobis ēt turpe sit/ contra tā aptos errores obnixius decertare. Satis uero fuerit ostēdisse/ qui nā & quēadmodū nō ens tanq̄ maxime ens affirmēt atq; cōstituāt: & quod infimū est tanq̄ primū collocare nō dubitent. Causa uero tāti erroris hæc extitit: quoniā illi sensū uelut ducē secuti sunt: cui fidē in prīcipiis & reliquis statuēdis nimiā adhiberēt. Nēpe cū corpora dūtaxat esse res ueras existimarent: ac deinde corporū cōmutationē mutuā in se inuicē formidarēt: nimirum quod sub eis manet id ipsū esse ens putauerunt. Perinde ac siquis locū magis q̄ corpora ens esse putaret: existimās uidelicet/locū minime destrui. Et q̄uis hic apud eos maneat/ oportebat tamē nō qūocunq; manēs esse ipsū ens arbitrari: Sed cōsiderare prius/ quę nā entis ueri sint dotes. Quibus iā præsentibus adsit simul semp manēdi facultas. Iam uero & si umbra quędā maneat/semp aliud quiddā comitās cōtinue ꝑmutatū/non tamē magis erit umbra q̄ illud. Atqui & ipsū sensibile una cū illo aliisq; numero multis/magis utiq; ens cū & totū sit uidebit iudicādū: q̄ unū aliquid eorū quę cōtinent in ipso. Sin āt & totū subiectū illud non ens/quo nā mō illud. Oium uero maxime mirandū esse uidet/illos qui sēsui de oibus prę̄stabāt fidē/nō etiā affirmauisse/ens ipsū sensu posse cōprehēdi. Sed neq; ēt recte soliditatē uel resistētiā illi tribuūt. Id.n. q̄litas quędā est. Sin āt mēte id se ꝓpe dicāt/ absurda mēs hęc erit/quę materiā sibi prę̄fecerit/uerūq; essēdi munus nō sibi/sed materiæ dederit. Cū igit mens apud illos nō sit ens/ qua nā cōditione ullā hēbit fidē? cū ubiq; de his quę prę̄stātiora sūt: q̄ ipsa loquat & iudicet: neq; ullā cū eis cognationē habeat? Sed de hac ipsa natura subiectiq; satis ēt alibi disputatum.

MARSILIVS.

Posuerant prædicamẽta quattuor.s.subiectum primo/deinde quale/ tertio quo dammõ se hẽns/quarto quodãmõ se ad aliqd hẽns

Cap.XXVIIII.

Hoc ipsum quod addit̃ quale/ si simplex quiddam est/sicut esse debet/si seorsũ facit prędicamentũ/certe est incorporeũ:quod q̃dem ipsi nolũt. Sin aũt compositum significat:uana est diuisio/diuidẽs uidelicet res in subiectum/atq; iterum in subiectũ quale. Et oio quãdo dicũt quale & quodãmõ se habens/aut rem nullã addunt prẽter materiam/sic se hẽntem:aut addũt/si nullam/unicum reuera prædicamentũ erit. Si aliquã/qd nam hæc ipsa sit interrogati nunq̃ explicant. Nec discernũt unq̃ inter materiã qualẽ/atq; materiam quòdãmõ se hẽntem:hac uidelicet discretione plura prędicamẽta facturi. Deniq; si nihil in natura sit prẽter materiam sic se habentem/ mens ipsa materialis erit: neq; de materia/neq; de sẽpatis expedire poterit iudicare.

PLOTINVS

Quæ uero q̃lia dicunt̃ apud illos/ alia quædã oportet esse prẽter ipsa subiecta:quod q̃dem & ipsi fatentur:alioquin nunq̃ ipsa uelut secunda numerauissent. Si igit̃ alia sunt/necesse est insup ea esse simplicia. Si hoc/neq; quaq̃ composita. Si & hoc/nec habere materiam/qua rõne sunt qualia. Si deniq; hoc/incorporea efficaciaq; existere. Materia nanq; apud illos ad passiones suscipiendas exposita est. Sin autem q̃lia ipsa dicant esse composita/ primo quidem diuisio ent absurda:quæ simplicia & composita ex opposito diuidit: eaq; i unũ genus accumulat. Deinde ob hocipsũ quoq; non recta/quoniã in altera sp̃ẽrum collocat alterũ. Quẽadmodũ siquis scientiã diuidẽs/alteram quidem asserat esse grãmaticam:alteram uero grãmaticam quoq; & aliquid insup. Verũ si q̃lia ipsa dicãt materiã esse q̃lem/primo seminales rõnes apud illos materiales quidẽ/neq; duntaxat i materia positæ cõpositũ quiddam efficient. Sed ante compositum ab eis factum/ex materia specieq; constabunt. Neq; igitur ipsę species erunt neq; ẽt rationes. Quod si obiecerint ratiões nihil aliud esse prẽter materiam ipsam quo dãmõ se habẽtẽ/ipsa uidelicet q̃lia esse quodãmõ se habentia fatebunt̃. Atq; erũt in quarto genere collocãda. Sin ãt aliam quandã habitudinẽ introducãt/interrogandũ erit/quæ nam sit differentia. An uidelicet ipsum quod dicit̃ quodãmõ se habere/in hoc gradu potius est subsistentia quædã. Quanq̃ nisi & ibi subsistentia sit/quid nam enumerant tanquam unum genus/uel speciem. Nõ enim sub eodem aliud quiddam ens/aliud uero nõ ens numerari potest. Cæterum quid nã est hoc/quod in materia dicitur quodammodo sese habens. Aut enĩ ens aut nõ ens iudicatur. Atqui si ens/est pẽnitus incorporeum. Sin uero nõ ens/frustra dicitur:solumq; materia est. Ipsum uero quale nihil prorsus existit. Sed neque etiam quod dici solet quoquo modo se habens. Id nanq; multo magis non ens uideri alicui potest. Quod deniq; numeratur quartum/multo minus ens esse uiderur. Sola igitur materia ens. Quis nam igitur hoc ipsum ait? Nõ enim ipsa materia: nisi forte ipsa sit mens/uidelicet quodãmõ sese habens. Tamẽsi hoc ipsũ quod dicit̃ aliquo mõ se habẽs est inanis adiũctio. Materia igit̃ dicit hęc/atq; cõprehẽdit. Et ꝑfecto si recta sanaq; diceret/mirãdum foret/quo nã modo intelligat/animæq; officia peragat: cum neq; mentem/neq; animã habeat. Sin uero insipienter inquit/quãdo se id quod ipsa neq; est neq; potest esse asserit: cui nam potissimũ

insipientiã hanc attribuere decet? Et profecto nulli prẽter q̃ ipsi: si modo eloqui posset. Nunc autem nec ipsa loquitur: & qui talia loquitur, iccirco sic ait: quoniã hausit iam ex materia plurimũ: ei quidem totus addictus ẽt si solam habeat animam. Ita nempe loquitur ignorãtia sui, atq; potentiæ: quę uera de huiusmodi rebus exprimere possit.

## MARSILIVS

Non recte distingũt quale & qũo se habens

Cap. XXX.

An & quale, reuera est materia quodãmodo se habẽs: atq; uicissim quodãmodo se habẽs, ẽ materia qualis. Præterea, nec ipsum quodãmodo se habẽs potest esse genus unicum: nec quicquid est præter materiam quale potest hoc nomine. s. quodãmõ se habens cognominari.

## PLOTINVS

Ne uero quæ quodãmõ se habere dicunt̃, absurdum forsan est i loco tertio collocare, uel qualẽcunq; ordinem obtinere dicant̃: quandoquidem circa materiam oĩa sunt quæcũq; aliquo modo se habere tradunt̃. Verũ differentiam eorũ quæ sic affecta sunt aliquã introducẽt, atq; aliter materiã ipsã quodãmo affici hoc mõ uel illo: aliter ãt affici reliqua, quę quoquo mõ se habere ponũtur. Quinetiã ipsa quidẽ qualia esse circa materiã quodãmõ se habẽtia: sed quę ꝓprie quodãmõ se tradunt̃ habere, circa qualia ipsa uersari. Sed. n. cum ipsa qualia nihil ꝓrsus existant, nisi materia quodãmõ sit affecta, rursus quæ aliquo mõ se habẽt, apud illos i materiã reuoluunt̃: atq; circa materiã uersabuntur. Prẽterea quonã pacto id ipsum quod aliquo mõ dicit̃ se habere, unũ aliqd esse potest? cũ in rebus eiusmõi multa differẽtia sit. Quo. n. mõ tricubitũ atq; album redigent̃ i unum: cum illud quidẽ sit q̃tum: hoc uero sit quale? Item quo pacto quod aliquãdo dicit̃, & quod alicubi? Rursus qui fieri põt, ut oĩo hęc sint quodãmõ se habentia. s. quod heri dicit̃, & quod iãdiu: & i lycio atq; academia: qui iterum põt effici, ut tẽpus sit ipsũ quoquo mõ se habens? neq;. n. ipsũ tẽpus, neq; quę in tempore sunt: neq; locus, neq; etiam quę sunt i loco id ipsum esse possũt. Proinde ipsũ quod facere dicitur, esse neqt quod aliquo mõ se habere uel affici noiat̃: quãdo nec ipse qdẽ faciẽs ẽ ipsũ quodãmõ sese hẽns, sed potius quodãmõ faciẽs: aut oĩo faciens tantũ. Atqui & ipse patiens nõ ꝓprie est quodãmõ sese hẽns: sed potius quodãmõ patiens: aut oĩo ita uel ita patiẽs. Forsan uero quod dicit̃ aliquo mõ se habẽs cum eo congruet, quod poni dici solet, situmq; tenere. Item forte cũ ex eo quod nũcupat̃ habere. Verũtamen i hoc ipso quod est habere, nõ proprie est ipsũ se quodãmõ habẽs: sed potius habens. Proide nisi relationis genus una cũ aliis unũ constituissent: alia utiq; rõ esset, quærentiũ uidelicet, siquã subsistentiã habitibus eiusmõi tradant. Quippe cũ passim minime tradãt. Deniq; qd nam dicemus ad illud: q̃ in eodem genere ponũt rem nup aduenientem cum rebus quę prius extiterãt. Absurdũ tamen est, simul i eodem genere copulare, una cum prioribus quod est aduentitium. Oportet. n. esse prius unũ atq; duo, ut & dimidiũ esse queat & duplum. De cæteris aũt qcunq; aliter res ipsas uel rerum pricipia posuerũt, siue infinita siue finita: seu corporea, seu potius incorporea: uel forsan utraq; simul: licet nobis seorsum de unoquoque perquirere, accipientibus insuper quæ ab antiquis aduersus opiniones eiusmodi tractata fuerunt.

# LIBER SECVNDVS SEXTAE ENNEADIS
## DE GENERIBVS ENTIS.

### MARSILIVS

Solum esse uerum ens arbitramur: cui non miscetur entis oppositum.i.essendi defectus atq; priuatio

Cap.Primum.

OPORTET Igitur id esse ī sua natura integrum:semperq; manere. Non decet ens falsum una cum ente uero sub eodem genere collocare:sicut neq; Socratis imaginem cum Socrate. Prosequetur quidem Plotinus deiceps entium genera Platonico more. Interpretationem uero in his Magnanime Laurenti breuissimā a Marsilio tuo nunc accipies. Audisti enim nonnunq̄/& forte quandoq; leges familiarem tuum atq; meum Pierleonum/mysteria eiusmodi diuino quodam/ ut cætera solet/instinctu tractantem.

### PLOTINVS

POSTQVAM De generibus decē considerauimus:diximusq; deide de illis qui sub uno quodā genere cūcta uelut quattuor spēs complectūtur:reliquum iam est/ ut nostram de iis sententiam explicemus:conātes uidelicet opiniōem nostram ad sententiam Platonis redigere.Si igitur unum ens oportuisset ponere/nihil opus esset inquirere: nūquid unū sit genus ī oibus: nunqd rursus genera nō reducanť in unum. Et num principia sint dicenda. Neq; rursus utrum principia etiā genera sint ponēda. Neq; uicissim utrum genera ipsa eadem sint atq; principia. Neq; utrum principia quidē omnia sint & genera:genera uero non ęque principia:uel uicissim:Siue potius in utrisq; aliqua quidem principia simul & genera. Aliqua etiam genera simul atq; principia. An forte in aliis quidem omnia sint simul & alia:in aliis autem quædam simul & alia sint. Quoniam uero ens non unum ponimus:ratioq; huius sentētiæ a Platone & aliis præsertim suis est assignata:forte necessarium est/de his quoq; considerare/primo quidem/quem numerum/& quomodo ponamus ī medium afferendo. Cum igitur de ipso ente uel entibus īdagemus/necessarium est imprimis inter nos hæc ipsa distinguere. Quid nam uidelicet ens ipsum dicamus: de quo īpræsentia rite consideramus:quid ue ens esse aliis uideatur: quod tamē nos nō quidem quod unquam sit: sed quod fiat potius apellamus. Est autem operępretium intelligere/hæc inter se distincta non quasi aliquod unum genus fuerit in ipsa diuisum. Neq; eni fas est putare Platonem ita distribuisse. Ridiculum nāq; foret ens ipsum in unum cum non ente coniungere. Velut siquis Socratem ipsum & imaginem eius collocet sub eodem. Iam uero diuidere hac ipsa in re nihil aliud est:q̄ segregare/seorsumq; disponere:& quod uideatur ens id non ens declarare/interim demonstrando aliud reuera ens existere. Atqui & ille qui enti ipsum semper adiunxit/tale esse ens oportere monstrauit:ut nūquā in ipsa entis natura mētiatur/& fallat. De hoc igitur ente loquētes/ de hoc nimirū quasi non sit unū tractabimus. Deinde si uideatur/de generatione insuper atq; genito mundoq; sensibili aliquid afferemus.

## MARSILIVS:

Ens primũ eſt quidem unũ: ſed quodãmodo cõſtat ex multis: quæ & principia ſunt/& genera. Cap. II.

PRincipia quidem/quoniã ipſa natura entis quaſi cõſtat ex ipſis: Genera uero/quia quodlibet eorum cõtinet ſub ſe ſpẽs gradatim multas & ſingula. Neq; cõfundunt̃ hęc in unum. Seruat enim unũquodq; proprium illic actũ. Neq; ens ipſum apellãdũ eſt genus. Neq; enĩ diuidit̃ ut genus ĩ ſpẽs. Neq; de ſuis prędicatur/ut genus.

## PLOTINVS.

QVm igit̃ nõ eſſe unum dicamus/cõſequens eſt/uel numerum quendam aſſerere/uel infinitũ. Nempe quo nam pacto dicimus non unũ/niſi dicamus unũ ſimul & multa/& unũ quiddã uarium ĩ uno multa cõprehendens. Neceſſarium igit̃ eſt/hoc ipſum quod ſic ẽ unũ/aut genere unũ eſſe: ſpẽs aũt eius entia: quibus ſane multa ſit ſimul & unũ. Aut genera plura q̃ unũ: ſic tamen ut ſint cuncta ſub uno. Aut genera q̃dem plura/nõ tamẽ ſub alio aliud: ſed unũquodq; quæ ſub eo ſũt/cõtinere: ſiue & ipſa quoq; ſint genera/quãuis angu ſtiora/uel ſpẽs ſub eiſq; ſingula: adeo ut ĩ naturã unã cuncta conducant: atq; ex oibus ipſa mũdi itelligibilis/ quod ens apellamus/ſubſtãtia conſtet. Quod quidem ſi ita ſe habet/ ſequit̃ hęc nõ ſolum ẽe genera/uerũ etiam pricipia ipſius entis exiſtere. Genera q̃dem/quoniã ſub eis alia quædã anguſtiora ſũt genera: ſpeciesq; poſt hęc & ſingula. Principia uero: ſiquidẽ ens ſit ex multis: & ex his totũ ipſum exiſtat. Si tamẽ plura quidem eſſent/ex quibus cõſtet: cõcurrẽtia uero tota cõficerẽt uniuerſum: nec haberẽt præterea ſub ſeipſis alia/pricipia q̃dẽ forẽt: genera uero nequaq̃. Perinde ac ſiqs ex quattuor ſenſibile id cõponat/ ex igne ſcilicet/cęterisq; eiuſmodi. Hæc enĩ principia forẽt: genera uero nunq̃: niſi quis forte ęquiuoca cõditione genus acceperit. Quamobrem cum dicamus pricipia quædam/etiam eſſe genera/quærẽdum eſt/nũquid hæc ipſa ita dicamus genera/ ut unũquodq; eorum una cũ iis quę ſequunt̃ ipſum/accipientes ſimul cõmiſcea mus oĩa: totũq; cõficiamus/ mixtionem cũctorum inuicem facientes. Sed.n. potentia quadam/nõ actu/ſingula illic erũt/& ipſum unũquodq; nõ erit purũ. Forſan uero dimittemus quidẽ genera: ſed ſingula cõmiſcebimus. Quænam igit̃ ĩ ſeipſis genera erũt? An & illa ĩ ſeipſis erũt/atq; pura? Et quæ mixta ſunt/illa nõ diſperdẽt: & quo nam pacto? Sed de his ĩ ſequẽtibus. Nunc uero poſtq̃ admiſimus nõnulla & ẽe genera/& inſup eſſẽtię ipſius pricipia: & alia quadã rõne principia eſſe/& compoſitiões quaſdam illic exiſtere/ primo dicendum eſt/erga quæ illa genera nuncupemus: & qũo iter ſe partiamur: neq; redigamus ĩ unum: quaſi ſorte quadã cõgredientia unũ aliq̃d faciãt. Quãuis multo ꝓbabilius redigerent̃ ĩ unum. Profecto ſi fieri poſſet/ ut oĩa entis ipſius ſpẽs eſſent: & poſt hæc deinceps ſingula cõſequerentur: nihilq; foret extra: ita forte liceret efficere. Poſtquã uero poſitio talis funditus hęc ipſa tollit/neq; enim ſpẽs ulterius erũt ſpẽs: neq; prorſus multa cõgregabũtur ĩ unum: ſed oĩa pęnitus unũ erũt: ne aliud ſit extra aliud/ubi illius oĩa ſint unius. Quo.n. pacto unũ euaſiſſet multa/adeo ut ſpẽs generaret? niſi eẽt aliquid aliud præter ipſum. Nõ enĩ ipſũmet exiſtit multa: niſi quis illud tãquã magnitudinẽ partiat̃. Verum ita quoq; aliud erit/quod ipſum diuidat. Si aũt uel a ſe uel ab alio diuidat̃/etiam anteq̃ diuidatur/diuiſum iam

erit/uel indiuisibile. Hac igiť rõne aliisq; de causis cauendũ est/ne genus unum cõstituamus: pręsertim quia fieri nequit/ut quodcũq; percepis/uel ens/uel essentiam nũcupes. Nam & occurrit passim/quod nõ possit ens uel essẽtia/nisi per accidẽs apellari: ceu siqs substãtiam apellet albam. Nõ.n. sic ipsum/quod p̃ se albũ/ qũod ue sit album/pronũtiabit.

MARSILIVS.

Multa quæ sunt ĩ primo ente/quoniam ibi nõ casu cõcurrunt/ necessario sunt ab uno.

Cap. III.

RVrsus cum ibi sint genera rerum prima inter se diuersa/nõ possunt itus reduci ad unum genus/quod de ipsis more generis prædiceť. Sed ad unam nõ tam causam q̃ naturã/quæ nõ tam cõstituať ex illis/q̃ cõstet ipsis: seq; ipsam ĩ ipsa propaget: totamq; ĩ singulis differẽtibus se cõseruet. Hãc uero naturam unam/quoniã est unum nõ simpliciter/sed unũ ens/ redigimus ad ipsum foras simpliciter unum uelut causam.

PLOTINVS.

PLura itaq; dicimus esse: neq; sorte quadam fortuita plura. Nõne igiť ab uno? Profecto & si ab uno depẽdẽt/ nõ tamẽ ab aliquo uno quod de illis ĩ ipso ẽe prædiceť: ideoq; nihil p̃hibet unũquodq;/ cũ nõ sit cõforme cum alio/ipsum seorsum genus existere. Num igiť hoc unum extra nascẽtia genera causa quidem existẽs/nõ tamẽ ĩ eo quod quid est/de aliis prędicať? Forsan uero extra quidem est. Ipsum nãq; unum desup extat: utpote quod cum generibus minime numerať. Siquidẽ p̃ ipsũ alia sũt: quæ ex equo iter se ad hoc ipsum ut sint genera/cõnumerãtur/atq; discernũtur. Et quo nã pacto illud nõ est una cum eis cõnumeratũ? Sed profecto nũc entia quęrimus/ nõ quod supius extat. Hoc igiť ita se hẽat. Quid uero dicemus de illo/quod cõnumeratur? De quo nimirum aliqs admirabiť/qua cõditione una cum suis effectibus numereť. Sed.n. si superiora illa simul & alia sub uno quodam genere numerẽtur/ prorsus errabitur. Sin aũt simul cum his/quorum causa ẽ/numereť/tãquã ipsum quidem sit genus: & reliqua deinceps inde sequãtur: & quæ sequũtur ab illo diuersa sint: neq; de illis prędiceť ut genus: neq; de illis alio quodam pacto dicať/necessarium est ipsa quoq; genera ẽe habẽtia/uidelicet/& alia sub seipsis. Neq;.n. si tu incedẽdo producis icessum/ob hoc icessus ipse sub te est quasi sub genere. Ac nisi aliquid foret incessu superius/uelut genus ipsius icessus/essẽt tamẽ nõnulla sub ipso/genus utiq; ĩ ordine rerum ipse icessus existeret. Fortassis ãt neq; dicẽdum est oio unum illud esse cãm reliquorũ: sed reliqua potius esse uelut partes elementaq; illius: & cũcta simul unam esse naturã/nostris cogitatiõibus distributam. Illud ãt esse ob mirabilẽ potestatem ĩ oia unũ/apparẽs multa/factũq; multa: uelut si moueať: & amplificabilis multiplicabilisq; naturæ facultas efficiat/ ut unũ iam nõ sit unũ. Nos ãt quasi portiões illius aliquas p̃ferẽtes/eas singulatim uelut unũ quodq; ponimus genus cognominãtes/ ignorãtes uidelicet/ nõ totũ simul nos cõspexisse. Verum secũdum partes singulatimq; p̃ferẽtes rursus illa cõgerimus/ uidelicet/nõ potẽtes illa sic diutius detinere/tanq̃ ad seipsa interim festinantia. Quapp rursus ĩ totum ea dimittimus: & unũ iam fieri/ĩmo uero unũ esse p̃mittimus. Sed forsan tunc demũ hęc planiora fient/quando illa ipsa pręcognita fuerint: quotq; genera sint/accepẽrimus. Sic enim & quo se modo habeãt/ planius

declarabit̃. Quoniam uero de rebus eiuſmodi pertractantes oportet non nega
tiones tãtum ī medium ītroducere/uerũ etiam ī ipſam eorum/de quibus agit̃/no
tionem & ītelligẽtiam penetrare: Age iam ſic agamus.

MARSILIVS.

Cum mẽs & aĩa ſepatę ſint a materia & q̃titate: & iccirco ſimplices indiuiduæq;
ſint/difficile inuẽtu ẽ/qũo ibi unitas ī ſe diſtinctã hẽat multitudinẽ Cap. IIII.

UNio q̃dem ſiue unitas ī corporibus/poſt ipſam multorũ cõpoſitiõem ſe
quitur: atq; eſt q̃ſi q̃dam generatiõis finis. Itaq; merito depẽdet ab unita
te quadam/quæ ſit ante multitudinem: ſitq; generatiõis pricipium. Talis
quidem eſt ī aĩa atq; mẽte unitas/cum multitudine nõ facta ex multis/ ſed fons
multorũ. Hęc deniq; procedit ab unitate/quæ multitudinẽ talem ī ſe permixtam
nullam habet.

PLOTINVS.

SI cognoſcere ſtuderemus/q̃d nã & q̃le potiſſimũ eẽt ipſa natura corpo
ris ī toto hoc rerũ ordine/ nõne id primo ī quadã partium ſuarũ cõſide
raremus? Velut ī lapide cogitãtes aliud q̃dem illic eẽ ſubiectũ/ aliud ãt
magnitudo/aliud deniq; qualitas/uelut color: ſimiliterq; ī quouis alio corpore.
Atq; inde protinus diceremus ī ipſa natura corporis/aliud tãquam ſubſtantiam
eſſe/aliud uelut quantum/aliud autem quale. Simul quidem omnia/ſed ratione
quadam in numerum ternarium diſtributa/ triaq; hæc corpus unum eſſe conſta
ret. Quod ſi motus etiam ineſſet ſubſtantiæ inſitus/hunc quoq; cum aliis nume
raremus. Quę quidem quatruor unum corpus exiſterent: adeo ut corpus quod
eſt unũ/ad ipſum unum ſuiq; naturã ex cũctis cõficiat̃/& pẽdeat. Eadem ferme
ratiõe quoniã de ſubſtãtia ītelligibili/deq; generibus pricipiisq; ſuis hẽtur orõ/
cõſiderare talia decet generatiõem quę corporibus ineſt auferẽdo/tollẽdo quin
etiam cogitatiõem quæ ſenſu procedit/ac moles inſup ſegregãdo. Sic.n. quod
ſeorſum dicit̃/& quæ iter ſe diſtincta ſint/licebit accipe tãquã ſubſtãtiam quãdã
ītelligibilem: atq; ens reuera magisq; unum. In quo q̃dem oritur admiratio/quo
nam pacto quod ſic ẽ unũ/eſſe queat unũ ſimul & multa. In corporibus q̃dem
abſq; cõtrouerſia cõceſſum eſt idem eſſe unum ſimul & multa. Nam idem quoq;
infinite diuidit̃: & aliud ibi color eſt/ aliud uero figura. Nam ibi hæc ſeparãtur.
Siqs aũt aĩam acceperit unã indiſtãtem/a magnitudine ſegregatam: item ſimpli
ciſſimam/q̃tum apparebit primo cogitatiõis intuitu/quo nam pacto ſperabit ali
quis aĩam ipſam iterum ſe tãquã multiplicẽ inuẽturum? Preſertim cum exiſtima
uerit ad hoc ipſum ſe uelut ſimpliciſſimũ deniq; peruẽturũ: quãdo aĩal ī corpus
diuideret̃ & aĩam: & corpus quidem facile cõſtaret multiforme & compoſitum
uariũq; exiſtere. Sed aĩam ītereа quiuis ſperabat ſimpliciſſimã inuenire/ atq; ibi
deniq; cõquieſcere/quaſi ad quẽdã proceſſiõis terminũ iam puenerit. Cum igit̃
hãc ipſam aĩam tãquã aliquid ex ītelligibili mũdo depromptum ī mediũ produ
xerimus: ſicut & corpus ante ex mũdo ſenſibili introduxeramus ī medium/age
cõſideremus iam quo nã pacto id unum ſit multa: & qũo multa unum. Nõ unũ
inq̃ uelut ex multis cõpoſitum: ſed uelut natura quædam una: quæ ipſamet ſit
& multa. Diximus enī ſi hoc ipſum perceptum fuerit ac plane perſpectũ/claram
fore nobis inſup ueritatẽ generum ī ipſo ente regnãtium.

MARSILIVS.

Cum multitudo & diuerſitas ĩ corpore animato ſit q̃plurima: atq; hęc proxime fiat ab aĩa genitali/ merito aĩa & ſi magis eſt unũ atq; ens q̃ corpus/ nõ tamẽ eſt unũ multitudinis expers. Cap. V.

Eſt igiť genitalis aĩa una quædã natura/rõnumq; ſeminalium plenitudo: quæ ratiões ita ſunt actus eius eſſentiales/ſicut radii lucis intimi. Eſt etiã in ipſa aię eſſentia multitudo. Nõ enĩ habet ipſum ẽe ſimpliciter: ſed una cũ aĩali quadã proprietate rurſus eſſẽtiali.

PLOTINVS.

Imprimis uero cõſiderandũ eſt: cũ corpora præſertim aĩalium & plãtarũ ita ſe habeãt/ ut unũquodq; eorũ multa ſit/tum coloribus/tum figuris/ tum q̃titatis diuerſitate/tum partium ſpẽbus/tum quoniã alibi aliud ẽ: ab uno hæc oĩa prouenire: ſiue ab eo quod oĩo ſit unũ: ſiue habitudine quadã oĩo uniuerſi unius: ſiue ab aliquo quod magis unũ ſit/q̃ quod procedit ab eo: adeo ut ens quoq; magis exiſtat/q̃ quod inde ꝓcedit. Quo enĩ longius ab uno diſcediť/eo longius & ab ente. Quoniam igiť ab uno qdem fit corporum conſtitutio: nõ tamẽ ab eo proxime/quod oĩo unum ſit/uel ipſum unũ: alioqn non adeo diſtãtem faceret multitudinẽ: reliquum eſt/ut hæc ipſa corporum compoſitio a multitudine quadam una cõficiať. Quod aũt corpora facit/eſt aĩa. Hęc igitur una quædã eſt multitudo. Verum qd nã potiſſimũ eſt ĩ aĩa multitudo? Profecto eorum quæ inde fiũt ſeminarię rõnes. Num igiť aliud qdem eſt ipſa aĩa: alię uero ſunt rõnes? Immo uero & aĩa ipſa ratio eſt/caputq; rõnũ. Actuſq; ipſius ſecũdũ eſſentiã agẽtis/ipſæ ſunt rõnes. Eſſentia uero eſt uis ipſa ſeminaliũ rationum. Quamobrem unum hoc ita multa eſt: & ſic ſe habere ꝓ ea compertum/ex quibus agit in alia. Quid uero/ſi nihil efficiat? ſed eam quiſpiam accipiat nihil prorſus efficientẽ: progreſſus uidelicet in id ipſum/quod ĩ aĩa nihil facit. Sed nõ ne hic quoq; uires multas inueniet? Eſſe nãq; ipſã facile quiuis admiſerit. Num igitur ita prorſus eſſe hãc affirmabit/ac ſi lapidem eſſe dixiſſet? Certe nõ ita. Iam uero & circa ipſum lapidem eſſe qdem lapidis/nõ eſt eſſe ſimpliciter/ſed potius eſſe lapidem. Ita & hic eſſe aię una cum eſſe habet/& eſſe aĩam. Sed nũq̃d aliud quidem eſt eſſe/aliud uero reliquum/quod aię ipſius complet eſſentiam? & hoc quidem ẽ ens: differẽtia uero aĩam efficit? Forſan uero aĩa eſt qdẽ ens aliquod: nõ tamẽ ita ſicut homo albus/ ſed ita ſicut homo ipſe eſſentia ſua tãtũ. Hoc aũt idem eſt/ac ſi dicať nõ extra eſſẽtiam habere quod habet.

MARSILIVS.

Eſſentia & uita ĩ aĩa re quidem ipſa ſunt unũ: ſed differũt rõne: Nam aĩa ꝓ eſſentiam cũ multis cõuenit: a quibus ꝓ uitam differt Cap. VI.

Uita illic. s. aĩalis nõ accedit extrinſecus ad eſſẽtiam: ſed emicat ab eſſẽtia. Igiť & ĩ ipſa eſſentię uirtute latens uita uiget. Et in ipſo uitę actu manifeſtior explicať eſſentia.

PLOTINVS.

Sed nunquid extra quidẽ eſſentiã ſuã nõ habet illud: ita ut partim qdẽ ſecũdũ eſſe ſit/partim uero ſecũdũ eſſe tale. Verum ſi ſecundũ tale eſſe/ & hoc ipſum tale ꝓuenit ab extrinſeco/certe nõ totum qua rõne eſt aĩa erit eſſentia. Immo ſecũdũ aliqd: ideoq; pars eius erit eſſẽtia: ſed nõ eſſẽtia totũ.

Prẽterea ipſius eſſe quid nam abſq; aliis erit/an lapis. An potius oportet hoc eſſe eius ī ipſo eſſe/uelut fontem principiũq; exiſtere. Immo uero exiſtere oīa: quot cunq; exiſtit ipſa: ideoq; & uitam exiſtere/& ambo ſimul unũ. s. eſſe atq; uitam. Num igit̃ ſic eſt unum/ut ratio quædam una. Profecto unũ eſt ſubiectum: & ita unũ/ut duo rurſus/aut etiã plura/quotcũq; ipſa imprimis eſt anima. Aut igitur eſſentia eſt & uita: aut habet uitam. Verum ſi uitam hẽat/ſequit̃ ut id quod eam habet/non ſit ſecundum ſe in uita: ac uiciſſim ut uita nõ ſit i eſſentia. At ſi alterum nõ habet alterum/dicẽdũ eſt ambo unũ eſſe: aut unũ atq; multa/& totidem quot ī uno intus apparẽt. Atqui & ſibimet unum/& multa rurſus ad alia. Tum uero unũ quidẽ in ſe exiſtere: interea tamẽ uelut ſuo quodã motu/multa ſe reddere: atqui totum ẽe unum/ſed tanquã ſtudẽs intueri ſeipſum/effici multa/nõ ſe cus atq; ipſum ens uideat̃ nõ ſubſtinere ſe unicum permanere: utpote quod oīa poſſit/quotcũq; eſt & ipſum. Iam uero cõtẽplatio ipſa cauſa eſt/ut ipſum multa iam appareat/ut intelligat. Si enī unũ apparuerit/nondum uideꝫ intellexiſſe: ſed adhuc illud ipſum exiſtere.

MARSILIVS.

In primo intellectu eſt ens/motus/ſtatus/tanq̃ tria rerum genera illic ipſa natura unum: rõne uero formali inter ſe differentia

Cap. VIII.

Sicut maxima diuerſitas membrorũ in aīali declarat eẽ aliquã differẽtiam rõnum ſeminaliũ in ſemie: ſic ī exemplari mũdi differre quodãmodo inter ſe ens & uitam. i. motionẽ/atq; ſtatum/argumẽto nobis eſt q̃ ī mũdo corporeo hęc tria maxime ſepata ſunt. Eſt ãt ibi uita motio quędã eẽntialis intima/perpetua ipſius entis: entis actus: ens prorſus adultũ. Atqui ipſum ens eſſentialiter uita eſt. Vitaq; uiciſſim uitaliter eſt ens. Deniq; cũ ſtatus motui opponat̃/ coniicimus illic neq; ſtatum ẽe motũ/nec alterutrum ẽe idẽ pęnitus cum ente.

PLOTINVS.

Quænã igit̃ ſunt & quot quę intus inſpiciunt̃? Profecto cum ī aīa eẽntiã inuenerimus ſimul ac uitã/atq; ipſa eẽntia ī omni aīa ſit cõis: cõis etiã ſit & uita: uita ãt rurſus ī mẽte/nimirũ introducẽtes mentẽ inſuper eiusq; uitã/ponemus unũ quoddã genus/ipſum. s. motũ in omni uita cõmunẽ. Atqui eẽntiã ac motũ primũ/qui & uita prima eſt/ tanquã genera duo conſtituemus. Et. n. ſi unũ ſint/ſeparare tamẽ ea licebit intelligẽtia: quod unum eſt inuentendo nõ unum: alioquin neq; ſepare licebit. Aſpice & ī alius manifeſtius motionẽ/aut uitã ab ipſo ẽe ſecretã. Ac ſi minus ī ipſo uero ẽe/ſaltem ī umbra ipſius ẽe: atq; in eo quod ẽe æquiuoce dicit̃. Sicut enī in hoīs imagine multa deſunt/ præſertim quod eſt potiſſimum. i. uita: ſic & ī rebus quæ ſentiunt̃/eſſe ipſius ẽe eſt umbra: utpote quod eo careat/quod eſt ī eẽ potiſſimum: Quod quidẽ eſt in principali rerum forma exẽplariq; uita. Nõne igit̃ hinc cõpertum habemus/quẽadmodũ ſepare liceat eẽ ab eo quod eſt uiuere/uiciſſimq; quod uiuere eſt/ab ipſo ẽe ſimiliter. Entis ipſius quidẽ multę ſunt ſpecies. Eſt & genus: motus ãt neq; ſub ente neq; ī ente/ſed una cum ente ponendus. Quippe cum ī eo cõpertus ſit: nec tanq̃ in ſubiecto iacere. Eſt enī actus ipſius: neq; alterum eſt abſq; altero: niſi forte cogitatiõe quadã. Atq duæ naturæ ſũt hic una. Et. n. ens ipſum nõ ī potẽtia ẽ: ſed in actu. Ac ſi utrũq; ſeorſum accepis/ adhuc & ī ente motus/& ī motu ens ineſſe uidebit̃. Velut & ī uno ente/utrũq; ſeorſum acceptũ poſſidet alterum. Verũtamẽ

cogitatio duo quædã eẽ dictat/& utrũq; uelut ſpẽm eẽ unũq; duplex. Cũ uero motus circa ens appareat: neq; illius naturam diſtrahat: imo uero ex eo potius quod illud ſit pfectum/ibi adſit: ſempq; natura talis ĩ hoc ipſo motiõis eiuſmo di ordine perſeueret/certe ſiqs huc ſtatum nõ introducat/abſurdior erit illo/qui motũ minime adhibuerit. Notio enĩ intelligẽtiaq; ſtatus ipſius enti magis accõ modata uideť q̃ notio motiõis. Ibi nãq; uiget quod dici ſolet/ſecũdũ eadem eo demq; mõ & una rõne ſe ſemp habere. Eſto iam & ſtatus genus unũ quodãmõ a motiõe diuerſum: quãdoquidẽ cõtrarium quoq; uideri poteſt. Quod uero ab ente quoq; diuerſũ ſit/ex multis q̃dẽ patere põt. Ac pręſertim cp ſi una cũ ente ſit idem/nõ magis q̃ motus/cũ ente poterit eẽ idem. Cur enĩ ſtatus q̃dem ſit idem enti: motus uero nequaquã? Quippe cũ motio uita quędam ſit ipſius/actuſq; & eẽntię & ipſius eſſe. Sed profecto quemadmodũ ab eo motum ſepabamus/tãq̃ idem cũ ipſo/rurſusq; nõ idem: & uelut duo dicebamus ambo: rurſusq; ut unũ: eãdem conditione ſtatum quoq; ſegregare licet ab eo: rurſumq; minime ſegrega re: eatenus uidelicet intelligẽtia ſecernendo/quatenus uelut genus aliud ĩ rerum ordine diſponať. Alioquin ſi ſtatũ atq; ens ĩ unum prorſus copularemus/ nullo prorſus modo differre dicẽtes: ſimiliterq; ens una cũ motu ĩ unum pęnitus con flaremus: eãdem nimirũ rõne ſtatũ atq; motum ꝑ ipſum ens uelut medium oĩo in idem cõiungeremus. Ex quo cõtigeret/ut motus & ſtatus unũ pęnitus eſſent.

MARSILIVS.

Formæ a materia ſeparatæ uel intellectus ſunt/uel in intellectu: & ibi quidem nõ ſecundum accidens/ſed ſecundum eſſentiam intellectualem pariter atq; in telligibilem.

Cap. VIIII.

Sic intellectus primus quinq; in ſe cõcipit rerum genera. s. ens/motum/ſta tum/idem/alterũ. In hoc intellectu eſſentia eius atq; itelligẽtia quodãmõ differunt. Alioquin ĩ ordine rerum inde naſcentium/quatenus procedit eſſentia/eatenus itelligentia quoq; procederet. Illic igiť actus itelligendi tãquam motus quidã intimus ininť eſſentiæ ſiue enti uelut cardini. Innitiť inquã duo bus modis. Nam & inde proſilit/& illuc aſſidue reſilit. Ens ibi eſſẽtialiter eſt in telligentia: & uiciſſim itelligentia intellectualiter ens exiſtit. Pręterea itelligentia & a ſtatu quodam exordiť. i. firmo uigore mentis/& tendit ĩ ſtatum. i. ideam in telligentiæ terminũ. Proinde præter ens/motum/ſtatum/illic eſt & alteritas/qua tenus hæc ibi inter ſe rõne aliq̃ diſtinguntť: & rurſus identitas/quatenus ĩ eadem natura ſunt omnia. Tum uero quattuor illic ſequentia nõ apellanť entis ſpecies: ſed actus quidã entis ipſius comites. Deniq; qnq; illa ibi dicunť genera entium: quoniã & quęcũq; ſunt/ad illorũ aliquod redigunť: & illa ſimul cuncta ĩ re quali bet includunť: hac tamẽ ex parte principia rerum etiam apellari poſſunt.

PLOTINVS.

Caeterum oportet tria hæc ponere: ſiqdem ĩtellectus unũquodq; eorum ſeorſum itelligit. Simul autem itelligit/atq; ponit/ſi modo fuerint intel lecta. Quorũ enĩ eſſe una cũ materia eſt/ horũ eſſe nõ eſt ĩ intellectu eẽ: alioqn forẽt a materia ſegregata. Quæ uero ſeiuncta ſunt a materia/ſi intellecta ſint/id ipſum eis eſt ipſum eſſe. Age itaq; cõtemplare intellectum purũ: in eumq; pęnitus inſpice: non externũ/ſed intimũ prorſus affigens intuitũ. Ecce iam intue ris illic eſſentiã tãquam Veſtale numẽ/atq; fundamentũ. Cernis & ibi peruigil &

inextinguibile lumẽ. Animaduertis insup/qua rõne intellectus & in seipso quie scit: & quæ sũt simul/rite discernit/atq; distinguit. Specularis uitã preterea perma nẽtem. Cognoscis itelligentiam nõ agẽtem circa futurũ: sed i pręsens se potius in tendẽtem: imo uero habẽtem/sempq; iam possidentẽ. Ibi certe præsens ipsum est & semp. Ibi & itelligens nõ externũ quicq̃ prospicit: sed inspicit penes se ipsum. Qua igit̃ rõne itelligit/actus ibi est atq; motus. Qua uero seipsũ aiaduertit/essen tia & ens ibi uiget. Existẽs enĩ intelligit: ac se intelligit existẽtem. Atq; id ipsum quo uel i quod nitit̃/ens existit. Actus sane i ipsum directus nõ est essẽtia. Id ãt in quod annitit̃/& a quo depẽdet/ens iudicat̃. Neq; ipsa pspectio: sed perspectũ potius ens est dicendum. Habet hæc insuper esse: quoniam & a quo pendet/& in quod tẽdit/est ens. Cũm uero nõ i potẽtia sit dũtaxat/sed existat i actu/duo illa rursus cõiũgit i unum: neq; disiũgit: sed facit & seipsum illud/& uicissim il lud quoq; seipsũ. Iam uero ens ipsum oĩum ẽ firmissimũ: i quo & reliqua cũcta fundãtur: atq; quod habet/nõ peregrinum/sed ex seipso possidet i seipso. Est ẽt i quod itelligẽtia desinit/nõ exordiẽs status/& a quo erupit/nõ erumpẽs status. Nõ enĩ ex motu/nec i motũ motus. Præterea idea qdem cõsistit i statu/cum sit terminus itellectus. Intellectus ãt ipsius est motus. Quapp unũ oĩa esse uidẽtur: & motus/& status: & quę p tota cõiter existũt/genera sunt. Vnũquodq; uero se quẽtium/ens aliquod est/& quidã status/& motus quidã. Hæc utiq; tria cõtem platus aliquis/dum uidelicet entis naturã inspicit: eoq; quod penes seipsum est ente/ens itueť/& aliis similiter cernit alia/uelut motum i illo/motu quodã suo/ statumq; statu: hæc illis accõmodãs: ac uelut una cõfusis hæc ipsa cõmiscẽs: neq; disiungẽs/sed post aliquãtam distinctiõem/sistẽs illico gradum: unde rite discer nit ituitus ens/statum/motum/tria hæc & quodlibet unũ. Hęc inq̃ sic aliquis cõ templatus/nõne diuersa quodãmodo inter se existimat/atq; alteritate discernit: ipsamq; i ente alteritatem aiaduertit? Tria uidelicet pones/& quodlibet unum. Hæc rursus i unum atq; i uno/& ad unum oĩa: ideoq; i idem colligẽs atq; cõspi ciens: identitatem agnoscit iam factam/imo iam existẽtem. Nõne igit̃ præter il la tria necessarium est duo hęc adiũgere: idem. s. atq; alterum. Quamobrem oĩa oibus quinq; genera ẽe cõsequẽs ẽ. Quę & sequẽtibus deinde sua quędã tradãt. Vnde & eadem & diuersa pueniãt. Nempe unũquodq; sequẽtium aliqd idem est/& diuersum aliqd. Nam ipsũ simpliciter idem uel diuersum absq; adiunctio ne quæ p aliqd & quiddã fieri solet/in ordine generũ collocant̃. Atq & genera prima sũt: quoniã nihil de illis i eo quod qd est possumus prædicare. Licet qdẽ ens prædicare de illis. Entia nãq; sunt. Sed nõ prędicat̃ ut genus. Nõ enim sic de essẽtia prędicat̃/ut ipsa ens aliquod eẽ dicat̃. Neq; rursus ita de motu/neq; de sta tu. Nõ enĩ hęc entis spẽs sunt. Nam entia/alia qdem sũt tãquam ipsius spẽs: alia uero tãq̃ participãtia. Neq; rursus ens horum tãq̃ sui ipsius generũ particeps di ci debet. Nõ enĩ ens ipsa transgrediunt̃: neq; sũt ipso priora.

MARSILIVS.

Ipsum simpliciter unũ/quod est ente suprius/de nullo uel generũ uel entium prę dicat̃ ut genus. Cap. X.

QVoniam pp indiuiduam prorsus simplicitatem suã differẽtias sui nullas admittit/nullas diuisiões/adiunctiões/composítiões excipit: per quas so let genus i spẽs deriuari. Item nec unũ quod est i ente de generibus aut

entibus tãquam Peripateticum genus uniuoce prędicari poteſt. Nam in horum ordine aliud deinceps alio aliter/ atq; aliter/ac magis minus ue/ & prius atq; poſterius/& ens & unum eſſe cẽſeẽ. Deniq; quemadmodum in luna quod ſurſum ſpectat/ lucidum ẽ ſimpliciter:quod uero deorſum/ lucidum pariter/atq; nõ lucidum: ſic & ens ab ipſo ſimpliciter uno depẽdẽs/quatenus naturaliter uergit ad unum/merito ens ẽ pęnitus unum/uel unitum. Quod ãt poſt hoc ĩ ipſo ſequiẽ eſt ens unum pariter atq; multa. Illud quidem ſui prorſus unũ/uel unitum/cum ſit indiuiſibile/nõ ẽ genus. Hoc uero quod ĩ eo ſequiẽ/nõ nouũ præter genera ſupius dicta genus affert.

## PLOTINVS.

Eſſe quidẽ hęc genera prima/p hæc aliquis ac forte p alia põt aſſeuerare: Eſſe uero hęc ſola/nec alia præterea/qua nã rõne ꝓbabile fiet?Cur.n.nõ & unũ?Cur nõ q̃tũ?Cur nõ q̃le inſup genera ſint?Itẽ relatio & reliq̃ quę alii quidã numerauerũt. Sed quãtũ ſpectat ad unum/ſi accipiaẽ ipſum quod eſt pęnitus unum: cui nihil aliud adhibeẽ/ nõ aĩa/nõ ĩtellectus/ nõ aliud quicq̃/de nullo id prędicabiẽ. Itaq; nec erit genus. Sin aũt accipiaẽ unũ/quod adſit enti:in quo ipſum unum ens apellamus/nõ erit hoc ipſum primo unum. Pręterea cum nullas ĩ ſe ad ſe differẽtias unquã admittat/quo nã modo ſpẽs poterit ꝓcreare? Quas niſi genuerit/genus eſſe nõ poterit. Iam uero quo nam pacto diuidere poteris. Multa.n.facies diuidẽdo. Quapp ipſum unum multa iam euadet: ac ſi genus ẽe uoluerit/ſeipſum pdet. Accedit ad hęc/q; ſi partiaris ĩ ſpẽs/interim aliqd adhibebis. Alioquin nõ eẽnt ĩ uno differẽtiæ:quẽadmodum ipſius eſſẽtiæ differentiæ ſũt. Mens utiq; differẽtias entis admittit. Vnius autẽ quo nã modo poſſit admittere? Item ubiq; cum differẽtia duo quædam ponẽs/deſtrues unum. Siquidem ubiq; unitatis adiunctio quãtum prius obſcurat. Siquis aũt dixerit unum quod eſt ĩ ente/& unum quod eſt ĩ motu atq; cęteris/eſſe cõe:idq; unum una cũ ente ĩ idem redegerit/ſicut ens nõ cõceſſit aliorum genus exiſtere:ꝓpea q; nõ id ipſum quod ens ẽ/exiſterẽt:ſed alio modo entia dicerẽtur:ita neq; ipſum unum cõe erit ĩ illis:ſed aliud quidẽ primo erit tale/aliud uero aliter. Si aũt dixerit nõ oĩum genus eſſe:ſed unum aliqd ĩ ſeipſo ſicut & alia: ac ſi idem ẽe uoluerit ens atq; unum:nimirum cum iam ens iter genera ſit numeratum/nũc nomẽ dũtaxat adducit. Quod ſi unum ipſum eſſe alterum dicat/utrũq; certe naturam quãdam dicit:ac ſiquid addat/unũ aliqd affert:ſin aũt nihil addiderit/rurſus illud affert/ quod de nullo pęnitus prędicaẽ. Si rurſus unũ cum ente cõgrediẽs ĩtroduxerit: reſpõdebimus iam nos prędixiſſe id nõ primo unũ exiſtere. Verum quid nam prohibet hoc eẽ primo?Exempto uidelicet illo/quod ẽ prorſus unum. Et.n. ens poſt illud ens apellamus:atq; ens/primo ens affirmamus. Forſan ꝓhibere uidetur:quoniã quod ſup ens exiſtit/ nõ eſt ens dicẽdũ. Alioqn nõ eſſet hoc primo ens iudicãdum. At uero quod ſup hoc unum poniẽ/ exiſtit unum. Prætерea ſi unum ab ente intelligẽtia ſepeẽ/differẽtias nullas admittit. Proinde unũ quod in ente poniẽ:ſiue cõſequẽs illius aliqd ſit/& ſimiliter oĩum/certe poſterius erit: genus ãt prius eſſe debet: ſiue ſimul cum ente cõcurrat/ſimiliterq; cũ aliis/reſpondebiẽ/genus nõ ſimul eſſe debere:ſiue forte ſit prius/certe pricipium quoddam illius tãtũ erit:Sin aũt illius pricipium/nõ etiam genus illius. Quod ſi nõ illius/ nec etiam aliorum:alioquin oporteret & ens ſimiliter eẽ genus oĩum reliquorũ.

Omnino uero unũ in ente uidetur propinquare quidem uni/& quasi cum ente cõcurrere. Quippe cum ipsius entis/quod quidem uergit ad unum/sit ens unũ: Quod ãt est post illud/sit ens: quod quidem esse potest & multa. Vbi quidem illud/cum permaneat unum: neq; diuidi uelit/certe nec fieri genus admittit.

MARSILIVS.

Ipsum simpliciter unum non prędicat̃ ut genus de aliquo. s. generum/aut de ideis ullis.

Cap. XI.

NAm quoduis genus/& quęuis idea est in se unum aliquid/multitudinis necessario particeps. Aequiuoce igitur rõneq; lõge diuersa, illud primum & hęc nominãtur unũ. Neq; minus multitudo q̃ unum de his generibus ideisq; prędicat̃. Pręterea genus uarietatem ĩ se prorsus admittit: quã non admittit ipsum unum: quod qdem cum sit simpliciter unũ/nõ est unum genus. Tum uero unũ oĩbus entibus cõiter inest: nec ꝑpea eorũ genus existit: sicut neq; unitas numerorum/neq; pũctum linearũ/ neq; simplex compositorũ. Deniq; si unũ quod cum essẽtia cõgredit̃/si absq; ente cõsideret̃/nõ diuidit̃ ꝑ differentias ullas in unum hoc/& illud: diuisio uero rõne entis accidit & ĩ ente. Hoc igit̃ restat genus/qualecũq; sit genus.

PLOTINVS.

QVo igit̃ pacto unũquodq; eorum quę entis ipsius propria sũt/est unũ? Forte ex eo ꝙ est quiddã unũ/nõ unum ipsum. Multa. n. iam est quod est aliquid unum: sed ęquiuoce unum est spẽs unaquęq;: spẽs enĩ multitudo est: quaꝑꝑ unum hoc ĩ loco se habet/sicut exercitus aut chorus. Non igit̃ unum illud his inest. Itaq; unum nõ est cõmune. Neq; cõsiderari põt unũ ipsum ipso ente: neq; his quæ aliqd proprie sũt: illud quod ẽ simpliciter ipsum: unum igit̃ nõ est genus. Quoniã omne genus ita se habet: ut de quo prędicat̃/nõ etiã prędicẽtur opposita. At uero de quocũq; entis uniuersi affirmat̃ unũ / opposita etiam affirmãtur: Ideoq; de quocũq; affirmabit̃ unum uelut genus/de eodem iudicãdum erit nõ tãquã genus. Quare neq; de generibus primis tanquã genus reuera dicet̃. Quãdoquidem & unum ens/nõ magis unum est q̃ multa: neq; qcq̃ generum aliorum sic est unum / ut etiam nõ sit multa: neq; etiã sic de aliis posterioribus prędicabit̃/quæ oĩo sũt multa. Summatim uero nullum genus totũ/est unum. Iccirco si unũ ipsum sit genus/desinet ꝓtinus ẽe unũ. Ipsum nãq; unum nõ est numerus. Erit ãt numerus/si genus fuerit. Erit præterea unũ quiddam in numero. Nempe si genere unum fuerit/nõ erit principaliter unũ. Præterea sicut ĩ numeris unũ de illis nõ ut genus dicit̃/ sed inesse quidẽ asserit̃/nõ tamen eẽ genus: ita neq; si unum entibus insit/ꝑꝑea genus erit uel entis ipsius/uel aliorũ/uel oĩum. Proinde sicut quod est simplex prĩcipiũ quidem esse põt rei minime simplicis: nõ tamẽ est genus eiusdẽ: alioquin simplex quoq; erit/quod nõ simplex: sic & ĩ uno dicẽdum. Nempe si locum principii teneat/sequẽtium genus esse nõ poterit. Nec igit̃ entis genus erit: nec aliorum. Sed si modo genus fuerit/eorum erit dũtaxat/quæ singulatim dicũtur unum: uelut siquis unũ ab essẽtia existimauerit sepandum. Erit igit̃ aliquorũ: sicut enĩ ens nõ oĩum genus est: sed spẽrum/quæ singulatim ens nominãtur: sic & unum genus erit similiter spẽrum/quæ singulatim unum apellabũtur. Quænam igit̃ differẽtia erit aliud ĩter & aliud/quatenus unum erũt? quemadmodũ est & entis alterius ad alterũ differẽtia. Verum

ſi unum ſimul diuidiť cum ente atq; eſſentia: & ipſum ens tum quia diuiditur / tum quia idem cõſideratur ī multis / iccirco genus exiſtit: cur nõ & ipſum unũ / cũ totidem uideať eſſe quot & eſſẽtia / ęqualiterq; diuiſum / ſimiliter genus exiſtat? Sed profecto nõ eſt neceſſariũ / ſiquid multis inſit eſſe genus / uel eorum quibus ineſt: uel aliorum: nec oportet oĩo / ſiqd cõe ſit / etiã genus eſſe. Iam uero pũctum quod lineis ineſt / nõ ẽ genus aut earũ / aut oĩo. Quinetiã ut diximus / nec ipſum ī numeris unũ / genus eſť numerorũ uel etiã aliorũ. Oportet enim quod eſt cõe unũq; ī multis / ſi modo genus futurũ ſit / proprias admittere differẽtias / ac ſpẽs ita cõficere / & ī eo quod qd eſt prędicari / Ipſius ãt unius quę nam differẽtię ſũt? Qualesue iam ſpẽs efficit? Quod ſi dicať eaſdem ſpẽs cõſtituere / quæ enti quoq; cõueniunt / certe idem cũ ente erit: ideoq; ſolũ hic nomẽ erit differẽs / & ens ipſum ſufficere iudicãdum.

## MARSILIVS.

Nec ens nec unum eadem ubiq; ratiõe oĩbus inſũt: ſed ratiõe diuerſa magisq; & minus gradatim / & prius atq; poſterius. Cap. XII.

RVrſus nõ eſt eadem oĩo iter ſe ratio unius atq; ratio entis. Nã exercitus nõ eſt minus ens q̃ domus: nec domus q̃ cõtinuũ. Eſt tamẽ minus unũ. Eſt ãt ratio eadem unius atq; boni: & quatenus quodlibet particeps fit unius eatenus & boni / atq; uiciſſim. Alibi dictum eſt / unũ eſſe aliud ſuperiusq; q̃ ens. Proprerea ultra ẽe / a rebus expeti bene eſſe. Id uero bonum uniuſcuiusq; rei ī unione cõſiſtit. i. ut partes ſuæ inuicem ſint unitæ / & totum unitum ſit pricipio atq; fini. Atq; ut res oẽs tum quæ magis inuicẽ ſũt cognatæ coeant / tum quæ minus cognatæ cõcilienť.

## PLOTINVS.

OPerę pretium eſt cõſiderare / qũo ſit unum ī ente / & quo pacto quæ diciť partitio / fiat: Et oĩo qualis ſit partitio generum. Item nũqd eádem / uel alia ſit utraq;. Imprimis igiť cogitãdum / qũo oĩo unum quodlibet dicať / atq; exiſtat. Deinde utrum ſimiliter & ī uno ente dicamus: & qũo ibi dicať. Iam uero unũ / quod oĩbus attribuiť / nõ eſt idem: neq; enī ī rebus / quę ſentiunť / ſimiliter ſe hẽt: atq; ī his quæ ītelligẽtia tãtũ percipiũtur. Sed neq; etiam ens ī eis ſe ſimiliter habet. Nec etiam ī rebus ſentiẽdis iter ſe ſimiliter ineſt. Nõ enī idem unum eſt ī choro atq; exercitu / naueq; / & domo. Nec rurſus idem ī his atq; ī cõtinuo. Verũtanen idem oĩa imitãtur. Sed alia quidem remotius: alia uero propinquius. Atq; ī mente proculdubio uerius. Anima enim una eſt. Ac multo magis mẽs eſt una: & ens ẽ unũ. Num igiť dicẽtes ī quolibet ens ipſius / pariter & unũ dicimus? Atq; ſicut hẽt entis / ſic & unius habet. An potius id quidẽ accidit: non tamẽ quatenus ens eſt / exiſtit & unum. Sed fieri põt / ut quod nõ minus eſt ens / minus tamen ſit unum. Nõ enī minus ens eſt exercitus aut chorus / q̃ ſit domus: Verũtamẽ eſt minus unum. Videť igiť cp ī quolibet unum eſt / id ipſum bonum magis unũ aſpicere: & quãtũ boni cõſequiť / tantum / & unũ eſſe: atq; ipſũ magis minus ue ſecũdum unum / in hoc ipſo cõſiſtere. Nam unũquodq; nõ ſimpliciter eſſe uult / ſed eſſe cum bono. Ob hoc & quę nõ ſunt unũ / ſtudẽt quoad poſſunt unũ fieri. Et quę natura cõſtãt / id affectãt ipſa natura / in idem cõgredientia / dum uidelicet ſibimet uniri deſiderãt. Nõ. n. ſeorſum a ſe inuicem fieri ſingula properant: ſed ī ſe inuicẽ & ad ſeipſa feſtinãt. Atq; aię oẽs ī unũ qdẽ optarẽt euadere /

propria uidelicet essentia interim conseruata. Et profecto in uniuerso utrinq; regnat unum. Est enim unum & a quo pendent/& in quod omnia tendunt. Exordiuntur enim ab uno/properantq; ad unum. In hoc enim ipso omnium consistit bonum: atq; ita in ordine rerum extitit unūquodq;. Et postquā extitit: neq; consisteret/nisi festinaret ad unum/neq; quo minus huc properet/cōtinere se potest. Quæ igitur natura ducuntur/ita se habēt. Quę uero arte tractantur ita. Ars una quæq; unūquodq; ad hoc ipsū/& quantū ipsa potest/& quātum singula possūt/rite disponit. Ipsum uero ens maxime oium id assequitur. Vni nāq; proximum est. Quamobrem alia quidem dicuntur tantum/quod & dicuntur/uelut homo. Etenim si quando dicamus/homo ille unus est/ad duo respicientes id dicimus. Quod si & aliter unum aliquid dicamus/adiūgentes uidelicet aliquid/ita loquimur. In ipso autem ente/dicimus totum hoc. Ens unum. Ac uelut unum censemus. Ostendentes uidelicet maximā quādam eius cum bono propinquitatem. Fit itaq; unum & in ipso/tanquā principium atq; finis: non tamē eodem modo/sed potius aliter. Quapropter i hoc ipso etiā uno/prius est atq; posterius. Quid ergo hoc ipsum in eo unum/nōne similiter cunctis in partibus atq; cōmune considerat̄?/Forsan uero in lineis quoq; punctum est cōmune: neq; tamē genus est linearum. Et in numeris cōmune unum hoc forsan est: neq; tamē est genus. Non enim idem est unum quod in seipso est/atq; unum quod in unitate est/ atq; duitate/cæteriſq; numeris inest. Proinde etiam in ente nihil prohibet/alia quidē prima esse: alia uero sequentia. Et alia simplicia/alia uero composita. Atqui si idem sit unum in his quæ ad ens proprie pertinent: quia tamen nō adest ei differentia ulla: & iccirco neq; spēs efficit/merito neq; genus esse potest.

MARSILIVS.

Bonū etiā inaiatorum/discretorū/numerorū/in quadā unione cōsistit. Itē quodliber quinq; generū est & i seipso unū: & i pticipātibus nō discerptū Cap. XIII.

PLOTINVS

Haec quidem ita se habeāt: sed quonam modo i numeris bonum est i eo q̄ unusquisq; sit unum/cum inaiati sint. Forsan uero cōmune hoc est in aliis etiam/quæ aia carent. Siquis autem obiciat oio illos nō esse/respondebimus: nos de entibus loqui instituisse/qua unūquodq; est unum. Sin autem interroget quomō punctū boni sit particeps/quæremus & nos nunquid punctū secundū seipsū accipiat necne. Ac si accipiat ita cōcedatq; inaiatum esse/dicemus illum idem quod & i aliis eiusmōi quærere. Sin autem i aliis punctū accipiat/uelut i circulo/respōdebimus id quod circuli bonum est/huic quoq; bonū esse: atq; hoc ipsū appetere: ac per circulū illuc tendere. Sed quonā pacto hæc genera sūt? nunqd etiā diuisa singula?/an totū i unoquoq; existēs eorū/quorū est & genus: Et quō adhuc est unū?/Forte genere unū/tanquā i multis totū. An igit̄ in his tantum quę pticipāt?/Forte nō in eis tantū: uerumetiā & secūdū seipsum/& i his quę participant. Sed forsan hoc in sequētibus manifestius erit.

MARSILIVS

Motus/status/idētitas/alteritas sūt prima rerū genera una cū ente: quoniā actus q̄dā primi & ītimi ipsius entis existūt. Numerus āt posterior ē inde resultās: atq; ēt posterior magnitudo. Ideo duo hæc nō sūt genera prima Cap. XIIII.

PLOTINVS

PErquirendū eſt ípręſentia/ cur nō etiā q̄titas inter prima genera numereť: rurſuſq; q̄litas. Sed ꝓfecto q̄titas q̄dē nō eſt primū una cū cęteris: quoniā illa ſimul una ſūt cū ente. Motus enī una cū ente: cū ente inq̄ actu exiſtēte: ipſeq; ē actus eius/cū & ipſius ſit uita. Status quoq; ſimul ī eſſentia ipſa cōſpirat: imo uero ſimul his adeſt ipſū eē: his dico tū alteris/tū eiſdē: adeo ut hęc ēt ſimul cōſpicianť. Numerus āt poſterior eſt illis/atq; ſeipſo. Et hoc ipſum quod poſterius aliq̄d eſt/habet a priore: ac deīceps ſunt ī ſe inuicem: atq; poſteriora primis inſunt. Quapp inter prima nequaquā numerabunť. Quęrendū uero nūq̄d oīo numerus ipſe ſit genus. Nam magnitudo quidem magis etiā q̄ numerus poſterior eſt atq; cōpoſita. In hac enī eſt numerus atq; linea: quæ duo quędā ſunt. In eſt & planum: ideoq; ſunt tria. Si igiť cōtinua magnitudo a numero hoc ipſum habet q̄ ſit aliquid quātū/cū numerus ipſe non ſit genus/quonam mō magnitudo genus erit. Eſt āt inter magnitudines quoq; prius atq; poſterius. Si autem cō mune/ambobus eſt hoc ipſum q̄ ſint quanta/conſiderandum eſt/quidnam hoc ipſum ſit: & cum inuenerimus/genus poſterius ponendum eſt: inter genera uero prima nequaquā. Atq; ſi genus ſit nec inter prima: indagādum eſt/in q̄d nā potiſſimum primorū ſit reducendum: uel in quę potius ex illorum numero/quę referuntur ad prima. Comptum eſt fortaſſe/ipſam quāti naturam quātum aliquid deſignare: & quantitatem uniuſcuiuſq; metiri: atq; ipſam quantum aliquid eſſe. Verum ſi cōmune numero atq; magnitudini eſt ipſū quantum/aut numerus quidem eſt primus: magnitudo autem eſt ab illo: aut omnino numerus quidem in quadam motus ſtatuſq; mixtione uerſatur: magnitudo autem motus quidā eſt/ uel ſaltem pendet ex motu. Dum uidelicet motus in quiddam procedit indefinitum. Status autem ſiſtens quod procedit/procreat unitatem. Sed de generatione numeri atq; magnitudinis: immo uero de ſubſtantia utriuſq;/eorumq; notione in ſequentibus potius uidetur conſiderandum: Forte enim numerus quidem ī primis generibus collocatur. Magnitudo uero in cōpoſitione poſterius. Et numerus quidem ſtabilium eſt/magnitudo autem uerſatur in motu. Sed de his in ſequentibus ut dicebamus.

MARSILIVS

Qualitas non eſt inter prima rerum genera. Quoniam qualitas eſſentia ipſa poſterior eſt/ei accidens abſolute iam exiſtenti. Prima uero genera eſſentiam illam tanquam actus eius intimi pariter comitantur

Cap. XV.

ESſentiis rerum naturalium inſunt naturales & intimę proprietates quædam quaſi ſimiles qualitatibus ut ignis eſſētiæ calor/hominis facultas rationalis: quę quidem reuera actus quidam eſſentiales ſunt potius q̄ qualitates. Quę uero non ab eſſentia ſpeciali naſcuntur/ ſed aliunde cōtingunt: ut albedo homini/ueræ ſunt qualitates atq; paſſiones.

PLOTINVS

QValitas āt cur nō ſit īprimis? ꝓfecto quoniā hęc quoq; poſterior ē/& poſt eēntiam naſciť. Oportet āt eēntiam primā hęc ipſa genera ſibi cōſequēntia poſſidere: neq; tamē ex his cōſtitui: neq; ꝓ hæc rurſus cōpleri: alioqn foret qualitate & q̄titate poſterior. In eſſētiis quidē cōpoſitis/ cōſtantibuſq; ex multis in quibus & numeri qualitateſq; ſunt: diuerſitatē ipſarū hęc efficiūt: qualitatesq; earū eſſe cōtingit: atq; cōmunitatē quandam in eis licet inſpicere. In primis uero

generibus non decet diuisionē rerū nō simpliciū cōpositarūq; efficere: sed simpli
ciū eorūq; quę cōplēt essentiā: nō essētiā dico quādā. Nā essētiā quandā ex quali
tate cōpleri forte nihil est absurdū: ubi certe ante qualitatē eēntia sit. Ipsū uero ta
le aut tale extrinsecus accidat. Essentiā uero ipsā oportet/quæcūq; hēt/tanq̄ essen
tialia possidere. Tametsi ī aliis iudicauimus ea quidē quæ cōplēt essētiā/æquiuo
ce qualia nūcupari. Quę uero extrīsecus post eēntiam ueniūt: esse qualia. Et quæ
insunt essentiis/earūdē actus existere. Quę uero post illas: illas esse iā passiones.
Nūc uero dicimus/illa nō oīo essentiā ipsā complere/quę ad quādā spectāt essen
tiam. Non.n.una cum essentię adiunctione fiunt homini in q̄tum homo est/ad
essentiam. Sed est essentia desup̄ priusq̄ ad differentiā ueniaṫ: quemadmodum
iam est aīal ante q̄ ad rōnalem descendatur proprietatem.

MARSILIVS

Sicut non est prius ignis/deinde lux eius/& calor/& siccitas/atq; leuitas. Sed
quattuor hæc simul cū ignis essentia sūt tanq̄ & ꝓprietates & actus comites eius
etiā existentis ī actu: ita ad ipsum ens se habent motus eius intimus/atq; status:
& identitas pariter & alteritas. Cap.XVI.

PLOTINVS

QVo igiṫ mō genera quattuor essentiā cōplēt/nōdū qualē essentiā faciētia:
nā neq; dū essentiā quandā faciūt. Quod igiṫ ens ipsū primū/iā est dictū:
q̄ue motus nō sit ens aliud/nec ēt status: neq; rursus alterū neq; idē/satis
cōstat. Præterea motū hunc nō afferre illic qualitatē/forsan ē manifestū. Si tamen
dicaṫ/fiet ēt manifestius. Si.n.motus ē actus eēntiæ: atq; ens est actus/& oīo quę
sunt prima/sūt actus/merito motus nō est illic accidens: sed cum sit actus potius
entis reuera existentis ī actu/nimirum neq; cōplere essentiam dici debet: sed ipsa
ꝑsus essentia. Quapp nō accessit ī posterioris alicuius locū: nec ī qualitatis uicē
sed ad ordinē cuiusdā simul comitātis ē īstitutus. Nō.n.prius q̄dē est ens/deīde
uero moueṫ. Neq; dicendum est/ens prius eē: postea uero stare. Status.n.nō est
ibi passio. Quinetiā ipsū idem atq; alterū posteriora non sūt: quoniā non poste
rius euasit ens illud multa: sed erat iā hoc ipsum quod erat/unū multa. Quod si
multa/ergo illic erat alteritas. Quin ēt si ab initio multa sunt unū/simul ibi est &
identitas. Atq; hæc quidem sufficiunt ad essentiā. Quādo uero futurus est illinc
ad iferiora ꝓgressus: tunc alia oriunṫ/quę nō amplius essentiā faciunt: sed essen
tiam qualem & essentiam quantam: atq; eiusmodi quædam genera quidem fiāt/
sed non prima.

MARSILIVS

Relatio/locus/ubi/quādo/tempus/positio/habitus/ actio simul cum passiōe nec
prima genera sunt/nec penes illa Cap.XVII.

HAduentitia.n.sunt/& compositionem defectumq; significant.

PLOTINVS

PRoīde relatio accedenti cuidā ꝓpagini similis/quonā mō īter prima cōsti
tueṫ? Alterius.n.ad alterum relatio ē: nec ad seipsū habitudo ē/sed sēp ad
aliud. Præterea quod īter prædicamēta ipsū ubi & quādo numerari solet/ēt inde
remotū est. Nā ipsū ubi aliud ī alio significare ideṫ. Et iccirco duo. Genus autē
eē oportet nō cōpositionē quādā/sed aliq̄d unū. Nec ibi locus ē. Nūc uero de iis
quæ entia reuera sūt/sermo nobis hēṫ. Cōsiderādū uero ē nūq̄d ibi sit tp̄s: īmo
uero non est tēpus ibi. Si āt tp̄s mēsura sit/neq; mēsura simpliciter/sed motionis/

duo quædã & cõpoſitũ eſt id totũ: motuq; poſterius. Ideoq; nõ ibidẽ eſt æquali diſtributione/ubi motus. Quod pręterea facere dicĩ atq; pati/uerſaĩ in motu. Si ergo ibi ſit pati/atq; agere: cũ agere ſimiliter atq; pati duo quędã ſint/merito neutrũ erit ſimplex: neutrũ igiẽ erit genus. Quietiã ipſũ quod bẽre noſant/in ſe duo cõplectiẽ. Itẽ quod poni uel iacere certo mõ aliud ĩ alio dicũt: tria cõprehẽdit.

MARSILIVS.

Cap. XVIII.

Bonum non eſt inter genera prima

QNam ſiue ſignificet primũ bonũ/eſt generibus eminẽtius/ſiue q̃litatẽ/ poſterius eſt generibus. Quælibet uero dicunt̃ bona/nõ p̨ unã genericã in ſe naturã: ſed quia a primo bono ſunt/uerguntq; ad ipſum. Et bonum ĩ primo ente eſt uita/motuſq; ipſius ad primum bonum.

PLOTINVS

CAeterũ pulchrũ: bonũ/uirtutes/ſcięntia/ĩtellectus/cur nõ ẽt inter prima ſimiliter numerẽtur? Profecto bonũ ſi primum ipſũ accipiaĩ/quod dicere ſolemus ipſã boni naturã: de qua certe nihil rite prędicari põt: q̃uis nos nõ pottentes aliter explicare/utcunq; poſſumus/de hac ipſa natura loquamur/ nullius certe genus eſt dicendũ. De nullis. n. aliis prædicaĩ: alioq; unũquodq; eorũ de qbus prædiceĩ/illud ipſũ eſſet quod ibi prædicareĩ: Atq; bonũ illud nõ in eẽntia eſt: ſed ſup eſſẽtiã. Sin ãt bonũ hic accipiaĩ uelut q̃le: dicendũ eſt/q̃le oío ĩter prima nõ eſſe. Quid ergo/ipſa entis natura nõne bonũ eſt? Sed certe aliter bonũ ẽ/ nec eo mõ quo primũ. Atq; ſic bonum ẽ/neq; uelut q̃le: ſed bẽns in ſe bonũ. Verum & alia diximus genera ĩ ipſa entis natura cõſiſtere: & ob hoc ipſum q̨a unũ quodq; eorũ cõe aliquid ẽ/in multiſq; cõſpicitur/genus eſſe iã cõſtitit. Si ergo & bonũ in q̃libet eẽntię uel entis parte/ aut ſaltẽ in plurimis partibus illic iſpicitur/ quidnã p̨hibet quo minus ſit genus/ atq; ĩ primorũ ordine colloceĩ? Sed id p̨hibere uideĩ/quoniã in cũctis p̨tibus nõ ſit idẽ: ſed primo atq; ſecũdo/ rurſũq; tertio/poſterioriq; ordine diſponaĩ. Nã ita p̨fecto bonũ quodlibet illic apellaĩ: uel quoniã aliud ſit ab alio/& a priori poſterius: rurſũq; inde poſterius: aut quoniã oía ab uno ſupiore depẽdeãt: alia uero aliter p̨ ſua unũquodq; natura p̨ticipẽt. Siquis aũt ẽt tanq̃ genus ponere uelit/ poſterius erit. Poſterius. n. q̃ eẽntia. Atq; hoc aliq̨d ẽ illud eẽ bonũ: etiã ſi cũ eo ſit ſẽp. Illa uero eſſe dicebanẽ entis ipſius qua rõne ens eſt: atq; ad eſſẽtiã cõferentia. Hinc nẽpe ad illud aſcẽdiẽ quod eſt ente ſupius: quãdoquidẽ ens & eẽntia neq; eſſe non multa/ſed neceſſariũ eſt habere hæc ĩ ſe genera numerata: eſſeq; unũ multa. Verũtamẽ ſiquod hic bonum. i. unũ in ente dicere uolebamus/non uereamur aſſerere actũ eius ad unũ ipſũ natura tẽdẽrẽ: idq; eſſe bonũ eius aſſeuerare: ut uidelicet inde ſit boniforme/erit certe id bonũ actus ad ipſũ bonũ. Id ãt ẽ eius uita. Id uero motus: q̨ ſane iã unũ q̨ddã inter genera numeraĩ.

MARSILIVS

Pulchritudo/ſcientia intellectus: uirtus nõ afferũt noua illic genera: ſed ad quię illa iam numerata quodãmõ rediguntur.

PLOTINVS

UBi uero de pulchro dicebatur: ſi accipiatur prima ipſa ſupereminens pulchritudo/ eadem uel ſaltem ſimillima reſpondebimus illorum quæ iam de bono reſpondimus. Sin aũt pulchrum intelligatur decus aliquod in idea refulgens/obũcietur/nõ eſſe id in omnibus idem. Item eiuſmõi fulgorẽ eſſe poſteriorem. At ſi non aliud q̃ ipſa eſſentia pulchrum aſſeueretur: iam id eſt in

ipſa eſſentia computatum. Verum ſi pulchrum quãtum ad nos intuentes ptinet aſſũmatur: ppea q certa quadam nos cõditiõe afficiat: hunc ipſum afficiẽdi actũ motum eſſe cõſtabit. Atq & ſi ad illud dirigatur actus/ſimiliter motus erit. Eſt & ſcientia ipſe motus. Quippe cũ ipſe ſit entis aſpectus: neq habitus ſit/ſed actus. Quapp & ipſa ſub motu ſimiliter cõtinebit. Ac ſi uis ſub ſtatu cõtineat: uel etiã ſub utriſq: ſin aũt ſub utriſq mixtũ aliquid erit. Mixtũ uero poſterius aduenit. Intellectus ãt eſt ens ipſũ intelligẽs: ipſumq ex cunctis cõpoſitũ: nec quiddã ex generibus unum. Nempe uerus ĩtellectus ens eſt una cum omnibus iamq entia cuncta. Ens autẽ ſi ſolum nudũq accipiatur: uelut genus aſſũmitur: intellectuſq ipſius eſt elementum. Iuſtitia uero & tempantia uirtuſq omnino/actus quidam intellectus omnes ſunt. Quapropter non collocanť ĩ primis: ſed poſteriora ſunt genere/& tanquã ſpecies deſignantur.

MARSILIVS.

Ambigit hic multa: nihil ferme definit Cap. XX.

PLOTINVS

REliquum eſt inqrere/cũ genera ſint hęc quattuor atq prima/nũqd quod libet horũ generũ ſpẽs ꝓcreet: uelut ſi ens ĩ ſeipſo ſeorſũ ab aliis diuidatur. Forte nõ ita/quoniã extra genus differentias oportet accipe. Atq eẽ illas entis quidem qua ens eſt differẽtias/nõ tamen differẽtias id ipſũ eſſe. Vnde nam igiť habebit. Neq enĩ ex his quæ nõ ſunt entia. Quod ſi ex entibus/ſũt aũt reliqua genera dũtaxat tria/uidelicet ab his accipiet: atq cũ his adiũctis ſimulq conſeruatis/& ſimul effectis. Verũ hæc ſimul conſtituta/hoc utiq quod ex omnibus iam confeciſſe uidenť· Quo igiť reſtant alia poſt illud quod ẽ ex cunctis. Et quo genera cũ oĩa entia ſint ſpẽs faciunt. Item quo motus ſpẽs efficit motionis? Atq ſtatus ipſe aliaq ſimiliter. Illud ſane ĩprimis eſt obſeruãdũ/ ne unũquodq confundať in ſpẽbus: neq rurſus genus tantũ ſit prædicatum/ tanq̃ in illis dũtaxat conſideratum. Immo ſit & ĩ illis ſimul & ĩ ſeipſo/ & mixtũ rurſus purũ neq permixtum: ne ſi forte aliter conferat ad eſſentiam/ſeipſum perdat. De his ergo conſiderare decet. Quoniã uero quod ex oĩbus cõſtat entibus ĩtellectum eſſe diximus: & quẽlibet intellectum: ſed ſuper ſpecies omnes & uelut partes/ens ipſũ eſſentiamq poſuimus: nõdum tamen intellectũ/ merito eum qui iam intellectus exiſtit/poſteriorẽ eſſe putamus. Atq dubitationẽ eiuſmõi tanq̃ ad quæſitũ utilẽ adduxerimus. Sic.n. hoc ipſo utẽtes uelut exẽplari quodã ĩ cognitiõe eorũ quæ tractamus efficacius penetrabimus.

MARSILIVS

Intellectus diuinus ad ideas ſe habet quemadmodum ad propoſitiones ſuas geometria. Cap. XXI.

ILle.n. ĩtellectus & exiſtit hoc ipſũ quod ĩ ſe eſt in actu: & dupliciter habet ideas: tũ in actu ſimul cũctas ibi iã cõſiſtẽtes: tũ ĩ potẽtia ſingulas/ibi mox inter ſe diſtinguẽdas. Ideę uiciſſim ſingulæ qdẽ hoc ipſũ quod ĩ ſua ꝓprietate ſunt/ĩ actu ſunt. In potẽtia uero ſũt ipſũ totũ. Tũ uero quod ẽ ibi ſupius ad ſequẽtia q̃ſi & genus ẽ & cã. Qua igiť rõne genus eſt: illa ẽ in potẽtia: qua uero eſt cã: illa rurſus eſt actu.

PLOTINVS

ACcipiamus igitur intellectum ipſum ita ſe habentem ut nihil eorum quæ in parte ſunt attingat: neque proprie circa aliquid agat: ne quidam

intellectus euadat. Sed ita ſe habeat quẽadmodum ſcientia ante ſpecies quę ſunt in parte: atq; etiã ſicut ſcientia quæ eſt in ſpecie/ſup partes quæ ſunt ĩ ea. Vniuerſa quidẽ ſcięntia nihil eſt eorũ quę ſunt ĩ parte. Sed oĩum eſt poteſtas/unũquodq; uero ſuũ quiddam eſt ĩ actu: & potentia inſup oĩa. Atq; in ipſo ſcientia/quę uniuerſaliter ſe habet ſimilis cõditio eſt. Iam uero hę quidẽ in ſpecie ſũt: quę in ipſa tota ſecũdum potentiã collocanť. Quæ quidẽ ipſũ quod eſt in ſpecie nactę/ſecũdum potentiam ſunt ipſa tota. Prędicať. n. uniuerſa illa: neq; uniuerſę particula. Ipſam tamẽ in ſeipſa oportet integrã ſimplicẽq; cõſiſtere. Sic itaq; aliter quidem intellectum uniuerſũ fas eſt dicere/ipſum eſſe ſup oĩa quæ ſingulatim ſũt ĩ actu: & ſup intellectus eiuſmõi: aliter aũt ſingulos ſe habere. Singulos uero/illos qui ſunt in parte cunctis ĩpletos. Intellectum uero in oĩbus exiſtentem/ſuppeditare quidẽ ſingulis/eorumq; eſſe potentiã/atq; illos in ſuis uniuerſalibus cõtinere. Et illos uiciſſim ĩ particularibus ſuis/intellectũ habere cõmunẽ. Quẽadmodũ ſcientia quędam ſcientiã ipſam habet. Tum uero magnũ intellectũ ſecũdum ſe conſiſtere: rurſusq; ſingulos ĩ ſeipſis exiſtere: ipſosq; qui ſũt ĩ parte/in toto illo cõprehendi: atq; totum ipſũ particularibus uiciſſim ineſſe/atq; ſingulos tum in ſeipſis tum rurſus ĩ alio: & illum ĩ ſeipſo rurſumq; ĩ illis. Item in illo quidem omnes: in illo inq̃ in ſe exiſtẽte: illos qdem ibi eſſe potentia/in illo uidelicet qui oĩa ſimul ſit in actu: potentia uero ſit & unũquodq; ſeorſũ. Rurſũ illos actu quidem eſſe quod ſunt: eſſe uero & potentia totũ. Quatenus enĩ hoc ipſũ quod dicunť exiſtunt/actu ſunt illud quod & dicunť. Quatenus aũt ĩ genere illo ſunt/potentia illud eſſe conſtat. Illud aũt qua rõne genus eſt/potentiã eſſe oĩum quæ ſub ipſa ſunt ſpecierum: neq; quicq̃ actu illorũ: ſed oĩa ĩ eo uelut clam atq; quiete. Qua uero rõne eſt id quod eſt ĩ actu ante ſpẽs/eſſe actùm eorum/ que nõ ſingulatim duntaxat ſe habent. Oportet utiq; ſi modo in actu futura ſint uelut ĩ ſpecie/actũ ipſum ab illo pendentem huius ipſius cauſam eſſe.

MARSILIVS.

Intellectus primus dum ſe intelligendo omnia inter ſe diſcernit/ibidem numerũ patefacit/per uirtutem ĩmenſam declarat magnitudinem/per intelligentię claritatem aperit qualitatem.

Cap. XXII.

PAtent igitur ibidem qualitates atq; figurę: ac per ipſam alteritatem differentiæ qualitatum figurarũq; & oĩum. Per identitatem quoq; cõmunio. Cum uero cõtineat omnia p modũ naturæ ſuæ: hæc uero ſit prima eſſentia uiua intellectualisq;/merito quæ intus intelliguntť/nõ ſunt figmenta ſed exiſtentia prorſus uiua: intellectualia ſingulatim. Deniq; ſicut ſe habet generatiõis motus ad naturam genitalem: ita rõ argumentatrix ad intellectum. Motus enim generationis contendit ad mẽbra paulatim generãda: quę ſimul & ſeminaria uirtute ſunt cuncta. Similiter rõ argumentãdo quærit entia/ quæ ſimul omnia ſemp ſunt ĩ mente nunq̃ argumẽtante. Sicut aũt apud rõnem ppetua inquiſitio/nõ habentis ſignũ eſt/ſic penes mentẽ/nihil inquirere argumẽtũ eſt iam oĩa poſſidẽtis:

PLOTINVS.

QVo igitur mõ intellectus ipſe dum pmanet unũ/ipſa rõne efficit quæ ſũt in parte: Id uero idẽ eſt: pinde ac ſi quæraťur qũo ex quattuor illis ea quæ dicuntur deinceps efficianť. Age iam contemplare in mente hac magna & prorſus inextimabili nõ multiloqua quidem mente/ ſed multimente/multaq;

intelligẽte. Quæ quidẽ ꝑ oĩa ſit mens/mensq; tota. Nec ſane ex ꝑte/nec mẽs quę dam. Contẽplare inq̃ quo pacto illic ex ipſa oĩa inſũt. Numerum quidẽ prorſus habet in illis/quę cõtuetur: unũq; eſt & multa: multa inq̃.i. uires plurimę: uireſq; mirabiles: nulla ex parte debiles: ſed utpote quæ puræ ſint/ maximę ſunt uigentesq; ad ſũmum: & reuera potentiæ: nec ad certũ uſq; terminũ dũtaxat potentes. Igitur infinitæ: atq; ipſa infinitas/& ipſa pęnitus magnitudo. Hoc itaq; magnũ una cum eſſentiæ pulchritudine/ſuoq; ſplendore/aclumine/quæ ſunt ĩ mente cõ ſpiciẽs/perſpicis & ipſum quale iam ibi floreſcens. Pręterea una cum actionis cõ tinuitate/intueris & magnitudinem tuo conſpectui emicãtem/& ĩ ſede quietiſſi ma ſitam. Cum uero ibi ſit unum ac duo/itemq; tria/ magnitudo occurrit ut ter tium ſimiliterq; omne q̃tum. Item cũ q̃tum illic & quale inſpiciaẽ: & ambo ĩ unũ confluãt/& q̃ſi fiant/merito figurã illic ĩtueris rurſus/qa ipſũ alterũ intrinſecus ĩcidit: diuiditq; & q̃tũ & q̃le: iccirco differẽtię figurarũ & alię q̃litates exoriunt̃. Tũ uero idẽtitas qdẽ ibi cõſpirãs introducit ęq̃litatẽ: alteritas ãt inęq̃litatẽ ĩ q̃to & in numero: ac prorſus ĩ magnitudine. Ex quibus circulos & quadrangulos & figuras ex ĩæqualibus cõſtitu as. Numeros itẽ ſimiles diſſimilesq; & ĩpares atq; pares. Cũ enĩ intellectualis ibi ſit uita & actus nunq̃ ulla ex parte deficiens: merito nihil extra ſe relinquit eorũ/quę nũc inuenimus: nullum inq̃ quod ſit opus intellectuale relinquit: ſed oĩa ſua potentia cõtinet: hæc ipſa uidelicet tanq̃ entia poſſidẽs: eoq; pacto/quo poſſideat intellectus. Intellectus ãt intelligẽtia poſſidet/intelligentia inq̃ nõ diſcurrẽte. Iam uero nihil prętermiſſũ eſt eorũ quæ ſũt rõnes: ſed eſt uelut ratio una/ingens/ ꝑfecta/omnes cõtinẽs rõnes/a primis utiq; ſuis ordine ꝑficiſcens/ĩmo uero profecta iam ſemꝑ/adeo ut nunquã ibi uerũ ſit mentẽ diſcurrere. Nempe quotcunq; paſſim aliquis ĩ natura exiſtentia argumẽtatione perceperit/ inueniet eadem ĩ mente abſq; argumẽtatiõe conſiſtere: adeo ut exiſtimare liceat ens ipſum/mentẽ ſic argumentantẽ facere uelut & ĩ rõnibus euenit/quę aĩalia procreãt. Quẽadmodũ. n. acerrimus ĩtellectus q̃optime argumẽtatur: ita ſe habent oĩa in rõnibus argumẽtationẽ oẽm antecedẽtibus. Quid nã igitur ĩ formis illis ſupioribus eſſe putandũ eſt?/Quę & naturã ipſã & rõnes oẽs naturę inſitas antecedũt. In quibus. n. eſſentia nihil aliud eſt q̃ ĩtellectus: neq; aduentitium eis eſt uel ens uel ĩtellectus facile admodũ res ipſa optime ſeſe habet/ ſiquidẽ ſecundũ mentẽ ad uotum ibi ſunt oĩa: idq; ens quod & uult intellectus/ atq; exiſtit: ideoq; uerũ atq; primũ. Si. n. ab alio ente dependeat: illud erit potius intellectus. Cum igiť in ipſo ente figurę oẽs appareãt/& qualitas uniuerſa. Non enĩ qualitas ibi dũtaxat quædã eſt: nã neq; fieri poterat/ut eſſet unica/ubi ineſſet alteritas. Sed enĩ multę ſunt/atq; una. Nã illic ẽt eſt identitas: cum inquã ens ipſũ ſit unũ atq; multa: idq; tale protinus ab initio: adeo ut in oĩbus ſpeciebus unũ ſimiliter ſit & multa: magnitudines differẽtes: differẽtes figuræ: differẽtes & qualitates. Neq;. n. poſſibile neq; fas erat/eſſe illic aliqd prętermiſſũ. Perfectũ nãq; ibi eſt uniuerſum: alioquin uniuerſum minime foret. Cum inq̃ uita undiq; illic concurrat: immo uero ſimul exiſtat ubiq;/nimirum omnia ex neceſſitate uiuentia & quodãmodo animalia prouenerunt. Nam neq; deerant corpora/ cum & materia & qualitas nõ deeſſent. Atqui cum facta iam ſint omnia ſemper/atq; permaneãt/ ipſoq; ſuo eſſe in æternitate comprehẽdãtur: ſitq; unũquodq; hoc ipſũ quod eſt/ ſeorſum/rurſumq; ſimul ſint in uno/ certe ipſa omnium ĩ uno exiſtentium uelut

cõſpiratio atq; cõſtitutio ipſe eſt ĩtellectus:qui habẽs quidẽ entia ĩ ſeipſo uiuẽs eſt/& aĩal ꝑ oĩa ꝑnitus abſolutum:atq; hoc ipſũ quod ẽ uiuẽs: exhibẽs uero ei quod eſt ex ipſo ſe uidendum:ideoq; illi factum ĩtelligibile/dat interim ut & ta le recte dicatur.

MARSILIVS.

Prima eſſentia ex ſe uiua nominaꝫ ipſum uiuẽs ipſumq; aĩal. Huius actus ĩ ſe re flexus apellatur intellectus:qui in hac ipſa ſubſtantia ſui uiua tot ideas inſpicit/ quot ſpẽs fabricaturus eſt in mundo

Cap.XXIII.

Enſus in ſe quidẽ ſentit tantũ:in imaginatione uero ꝑſentit inſuꝑ ſe ſen tire. Similiter imaginatio imaginatur in ſe. In rõne imaginari ſe ꝑcipit. Ratio in ſe argumẽtaꝫ. In ĩtellectu animaduertit argumẽtari. Intellectus noſter in ſe intelligit:in diuino intelligẽtiam ſuam aĩaduertit. Diuinus ĩ ſua eẽn tia uiua poſſidet & inuenit oĩa. Eſt autẽ uiuens hæc eſſentia uniformis ſimul & omniformis. Ideoq; mundus hic inde talis intelligitur/atq; generatur. Sunt uero ibi formę rerum uſq; ad ſpecies ultimas tãtum multiplicatę. In anima uero mun di inde nata multiplicatæ magis:maxime uero in natura genitali/quæ huius ani mæ poſtremum eſt. Omnes quidẽ ideas apellat hic intellectus/generalẽ uero ani marũ ideam noĩat/tum intellectum:tum etiã aĩam. Quatenus ſurſum aſpicit uel deorſũ:ſimiliterq; aĩam noſtram triplici rõne dignã cenſet triplici cognomento.

PLOTINVS

Lato igiꝫ hoc his uerbis/q̃uis obſcuris/ſignificauit: Intellectus ideas in ipſo uiuẽte uniuerſo exiſtentes uidens/& quales & quot ſint intuetur. Quãdoqdem aĩa etiã poſt intellectum/q̃tum aĩa eſt ĩ ſeipſa poſſidens/ in eo tamen quod eſt ſuꝑ ipſam melius ſuſpicit. Atqui & intellectus noſter in ſe ſimiliter habens/in ſuꝑiore interim perfectius contemplatur. Nam in ſe quidem inſpicit ſolũ. At in ſuꝑiore reſpicit inſuꝑ ſe inſpicere. Profecto intellectus hic quẽ ideas dicimus contẽplari/a ſuo quodã ſuꝑiore minime ſegregatus: ex ipſo qdẽ exiſtens/utpote qui ex uno ſit multa: alteritatis naturam comitem habens/unus euadit multa. Cũ igiꝫ unus ĩtellectus ſit & multa/nimirũ ex huiuſmõi quadã ne ceſſitate multa:ſimiliter & intellectus facit/atq; uiciſſim. Oĩo uero nõ licet illic in uenire unum aliquid numero quale dicitur indiuiduum. Quicquid.n.illic acce peris occurret/ut ſpecies. Eſt enĩ abſq; materia. Quapropter id Plato obſcuris in uoluens ait: Eſſentiam diſcerpi per infinita deductam. Quatenus enim uelut ex genere in aliam proceditur ſpeciem:nõdũ accidit infinitum. Quod enim ita pro cedit ſpeciebus genitis terminatur. Species uero poſtrema quę in ſpecies non di uiditur magis eſt infinita. Atque hoc illud eſt/quod dicitur a Platone. Oportet eum qui iam prope uenit ad ſingula/ ea infinitati concedere atq; dimittere. Sed hęc quidem ſingula quãtum in ſe ſunt/nimirum ſunt infinita:quãtum uero uno quodam comprehẽduntur/in numerum quendã conueniunt ſpeciebus. Intelle ctus igitur habet quod poſt ſeipſum animã. Quo fit/ut aĩa etiã in quodã nume ro ſit/uſq; ad id quod ipſius eſt ultimũ. Hoc ãt ipſius ultimũ iam ẽ ꝑnitus ĩfini tũ: Iam uero eiuſmõi ĩtellectus pars exiſtit: q̃uis héat oĩa: ipſeq; ſit oĩs: & q̃ ipſius ſũt ꝑtes/ipſius uidelicet exiſtẽtis actu ꝑtes exiſtũt. Aĩa uero pars ẽ ꝑtis: ſed tanq̃ actu ex ipſo depẽdẽs: Quãdo.n.ille ĩ ſe ipſo agit/hæc ipſa eius acta alii ſũt ĩtelle ctus: Quãdo uero ex ſeipſo q̃ſi exterius agit/extat aĩa. Proĩde quãdo aĩa tanq̃

genus aut ſpēs agit: alię extant aīæ tanq̄ ſpēs: atq; harum duo ſunt actus. Nēpe actus ad id quod ſupius eſt directus/eſt intellectus. Actus autē ad inferius inclinatus/alias declarat uires ſecundū rōnem ſe habentes. Vigor deniq; ultimus/materiam iam attrectat/atq; format. Atqui quod aīę poſtremū eſt/reliquū uniuerſū nō prohibet ī gradu ſupno cōſiſtere. Forſan uero & quod aīę infimū apellaī/eſt ipſius imago: neq; inde ſeiuncta: ſed quēadmodum imagines ī ſpeculis apparentes/q̄diu principale exemplar adſtat extrinſecus. Sed opę pretium eſt cōſiderare/qūo tale quiddam extrinſecus eſſe dicaī. Profecto uſq; ad illud quod ꝓxime eſt ſup aīæ ſimulachrum: intelligibilis mūdus eſt/totus oīo perfectus/ex cunctis intelligibilibus conſtitutus: quēadmodū ferme ſe habet hic mundus imitatio quędam illius/quoad ſeruare pōt imaginem uiuentis illius uiuens. Sicut ſimilitudo quædam apparēs uel in pictura uel aqua/illius uidelicet/quod ſup aquam pictura mq; eſſe uideī. Proīde imitatio ī pictura uel aqua/nō utriuſq; ſimul imitatio ē: ſed alterius duntaxat/quod formatum eſt ab altero. Intelligibilis itaq; mundi imago ſimilitudines quaſdā habet/nō quidem effectoris illius: ſed eorū potius/quę ī effectore comprehēdunī: ex quorū numero eſt & homo/& quoduis aliud animal/uiuens quidem animalq; eſt & hoc & effector: ſed aliter atq; aliter. Et ambo in intelligibili mundo conſiſtunt.

## LIBER TERTIVS ENNEADIS SEXTAE
## DE GENERIBVS ENTIS

MARSILIVS.

Sicut in mundo intelligibili: ita in hoc ſenſibili ponēda ſunt genera rerum q̄nq;: nec tamen ſub uno genere componenda. Nec putandum genera hęc una cum ſuperioribus illis in eadem natura congruere: quāuis quadam proportione conueniant. Nec animæ intellectualis ſubſtantia eſt ſub inferioribus generibus collocanda.

Cap. Primum.

PLOTINVS

Idictvm Iam eſt de eſſentia: & quid nobis potiſſimum uideaī: & quomodo ſentētię Platonicæ ſit conſentaneum. Oportet uero deinceps de altera natura conſiderare. Nunquid eadē hic genera/quę & ibi/ponere debeamus. An hic plura ultra illa inſup alia quędā aſſeuerantes. An omnino hic atq; ibi diuerſa. An forte alia quidē hic ſicut & ibi: alia uero aliter ſint ponenda. Oportet tamen quādo eadem hic & ibi ponimus/ſic accipe: ac ſi ęquiuoce & per analogiam. i. proportionalem quandam ſimilitudinem ita dicamus. Id autē tūc demū clarius apparebit: quādo hæc ipſa ſingulatim cognita fuerint. Principium itaq; nobis erit huiuſmōi. Cum ſermo nobis de ſenſibilibus habeaī/omne uero ſenſibile hoc mūdo cōprehendaī/neceſſariū nobis eſt de mūdo iprimis inqrere. Diuidētibus huius mūdi naturā: atq; diuidēdo ea ex qbus ē cōſtitutus/ſecūdū genera rite diſponere. Perinde ac ſi uocē/quę infinita eſt/partiremur/in quēdā certū numerū redigētes: dū uidelicet quod illic ī multis idē eſt/reducemus ī unū. Deīde rurſus aliud: rurſuſq; ſimiliter aliud/quouſq; ī quodā numero illorū quodlibet poneremus/quod eſt i ſingulis/ſpēm apellātes. Quod uero

in ſpēbus genus eſſe dicētes. In uoce quidem ſpēm quālibet/ſimulq; cunctas no bis illic occurrentes ī unū colligere plane liceret: ac de oībus elemētū uocale ſiue litterale/uel uocem pariter p̨dicare. At uero ī his quæ nūc indagamus/impoſſi bile eſt ſimiliter prædicare: quēadmodū in ſupioribus demōſtrauimus. Quapp plura genera cogimur indagare: atq; huic uniuerſo alia q̄ illic aſſignare. Quādo quidē & uniuerſū hoc eſt ab illo diuerſū: neq; cū illo uniuoca conuenit rōne: ſed eſt æquiuocū & imago. Quoniā uero & hic ī mixtione atq; cōpoſitione diuerſa ſunt: & aliud quidē corpus eſt/ aliud aīa: uniuerſū nāq; eſt aīal: ipſa uero natura aīę in illo intelligibili mūdo cōſiſtens/nō congruit in eodē ordine cū illa quę hic eſſentia noīatur. Ideo ſegregāda eſt ipſa quidē/q̄uis ſit arduū: ſegregāda tamen a præſenti naturæ huius cōditione/quam īpræſentia p̨tractamus. Ceu ſiqs uolēs ciuitatis alicuius ciues diſponere p̨ cenſus/& honores/& artes/p̨egrinos & adue nas relinquat a ciuibus ſegregatos. De paſſionibus āt quotcūq; una cū corpore uel p̨p corpus aīę accidunt/tūc demū qūo ſint diſponēdę tractabimus: poſtq̄ de his quæ hoc mūdo proprie cōtinentur/diſputauerimus.

MARSILIVS

In mūdo quidē intelligibili eſſentiā uerā ponit. In hoc aūt apparentē: ac pro eēn tia fluentiā. Item cōfutat eos/qui genera hic nō recte diſponunt: nōdum tamen ipſe diſponit

Cap. II.

PLOTINVS.

PRincipio de illa quæ noīatur eſſētia uideť agendū: cōcedendūq; īprimis corporeā hāc naturā ęquiuoce eſſentiā noīari/uel nullo mō eēntiā nomi nandā: quia fluentiū notio cōgruat: ſed proprie generatiōem eſſe dicen dam. Pręterea generatiōis alia quidē eiuſmōi eſſe/alia uero illiuſmōi/dicendū ui deť. Et corpora quidē in unū accumulāda/tū ſimplicia/tū cōpoſita: & accidentia illorū atq; cōſequentia/hęc quoq; interim īter ſe diuidēdo. Aut dicendū alicui ui deri pōt hoc quidē eſſe materiā/ illud āt ſpēm ī materia/ & ſeorſū utrūq; tanq̄ ge nus: aut ābo ī unū cōciliāda. Tāq̄ utrūq; æquoce noieť eēntia ſiue ſubſtātia: aut p̨pria generatio. Verū quid nam cōe materię ſimul ē atq; formæ? Et qūo materia pōt eſſe genus? quorū ue genus? Quoniā & mirādū eſt quæ nā differentia mate riæ ſit. Præterea ī quo nā potiſſimum quod ē ex utriſq; cōpoſitū collocare debe mus. Quod ſi quod ex utriſq; cōſtat ſubſtantia corporea ſit/neutrū uero duorū ſit corpus/quo nā pacto ī uno eodēq; duo hæc una cū cōpoſito poni debent? Et quo nā pacto quæ alicuius elemēta ſunt/cū illo ſimul ī eodē cōſtitui poſſunt? Si quis aūt dixerit/a corporibus incipe nos debere: p̨inde monebit/ac ſi pręcepit in dictionibus p̨tractandis a ſyllabis incohandum. Quid uero p̨hibet/ſi nō licet ſe cundum naturā eandem partiri/ſaltē ſecundū analogiā & proportionem quādā hæc ita diuidere: ut loco entis ipſius illic exiſtentis ponamus hic materiam. Pro motu aūt entis illius hic formā uelut uitā quādam p̨fectionemq; materiæ. Tum pro eo quod illic eſt ipſum idem atq; ſtatus/hic materię cōditiōem quandā a ſe minime diſcedentē. Quinetiā alteritatis ipſius uice rerū harū diuerſitatē diſſimi litudinemq; q̄plurimā oppoſita ſupantem. Sed profecto materia nō ſic habet & accipit formam tanquam ipſius uitam aut actum: ſed īgredi ť aliūde forma: nec aliquid eſt materiæ. Præterea ſpecies quidem illic actus eſt atq; motus. Hic uero motus eſt aliud atq; contingens. Species autē ſtatus ipſius magis & quaſi quies.

Definit nanq; illam ſecundum ſe infinitam. Quinetiam ipſum idem & ipſum alterum illic ideo ſunt: Quia unum illic exiſtit ipſum idem & unum ipſum alterum. Hic autē alterum participatione dicitur/& ad aliud: & aliqd idem & aliqd alterū. Nec ſicut ibi ita ī poſterioribus ipſū dicit̄: ſed idem aliquid & alterū ſimiliter aliquid. Status aūt quomō aſſignari materię poterit? Quæ ad oēs diſtrahit̄ magnitudines: & formas accipit ab externis: neq; p ſe ſufficit una cum his alia generare. Hāc ergo diuiſiōem prętermittere decet.

MARSILIVS.

Quæcunq; proprie ſunt in mūdo ſenſibili probabiliter ad quinq; genera referri poſſe uidētur.

Cap. III.

PRimum genus ſit ſubſtātia. Secūdum accidēs/quod ī ſubſtātia. Tertium accidēs/in quo ſubſtātia. Quartū motus. Quintū relatio. In primo genere quodāmō colligūtur materia/forma/compoſitū. In ſecūdo quantitas/qualitas/figura. In tertio locus/tempus/. In quarto actio/paſſio. In quinto q̄plurima quomodocūq; relatiōem ſignificātia.

PLOTINVS.

QVomodo igit̄ diſtinguemus? Primo quidem ita licet. Profecto hoc eſſe materiā/illud uero formā/aliud āt ex utriſq; permixtū: Tum reliqua circa hæc eſſe. Atq; eorum quę circa hęc uerſant̄/alia qdem tātū eſſe de his prædicata: alia uero ēe inſuper cōtigētia. Quinetiā cōtingētium ſiue accidētium/alia his ineſſe: in aliis uiciſſim hæc exiſtere. Præterea alia horū actiōes: alia paſſiones: alia deniq; cōſequētia. Dicere quoq; licet/materiā eſſe cōe qddā/in oibusq; ſubſtātiis: neq; tamē eſſe genus. Quoniam nullas differētias habet: niſi quis forte differentias eius accipiat/ex eo q̄ materia hæc igneam/illa uero aeream ſubeat formam. Siquis āt ad hoc ut materia genus ſit ſufficere putet/q̄ cōe quiddā ſit oibus: quibus licet ſubeſſe materiā: aut forte ex eo q̄ ipſa materia erga materias quodāmō multas ſe habeat/ſicut totū ad ptes: aliter q̄ proprie dici ſoleat/genus foret. Atq; elemētum erit hoc unum: ſiquidē poſſit & elemētum ēe genus. Spēs aūt ſi additum ei fuerit/ut circa materiā ſit/uel ī materia/ per huiuſmodi cōditionem a ſpēbus aliis ſepabit̄: nō tamē eſſētialem oēm ſpēm amplectet̄. Sin aūt ſpeciem apellamus/id ipſum quod eſſentiæ ſit effectiuū/eſſētialemq; ratiōem ſecundum ſpēm/adhuc ī ambiguitate uerſabimur. Nōdū enī quomodo accipienda ſit eſſentia ſiue ſubſtātia/declarauimus. Proinde ſi ſolum quod eſt ex utriſq; compoſitum/affirmet̄ eſſe ſubſtātia: duo illa ſubſtātiæ minime erūt. Quod ſi & hoc ſimul & illa/reliquum erit/qd nam his oībus cōe ſit/indagare. Quę uero ſolum prædicata dicunt̄/forſan ī ordie relatiōis erunt: uelut ēe cauſam/& elemētum ēe. Sed eorum quæ accidentia ſunt in illis/aliud eſt ut eſſe quātum: aliud rurſus ut quale: quę proprie ſunt in ipſis. Sunt & quędam/in quibus illa ipſa ſūt: quemadmodum locus atq; tēpus. Quinetiam actiones eorum & paſſiōes ſe habēt uelut motus. Tum uero cōſequētia/ceu locus & tpūs. Locus quidē compoſitorū: tempus āt motionis. Proinde tria qdem prima forſan inueniemus ī unum cōe concurrere. s. in ſubſtātiam hic ęquiuoce dictā. Poſt hæc alia deinceps/relatio/quantitas/qualitas/in tempore/ in loco/motus/locus/ tempus: quanuis accepto ſemel loco atq; tēpore/ſupuacuū ſit afferre rurſus quod ī tēpore quod ī loco. Quapp licebit quinq; numerare: ſiquidem tria prima cōputent̄ ut unum. Sin aūt tria illa

nō computētur in unum: ſic utiq; diſponent̄/materia/ſpēs/compoſitum/relatio/
quātitas/qualitas/motus. Vel hæc fortaſſe relatione comprehēdent̄: nam relatio
latius comprehendit.

MARSILIVS.

Subſtātiæ corporeę proprium eſt/ut accidētium ſubſtēraculum ſit. Ipſa uero nul
li tanquā accidēs innitat̄: ſed ſui iuris exiſtat. Id autē ſolius ſubſtātiæ proprium
tribus ſubſtātiis eſt cōe. s. materiæ/formæ/cōpoſito Cap. IIII.

PLOTINVS.

QVid nam igit̄ in tribus illis cōe eſt: quid ue eſt quod efficit/ut hęc eſſen
tia ſiue ſubſtātia ſint. Subſtātia inq̄/qualis ī rebus inferioribus ee pōt.
Nunqd horū quodlibet ꝓpea ſubſtātia ē/quia ſit fundamētū quoddā/
& ſuſceptaculū aliorum? At uero materia qdem ſuſceptaculū ſedesq; ſpēi uidet̄
eſſe. Spēs āt nō adeo uidet̄ eſſe ſedes. Quapp ſpēs nō erit in ſubſtantiæ genere.
Cōpoſitū quoq; reliqs ꝓfecto multis fundamētū eſt/atq; ſedes. Itaq; & ſpēs una
uidelicet cū materia ſubiciet̄ cōpoſitis/ uel potius oībus quæ ſequunt̄ compoſi
tum/uelut quantitati/qualitati/motui. Num forte quod ſubſtātia eſt/iccirco eſt
hoc ipſum/quoniā hoc ipſum quod dicit̄/nō eſt alterius? Albedo enī atq; nigre
do alterius eſt dealbati/uidelicet/uel denigrati. Duplum quoq; alterius eſt. Non
dico ī præſentia dimidii duplū/ſed lignū duplū. Et pater qua pater alterius eſt.
Item ſcientia eſt illius/in quo exiſtit. Rurſum locus terminus eſt alterius. Et tem
pus alterius eſt menſura. Ignis āt nō eſt alterius: neq; lignū qua lignum/alterius
eſt. Similiter neq; homo/neq; Socrates: neq; oīo compoſita ulla ſubſtantia. Atq
neq; etiā ſpēs/quæ ſecūdū eēntiā eſt/alterius ē: quoniā nullius ē paſſio. Nō enim
materiæ ſpēs eſt. Eſt tamen pars cōpoſiti. Hois uero ſpēs atq; hō idem eſt. Mate
ria quoq; pars eſt totius: atq; alterius eſt/quatenus eſt totius. Nō tāquā alterum
illud exiſtat/cuius ipſa dicitur. Albedo uero hoc ipſum quod dicit̄/eſt alterius.
Quod igit̄ alterius exiſtens/illius & dicit̄/nō eſt ſubſtantia. Subſtantia igit̄ ē id
quidem quod certe hoc ipſū quod ē ſui ipſius exiſtit. Aut certe ſi alicuius pars
eſſe dicat̄/ compoſitū ipſum cōplet: dum ꝓfecto quodlibet uel utrūq; ſui ipſius
exiſtit: ſed erga compoſitū alio quodā pacto illius eſſe dicit̄. Aut certe qua rōne
pars eſt/ad aliud qdem dicitur. Qua uero ſecundū naturā ſuam eſt/in eo quod
ſit id quod eſt/dicitur eſſe nullius. Eſſe uero ſubiectum/uidet̄ eſſe cōe tum ma
teriæ/tum ſpēi/ tum compoſito. Sed aliter quidem materia ſpēi ſubiecta ē. Aliter
autem ſpēs paſſionibus. Aliter uero cōpoſitū. Vel potius neq; materia ſpēi ſubie
ctum eſt. Spēs nanq; perfectio eſt illius: & qua materia eſt/& qua eſt ī potentia.
Neq; rurſus ſpēs ī hac exiſtit: ubi enī aliqd una cum aliquo unum aliquid confi
cit/nō erit alterum illic ī altero: Sed ambo materia ſpēsq; ſimul ſubiecta ſūt alteri
uelut hō/atq; aliquis homo paſſiōibus qdē ſubiciunt̄: pręcedūtq; actiones & cō
ſequēna. Videbit̄ itaq; ſubſtantia eſſe/a qua ſunt alia/& ꝑ quā alia: idq; ee circa
quod ſit pati/& a quo ſit pati.

MARSILIVS.

Solius ſubſtantiæ proprium eſt/ut nec uſq̄ uelut ī ſubiecto inſit: nec de ſubiecto
aliquo tanquā extraneum aliqd prędicet Cap. V.

ITem quando aliqua quæ corporeis generibus propria ſunt/ in mundo
incorporeo nominamus/ non ſecundum rationem naturamq; eandem:

ſed per comparationem & ſimilitudinem illis hæc attribuimus.

PLOTINVS.

HAccipienda uero ſunt hæc de ea ſubſtãtia/quæ hic eſſe dicit̃. Siquo uero pacto ſubſtantiæ quoq; ſuperiori conueniant/forte congruent ꝑ analogiam quandã apellationẽq; ꝙuiuocam. Iam uero & quod apellat̃ primum/comparatiõe quadã ad illa quæ ſequunt̃/ſic apellat̃. Nõ enĩ ſimpliciter cognominat̃ primũ: ſed ad illa potius quæ ſũt infima. Quinetiã quę mox ſequuntur/erga illa ſimiliter apellant̃ prima/quæ pinde ſequunt̃. Præterea quod ſubiectum dicit̃/hic & ibi ſe aliter habet. Quinetiã dubitat̃/utrum ſit ibi paſſio: ac ſi ibi ſit/aliud certe ibi atq; hic eſt pati. Videt̃ item omni ſubſtantiæ conuenire/in ſubiecto nõ eſſe: Si modo hoc ipſum quod eſt ĩ ſubiecto/oportet nõ eſſe partem eius ĩ quo eſt: neq; oportet etiã una cum eo cõcurrere ad aliqd unũ ſimul confi ciendum. Quod enĩ cum aliquo cõducit ad ſubſtantiam cõponendã/in eo tanq̃ in ſubiecto eſſe non põt. Quapp neq; forma uidet̃ in materia eſſe tanquã ſubiecto: neq; homo in Socrate: quippe cũ ſit pars Socratis. Quod ergo nõ eſt ĩ ſubiecto/ſubſtantia iudicat̃. Si aũt dicamus id ipſum eſſe ſubſtantiam/quod neq; in ſubiecto eſt/neq; dicit̃ de ſubiecto. Adiungedũ eſt de ſubiecto inq̃ tanq̃ de alio quodã/ut ĩ ea deſcriptione ſubſtantiæ/qua adiungendo dicimus/ſubſtantiã nõ ꝓdicari de alio/homo etiã comprehendat̃ de quodã hoie prædicatus. Quãdo enĩ hoiem de Socrate prædico/ita dico nõ tãquam lignũ albũ: ſed tãquã album eſſe album. Nam quãdo Socratem eſſe hoiem dico/ tũc hoiem aliquẽ eſſe fateor hoiem: atq; de ipſo hoie q̃ eſt in Socrate/hoiem ꝓdico. Hoc aũt idem eſt/ac ſi dicamus Socratem eſſe Socratem: atq; etiam ꝑinde ac ſi de aiali rõnali/eiuſmodi aial ꝓdicemus. Verum ſiquis obiecerit/nõ eſſe id ſubſtãtię propriũ/quod dici ſolet in ſubiecto nõ eſſe/differentiã enĩ ex eorum eſſe numero quæ ĩ ſubiecto nõ ſint/ille certe ſi tãquam eſſentiæ ꝑtem accepit quod bipes dicit̃/hoc utiq; ĩ ſubiecto nõ eſſe fatebitur. Quãdoquidem niſi hoc ipſum bipes ſic acceperit tãquam ſit eſſentia talis/ſed intellexerit bipedalitatẽ/nimirũ nullam dicet ſubſtantiã/ſed qualitatẽ: ideoq; quod bipes dicitur/ in ſubiecto iam erit. Sed neq; tempus eſſe in ſubiecto uidet̃/neq; locus. Verum ſi menſura motionis de tempore accipiatur ſecundũ ipſum menſuratum/certe & menſura erit ĩ motu ceu ſubiecto: & motus in eo ſimiliter quod mouebit̃. Sin aũt ſecundũ menſurãtem intelligat̃/ menſura erit ĩ mẽſurante. Locus autẽ cum ſit terminus cõtinentis/in eodem erit ſimiliter continente. Cõtra uero ſe res habet circa hãc eſſẽtiam: de qua impręſentia diſputamus/circa quam probabile uidet̃ uel ſecundũ unum aliquid eorum quę dicta ſunt/uel plura/uel oĩa/ſubſtãtiam talem accipe. Dum uidelicet ea quę dicta ſũt/ materię & formæ/& cõpoſito cõgruunt.

MARSILIVS.

Ens nõ ſecũdũ eandẽ rõnẽ/ſed diuerſam qdẽ/quãuis ꝑ quandã ſimilitudinẽ/prędicat̃ de ſubſtãtia incorporea & corporea/atq; de accidẽte Cap. VI.

SVbſtantia corporea compãta quidem ad incorpoream nõ hẽt eſſe ex ſe: ſed ex illa. Compata uero ad accidentia ſua obtinet eſſe ſecundum ſe/& prius/atq; ſimpliciter. Accidentia uero ſortiuntur eſſe ꝑ illam/poſteriusq; & eſſe quodãmõ. Fit aũt hic quaſi uiciſſitudo quædã. Nã & accidẽs ꝑ ſubſtãtiã hẽt ſimpliciter eẽ/& ſubſtãtia ꝑ accidẽtia nanciſcit̃ eẽ tale uel tali quodã pacto.

PLOTINVS.

Siquis aũt dixerit/hæc quidem cõſiderata fuiſſe circa eſſentiam ſiue ſub ſtãtiam. Quid uero ipſa ſit nõ fuiſſe dictũ/forſan ulterius exigit ſenſi bile hoc inſpicere. At uero hoc ipſũ ẽ/ atq; eẽ inſpici nequit. Quid er go?/nõne ignis & aqua eſt eſſẽtia?/eſſẽtia ſit utrũq;. Nunqd ex eo quod uideanť? Nequaquã. An forſan ex eo q̃ materiam habeãt?/ Neq; etiam ob hoc ipſum. Sed num quoniã habeãt ſpẽm?/ Neq; hãc ob cauſam. Sed neq; etiam ꝓpea q̃ ibi ſit cõ poſitum. Quo nam igiť dicunť eſſentia?/ipſo nimirum eſſe. Verum etiam quan titas eſt/& q̃litas eſt. Nos uero forte dicemus/hoc ipſum eſt/de illis atq; his ęqui uoce dici. Sed deinde quęreť/quid nam ſit hoc ipſum ẽ in igne & terra cęteriſq; eiuſmodi. Et quænam differentia ſit huius ipſius ẽ/ atq; illius ẽ: quod conueniat aliis. Reſpondebiť forſan/hoc differre/q̃ hoc q̃dem ẽ/ ſimpliciter eſſe ſignificat: ensq; ſimpliciter. Illud uero ſignifãt album ẽe. Quid ergo?/nunquid ipſum eſſe quod albo ẽ adhibitum/idem eſt atq; illud/cui nihil adiungitur?/ Nequaquam. Sed hoc quidem primo ens exiſtit. Illud aũt ſecundũ participationẽ/ graduq; ſe cundo. Nam & album enti adiunctum/ens reddidit album: & ens adiunctum al bo/album ens effecit. Quapp accidẽs eſt enti quidem albũ: albo uero ens quoq; uiciſſim. Neq; ita loquimur/ut aliquis fortaſſe diceret: Socratem uidelicet albũ/ & album Socratẽ. Nam in utriſq; Socrates ipſe idem ẽ. Forte uero album nõ ſimi liter idem. Vbi enĩ diciť: album ẽ Socrates/ in albo Socrates ẽ incluſus. Vbi uero diciť/Socrates ẽ albus: album ẽ pure cõtingens. Atq & ĩ his de quibus agimus ens albũ/accidẽs hẽt albũ. Sed ubi diciť/album ẽ ens/ipſum albũ quodãmõ ens habet incluſum. Et oĩo album q̃dem habet eſſe: quoniã circa ens & ĩ ente uerſa tur. Ab illo igitur accipit eſſe. Ens aũt a ſeipſo q̃dem ens exiſtit. Ab albo uero fit album: nõ quia ſit ipſum ĩ albo: ſed cõuerſo: quoniam ĩ ipſo ſit album. At uero cum & hoc ens quod ĩ ſenſibili natura ẽ/ nõ a ſeipſo ſit ens/iccirco dicẽdum eſt/ ab ipſo quidem ente uero/ens habere: ſed ab ipſo uere albo/eſſe album accipere. Quippe cum & ens illud habeat eẽ album ſecũdũ participationẽ quandã ipſius illic exiſtẽtis albi. Et uiciſſim albũ ipſum hẽat eẽ participatiõe entis ibi regnãtis.

MARSILIVS.

Et materia & forma materialis a cauſa ſepata depẽdẽt: cui forma ẽ ſimilior q̃ ma teria. Ideo forma magis eſt ens/& eẽntia & ſubſtantia q̃ materia

Cap. VII.

Ircirco nec ens/nec eſſentia/uel ſubſtãtia prędicať de materia ſimul & for ma tanquã genus uniuocum: ſed tanquam analogum. i. proportionale genus/atq; comparabile. Præterea eſſentia minus adhuc cõuenit acciden tibus q̃ ſubſtantiis. Nam ſubſtãtiæ. s. materia/forma/cõpoſitum/cõmuni quadã cõditione ſui iuris exiſtũt. Accidentia uero ſunt mancipata ſubſtantiis. Deniq; materia ſupne depẽdet ex eo q̃ minime ideale. Forma uero ex eo q̃ ideale q̃ma xime cogitatur.

PLOTINVS.

Siquis uero dixerit quæcũq; hic ſũt ĩ materia/eſſe ab eadem habere/quę remus unde nã materia ẽe atq; ens habeat. Materiam q̃dem nõ eſſe ĩ re rum ordine primũ/alibi diximus. Sin aũt dicať/alia nõ poſſe cõſiſtere/niſi ĩ ma teria ſint/nos eiuſmodi eẽ ſenſibilia cõfitebimur. Ipſam uero materiam/quę ante

hęc eſt/poſteriorem eſſe multis:& iis quæ ibi ſunt omnibus/nihil ꝓhibet. Quippe cū obſcurum ēe habeat:minusq; ēe q̄ illa quæ ſunt ī ea: Quatenus hęc q̄dem rōnes quædam ſunt:magisq; ſunt ex ente eiusq; natura. Materia uero rōnis oīo ſit expers/& quædā rōnis umbra/caſusq; rōnis. At ſiquis adduxerit/eam ita ēe tradere/iis quę ſunt ī ea:quemadmodū Socrates albedini quę eſt ī Socrate/dicendum eſt/quod magis q̄dē ens eſt/tradere poſſe ei quod ē minus ens/eē minus. Quod uero minus eſt ens/nūquā magis enti tribuere. At uero ſi ſpēs magis ens q̄ materia eſt/non amplius ipſum ens de utriſq; uelut cōe aliq̄d prędicabit̄:neq; eſſentia genus erit habēs ſub ſe materiam/& ſpēm/& compoſitum. Verum cōia quidē multa iis erūt/quæ tandiu dicimus:uerūtamē ipſū eē differēs erit. Quādo enī magis ens circa minus ens accedit/hoc ordine quidem prius eſt/eſſentię uero gradu poſterius. Quamobrem niſi æque eſſentia ſit ſpēs/atq; materia: rurſusq; materia/atq; ſpēs/& compoſitū/nunquā eſſētia cōe aliq̄d/iis erit uelut genus. Aliter tamen ſe habebit erga illa/quæ ſunt poſt ipſa/tanquā cōe quiddam id habēs ad ipſa/quod ſui ipſorū proprie ſint. Quemadmodū in ordine uitæ/alia q̄dem debilis eſt/alia efficacior. Similiterq; imaginū/hæc leuis quædā ſubfiguratio eſt/illa uero expreſſio abſolutior. Siquis āt gradu quodā ipſius ēe exiguo metiat̄ eſſe/quod uero ī aliis/plus eſt/obmittat/hoc rurſus ēe cōe erit. Sed.n.aduertendum eſt:ne forte nō ita ſit faciendum. Aliud.n. ſit unūquodq; totū. Sed nō eſt cōe aliq̄d hoc/quod eſt exiguum & obſcurū:ſicut ī uita nō eſt cōe quiddā uegetali/ſenſuali/ītellectuali. Itaq; & hic ipſū eē/aliud q̄dē eſt ī materia/aliudq; ī forma. Atq; hęc ambo ab uno quodā depēdēr:aliter eis/& aliter affluēte. Nō ſolum.n. ubi ſecūdū a primo ē/& tertiū a ſecūdo/ibi prius q̄dē illud magis ē tale/poſterius aūt deterius ē/& minus: uerū etiā ſi ab eodem ambo depēdeant/ſimilē quādam ſucceſſionē licet inſpicere. Ceu lutum figuli magis quidē igne concoctū/uas effi citur ſiue regula. Sed erit ibidem & minus concoctū:adeo ut uas uel regula mini me fiat. Forſan uero nō ab eodem materia ē & ſpēs. Differētia.n. eſt & ī illis.

MARSILIVS.

Vbi de ſubſtantia ſenſibili loquimur/pręſtat accipe cōpoſitū q̄ materiam aut formam. Cōpoſitarum uero ſubſtātiarum generaliter propriū eſt/ut ſubiecta quidē ſint:neq; ſint in ſubiectis. Cap. VIII.

SVbſtantia incorporea/pura ſubſtantia eſt: quoniam ab accidentibus non dependet. Corporea uero nō eſt ſubſtātia pura: quoniā ex accidentibus quibuſdam ſaltem intimis propriisq; conficit̄. Alioq̄n nō erit ſubſtantia corporea ſenſibilisq;. Quam īpręſentia quęrimus.

PLOTINVS.

SEd forſan decet obmittere nūc ī elemēta diuidere: pręſertim ubi de ſenſibili ſubſtantia diſputamus. Quam ſenſu potius q̄ rōne decet accipe: neq; ex quibus componat̄ adiūgere. Nō enī illa ſubſtātiæ ſūt: aut certe ſubſtātiæ nō ſenſibiles. Operępretium uero uidet̄/uno quodā genere cōprehendere quod cōe eſt lapidi/terræq;/& aquæ:& iis inſup quæ ex his cōponunt̄/plantis.s.aīalibusq;/quatenus ſenſibilia ſūt. Sic.n.neq; materia/neq; forma iterim nobis pręteremittetur. Subſtātia nāq; ſenſibilis hæc ī ſe habet. Nam ignis & terra/horumq; media/& materia ſunt/& forma. Compoſita uero iam ſūt ſubſtātię multę in unū cōciliarę. Atq; oībus iis cōe eſt hoc ipſum/quo ab aliis ſepant̄. Hæc enim

reliquis ſubiecta ſunt: neq; ſunt in ſubiecto: neq; alieni iuris eſſe cenſenť. Et oío quęcūq; narrauimus tāquā ſubſtātię propria/huic rite cōueniūt. Cęterum ſi ſub ſtantia ſenſibilis abſq; magnitudine & qualitate nō eſt/quo nā pacto ab hac acci dentia ſegregabimus? Sepantes enī hæc/magnitudinem/figurā/colorē/ſiccitatē/ humiditatem/quid nam ulterius eam eſſe ponemus? Hę nāq; ſubſtantiæ quales quædam ſubſtātię ſunt. Verum aliquid certe eſt/circa quod hæc ipſa cōcurrunt: quę ſimul efficiūt/ut quę ſolū ſubſtātia erat/ſubſtātia talis euadat. Atq; ita ignis nō totus ſubſtātia erit: ſed aliquid eius uelut pars eſſe ſubſtantia iudicabiť. Hoc aūt quid nam erit. Forſan uero materia. Num igitur ſenſibilis ſubſtātia cōgeries quædam eſt qualitatum atq; materiæ? Atq; hæc oía cōmixta ſimul ī una materia ſubſtātia ſūt? Vnūquodq; uero ſeorſum inde acceptum/aliud quale erit/aliud ue ro quātum: uel qualia multa. Tum uero quod īter hæc ita ſe habet/ ut ſiquādo defuerit/impfectam relinquat eſſētiam/huius eſſētię pars exiſtit. Quod āt eſſētię iam abſolutæ cōtingit/alium quendam proprium obtinet ordinē: neq; ī ea inclu ditur mixtione/quæ dictā hāc eſſētiam cōficit. Nec equidem īpręſentia dico tale aliquid/dum ibi eſt una cum reliquis/eſſētiam ſiue ſubſtātiā eſſe: dum uidelicet/ molem unam complet tātam proprie atq; talem. Vbi uero nō complet eiuſmodi aliquid/eſſe potius qualitatē. Sed dico nec ibi quidem quicquid eſt/eſſe ſubſtan tiam. Totum uero ex oibus cōgregatum/ſubſtātiam eſſe. Neq; grauiter ferēdū eſt: ſi ſubſtātiam ſenſibilem ex nō ſubſtātiis componamus: neq; enim id totum uera ſubſtātia eſt/& eſſētia: ſed ueram potius eſſētiam imitať. Quę quidem abſq; reliquis circa eam poſitis/ens ī ſe poſſidet: atq; ita ut alia ex ipſa fiāt: ꝓpea q; ipſa reuera prorſus exiſtat. Hic aūt etiam quod ꝓ fundamēto ſubiciť/ſterile eſt: neq; ſufficiens ad hoc ſaltem ut ſit ens: nedum ex eo reliqua ēe reportent. Sed umbra quędam eſt: atq; in ipſa uelut umbra/pictura quædā fit: nec uerum ens/ſed pror ſus apparens.

MARSILIVS.

Spēs ſub genere ſubſtantiæ numerandæ ſūt uel ꝓ diſtinctionem corporum inter ſe: ceu ſimplicium/mixtorū/aīatorū. Non aūt dicendū ſubſtātiam primā eſſe hūc hoīem: ſecundā uero ipſum cōīter hoīem

Cap. VIIII.

SPecies eſt uniuerſalior indiuiduo. Ergo ſimplicior. Igiť & natura prior. Quare eſſentia quoq; ꝓfectior. Hic enī homo. i. homo talis & ī tali mate ria fit poſterius participatiōe quadā ſpecialis ipſius rōnis humanę/prius quidem perfectiusq; ī ſe exiſtentis/deinde aliis ſeipſam impartientis.

PLOTINVS.

HActenus de illa quę ſenſibilis ſubſtantia dicitť/& uno eius genere ita ſit dictum. Spēs aūt eius/quas potiſſimū afferre quis pōt? Et qūo diuidet. Profecto uniuerſum hoc ponēdum eſt eſſe corpus. In quo quidem alia magis materialia ſint: alia uero organica. i. uariis prædita inſtrumētis. Et materia lia quidem illa uelut ignis/terra/aqua/& aer. Organica uero plātarum aīaliumq; corpora diſtincta īter ſe ꝓ formas. Deinde ſpēs terræ licet accipe/elemētorumq; aliorū. Atq; ī corporibus organicis plantarū & aīalium corpora ꝓ formas rite di uidere. Vel etiā diſtinguere ex eo q; hęc quidē terram habitātia terrenaq; ſūt/illa uero ad elemētum quoduis aliud ſimiliter pertinētia. Aut forte corporū alia le uia/alia grauia/alia media. Et hæc quidem in medio mundi conſiſtere. Illa uero

desup circũfundi. Illa deniq; regionem mediam occupare. Atq; in uno quoq; horum corpora iam figuris iter se distincta: adeo ut corpora sint partim cælestium aialium/partim p reliqua elemẽta. Aut primo quidem ĩ elemẽta quattuor tãquã spẽs: deinde alio modo iam inuicem cõmiscere: atq; ita eorũ differẽtias procreare secũdum loca/& formas/& mixtiões: uelut quę ignea uel terrena dici solẽt: ppea q elemẽtum ibi tale exuberet/& excedat. Quod ãt ferẽ alias esse substãtias primas/alias uero secũdas/ceu hic ignis/& ipse ignis/ putãdum ẽ aliter qdem differentiam iter se habere/ex eo q hoc quidem singulare est/illud aũt uniuersale: nõ tamẽ substãtiæ differẽtiam ullam admittere. Nam & ĩ genere qualitatis aliquid album ẽ/ & albũ. Item grãmatica quędã atq; grãmatica. Pręterea quid nã minus hẽt grãmatica ad grãmaticã aliq̃ cõpata? et oio scientia cum scientia quadã collata? Nõ enĩ grãmatica posterius est grãmatica quadã: Sed potius cũ sit grãmatica ipsa/est & hæc ĩ re grãmatica: quãdoquidem & quę ĩ re est/ideo aliqua est/quia ĩ re sit. Ipsa uero eadem ẽ/atq; uniuersalis grãmatica. Item Socrates nõ dedit ei q nõ erat homo/ut esset homo: sed homo potius id Socrati dedit. Nam homo aliquis participatiõe hois est aliquis homo. Proinde Socrates quid nã aliud est/q̃ talis homo? Hoc ipsum uero quod talis dicit̃/quid nã cõfert ad id/ut magis substãtia sit? Si aũt dicat̃ ob id cõferre/q homo spẽs tãtum sit: homo uero aliquis spẽs ĩ materia: sequet̃ ut hic ppea minus homo sit. Ratio enĩ ipsa ĩ materia fit deterior. Sin aũt & homo nõ secũdum ipsam spẽm tãtum sit/sed sit etiam ĩ materia/quid nã minus habebit/q̃ hois spẽs ĩ materia quadã existens: cum illa ipsa ratio sit huius existẽtis in materia quadã. Item prius natura est/quod est generalius/ideoq; & spẽs est individuo prior. Quod uero natura prius ẽ/ simpliciter quoq; prius. Quo igit̃ mõ id minus erit? Verũtamẽ singulare nobis notius est: ideoq; nobis & prius. Hoc aũt nullam ĩ rebus differẽtiam efficit. Deniq; si ita res se habeat/nõ una erit substantię rõ. Nõ enĩ eadem rõ est eius quod primo tale est/atq; eius quod secundo tale. Neq; talia sub uno genere congregãtur.

MARSILIVS.

Genus substantiæ sensibilis ĩ spẽs diuisuri/rite p illa quę ad sensum pertinent/dĩstinguere possumus. s. p qualitates siue simplices siue mixtas. Item p formas & figuras/atq; loca. Cap. X.

PLOTINVS.

POssumus etiã hoc modo diuidere/uidelicet/p calidũ simul atq; siccum. Item p siccum simul & frigidũ. Rursus p frigidum humidũq; simul. Vel quomodocũq; cõiugium cõficere libeat. Deinde ex his compositiõem mixtionẽq; efficere. Atq; uel hic pmanere ĩ cõpositio quiescẽdo. Aut secundũ terrenũ atq; terrã habitans: uel secundũ formas & differẽtias aialium: nõ qdẽ aialia diuidendo: sed secundũ eorum corpora tãquã instrumẽta quædam partiendo. Neq; uero indecẽs est differẽtia secundũ formas adducta. Siquidẽ neq; secundũ qualitates eorum ẽ diuisio absurda. Velut si dicatur caliditas/ frigiditas/ & talia quædam. Verum siquis obiecerit/secundũ has potius corpora fieri/nos utiq; respõdebimus/effici etiam secundũ mixtiones/& colores/atq; figuras. Cum. n. de sensibili substantia disputetur/ non absurda distinctio erit/ si per differentias ad sensum pertinẽtes/eiusmodi substantia distinguatur. Nõ enĩ hæc simpliciter ens existit: sed sensibile ens est id totũ. Nempe etiã ipsius subsistentiã apparentẽ esse

confluxum quendam ad ſenſum pertinentium diximus. Arqui & de huiuſmõi rebus q̃ ſint/a ſenſibus fidem hoies acceperunt. Sin aũt infinita cõpoſitio nobis occurrat/ſecundum ſpẽs aĩalium diſtinguere licet. Velut hois ſpẽm i corpore exiſtentem. Nã eiuſmõi ſpẽs eſt hec ipſa corporis qualitas. Neq; uero abſurdum eſt partiri p̃ qualitates. Verum ſi hic nobis obiciaꝫ/in ſupioribus nos alia q̃dẽ ſimplicia/alia uero cõpoſita poſuiſſe: quaſi cõpoſitum pariter atq; ſimplex ex oppoſito partiremur/admonebimus nos ibi dixiſſe alia materialia magis ẽe/alia uero organica potius/cõpoſitum nõ adhibẽtes i medium. Licet quinetiam afferre diuerſitatem iter ſimplex atq; cõpoſitum: nec id q̃dẽ tanquã pariter oppoſitorum partitione: ſed ſecundum primã diuiſiõem/ab ipſo prorſus initio corpora ſimplicia ponere: eaq; deinde ab alio quodã pricipio ſuppoſito cõmiſcere/compoſitorum differentiã uel locis/uel formis fieri ſubſtinente. Velut ſi dicaꝫ alia quidem eſſe cæleſtia/alia uero terrena. Sed de ſenſibili ſubſtãtia uel generatiõe hec dicta ſufficiant.

MARSILIVS.

In genere quantitatis eſt proprie numerus/atq; cõtinuitas/uel dimenſio. Reliqua ſunt in alio genere. Cap. XI.

Tempus quidem qua rõne menſura eſt atq; menſurãs: locus quoq; qua cõtinens eſt/in relatione ſunt. Magnum & paruum i quãtitate. Pulchrum in qualitate. Maius uero & minus & pulchrius i relatiõe cenſenꝫ.

PLOTINVS.

Quod uero ptinet ad quãtitatẽ atq; quãtum/ſæpe dictum eſt in numero & magnitudine ponendum eſſe: quatenus unũquodq; eſt proprie tãtũ. Quod q̃dem cõſiſtit i rerum corporearum numero/& i quodã ſubiecti ſpatio. Nõ enĩ de q̃titate hinc ſepata ipręſẽtia diſputaꝫ. Sed de hac ipſa quę facit ut lignum ſit tricubitum. Similiter de quinario numero qui eſt in equis quinq;. Numerum ergo & magnitudinem ſolũ eſſe proprie quanta prędiximus. Locum uero ac tempus i rõne quãtitatis minime cõputari. Sed tempus quidem ex eo q̃ menſura motiõis exiſtimeꝫ in relatiõis ordine collocari. Locum quoq;/cũ id habeat proprie/ut corporis ſit cõprehẽſor/in habitudine quadã & relatiõe cenſeri. Quãdo & motus cõtinuus quidẽ eſt: neq; tamẽ eſt i q̃titatis genere cõſtitutus. Magnum uero & paruum cur nõ in quãtitate ponãtur? Quod enĩ magnum eſt/quãtitate quadã eſt magnũ. Atq; hæc ipſa magnitudo i relatiõe nõ ponitur. Sed maius atq; minus ad relatiõem merito ſpectare putanꝫ. Ad aliud enĩ hoc ipſum quod ſunt dicunꝫ: Sicut & duplum atq; dimidium. Cur nam igiꝫ mons q̃dem ſæpe paruus diciꝫ/granum uero milii ſæpe magnum? Forſan quãdo paruũ montem dicimus/paruum ibi quaſi minorẽ intelligi uolumus. Si enĩ etiã apud illos qui hęc tractant/cõcediꝫ montem apellari paruum/quatenus cum rebus eiuſdem generis. i. cum montibus comparaꝫ/merito etiam eſt conceſſum/paruũ ibi accipi pro minore. Iam uero & magnum milium nõ ſimpliciter iudicaꝫ magnũ: ſed magnum proprie milii granũ. Hoc ãt pinde eſt/ac ſi tãtũ dicaꝫ cum rebus eiuſdem generis comparatum. Quibus p̃fecto naturali rõne maius apellari poteſt. Dein de cur nõ & pulchrum i relatiõe ponaꝫ? Verum id minime fieri reſpõdebiꝫ: quia pulchrum quidẽ ſecundũ ſeipſum accipiaꝫ/ſitq; quale. Pulchrius ãt i eorum eſſe numero/quæ ad aliud referũtur. Tametſi etiam quod apellaꝫ pulchrum uideri

põt turpe aliquando / ſi cum alio conferatur. Qualis humana pulchritudo cum Deorũ pulchritudine compata. Hinc utiq; illud dictũ eſt/pulcherrima iter ſimias turpis erit/ſi cũ alio quodã genere cõferaẽ. Sed ꝓfecto diceẽ/id qdẽ perpulchrũ ſecũdũ ſe ipſum cõſiderari: ſed aduerſus aliud/aut pulchrius/aut turpius iudicari. Ergo & i hoc genere magnum quidẽ aliqd eſt i ſeipſo/ipſa magnitudine prædictum: ad aliud uero nõ magnũ: Alioquin ſi minus deceat ita loqui / negare cogemur aliquid eſſe pulchrũ: ꝓpea q̃ aliud quiddã eo pulchrius nobis occurrat. Sed neq; id negare debemus: neq; igiẽ negãdum eſt aliquid eſſe magnũ: quoniã aliud quiddã ipſo ſit maius. Quãdoquidẽ neq; maius quicq̃ eſſet oĩo/niſi eſſet & magnum. Quemadmodũ neq; pulchrius/niſi foret & pulchrum.

MARSILIVS.

Productio & contractio cõtraria ſunt. Si produciẽ numerus/fit multus/ſi contrahitur/euadit paucus. Similiter dimenſio cõtractione quidẽ parua: productiõe uero fit magna. Paucum igitur atq; multum contraria ſunt: ſimiliter paruum atque magnum.

Cap. XII.

Sicut determinata eſt ratio quędam pulchri: ita calidi atq; magni. Tum uero in loco eſt oppoſitio proprie relatiua/ut inter ſuperius & inferius. Deniq; oratio per accidens eſt i genere quantitatis: per ſe uero eſt i motu.

PLOTINVS.

Permittendum igiẽ etiam cõtrarietatem exiſtere circa quãtum. Cogitationes enĩ ipſę cõtrarietatẽ hic admittunt: quãdo magnũ dicimus/& quando paruum. Imaginatiões cõtrarias afferẽtes. Sicut quãdo multa/& pauca dicimus. Similia nãq; illis etiam circa pauca & multa cõtingunt. Multi enĩ domi eẽ dicunẽ: & interim ſub hoc noĩe multi/eſſe plures ĩtelliguntur. Id ipſum uero quod apellaẽ plures/referẽ ad aliud: ſæpe etiam ferunt eſſe paucos i theatro: intelligentes ibi eſſe pauciores. Operępretium eſt oĩo quãdo dicimus multa/intelligere multitudinem i numero plurimã. Multitudo uero quo nam pacto inter relatiua cõnumerabiẽ? Hoc autẽ idem eſt/ac ſi dicaẽ/multitudinem ẽe productionem propagatiõemq; numeri. Huius uero cõtrarium eſt contractio. Idem uero euenit & i ipſa notione continui in longum quodãmodo cõtinuum protrahente. Quantitas enĩ oriri uideẽ/quãdo unum & ſignum progrediunẽ. Verum ſi cito utrunq; ſiſtat gradum/illud qdẽ euadit paucum: hoc uero fit paruum. Sin aũt proceſſio i progrediẽdo nõ cito deſinat/ illud certe euadit multum: hoc uero fit magnum. Quis nam igitur terminus eſt uel diffinitio? Sed quis pulchri terminus? Quis uero calidi. Atq & in ordine calidi/eſt calidius. Sed. n. calidius qdẽ referẽ ad aliud. Calidum uero ſimpliciter exiſtit quale. Omnino ãt rõnẽ quandã ſicut pulchri/ſic & magni eſſe decet. Quæ quidẽ ꝓcepta reddit magnũ / quemadmodum pulchrum reddit ipſa ratio pulchri. Contrarietas igiẽ eſt ſecundũ hæc circa quãtum. Nam ſecũdum locũ quidẽ nõ eſt amplius cõtrarietas ulla: quoniã nõ ꝓprie eſt i genere q̃titatis/quãdoquidẽ & ſi locus eẽt in genere q̃titatis/nõdũ cõtrariũ foret alicui/quod ſurſũ dici ſolet: niſi eẽt id quod deorſum i uniuerſo. In ꝓtibus ãt quod ſurſũ deorſum ue diciẽ/nihil ſignificat aliud q̃ ſupius atq; inferius. Idq; ſimile eſt ei quod diciẽ dextrũ atq; ſiniſtrũ. Hæc ãt i relatiõis genere numeranẽ. Syllabę uero orõniq; cõtigit ẽe q̃ta/& ſubici q̃titati. Vox enĩ quanta cẽſeẽ. Ipſa uero motio quędã ẽ. Ad motũ igiẽ ſicut & actio oĩo reducẽda uideẽ.

MARSILIVS.

Vnum quãtitatis genus cõe eſt numeris & cõtinuis. Item unus genere numerus oĩbus numeris. Vna quę q; cõtinuitas generalis/oĩbus cõtinuis Cap. XIII.

Species numerorum accipiuntur per paris & imparis differẽtiam. Spẽs cõtinuorũ ꝑ differẽtias inter lineã/ſuperficiem/ſolidum: ſimiliterq; deinceps.

PLOTINVS.

Continuum profecto ab ipſo diſcreto recte diſcerni ꝑ cõem propriũq; terminum definitiuũ iam eſt dictum. Deinceps uero dicẽdũ eſt in numero quidem diſcretiõem fieri ꝑ imparem proprietatẽ/atq; parem: ac ſimiliter ſi ſunt rurſus utriuſq; horũ differẽtiæ quædã. Aut forte cõcedenda eiuſmodi diſcretio eſt rebus iam numerũ poſſidẽtibus. Vel oportet has quidẽ differẽtias numerorum ex unitatibus compoſitorũ aſſeuerare. Numerorum uero ĩ ſenſibilibus exiſtẽtium/minime. Siqua uero ratio numeros ĩ ſenſibilibus exiſtẽtes ſepet/nihil prohibebit/eorum quoq; eaſdem differẽtias ĩtelligere. Cõtinuum uero quo nã modo diſtinguitur? Profecto ſi dixerimus hoc quidem eſſe lineã: iſtud uero planum: illud deniq; ſolidum: uel ſi hoc ad unũ/ iſtud ad duo/ illud ad tria potiſſimum pertinere/nõ ĩ ſpẽs diuidere/ſed dinumerare ſolũ ita uidebimur. Semp enĩ ĩ numeris ſic acceptis ſecũdum prius ac poſterius/cõe aliquid tãquã genus nõ reperitur. Neq; ĩ primo & ſecũdo atq; tertio augumẽto cõe quicquã erit. Sed forte qua rõne quãtum illic eſt/eſt ĩ eis ęqualitas: neq; alia quidẽ magis quãta/alia uero minus: quãuis alia dimenſiones ĩ plura poſſideãt: alia uero ĩ pauciora. In numeris igitẽ qua oẽs numeri ſũt/cõe aliquid eſſe poterit. Forte enĩ nõ unitas duitatem/neq; duitas trinitatem/ſed aliquid idem/hæc oĩa procreat. Sin aũt non fiũt hęc: ſed ſũt quidẽ: nos ãt tãquã fiãt/excogitamus/eſto ſane numerus minor ille prior: alius uero poſterior. s. q eſt maior. Verũtamẽ qua numeri ſũt oẽs rediganẽ in unum. Quamobrem & ĩ ordinem magnitudinũ/numerorũ conditionẽ traducere decet. Separe uero licebit ĩter ſe lineam & planũ/atq; ſolidũ: quod & apellatur corpus/ex eo q cũ magnitudines ſint/ſpecie differãt. Quod ſi oportet horũ unũquodq; diuidere/partiemur lineam ĩ rectam/circularem/ atq; obliquã. Planũ uero ĩ figuram rectilineam/& circularẽ. Solidum deniq; ĩ figuras ſolidas: in ſphęram ſcilicet/& figuras habẽtes rectas pro lateribus lineas: Atq; hęc rurſus geometrarum more ĩ triangulos & quadrangulos: rurſumq; hæc ĩ alia: & qua hæc conditione fiãt/conſiderabimus.

MARSILIVS.

Rectitudo uel curuitas adhibita lineę ꝑprietatẽ eius ſignificat: neq; cõpoſitionẽ affert. Item figurę nõ ĩ genere q̃litatis: ſed q̃titatis ſũt ponẽdæ Cap. XIIII.

Quando dicis triangulum eſſe qdem tres lineas/ſed tali quodã pacto inuicem ſe habẽtes/ſignificas hoc quodã termino inuicem terminatas: terminus uero atq; determinatio eiuſmodi ad genus quãtitatis potius q̃ qualitatis pertinere uidentur.

PLOTINVS.

Proinde quid nam rectam lineam eſſe dicemus? Nõne magnitudinem? Forſan uero aliquis ipſum rectũ apellet qualem aliquã magnitudinem. Quid ergo prohibet eiuſmodi differẽtiam eſſe/qua rõne linea eſt? Non enim alterius cuiuſdam ẽe dicit̃ rectitudo/q̃ lineę. Quãdoquidem & ſubſtantiæ

differentias a qualitate ſępenumero ducimus. Si igit̃ linea recta eſt quãtitas quæ dam cum differentia ſimul/nõ eſt cõpoſita pp hoc recta linea ex rectitudine atq; linea. Sin autẽ compoſitum aliquid eſt/id certe eſt tanquã cum propria differen tia. Triangulus præterea ex tribus lineis proprie cõſtitutus cur non ſit in gene re q̃titatis? An forte quia triangulus non ſimpliciter eſt tres lineæ: ſed lineæ tres ſic poprie ſe habẽtes. Atqui & quadratum quattuor lineæ ſic ſe habentes eſſe di cit̃. Quinetiam linea recta in ſe & quãtitatem habet/& talem quẽdam quantita tis modum. Nempe ſi rectam lineam non ſolum quãtum aliquid eſſe dicamus/ quid nam prohibet/& terminatam lineã nõ ſolum quãtum cognominare? At ue ro lineæ terminus eſt punctum: id uero in genere alio non exiſtit. Quamobrem planum quoq; terminatum/eſt proprie quãtum: quandoquidem lineæ terminãt: quæ multo magis in genere quãtitatis exiſtunt. Si igitur terminatum planum eſt in genere quãtitatis/id autẽ eſt triangulus/uel quadrãgulus/ uel etiam figura ex pluribus angulis conſtituta/ nimirũ figurę omnes in quãtitatis genere numeran tur. Sin autem quia triãgulum dicimus qualem/& quadrangulũ qualem/ iccirco in qualitatis genere collocemus: nihil obſtabit quo minus ĩ pluribus prædicamẽ tis idem conſtituamus. Qua enim magnitudo eſt/& eiuſmodi magnitudo/i ge nere quãtitatis. Qua uero talem exhibet formam/in genere qualitatis: forte etiã triangulus ipſe eſt eiuſmodi quędam forma. Quid ergo uetabit ſphęram quoq; quale aliquid appellare? Siquis igitur eodem tenore procedat/ geometriam non circa magnitudines/ſed circa qualitates uerſari concedet. Sed non uidetur id ad mittendum. Nam hæc ipſa doctrina uerſari circa magnitudines iudicatur. Diffe rentiæ uero magnitudinum non id ipſum quod ſunt magnitudines/auferunt. Quemadmodum neq; differentię ullę ſubſtantiarum efficiunt ut ſubſtantię ulte rius non ſubſtantię ſint. Prętерea omne planũ eſt terminatum. Non enim poſſibi le eſt/eſſe planum aliquod infinitum. Item quemadmodum quãdo circa ſubſtan tiam accipio qualitatem/eſſentialem qualitatem dico: ſic & multo magis quãdo figuras aſſummo/differentiam quãtitatis accipio. Deniq; niſi has tanq̃ magnitu dinum differentias capiamus quorum nam potiſſimum eſſe differẽtias arbitrabi mur. Quod ſi magnitudinũ differentiæ ſunt/nimirũ magnitudines differẽtes ex differẽtis cõſtitutæ/in ſpẽbus ipſarũ collocãdæ uidentur.

MARSILIVS

Æquale & iæquale ſolum ſunt in genere q̃titatis. Simile uero atq; diſſimile pro prie in genere qualitatis

Cap. XV.

QVodãmõ etiã dicimus figuras iter ſe ſimiles nõ tã qualitate/ q̃ alia quadã cõditione. Subſtãtia qua rõne corporea & ſenſibilis cogitat̃ cõgregatum qddã eſt ex ſubſtãtia ſimul & accidẽtibus. Cõſidera hoiem quattuor gra dibus. Primo/quidẽ in idea mẽtis. Secũdo/i ſeminali aiæ rõne. Tertio in hoc no ſtro corpore. Quarto deniq; ĩ pictura. Quãto deterior eſt quartus tertio: tãto ter tius ſecũdo: tanto ruſus ſecundus primo.

PLOTINVS

AEterũ quonã pacto q̃titatis ppriũ eſt/quod æquale & iequale dici ſolet? Iam uero triãguli ſimiles eſſe dicunt̃. An forte magnitudines quoq; inte ſi miles apellant̃? Et quę ſimilitudo dicit̃/nõ tollit qn ſimile atq; diſſimile in genere q̃tatis iueniat̃. Forte.n. hic ĩ ordine magnitudinũ quod ſimile nomiat̃

aliter ſeſe habet/neq; pinde ac ī genere qualitatis. Pręterea nō ſi ꝓpriū dixit ęqua le & inęquale/ꝓpea uetuit de aliqbus ſimile prædicari. Verū ſi dixerit ſimile atq; diſſimile duntaxat propriū eſſe q̄lis/aliter dicēdū eſt ut prædiximus hoc ipſū in q̄titate. Sin autem idem eſt id quod ſimile dicitur/in hoc etiam genere conſidera re nobis expedit alias utriuſq; generis proprietates: tum quantitatis/tum etiam qualitatis. Aut forte dicendum ipſum ſimile etiam in quātitatis genere dici: qua tenus in ipſo differentiæ ſunt/in quantitatis genere dici. Communiter autem ſi mul ordinare decet atque coniungere differentias complentes eſſentiam/cum eo ipſo/cuius & differentię ſunt. Præſertim quando ſolius illius differentia eſt. Sin autem in alio quidem cōplet eſſentiam/ſiue ſubſtantiam: in alio uero nequaquā/ cum eo copulanda eſt/cuius complet naturam. Illud autem cuius hæc ſubſtātiā minime complet/in ſeipſo tantum eſt aſſummendum. Implere autē ſubſtantiam dico non ſimpliciter ſubſtantiam: ſed eiuſmodi. Vbi profecto hoc ipſum quod eiuſmodi dicitur/non ſubſtantialem admittit adiunctionem. Operępretium ue ro eſt animaduertere æquales quidē nos rite dicere triangulos & quadrangulos figuraſq; in quauis ſpecie/tam planas/q̄ etiam ſolidas. Quapropter ęquale & in ęquale in genere quantitatis tanquam proprium abſque cōtroueꝛſia eſt ponen dum. Simile uero atque diſſimile nunquid duntaxat in genere qualitatis ſit/co gitandum eſt. De ipſo uero quali in ſuperioribus dictum eſt/ materiā quidem una cum aliis/ & aliquid commixtum quali/ efficere ſenſibilis ſubſtantiæ com plementum: uideriq; ſubſtātiam illam/quæ apud nos ſubſtantia dicitur/eſſe hoc quod ex multis eſt congregatum. Non hoc aliquid proprie: ſed potius quale. Videtur enim ratio quidem ipſa uelut ipſius ignis/ hoc aliquid magis ſignifica re. Forma uero hęc quam ipſa gignit magis ſignificare quale. Atque hominis ra tio hoc aliquid eſſe. Quod autem inde ī natura corporis effectum eſt/cum ratio nis ſimulachrum ſit/quale quiddam potius eſſe: Perinde ac ſi Socrates hic qui uidetur a nobis/ipſe ſit homo. Sed nihilominus imago eius in pictura/ex colori bus pigmentiſq; tantum conſtans/Socrates apelletur. Sic utique cum ipſa ratio ſit ſecundum quam eſt Socrates: nos tamē hunc qui uidetur/Socratē apellamus. Verūtamen colores & figuras huius Socratis apparentis/eorum quæ ī ipſa ratio ne conſiſtunt imitationes quaſdam apellare debemus. Atque hanc inſuper ratio nem erga ueriſſimam hominis ratiōem idem perpeti iudicare. Et de his quidem ita ſit dictum.

MARSILIVS.

Subſtantia incorporea reuera hoc aliquid apellatur. Subſtantia uero corporea ta le aliquid. Accidens autem dicitur tale/ quale eiuſmodi. Item qualitates animæ quatenus uerſantur circa materiam & affectandam & tractandam/computantur in genere qualitatum corpori coniunctarum. Eminentiores uero in genere quali tatum ſeparatarum

Cap. XVI.

ITem qualitates in uirtute animę ſeminaria in genere cōiuncto numeran tur/quāuis non ſint in materia: ſed in anima ſepabili. Ipſam uero ſub ſtantiā aīæ non in hoc quidē: ſed in genere ſepatę eſſentię collocamus.

PLOTINVS

QUi uero unūquodq; eorum quæ circa dictam uerſātur eſſentiam ſeorſum conſideramus/qualitatem in his exiſtentē non debemus ſignificare hoc

aliquid dicere: neq; etiam quãtitatem hoc aliquid: neq; motum. Sed characterem quendam/ & quod dici ſolet eiuſmodi/ & quale. Et quale quiddam hæc nobis ſignificare putãdum: ueluti pulchrũ & turpe uidelicet quod eſt in corpore. Aequiuocum nãq; eſt pulchrum apud nos atq; in rebus a materia ſeparis. Quapropter & quale etiam eſt æquiuocum: quãdo & nigrum albumq; diuerſum eſt. Verum quod in ſemine & eiuſmodi ratione conſiſtit/ nunquid idem eſt? an potius æquiuocum ad hoc quod apud nos apparet? Et nũquid ſeparis annumerãdũ eſt? An potius rebus inferioribus? Atqui turpe quod eſt ĩ anima/ num forte iis attribuendum eſt? Iam uero conſtat pulchrũ eſſe diuerſum. Sed iterum dubitatur: num uirtus in ipſo penes ratiõem quali cõſiſtat: an potius ĩter qualia hęc noſtra ſit computanda. Sed profecto alias quidem uirtutes ĩ qualitate hac inferiori: alias aũt in ipſa ſuperiori qualitate collocare debemus. Quãdo & de artibus quę ratiões quædam ſunt/ dubitare poſſet quiſpiã: nũquid in qualitatum noſtratium genere poni deceat. Nam & ſi ratiões in materia eſſe dicuntur/ pro materia tamẽ illis eſt anima. Sed quãdo etiam cum materia ſunt/ quodãmodo hic collocãdę uidẽtur: quemadmodũ quę fit ad cytharam cãtilena. Eſt enim circa cordas: atq; pars quodãmodo artis eſt cantilena/ utpote quæ uox eſt ſenſibilis: niſi forte qs eas actus quoſdam potius q̃ partes eſſe dixerit. Attamen actus ſenſibiles ſunt. Quoniam & pulchrum quod eſt in corpore eſt incorporeum. Verũtamen cum ſenſibile ſit/ iis hoc attribuimus/ quæ ſunt circa corpus: corporiſq; ſunt. Geometriam uero & arithmeticam duplicem ponere decet. Et alias quidem huc ſe deflectentes in hoc qualitatis genere cõſtituere. Alias autem quæ animæ ipſius meditatiões ſunt/ ad intelligibile illud reducere. Atqui & muſicam inquit Plato aſtronomiamq; ſimiliter ſe habere. Artes igitur quæ circa corpora uerſantur & ſenſibilibus inſtrumentis ſenſibuſq; utuntur/ q̃uis affectiones quędam animę ſint/ quia tamen ſunt animę iam inferius declinantis: merito ĩ hoc noſtro qualitatis genere numeramus. Quinetiam nihil uetat ibidem ponere uirtutes actiuas: quæ quidem ſic agant/ ut duntaxat ciuiliter agant: neq; hinc ad ſublimia unquam animum ſegregãt. Sed officii ſui in rebus humanis perfectionem ponunt: eiuſmodiq; honeſta negocia non tanquam neceſſaria eligunt: ſed ſibi ea uelut præcipua ſtatuunt. Quamobrem pulchrum quoq; quod eſt in ſeminali uirtute/ multoq; magis nigrum & album/ quod eſt ibidem/ inter qualitates inferiores cõnumeranda uidentur. Quid ergo animam ne talem/ in qua ſunt eiuſmõi rationes ĩ ordine eſſentię/ quæ apud nos eſt: eſſe cenſebimus? At uero neque hæc quidem eſſe corpora diximus. Sed quoniam rationes circa corpus corporumq; affectiones uerſantur: iccirco in noſtra hac qualitate poſuimus. Cum uero ſenſibilem ſubſtantiam quiddam ex ſupradictis omnibus congregatum affirmauerimus: nullo modo in ea ſubſtãtiam incorpoream ſtatuemus. Qualitates autem animę quãuis omnes ĩcorporeę ſint/ quia tamen in ea paſſiões quædã ſũt ad iferiora quodãmõ declinãtes/ iis nimirũ annumerauimus. Atq; etiã ratiões/ quę animæ alicuius exiſtunt. Paſſionẽ nanq; ĩ duo diuiſam/ tum in id circa quod uerſaf̃/ tum in id etiã in quo eſt/ attribuimus animæ: quæ quidem non corporea qualitas eſt/ ſed tamem circa corpus exiſtit. Neque tamen animam huic accommodamus eſſentię. Quoniam paſſionem eius affectionemq; ad corpus qualitatis generi iam conceſſimus: Ipſam uero animam abſq; tali quadã affectione/ ſeminariaq; ratione cõſideratam/ eidem ipſi unde eſt

attribuimus:nullam prorſus eſſentiam quomõcũq; intelligibilem:in hoc inferio rum genere relinquentes.

MARSILIVS.

Ambigit qua rõne qualitatis genus rite p differẽtias in ſuas ſpecies diuidat̃: ſed in hoc capite nihil ferme definit. Cap.XVII.

PLOTINVS

SI igitur ita uidetur/diuidẽdum eſt qualitatis genus/in qualitates animę/ atq; corporis. Siqs ãt alias omnes in ſupnis uelit exiſtere/ſimiliterq; earũ proprias qualitates/licebit ſaltẽ qualitates iferiores pro ſenſuũ diſtribu tione diuidere:aſſignãdo uidelicet/alias quidẽ p oculos:alias uero p aures:item per tactũ/& guſtum/atq; olfatũ:ſimiliterq; ſiquæ i his etiã differentię ſint. Viſui quidem colores/auditui uoces/& aliis ſenſibus alia diſtribuẽdo. Voces aũt qua tenus quales ſunt p dulce/aſperũ/lene diuidere poſſumus. Quoniã uero differẽ tias quę circa ſubſtãtiam ſunt diuidimus q̃litatibus/ eiſdẽq; partimur & actus & actiones pulchras aut turpes:& oĩo tales exiſtẽtes:quãtitatem nanq; uel raro uel nunq̃ partimur per differẽtias/quę conſtituant ſpecies/imo & quantitatem quali tatibus ſibi propriis partiri ſolemus. Dubitari poteſt quo nã modo quiſpiã ipſã diuidat qualitatem. Nã qualibus potiſſimũ differentiis uteť in diuidendo:& ex quali genere has deducet? Abſurdum nãq; uideť qualitatem ipſam qualitate di uidere. Atq; perinde ſe habere/ac ſiquis ſubſtãtię differẽtias rurſum dicat eſſe ſub ſtantias. Quo nam igiť album & nigrũ diuidet? Quo nam oĩo colores a ſapori bus & qualitatibus quæ tangunť. Quod ſi p diuerſa ſenſuum inſtrumenta harũ qualitatum differẽtias aſſignemus: nõ erit in ipſis ſubiectis eiuſmodi differẽtia. Atqui etiã quærendum eſt quomõ per eũdem ſenſũ differẽtiam qualitatũ ad eun dem pertinẽtium diſcernamus. Sin aũt ex eo diuerſitas aſſigneť/q̃ hoc quidẽ ui ſum congregat:illud autẽ diſgregat. Atqui & aliud diſgregat linguam:aliud ue ro cõgregat. Primo quidem & de ipſis paſſionibus dubitabiť: nunquid congre gationes quędam diſgregationeſq; ſint. Deinde nõ ea quibus hæc differunt/ſic aliquis aſſignauerit. Siquis autẽ afferat/ſe ita in medium adduxiſſe illa quæ pro prie poſſint:neq; eſſe abre/p illa quę facere poſſunt partiri. Illud forſan erit obii ciendum: ea quidem quæ non uidenť eſſe diuidenda per illa quæ proprie facere poſſint/uelut ſcientias. Hæc autem quæ ſenſui patent/cur nam per illa quę faciũt diuidantur? Nempe cũ ſcientias per ea quę poſſunt facere diſtribuimus:atq; oĩo per uarias animæ uires diſponimus/tãquam ex his quæ faciunt/ eas conſtet eſſe diuerſas/poſſumus interea differentias earum ſummere ratione:non ſolum circa quæ uerſentur/ p̃ſpicientes:ſed rationes ipſarum inſpicientes. An forte artes qui dem facile poſſumus rationibus quibuſdam ſuis/notiõibusq; diſtinguere? Qua litates autem corporibus iſitas quo nam modo ſimiliter partiri ualemus? Atqui & i ſupiori natura interrogare licet/qũo rõnes ipſæ uarie iter ſe diſtiguanť. Patet enim albũ a nigro differre. Sed quo nã differat p̃contamur.

MARSILIVS.

Senſibiles rerum ſpecies per differẽtias inter ſe diſtinguntur/internas quidẽ præ cipue/quodammodo etiam per externas. Ipſę uero differentiæ nõ per differẽtias alias:ſed p ſeipſas inuicem diſtinguntur. Cap.XVIII.

QValitates diſcernuntur inter ſe non per alias qualitates /ſed uel penitus per ſeipſas/uel per quoſdam ſuos exiſtendi modos.

PLOTINVS

HAec autem omnia quę modo nobis in dubium ueniebant/plane decla rant/aliorum quidem differentias eſſe quærẽdas/ quibus inter ſe ſingu la diſcernamus. Differentiarum uero exigere differẽtias neq; poſſe nos neq; ulla ratione debere. Fieri nanq; non poteſt/ut ſubſtantiarum ſubſtantias : quantitatis quantitates:qualitatum qualitates:differẽtias differentiarum inueſti gemus. Sed neceſſarium eſt/ubicũq; fieri poteſt/diuidere per illa quæ ſunt extrin ſecus/uel per efficacem conditiõem/uel per talia quædam. Vbi uero hęc non ſup petunt/diſcretio fiat/tãquam uiridis a pallido. Sed quoniam ab albo etiam & ni gro diſcerni dicunt:quid nam dicemus? At uero hæc eſſe inter ſe differentia/ſen ſus uel ītellectus nobis enuntiat/etiã ſi non afferant rationẽ. Senſus quidem quo niam nõ eſt eius officium adducere rationem:ſed inditia nobis differentia dun taxat afferre. Intellectus autẽ ſimplici ſuo quodam intuitu diſcernere poteſt. Nõ enim ubiq; rationibus utitur:adeo ut de unoquoq; dicat hoc eſt hoc. Eſt ſane in ipſis intelligẽtiæ motibus alteritas quædam alterum ab altero diuidens:nec ipſa egens alteritate. Qualitates igitur omnes utrum differentię ſint necne/queri po teſt/neq; tamen ita uidetur. Albedo enim & colores omnino/& quæ ad tactũ gu ſtum ue pertinent/fieri poſſunt differentiæ aliorum:q̃uis ſpecies per ſe exiſtant. Grammatica uero & muſica quo nam modo? Forſan uero poſſunt ex eo ꝙ hęc quidem animum reddit grãmaticum:hęc uero muſicum? præcipue ſi naturaliter inſint/adeo ut differẽtiæ ſpecificę fiant. Conſiderãdum pręterea/ſiqua differen tia ſit ex eodem genere ducta/ aut ex alio/ac ſi ex eodem genere:dicendum eſt/ eorum quę ex eodem genere ſunt eiuſmodi differẽtiam eſſe:uelut qualitates dif ferentias qualitatum. Virtus enim & prauitas ita forte ſe habent. Hæc ſane talis quidam habitus ẽ. Illa uero talis. Quapropter cum habitus qualitates quædam ſint/differentię hic qualitates erunt. Niſi forte quis dicat/habitum quidem abſq; differentia non eſſe qualitatem. Differentiam uero proprie facere qualitatem. Ve rum ſi dulce nobis eſt utile:amarum uero noxium:atq; ita cõmode diſcernãtur/ habitudine quadam potius q̃ qualitate diſtribuentur. Quid uero ſi dulce quidẽ craſſum eſſe dicatur:auſterum cõtra ſubtile: forte hoc ipſum craſſum quid dulce ſit/non explicat: ſed ſignificat aliquid quo ſit dulcedo. Atq; eadem de auſtero ratio eſt. Itaq; conſiderandum eſt nunquid ubiq; nõ ſit qualitas differentia qua litatis/ſicut neq; ſubſtantię ſubſtantia:neq; q̃tas quãtitatis. Dic age num qnq; a tribus per duo differant. Immo uero ſuperant quinq; tria duobus. Differũt ue ro ꝑ duo nequaq̃. Quo enĩ pacto per duo ſegreganť a tribus:cũ & ĩ tribus duo contineanť. Iam uero neq; motus a motu differt motu: neq; aliqd aliorũ ab alio ita diſcernit̃. Quantũ uero ad uirtutem ſpectat & prauitatem/totũ ſane alterutrũ ad totum uelut diuerſum eſt opponẽdum:atq; ita ſeipſis inter ſe diſtinguentur. Siquis ãt ex eodem genere uidelicet ex quali/nec ex alio diuidat/ex eo profecto ꝙ hanc qdem circa uoluptates: iſtam uero circa iras:& illã circa fructus curã uer ſari cõcedat. Atq; ita recte diſtingui prorſus admittat:cõſequens erit/differentias eſſe etiam quæ nõ ſint qualitates.

MARSILIVS.

In genere qualitatis pręcipue quidē ponit̄ ipſa qualitas ut pulchritudo. Deinde uero qui qualitate præditus ē/qua uidelicet rōne ſic eſt affectus: ut pulcher. Tertio qualitatis eiuſmōi modus/ut quod aduerbio pulchre dicit̄. Negatiōes uero qualitatum uel motus ad illas ī hoc genere nō ponunt̄. Cap. XVIIII.

PLOTINVS

HAccommodādi præterea ſunt qualitatis generi quēadmodum uiſum eſt/ qui p qualitates quales denoiant̄: quatenus circa illos eſt qualitas. Neq; tamē eos ꝓprie adhibere debemus: ne duo ꝓpea uideant̄ prædicamēta: ſed ab eis ad hoc ipſū nos ſeuocare debemus: a quo tales cognominant̄. Quod uero dici ſolet nō album/ſi colorē ſignificet aliū/eſt ī genere qualitatis. Sin ām negatio eſt dūtaxat res ipſas negans/uel enumeratio quędā/nihil aliud ē niſi uox: aut nomen: aut oratio: quę etiā res quædā eſſe uident̄: ipſūq; ſimiliter. Ac ſi uox quidem eſt/motus aliquis erit. Sin aūt nomē aut oratio/ad relationē uerget/quatenus hæc ſignificādi uim habēt. At ſi eiuſmōi enumeratio non ſolū rerum eſt ſecundū genus/uerū etiam oportet/& quæ dicunt̄/& quę ſignificāt ſingulatim genus quiddā ſignificare: dicemus ꝓfecto alia quidē res ipſas ponere ſolū has declarando: alia uero res e medio tollere: tametſi forte præſtat negatiōes rerū in eodem cū rebus genere nō numerare. Præſertim cum affirmatiōes quoq; aliquas neq; cōnumeremus: ut cōpoſitionē ex pluribus generibus deuitemus. De priuationibus aūt quid nā dicemus? Profecto ſi illa quorū priuatiōes dicunt̄/ſūt qualitates/ipſę etiā qualitates ſūt: uelut edentulus aut cęcus. At uero nudus atq; ueſtitus neuter eſt ꝓprie q̄lis. Sed dicit̄ potius quodāmō ſeſe hēns. Itaq; in habitudine quadā ad aliud reſpiciēte locat̄. Proide paſſio quæ adhuc ī patiēdo uerſat̄/ nō eſt q̄litas: ſed motio quædā. Quę uero ex eo dicitur/ꝙ aliq̄s iā paſſus fuerit/ paſſionēq; iam hēat ꝑmanentē/q̄litas merito iudicatur. Sin autē nō hēat amplius paſſionē/dicatur tamē fuiſſe ꝓpeſſus/cenſebitur proprie cōmotus fuiſſe. Id uero idem eſt ac ſi dicatur/hic erat ī motu. Oportet ām motū duntaxat excogitare tempore inde ſublato. Nā neq; etiā momentū pręſēs ad hoc eſt aſſūmendū. Pręterea quod dici ſolet/pulchre uel bene cęteraq; eiuſmōi/in unā ipſam generis notionē redigere decet. Eſt aūt conſideratione dignū: nunq̄d ad qualitatis genus referre deceat/quod dici ſolet rubere: rubeū uero ſiue rubeſcentē nequaq̄. Nā rubefieri quidē ad id genus merito nō reducitur. Qui enī rubefit/patit̄/uel oīo mouetur. Sin aūt nō amplius rubefit/ſiue rubeſcit. Sed iā eſt rubeus: cur nō ſit qualis? Non enī tempore quodā determinādus eſt ipſe qualis: ſed tali quodā potius perpendendus. Itaq; rubeum ſiue rubeſcentem dicentes/qualem dicimus. Alioq̄n ſic ſolos habitus eſſe putabimus qualitates: diſpoſitiōes uero nequaq̄. Ideoq; calidus quidem ita qualis erit/non qui caleſcit: ſimiliterq; languidus proprie erit qualis/ non qui labit̄ in langorem.

MARSILIVS.

Non debemus qualitates illas duntaxat cōtrarias definire: quæ plurimo inter ſe qualitatum mediarum ſpatio diſtent. Sed illas ſimpliciter: quæ cum ī eodem qualitatis genere ſint/in eo nullam in ſpecie ſimilitudinem mutuam habēt: effectuſq; nobis oppoſitos afferunt Cap. XX.

HAc ratiōe ſanitas & morbus inter quæ nihil eſt medium/contraria ſunt. Vbi media qualitas componitur ex extremis: non poteſt extremis eſſe

contraria/ut uiredo. Vbi uero nõ componitur/poteſt/ut moralis uirtus. Vbi qualitas in proportiõe quadam certa indiuiduaq; conſiſtit:non ſuſcipit magis atq; minus:ut harmonia:temperãtia:iuſtitia:ſanitas. Vbi latum habet gradum/ſuſcipit/ut calor:atq; frigus.

## PLOTINVS

ANimaduertendum eſt/ne forte non omni qualitati alia ſit contraria qualitas. Profecto circa uirtutem & uitia media qualitas extremis contraria eſſe uideť. Circa colores aũt medii nõ uidentur ita eſſe contrarii. Si ergo dicatur hoc inde contingere:quia colores medii mixtiões quædam ſint ex extremis:ſane nõ oportebat media & extrema econtra diuidere: ſed diuidere potius coloris genus per album atq; nigrum. Cęteros uero compoſitiones ex his quaſdam eſſe putare. Aut ita diſtinguere:ut unam quãdã aliam qualitatẽ in medius/ ſiquidem ex compoſitione talem eſſe conſtet opponeremus. Sin autẽ media iccirco extremis non eſſe conttaria dicant/ quia quæ contraria ſunt/ non ſolum inter ſe diſcrepant:ſed q̃plurimum. Obiciemus hoc ipſum quod eſt plurimum diſcrepare:inde aſſumptum eſſe/q̃ eiuſmodi quędam media iã interpoſita fuerint. Nã ſiquis diſpoſitionem eiuſmõi tollat / neſcio quo nam potiſſimum plurimam definiat diſcrepantiam. At ſi in cauſa eſſe dicant/ q̃ fuſcum propinquius ſit albo q̃ nigrum:id profecto nobis ſenſus ipſe nuntiat:atq; in humoribus eodem pacto/ uelut calidũ & frigidũ/& quod neutrũ ẽ mediũ utriuſq;. Verum nos ſic exiſtimare conſueuiſſe/plane comptum habemus. Et talia nobis quiuis forte conceſſerit. At uero album atq; flauum & quodcunq; aduerſus quodlibet/ſimiliter omnino inter ſe differre uidentur. Cumq; differentia ſint:qualia eſſe contraria. Non enim ex eo proprie q̃ aliquid inter hęc ſit medium/contraria ſunt:ſed horum propria inter ſe cõtrarietas eſt iudicanda. Iam uero inter ſanitatem atq; morbum nihil interuenit medium:attamen inter ſe contraria ſunt. An forte iccirco contraria iudicantur:quoniam quę ex alterutro fiũt/maxime differant? At quo nam modo diſtantiam plurimam ibi licet aſſerere/ubi nulla uſquam minora ſint media. Nõ datur igitur circa ſanitatem atq; morbum diſtantiam plurimã affirmare. Ex quo patet/id ipſum quod contrarium apellatur/ alio quodam potius q̃ plurimo ſpatio eſſe definiendum. Proinde ſi per multũ determinetur/quæremus utrum hoc ipſũ quod multum dicitur/accipiatur loco pluris pauciori oppoſiti:an potius pro eo quod ſimpliciter multum. Si primo accipiatur modo/ rurſus quę medio carẽt/cõtrarietatẽ protinus ſubterfugiẽt. Sin autẽ ſecundo modo/cum facile concedatur cuiuis naturę multum diſtare: neq; tamẽ detur pluri quodam metiri diſtantiam/ conſiderandum eſt omnino quomodo contrarium aliquid perpendatur. Num igitur quæ ſimilitudinem quandam habent/non dico duntaxat ſecundũ genus: neq; etiam omnino q̃ aliis miſceantur uelut formis ipſorum plura uel pauciora: quæ inquam ita ſe habent/ nonne contraria eſſe neganda ſunt? Nempe illa quibus nihil idem ſecundum ſpeciem adeſt rite contraria iudicantur. Sed adiungendum eſt/ut in eodem ſcilicet qualitatis genere ſint. Hinc utiq; aſſeuerare licet/ & quæ ſine medio ullo cõtraria nobis occurrũt. Quibus profecto nihil adeſſe uidetur ad ſimilitudinem conferens. Quippe cum nulla illic alia ſint/quę ad utrunq; uergentia mutuam ſimilitudinem habeãt uel concilient. Sed quædam duntaxat ſint/quæ non habeant. Quod ſi ita ſit:quibus in coloribus cõmunio quædam

ineſt: contrarii nequaquam erunt. At uero nihil prohibebit :non omne quidem omni aliud autem alii ſic eſſe cõtrarium:atq; in humoribus ſaporibuſq; ſimiliter. Sed de his hactenus ita ſit dubitatum. Quęri ſolet præterea utrum qualitas magis minus ue admittat/necne. Et profecto cõceſſum eſt/ea quæ qualitates participant/magis & minus participare. Vtrũ uero ſanitas ipſa & iuſtitia hos gradus capiant/hactenus dubitaꝝ. Si ergo harũ quælibet ſuã quãdã latitudinẽ bẽt/ cõcedẽdum ẽ/ipſos quoq; hitus eiuſmõi gradus admittere. Sin aũt latitudinem nullam habet: ſed in quodam certo unaquæq; totum poſſidet: nimirum nec magis nec minus admittit.

MARSILIVS.

Probabilius pro genere motum ponimus/q̃ tranſmutationem:quia tranſmutatio naturam rei mutans aliud pro alio ĩ medium affert. Motus autem & hoc quidem ſignificat/ & pręter hoc ſignificat etiã progreſſionem quãlibet priore iterum natura ſeruata. Cap. XXI.

PLOTINVS

Vtrũ uero motum ẽe genus aſſerere debeamus/necne/hũc ĩ modũ poſſumus contẽplari. Profecto hac cõditiõe genus eſſe põt. Primo q̃dẽ/ſi motum ĩ genus aliud reducere nõ cõueniat. Deide ſi ſupius nihil de motu in eo quod quid ẽ prędiceꝝ. Pręterea ſi multas accipiẽs differentias inde ſpẽs pariat. Dic age/in quod nã genus potiſſimũ motũ redigere ualeas. Neq; n. ſubſtantia eſt:neq; qualitas eorũ quæ motũ habent:neq; etiã ad actionẽ reducere potes. Nam & ĩ paſſione multi ſunt motus. Neq; rurſus ad paſſionẽ: quoniã multi motus ſunt actiones. Probabilius aũt actiones & paſſiones reuocanꝝ ad motũ. Sed neq; ad relationem rite redigiꝝ: ꝓpea q̃ motus nõ ſui ipſius ſit:nec in ſeipſo:ſed alicuius potius & ĩ aliquo. Sic. n. & qualitas ĩ relatione collocareꝝ. Nam qualitas alicuius eſt/& ĩ aliquo:& quãtitas eodẽ modo. Si ad hæc reſpondeaꝝ/illa quidẽ entia quædam ꝓprie eſſe/etiam ſi ſint alicuius/quatenus hoc quidẽ qualitas eſt: illud uero q̃titas: eadẽ rõne cum motus & ſi alicuius eſt/ſit aliquid anteq̃ ſit alicuius:merito hoc ipſũ quod eſt quodãmõ in ſeipſo ꝓprie nobis eſt aſſũmendũ. Omnino uero relatiuũ proprie hoc eſt ponendum/ nõ quod primo quidẽ eſt id quod eſt/deinde eſt & alterius:ſed quod ĩ ipſa habitudine generaꝝ/nullo ꝓrſus illic alio exiſtente præter habitudinem/quatenus dicir: uelut duplũ qua duplũ dicir/ in ipſa ad dimidium compatione generationẽ ſubſiſtentiamq; accipiens. Et ante hoc nihil prorſus excogitatum ĩ compatione duntaxat ad alterum/ut id dicaꝝ ſitq; nanciſciꝝ. Quid igiꝝ hoc eſt?/Quod alterius exiſtens:ipſum tamen eſt aliquid/ut ſit & alterius. Quemadmodũ qualitas & quãtitas & eſſentia. Sed præſtat forſan prius aſſeuerare: nihil ante ipſũ tanq̃ genus prędicari de ipſo. Verũ ſi qs obiiciat trãſmutationẽ ante motũ exiſtere/ primo q̃dẽ aut idẽ dicet oĩo/ aut genus illud apellãs efficiet/ut genus quoddã aliud ſit/pręter decem illa prædicamenta. Deide abſq; cõtrouerſia ĩ ſpecie quadã motũ ſtatuet: aliq̃dq; aliud contra diſponẽs opponet motui: atq; forſan generationẽ: eam uidelicet etiã trãſmutationẽ eſſe dicens. Motũ uero nequaq̃. Quid igiꝝ obſtat/quo minus generatio motus ſit:/Si enĩ dicaꝝ id obſtare:quoniã quod gigniꝝ nõdũ ſit. Motus aũt circa nõ ens eſſe nõ poſſit. Dicemus inde ſequi/ ut generatio nec etiã tranſmutatio ſit.

Si autem afferatur ad idem: generatiõem nihil aliud eſſe/q̃ alterationem/ſiue permutationem quãdam/& aliquod augumẽtum: propterea ꝙ generatio ſit aliquorum: quę permutata ſiue alterata & quodãmodo adaucta ſint: profecto qui hęc dixerit/quæ generatiõem antecedũt/adducet ĩ medium. Generationẽ uero oportet in his alteram quandam accipere ſpeciem. Non enim in eo ꝙ aliquid paſſiue quodãmodo alteretur generatio gigniq; cõſiſtit. Quale eſt calefieri atq; albefieri. Fieri nanq; poteſt/ut hæc quidem facta iam ſint: nõdum tamen generatio ſimpliciter ibi fuerit. Ac ſi queras quid tũc dicamus fieri: reſpõdebimus hoc ipſum quod dicimus alterari uel alteratum fuiſſe. At tunc demum fit generatio/quãdo animal fit/uel planta/uel ſimile/ quãdo uidelicet ſpecies quædam ibi ſuſcipitur. Proinde afferre quis poterit ratiõi conſentaneum fore/trãſmutationem potius q̃ motum ĩ ſpecie ponere. Quoniam ipſa traſmutationis conditio aliud quiddam alterius loco/ſiue pro alio ſignificat fieri. Motiõis uero natura/habet & quendã ex proprio tranſitum: ſicut localis motus. Siquis autem id minus uelit: ſaltẽ ipſe diſcendi actus/uel cytharę pulſus/uel omnino quiuis ex habitu motus erit eiuſmodi. Quapp permutatio ipſa ſiue trãſmutatio cũ motio quædã ſit/aliqd extra ſe ponens/potius erit ſpẽs motionis.

MARSILIVS

Cõmunis omnibus motibus eſt proceſſio quædam ex potẽtia in actum: ſiue hic actus ſit primus/ut forma: ſiue ſecũdus/ut actio aut paſſio quędã Cap. XXII.

Motus procedens ĩ habitum naturalem/ſpecies quædam dici poteſt. Procedens uero in habitum præter naturam caſus ſpẽi unius ad alterius aduẽtum. Eſt autem motus præſertim naturalis uitæ ſimillimus. Maxime uero propria motui eſt alteritas. i. aliter ſe habere q̃ prius: propria conſequenter & tempori.

PLOTINVS

Sed eſto quidem notio permutationis ſiue alterationis/ quatenus aliud motum ſequitur. Quid igitur motum eſſe dicendum eſt? Eſto itaq; motus/ut de hoc figura quadam ſummatim loquamur: exitus ex potentia in illud quod poſſe dicitur. Cum enim aliquid ſit in potentia/per quam ĩ ſpeciẽ aliquam prodeat: uelut quod eſt ĩ potẽtia ſtatua: rurſuſq; aliquid ĩ potẽtia/quaeuadat ĩ actum: ſicut progreſſiuum: quando illud quidem procedit ĩ ſtatuam/ ipſe proceſſus eſt motus. Et quando progreſſiuum progrediendi actum exequitur/progreſſio ipſa eſt motus. Item ſaltus ſimiliter ĩ eo/qui ſaltare poteſt: quãdo iam ſaltat. Atqui in aliquo motu ſcilicet in eo qui perducit ad ſtatuam/ ſpecies efficitur alia/quam adhibet motus. In aliquo uero uelut in ſaltu ipſamet ſaltatio/ ſimplex quędam ſpecies eſt potentiæ ſaltatoriæ: neq; quicquã habet poſt ſeipſã/ poſtquam motus ipſe ceſſauit. Quamobrem ſiquis motum apellauerit ſpeciem uigilem excitabundamq; cæteris quaſi torpentibus ſpeciebus oppoſitam/quatenus alia quidem quieſcunt: alia uero nequaquam: apellauerit q; cauſã cæteris ſpeciebus/quando poſt ipſam nonnihil efficitur: is minime aberrabit. Siquis præterea motionem hanc de qua ĩpræſentia loquimur/ uitã quãdã corporũ nũcupauerit: nec ipſe quidem a uero procul eſſe uidebitur. Hunc enim motum ad mẽtis & animæ motus æquiuocum apellare debemus. Proinde motum eſſe genus non minus aliquis ob hoc ipſum ſibi perſuadebit: ꝙ neq; facile neque forte poſſibile

ſit ipſum definitione cõplecti. Verum qũo tunc motus ſpẽs aliqua eſt? Quando labitur i deterius: uel oio paſſiuus eſt motus? Forſan uero hoc ita ferme ſe habet/ quẽadmodum calefactio ſub ſole alia quidẽ auget/alia uero minuit. Atq; motus ipſe cõmune aliqd eſt/& i utriſq; idem. Secũdũ uero ſubiecta eã quæ apparet diff ferẽtiam accipit. Sed hinc ſequi uidetur/ut ægrotatio conualeſcẽtiaq; ſint idem. At uero qua motus quidem ſunt/idem eſſe uidẽt. Sed quonã different? Nũ ſub iectis? an potius alio? Verũ de hoc tractabit̃ i ſequẽtibus: quãdo de alteratiõe cõ ſiderabimus. Nũc uero aiaduertendum eſt/quidnã ſit i motibus oĩbus idem. Sic eni genus eſſe poterit. Sed forte dicit̃ multipliciter: atq; ita ſe hẽt/quẽadmodũ ſi ens genus eſſe qs dixerit. Ad id uero de quo p̨cipue mõ dubitabat̃/ dicẽdũ ui det̃: forſitan oportere/ motus oẽs q ad rẽ ſecũdũ naturã ducũt: uel ſaltẽ i iis quę ſecũdũ naturã ſũt/agũt/merito tãq̃ ſpẽs ponere/ſicut ẽ dictũ: trãſitus ãt ad aliqd p̨ter naturã/analogica quadam proportiõe iis ad quæ deducunt accõmodare. Cæterum quid nam eſt cõmune i alteratiõe & augumẽto & generatione: eorũq; cõtrarius? Rurſuſq; i mutatiõe per locum? Quatenus uidelicet hęc oĩa motus ſũt. Profecto cũctis qua motus ſunt/id potiſſimum cõmune uidetur: ut unũquodq; quod mouet̃/nõ ſit poſtea i eodem/i quo antea fuerat. Neq; q̨eſcat: neq; otium agat oĩo: Sed quatenus adeſt motus/ ſemp ad aliud perducat̃: comitemq; ſemp alteritatẽ habeat: p̨pea q̨ nunq̃ permaneat in eodem. Alioq̨n motus protinus di ſperdatur/ſi quãdo deſiuerit aliud/aliudq; ſuccedere. Quãobrem alteritas eſt in motu: nõ ex eo q̨ p̨ actum aliq̨d ſit: iãq; quies agat̃ in alio: ſed ita p̨nitus ut per petua agatur alteritas. Ex quo efficit̃: ut tempus etiam ſemp ſit alterum: quoniã motus ipſum p̨creat. Motus. n. nõ quieſcẽs/ſed fluendo iugiter mẽſuratus p̨du cit tempus. Quod qdem iccirco currit una cũ ipſo motu: quaſi ab ipſo currente uehatur. Deniq; motibus oĩbus cõmune eſt/eſſe p̨ceſſum quẽdam atq; ductum ex potẽtia/& ex eo quod poſſibile eſt/i actũ. Quicqd. n. mouet̃/quocunq; motu feratur: propterea p̨dit i motum/q̨ potẽtia quędam i eo prędedit ad faciendũ ali quid uel patiẽdum.

## MARSILIVS

Motus eſt quaſi ſtimulus aliq̨s urgẽs ad uarios actus/modos/habitus/ uariaſq; formas: qua qdem uarietate res uitę ſimilitudinẽ cõſequũtur Cap. XXIII.

Motus mobilis ſicut & uita ẽ inuiſibilis. Motus quinetiam p̨ ſe inuiſibilis ex uarietate deprehendit̃. Dependet uero motus ex mouẽte & i mobile deſinit: quaſi mouentis afflatus. Vnde differẽtię motionum utrinq; acci piendę uidentur.

## PLOTINVS

Est autem motus qui circa ſenſibilia uerſatur ſtimulus quidam uel impe tus ab alio i aliud urgẽs/& excitãs/& impellẽs p̨ticipem motiõis/ ne tor pear: neq; maneat in eodem ut tali quadã inq̨etudine/ac uelut diſtracta circa multa ſollicitudine quãdam uitę imaginem cõſequat̃. Neq; uero putãdum eſt/ea quę mouentur/ipſum eſſe motum. Neque enim inceſſus eſt pedes: ſed eſt actus quidam ex potentia circa pedes. Cum uero potentia non ſit uiſibilis/neceſ ſarium eſt ſolum pedes agentes a nobis uideri. Non pedes inquam ſimpliciter: perinde ac ſi quieſcerent: ſed pedes iam una cum alio: quod quidem inuiſibile ſit: quia uero una cum alio eſt/per accidens uideatur: quatenus uidemus pedes/

alium deinceps/aliumq; habentes locum. Neque alicubi quieſcentes. Alteratio nem præterea ex eo q̄ alteratur/ſolemus animaduertere: Quoniam qualitas ibi non eadem ſentiaꝫ. In quo nam igiꝫ motus eſt? Quando mouet aliud: & quando ex infuſa potẽtia prodit ī actum. Nunquid eſt ī mouẽte? Verum ſi ita ſit/quo nam modo quod moueꝫ/& patiꝫ/fiet particeps? Nunqd ergo ī eo potius quod moueꝫ? At ſi ita/cur nã cũ proceſſerit/ minime p̄manet? Sed oportet p̄fecto motum neq; a mouẽte diſiũgi: neq; ī ipſo eſſe: ſed ex ipſo quidem & in aliud emanare. Neq; ī alio quouis/eſſe a motore diſiunctum: Immo uero ab hoc ī illud ueluti ſpũm afflatũq; ī aliud influentem. Quando igiꝫ uis mouendi progreſſoria eſt/quaſi propellit/cogitq; locũ ſemp alium p̄mutare. Quãdo uero calefactoria uirtus eſt/calefacit p̄tinus/motusq; ibi ẽ alteratio. At ubi facultas ipſa nacta materiam/occupãsq; eam ẽdificat ī habitum naturalem/augumẽtum eſt apellandũ. Sed quãdo uis alia quædã aufert/accidit decremẽtũ/in eo uidelicet quod minui põt. Proinde ubi uirtus genitalis agit/fit generatio. At cum hęc uis minime ualet: quæ uero perdere põt/exuperat/deſtructio ſequiꝫ: nõ deſtructiõem inq̄ in eo quod iam factũ fuerit & pactũ: ſed ī eo quod adhuc ī p̄greſſiõe uerſaꝫ. Similiter cõualeſcẽtia fit/ubi uis quæ põt facere ſanitatem/agit/atq; dominaꝫ. Aegrotatio uero cõtigit/quãdo cõtraria uis cõtraria facit. Quamobrem ſequi uideꝫ/motum nõ ſolum eſſe perpendẽdum penes illa in quibus fit: uerumetiã penes ea/ex quibus oriꝫ/& p̄ quæ traducꝫ. Motiõisq; ipſius proprietatem eſſe motum qualem/talemq; ī talibus eſſe.

MARSILIVS.

Locales motus differre uidẽtur inter ſe uel p̄ terminos oppoſitos/quos petũt/ut aſcenſus/atq; deſcenſus/diſceſſus/ac reditus: uel p̄ figurã proceſſiõis/ut rectus & circularis. Cap. XXIIII.

PLOTINVS.

Sed circa localem motũ/qũo ſummaꝫ differẽtia/eſt ambiguum: ſi ſurſum ferri contrarium eſt ad illud/quod eſt ferri deorſum: & circularis motio motui recto contraria. Velut ſiq̄d ſuper caput uel infra pedes proiciaꝫ. Potentia enī impulſoria eadem eſt. Niſi quis aliam eſſe dicat potẽtiam/quæ pellit ſurſum/aliamq; rurſus quæ deorſum: & aliter ſe habere motũ ad ſuperius tendentem: aliterq; motum ad inferiora cadentem. Preſertim ſiq̄d ita naturaliter moueaꝫ: ſiquidem hic leuitas quidem ſit/ibi contra ſit grauitas. Verũtamẽ cõe ī his idemq; eſt/in proprium ferri locũ. Hic itaq; apparet penes ea quę ſũt extrinſecus accipi differẽtiã motionũ. Nempe ī circulari motu atq; recto/ſi modo quis idem tum recte/tum circulariter agitet/quo nã modo motus differẽs eſſe põt? An forte penes p̄ceſſiõis ipſius figurã differentia capieꝫ? Niſi forte quiſpiam orbicularem motum mixtũ eſſe cõtẽdat. Quaſi nõ oio ſit motus/ utpote qui rem nõ oio permuter. Verum unus deniq; localis motus ī ſe eſſe uideꝫ: differẽtias dũtaxat per extrinſeca ſummẽs.

MARSILIVS.

Concretio & diſcretio ſũt motus ab omnibus aliis motibus/atq; etiam a qualitatibus differẽtes Cap. XXV.

Verũtamẽ circa cõcretionem & diſcretiõem cõtingit localis motus. Item alteratio. Generatio quinetiã & augumentum & cõdenſatio/atq; oppoſita.

Præterea cõsiderandum est/quo cõcretio & discretio sese habeãt. Nunqd alii motus sint præter illos quos supra narrauimus: præter generatiõem inq̃ & corruptiõem/augumẽtũ/& decremẽtum/localem motũ/alteratio nem. An forte oporteat eas ad hos motus quoquo mõ reducere. An potius asse rere quædã ex his motibus cõcretiones quasdã & discretiones existere. Si igitur cõcretio i eo cõsistit: ut aliud accedat ad aliud/& propinquet: & rursum discretio i eo ut quę propinquauerunt/inde recedãt/locales motus ita esse dicenẽ: dum uidelicet fit uel motus ad unũ/uel recessus ab uno. Sin aũt quæ mouẽtur ita/nan cisci dicãtur cõmixtionem quãdam/& cõtemperationem/constitutiõemq; i unũ: eam inq̃/quę i eo actu cõsistit/dum aliquid cõstituiẽ/nõ in quodã habitu/postq̃ iam est aliqd cõstitutũ: ita profecto i aliquem motũ eorum qui narrati sunt/hos aliquis reducere poterit. Exordieẽ enĩ motus ibi localis. Sed præter hũc motum aliud quiddã ibi fiet. Quemadmodũ facile quiuis reperit localẽ motũ/esse prin cipium incremẽti: sed ibi motũ mox propriũ q̃litatis accedere. Sic itaq; & hic in cipit qdẽ localis qdã motus/sequiẽ aũt nõ necessario cõcretio siue discretio. Sed quãdo quæ sibi obuiãt/sese mutuo complectunẽ/cõcretio accidit: contra uero di scretio sequiẽ. Sæpe uero ubi discretio fit/sequiẽ motus quoq; localis/aut simul ibi cõtingit. Dum uidelicet passio quædã intelligiẽ alia circa ea quæ discernunẽ/ nõ ea rõne qua loco mutẽtur: Atq; i cõcretione alia quædã passio cõstitutioq; cõ sequiẽ a locali motu diuersa. Num igiẽ hos quidẽ motus i seipsis ponere decet? Alteratiõem uero ad has rite reducere? Quod enĩ factum est densum/iam est alte ratum. Id uero idem est/ac si dicaẽ fuisse cõcretum. Rarum quoq; factũ intelligiẽ alteratum. Hoc aũt pinde est/ac si discretum esse cõsidereẽ. Quinetiam ubi uinũ cum aqua misceẽ/utrunq; aliud q̃ prius erat/euadit. Id ãt est cõcretio quędã/quę alteratiõem effecit. Aut forte dicẽdum/hic quoq; cõcretiones discretionesq; prę cedere alteratiões quasdã/ipsas uero alteratiões a cõcretionibus discretionibusq; differre. Neq; enĩ alteratiões alias esse tales: neq; rarefactionẽ ipsam condensatio nemq; uel eẽ concretionẽ quãdam atq; discretionẽ/uel ex his oĩo cõsistere. Alio quin sic protinus aliqs uacuum i natura conceder. Iam uero nigredinẽ & albedi nem qua nam conditione cõcesserit aliqs i concretione discretioneq; consistere? Siqs ãt in his ambigat/cogeẽ/colores oĩo/& forte q̃litates inde plures/imo uero oẽs funditus extirpare. Si.n. alterationẽ oẽm/quã eẽ dicimus quãdam in q̃litate mutationẽ/quispiam cõcretionẽ discretionem ue eẽ contẽdat/ certe quod ibi fit/ nullo modo q̃litas ẽ: sed restant ibi quædam uel prope posita/uel seorsum. Prę terea doceri atq; discere quo nam modo põt eẽ concretio?

MARSILIVS.

Motuum species probabilius distinguntur per differentias internas q̃ externas. Cap. XXVI.

Scilicet per uires motrices/aut inanimatas/aut animatas. Item sic uel aliter aĩatas. Rursus per impulsum naturæ uel artis/uel cõsilii.

PLOTINVS.

Considerãdum igiẽ de iis uideẽ: rursusq; inuestigandum de illis/quæ di cunẽ spẽs motionis: uelut i motu locali: si modo distinctio ibi nõ fiat p motũ ad supiora/uel iferiora: item p rectũ & circularẽ: sicut i supioribus

eſt dubitatum: nunquid forte diſtinguendum ſit ꝑ motum rerum animatarum / aia ue carẽtium. Nõ. n. ſimilis eſt horum inter ſe motus: & rurſus eiuſmõi motus ꝑ motionẽ progrediendi / natandi / uolandi. An etiam ꝑ impulſum naturalem / mi nus ue naturalẽ. Forte. n. quis hũc i modũ ſecundũ unãquãq; ſpẽm partiet̃. Hic uero modus nõ extrinſecus accipet differẽtias motionũ. Forſan uero ipſę harũ effectrices ſunt: neq; tamẽ abſq; his exiſtunt. Sed ipſa natura harũ motionũ exter narumq; differẽtiarum principium ẽe uidet̃. Fortaſſis ẽt partiri motum licet ita: ut partim natura fiat / partim uero arte / partim electione. Et natura quidẽ incremẽ ta / & decremẽta: arte uero ędificare ſiue domos ſiue naues. Electiõe ãt meditari / diſcere / publica gubernare: & oio dicere / atq; agere. Deniq; circa augumẽtum & alteratiõem & generationẽ diſtinguere licet ꝑ modũ ſiue naturalem ſiue nõ natu ralem: uel etiam ꝑ ſubiectorum uarietatem.

MARSILIVS.

Status eſt in rebus æternis: ubi nullus eſt motus. Quies autem eſt in rebus temporalibus. s. quædam priuatio alicuius motus: uel motio quædam ual de tarda.

Cap. XXVII.

Cvm igit̃ quies ſit priuatio quædam / nõ eſt aliquod ꝑ ſe genus. Motus ãt nõ eſt priuatio ſimpliciter quietis: ſed ẽ actus efficax auferẽs aliquid / atq; afferens. Status i ęternis nõ eſt priuatio motus: neq; enĩ uel ibi ſtatus fit ceſſante motu / uel illa nata ſũt ad motum. Motus duo hẽt oppoſita. s. & motũ qui diuerſos petit terminos & quietẽ: maxime ſi quies conſideret̃ in termino / a quo motus iam diſcedit.

PLOTINVS.

De ſtatu uero / qui motui eſt oppoſitus uel de quiete / quid nã uidet̃ eẽ di cendum? Nunquid & hoc / genus unum ponẽdum eſt? An potius in ali quod genus eorum / quæ narrauimus / eſt reuocandum? Sed prę̃ſtat forſi tan ſtatum qdem ipſum diuinis cõcedere: hic aũt de quiete perquirere. De hac ergo quiete quid ſit / iprimis inueſtigandum eſt. Atq; ſi idem oio eſſe atq; ſtatus inueniat̃ / nõ recte hic requiri uidebit̃. Quippe cum hic nihil pęnitus maneat. Sed quod manere uidet̃ / tardiore motu ferat̃. Sin aũt quietẽ aliud quiddam præter ſtatum ẽe dicamus / ꝓpea q ſtatus quidem ſit circa rem prorſus imobilem: quies aũt circa rem quidẽ ſtantem / natam uero ad motũ etiã quando minime moueat̃: hoc ita eſt diſtinguendum. Nempe ſi quietum fieri hic aſſummat̃ / ipſum quieſce re dicet̃ eſſe motũ nõdum ceſſantem / ſed inſtantem. Sin autem hic aſſummat̃ ea quę nõ amplius circa id quod moueat̃ / exiſtit / ꝓfecto quęrẽdũ erit / ſiquid apud nos ſit / oio nõ motum. At ſi impoſſibile eſt aliquid motibus ſimul oibus agita ri: ſed oꝑtet quibuſdam motibus non moueri: ut ſaltem liceat dicere hoc quod moueꝫ eſſe / quid nam aliud dicẽdum eſt de illo quod nõ moueꝫ loco: ſed quan tum ad hũc motũ ꝓtinet / cõquieſcit: niſi ipſum nõ moueri? Sic itaq; quies erit ne gatio motiõis. Quod ãt eiuſmodi eſt / nõ proprie cõputat̃ in genere. Quieſcit ãt nõ ſecũdum alium q̃ localẽ motũ. Priuationẽ igit̃ huius tãtũ ſignificat. Siquis aũt interrogauerit / cur nõ etiã motũ ſtatus ipſius ſiue quietis priuatiõem ẽe dica mus: reſpondebimus / quia uidelicet motus aliqd ſecũ ferẽs accedit: aliudq; quid dam exiſtit agẽs cõcutiensq; ſubiectũ: & plurima factẽs atq; diſpdens. Quies ãt uniuſcuiusq; nihil eſt præter ipſum. Sed hoc tãtũ ſignificat / motum uidelicet nõ

habere. Verum cur non in rebus ipſis ad intelligentiam ptinentibus/ſtatum/pri uationem motionis aſſerimus? Quia nō licet ſtatum motus priuationem cogno minare. Quoniā nō ceſſante motu/ipſe fit ſtatus. Immo uero exiſtēte illo fit mo tus. Neq; ſtatus illic eſt/quia quod natū ſit ad motū/quādoq; nō moueaſ. Sed qua rōne ſtatus ibi ipſū intelligibile comprehēdit/pmanet: qua uero moueſ/mo uebitur ī perpetuū. Quamobrem & ſtatu cōſiſtit/ & motu moueſ. Corporea ue ro natura motu quidē moueſ/ & abſente motu quieſcit: orbata uidelicet debita motione. Præterea uidēdum eſt/quid ipſe ſit ſtatus. Item quādo ex morbo ad ſanitatem aliquis ꝓuenit/cōualeſcit. Quam igiſ huic cōualeſcentiæ quietis ſpēm opponemus? Si. n. affectiōem a qua recedit/morbus ille eſt/nō ſtatus. Sin aūt affe ctionem ad quā accedit/ſanitas illa eſt. Quæ quidē non idem atq; ſtatus exiſtit. Siquis āt dixerit ſanitatem aut morbum eſſe ſtatum quendā/hic profecto ſanita tem atq; morbū ſtatus ſpēs eſſe concedet: Quod quidē iudicaſ abſurdum. At ſi ſtatum ſanitati cōtingere proprie fateaſ/ ſanitas ante ſtatum nō erit ſanitas. Sed de iis quidem pro ſuo quiſq; arbitrio dicat.

## Epilogus prędicamentorum.

Dictum uero nobis ī ſuperioribus eſt facere atq; pati motiōes eſſe. Motiōes aūt alias quidem abſolutas eſſe/alias uero partim effectiōes/ partim etiam paſſiones. Dictum uero ꝓterea de cæteris quę dicunſ genera/ad noſtra hæc referri debere. Dictum quoq; de relatione/eam uidelicet eſſe alterius ad alte rum habitudinē. Et ſimul ambo cōcurrere. Dictum deniq; circa relatiōem/quan do uidelicet habitudo ipſa ſubſiſtentiā efficit/illud ipſum quod referſ/non qua rōne ſubſtātia ſit/relatiuū eſſe. Sed qua pars aliq̄: uelut manus/aut caput/uel cau ſa/uel principium/uel elemētum. Licet aūt & relatiua antiquorū more diuidere: adeo ut alia q̄dem tanq̄ effectiua ſint: alia uero tanq̄ menſuræ quædam. Alia in exceſſu defectuq; uerſenſ. Alia deniq; ꝑ ſimilitudines atq; differētias diſtinguan tur. Sed hæc iam de his generibus dicta ſufficiāt.

## LIBER QVARTVS SEXTAE ENNEADIS.

## QVOD ENS VNVM IDEMQVE SIMVL TOTVM EST VBIQVE.

MARSILIVS.

Cum aīa nec habeat quantitatem: nec paſſio ſit corporis quanti/ quæriſ qūo per plurimū q̄ſi ſpatium diffundaſ/ſiue per ſe ante corpus/ſiue una cum corpore in ipſo corpore ꝑ ipſum eatenus propageſ

Cap. Primum.

## PLOTINVS.

In VNQVID Anima ubiq; uniuerſo iccirco adeſt: qa corpus uni uerſi ſit tantū? Ipſa q̄dem naturā habēs: qua circa corpora diui daſ. An potius a ſeipſa quoq; eſt ubiq;? Non q̄dem quatenus a corpore ꝓtrahaſ: ſed quia corpus reꝑiat illam ante ipſum ubiq; preſentem: adeo ut ubicūq; ponaſ/ibi animā reꝑiat iam exiſten tem/priusq̄ ipſum ī parte uniuerſi collocareſ: totumq; uniuerſi corpus ī aīa iam exiſtēte ponaſ. Verum ſi aīa ī tantū diffuſa eſt ante q̄ corpus tantū accederet: aīa inq̄ implēs uniuerſum pēnitus interuallū/ q̄d nam ꝓhibet/quo minus hēat magnitudinem? Aut quis nam modus erit/quo ſit in uniuerſo/ante q̄ fieret uniuerſum: quādo nōdum hoc exiſteret. Contra uero

qua quiſpiam conditione admiſerit animam ipſam/quę impartibilis & magnitudinis expers eſſe dicit̃/ubiq; eſſe: cum nullam habeat magnitudinẽ. Atq; &ſi una cum corpore dicat̃ extendi: cum tamẽ ipſa nõ ſit corpus: neq; ſic tamẽ dubitatio deuitabit̃ ex eo q; ipſi magnitudo ſecũdum accidẽs tribuat̃. Nempe ſimiliter alĩ quis hic quoq; rite perquiret/quo nã mõ ſecũdũ accidẽs magna poſſit euadere. Nõ enĩ ſicut q̃litas/uelut dulcedo uel color p totum corpus extẽdit̃: ita prorſus & aĩa. Hæc enĩ ſũt quædã corporũ paſſiões: ut nõ mirũ ſit totum quod patit̃ corpus/paſſiõem eiuſmodi poſſidere: atq; nihil eiuſmodi in ſeipſo cõſiſtere: quippe cũ corporis aliq̃d ſit: & tanquã ĩ corpore cognoſcat̃. Quapp̃ qualitas neceſſario tãta eſt/quãtũ eſt & corpus. Accedit ad hęc/q; alterius partis albedo nõ cõpatit̃ una cũ albedine partis alterius. Atq; ĩ albo eadem partis huius albedo ſecũdum ſpẽm eſt: atq; albedo/quę eſt ĩ altera parte: neq; tamẽ eſt numero eadẽ. At uero penes aĩam idem numero ĩ pede eſt atq; manu. Quod q̃dem conſenſio aĩaduerſioq; demõſtrant. Præterea ĩ qualitatibus q̃dem idem aliq̃d tãquã diuiſum cõſideraſ̃. In aĩa uero idem: ſed nõ diuiſum. Quod tamen p̃pea diuidi dicit̃: quoniã undequaq; ſe fundit. Dicamus igit̃ de his iterum ab initio/inueſtigãtes ſiqua ratiõe nobis perſpicue pateat/qũo aĩa cũ incorporea ſit expersq; magnitudinis/poſſit ĩ plurimũ propagari: ſiue ante corpora/ſiue ĩ corporibus eatenus p̃tẽdat̃. Forte enĩ ſi cõſtiterit etiã ante corpora id fieri poſſe/facile admodũ futurũ eſt/in corporibus quoq; tale aliq̃d prorſus admittere.

MARSILIVS.

Mũdus ĩtelligibilis. i. ens primũ eſt uerũ/uniuerſum atq; magnũ: quoniã & cũcta entia ẽ: & eſt ĩ quolibet ſui totũ. Nec eſt ĩ uniuerſo. Et cũ dicit̃ ubiq; eſſe/eſt ipſũ quod apellat̃ ubiq;. Mũdus uero ſenſibilis ẽ uere paruũ: quia ubiq; cõſtat ex partis. Atq; eſt ĩ mundo ſupiore nõ tãquam ĩ loco cõtinente/ nec tãquam in ĩterual lo quodam uacuo: ſed tanquam in efficiente/ſeruante/ſiſtente/mouente/comprehendente.

Cap. II.

MVndus hic ubiq; per quãlibet ſui partem attingit illum totum: ideo non mouetur in rectum ad illum inueniendum: ſed circa illum ubiq; repertũ reuoluit̃ in eodem.

PLOTINVS.

ESt utiq; uerum aliquod uniuerſum. Eſt etiam ueri uniuerſi illius imago/ipſa uidelicet uiſibilis huius mundi natura. Ipſum igit̃ quod reuera uniuerſum eſt/in nullo prorſus exiſtit. Nullum enĩ ens eſt ante ipſũ. Quod aũt poſt ipſum extat/hoc iam neceſſarium eſt in uniuerſo eſſe/ſi modo aliq̃d ſit futurũ. Præſertim cũ ex illo depẽdeat: neq; abſq; illo manere ualeat uel moueri. Etenim ſiquis hoc ĩ illo ponat/nõ tãquam ĩ loco/intelligens uidelicet locũ tanq̃ terminũ quendã corporis cõtinẽtis/quatenus cõtineat/uel interuallum aliquod/quod prius hoc fuerit q̃ſi de natura uacui: atque adhuc exiſtat: ſed affirmet hoc quaſi in illo fundari atq; quieſcere: in illo inq̃ ubiq; exiſtẽte/atq; id p̃nitus comprehẽdẽte/quiſquis inq̃ ita poſuerit/noĩs huius. i. loci apellatiõem iam dimittẽs ipſa cogitatiõe quod dicit̃ apprehẽdat. Hoc aũt alterius gratia dictum eſt: quia uidelicet uniuerſum illud primũq; & ens neq; locũ quærit/ neq; oĩo quieſcit ĩ aliquo. Cum enĩ undiq; p̃nitus ſit uniuerſum/fieri non põt/ut aliquo mõ ſibi ipſi deſit. Sed implet ſemetipſum: ſibiq; ẽ æquale. Nec ibi illius eſt uniuerſum: Ipſum

nanq; uniuersum illud prorsus existit. Omnino uero siquid in uniuerso funda
tur/aliud existēs prēter ipsum participat illud/& cū ipso conspirat. Item corrobo
raī ab eo/nō diuidēs ipsum: sed reperiens illud ī seipso. Et ipsum q̄dem illi pro
pinquās: dum tamē illud nō ponit extra seipsū. Fieri nāq; nō pōt/ut ens sit ī nō
ente. Verum si nō ens ī ente fuerit/in ens incidit totum. Nō enī a seipso illud di
strahi euelliq; poterat. Atq; quod dicit uniuersum illud ubiq; esse/intelligēdum
est/in ipso ente existere: atq; ita ī semetipso. Neq; mirum est/si ipsum quod ubiq;
dicit est ī ente/atq; ī seipso. Iam.n. ipsū ubiq; fit ī uno. Nos āt ens ipsum ēe sen
sibile hoc existimātes/cōsequēter ipsū quoq; ubiq; hic eē putamus. Item putātes
hoc sensibile magnum esse/haud ab re dubitamus/quō illa natura p magnū hoc
rātumq; protēdat. Sed reuera hoc quod magnū dicit/paruum est. Quod āt par
uum existimat/est magnum. Siquidē totū illud p uniuersum partis uniuscuiusq;
se fundit. Immo uero uniuersum hoc undiq; suis partibus ad uniuersum illud
accedēs/inuenit illud ubiq; totum: seq; proculdubio maius. Quamobrem quasi
quod ulteriori protēsione/nihil plus accepturum sit: sic enī forte & extra uniuer
sum euadere uideret/merito penes ipsū circūcurrere uoluit. Cum uero nō posset
uel comprehēdere/uel se intro prorsus insinuare/satis sibi factum putauit: si locū
& ordinem sortiret: ubi proculdubio seruaret/ipsi p̄senti propinquās: rursusq;
nō præsenti. Est enī illud ī semetipso: etiā siquid ei uelit adesse. Quo sane se cōfe
rens uniuersi corpus/repit uniuersum: adeo ut nō sibi opus sit ulterius p̄gredi:
Sed reuolui expediat ī eodem/tanquā hoc in quo reuolui/reuera sit uniuersū.
Vbi certe secūdum oēm sui ptem toto illo p̄fruī. Si enī illud eēt ī loco/merito
progredi illuc rectaq; uia p̄cedere expediret: atq; ī alia eius parte p aliam partem
illud attigere: necessarioq; tum procul tum prope esse cōtigeret. Sin aūt neq; pro
cul neq; prope illic pōt accidere/necessarium est totum illud adesse: si mō adsit:
& profecto illorum unicuiq; totum adest: quibus neq; propinquū est/neq; remo
tum: Sed proprie cape potētibus adest.

MARSILIVS.

Mūdus ītelligibilis excellētia potestatis uires suas p oēs ptes mūdi diffundit: &
unicuiq; parti totus adest/interea supereminēs

Cap. III.

Sicut omnibus participare potētibus uires cōmunicat/ita uiribus suis ipse
adest: Atq; ubi plures impartit uires/euidentius adest. Vbi oēs euidētissi
me. Neq; fit p̄pria alicuius forma/uel loco proprio circūscribit. Alioq;n
nec ulterius uniuersum foret. Nec oibus cōiter eēt p̄sens. Corpus non ī specie
sed ī quantitate diuidit. Ideo facta diuisione & si eadem nō restat quantitas/ea
dem tamē spēs remanet. Cum uero essentia/uita/mens prima/sit spēs quātitatis
expers/si diuidat secundum spēm diuisa/ipsam speciem permutabit.

PLOTINVS.

An igit uniuersum illud dicemus ipsum adesse? An ipsum quidem ī se
ipso cōsistere? Vires āt ab eo p cūcta diffundi: atq; ita illud ubiq; esse pu
tari. Sic.n. aīas tanquā iactus quosdā inde esse tradūt: adeo ut illud q̄dē
ī seipso q̄escat: Aīas āt illinc emissas secūdū aīal aliud aliudq; euadere. Sed p̄fe
cto q̄bus unū aliq̄d illius cōcedit: p̄pea q̄ nequeāt oēm illius naturā ī se cōserua
re: iis nimirū sic adesse dicit/ut uis quædā adsit illius. Neq; tamē ita ut illud oio
nō adsit. Nam & tūc illud a sua illa potētia quā huic tradidit/minime segregat.

Sed quod accepit/tantum apprehendere potuit/ex toto pręsente. Vbi uero uires oēs cōmunicanť/illud ipsum est euidēntissime præsens: sic tamē ut simul sit etiam sepatum. Nēpe si huius rei spēs fieret/neq; uniuersum esse posset: neq; ubiq; eēt i semetipso cōsistēs: sed secūdū accidēs/& alterius eēt. Cum uero nullius sit/etiā uolētis ipsius esse/unicuiq; ipsum uolenti pro illius capacitate propinquat: neq; tamē illius euadit/neq; rursus alterius: sed desiderio adest. Neq; igiť mirādū est sic in oibus esse: quippe cum i nullo rursus eorum sic insit/ ut euadat ipsorum. Quāobrē neq; forte absurdum ē aīam dicere secūdū accidēs/ita cū corpore quo dāmō simul pati. Siqdē ipsa i seipsa dicať esse neq; materiæ neq; corporis facta. Sed corpus omne p uniuersum sui uelut illustreť ab aīa. Nihil uero mirādum ui deri debet/si uniuersum illud diuinū/cum ipsum nō sit i loco/adest omni quod est i loco. Cōtra uero & mirabile & insup impossibile foret: si illud habēs ipsum quoq; locum proprium/adesset alicui/quod sit i loco. Aut si adesset oīo. Atq; eēt ita præsens/sicut nos ipræsentia dicimus. Nūc autē rō dictat/necessarium esse/ut ipsum cum non hēat locum/cuicunq; pręsens est/adesse totum: cūq; sit uniuerso pręsens/sic adesse/ut & singulis adsit totum. Alioquin aliud quidem ipsius hic/ aliud āt ibi futurum: adeo ut & partibile sit & corpus. Iam uero iterrogare licet/ quomodo partiaris. Nunqd uitam diuides? At ubi diuiseris / si totum erat uita/ pars/uita non erit. Sed nunqd diuides itellectum? ut hic quidem i alio/ille aūt i alio sit. Verū neuter illorum itellectus erit. An igiť ipsius ens partieris? At uero pars ita nō erit ens/si totum/ens extiterit. Quid ergo? siquis obiecerit/& corpus diuisum habere partes/quæ adhuc ipsæ quoq; sint corpora. Sed ꝑfecto partitio nō corporis fuit/sed tanti corporis potius. Et corpus unūquodq; specie factū est & dictum/qua corpus exisbit. Hoc aūt præcipue quo ad spēm ptinet/nō hēt pro prie quātum quidda: imo neq; etiam quomodocūq; quātum.

MARSILIVS.

Vna essētia prima. i. mens diuina ubiq; tota est: Similiter una mūdi aīa. Nec mul titudo ptium mundanarū impedit/quo minus una sit ubiq; tota. Nec unitas pri mæ mentis & aię ꝓhibet quin multæ pręterea mētes sint & aiæ Cap. IIII.

Nec ꝑ multa corporis eiusdem membra aīa cogiť esse multiplex & ptibilis: nec ꝑ multa corpora euadunt aiæ multæ. Sunt. n. & mentes & aię suis pro prietatibus i seipsis iter se differentes/etiam ante corpora. Suntq; i se inui cem naturali quadam cognatiōe & officii cōmunione coniunctæ. Et iterea alteri tate proprietatis essētiæq; distinctæ/nō loco.

PLOTINVS.

Caeterum quo nā pacto fas est dicere ens atq; entia: & multas mētes/ani masq; multas? Si ens ubiq; unū est: neq; sic unū q̄si duntaxat conforme nōnihil. Item si mēs una: si aīa una. Tametsi accepimus aliā eē aīam uni uersi: alias autē reliquas. Hæc. n. iam dictis refragari uideně: Et quæ dicta sunt/si quam forte necessitatē habēt/ꝓsuasionem tamē nō afferūt. Quippe cū aius incre dibile putet: unū ita ubiq; totum idem esse. Forte igiť pręstat unū illud totū par tiri: adeo tamē ut id ipsum ex quo partitio fit / nihil inde cōminuať. Aut potius ab illo/ut rectius loquamur/ aliqua generare. Atq; illud qdē pmittere/ut i seipso cōsistat. Quæ uero uelut ptes inde gignunť/esse aīas/oīa iam complentes existi mare. Verum si illud ens iccirco i se cōquiescit: ex eo ꝓprie q̄ incredibile uideať

unum aliquod totum esse simul ubiq; : eadem ꝓfecto ratio circa aīas similiter dubitabit. Hæ nāq; ī quibus corporibus totæ eē dicunt̄ in totis / iam ita nō erūt. Sed aut diuident̄ / aut si totæ ꝑmaneāt / in quadam corporis parte sic proprie cōquiescent : atq; inde uires suas ꝑ membra diffundēt. Iamq; eadem & de uiribus quę & de aīa ambiguitas orie t̄ : nunqd uis ipsa ubiq; sit tota. Præterea aliud qdem corporis membrū habebit aīam : aliud uero uim aīæ solam. Sed iprimis inuestigandum est quo nam modo cōcessis superioribus / multæ sint aīæ / multæ mētes / multa entia præter unum. Iam uero quæ ex prioribus profluunt / sic tamē ut nō magnitudines sint / sed numeri / dubitatiōem similiter afferēt. Quo nā pacto impleāt uniuersum. Nihil itaq; nobis ex multitudine sic profluente perspicue comptum est ad dubitatiōem cōferēs explicādam. Quādoqdem & ipsum ens esse multa cōcedimus alteritate quadam : sed nō loco. Simul enī est ens uniuersum : quāuis ita sit multiplex. Nempe / ut Parmenides ait / ens enti propinquat : ac simul est uniuersum. Quinetiam itellectus est multiplex alteritate / nō loco. Sed simul est oīs. Nūqd & aīæ ita se habēt ? Forsan & aīæ. Quoniam illud etiam quod circa corpora partibile dicit̄ / impartibile rursus secūdum naturā eē censet̄. Corpora uero habentia magnitudinem / pręsente uidelicet illis hac ipsius aīæ natura. Immo uero cū corpora ibi fiāt / & quatenus protēdunt̄ / secūdum oēm partem natura illa aīæ ipsius appareat / quæ circa corpora uersat̄ / sic utiq; circa illa aīam existimari cōtingit diuisibilē. Nam nō esse illam ī partes una cum partibus corporis distributā : sed passim adesse totam / inde perspicue nobis patet / ꝙ & naturā unū aliqd & impartibile reuera ēe sit compertū. Neq; igit̄ ex eo ꝙ aīa una sit / tollit̄ esse multas. Quemadmodū neq; ens unū / esse entia prohibet. Neq; multitudo illic uni repugnat. Neq; ꝑ multitudinem quandā uita implere corpora necessarium est. Neq; ꝓp corporis magnitudinem existimādū est fieri multitudinē aīarum. Sed etiam ante corpora extare multas & unam. In ipso nāq; toto iam multę cōsistunt. Nō in potētia quidem / sed ī actu iam quælibet. Vna enim illa tota nihil ꝓhibet in se multas existere. Multæq; uicissim unā nihil impediūt. Distāt enī iter se / interim nō distantes. Adsuntq; sibi inuicem nō alienæ. Non enī terminis ullis iter se sepant̄. Quemadmodū neq; scientię multę / in una quadā anima cōgregatæ. Sed est una ipsa talis / ut ī se cōtineat oēs. Ita prorsus eiusmōi natura est infinita.

## MARSILIVS.

Anima mundi sicut & mens est indiuidua simul & uniuersum : ideo ī mundo est ubiq; tota. Cap. V.

ANima cū nō hēat quātitatem / nō est minor uel maior quātitate q̄ mūdus : sed uirtute / quā nec totā mūdus capit. Eadem uero aīa grandiori quæ & minori sufficit corpori ꝓp potētię magnitudinem.

## PLOTINVS.

PRoinde naturę huius magnitudo nō est secundū molē existimāda : moles enī paruū quiddam ē : casurum uersus nihilū : siqs inde detraxerit. At ex illa natura neq; fas est detrahere : neq; si forte subtraxeris / ullo mō deficiet. Quod si nequaq̄ deficiat / nō est metuendū / ne usquā absit ab ullo. Quo enī modo absit ab aliquo : cum nullū patiat̄ defectū ? Sed sempiterna natura sit non fluens : alioquin si fluxerit / eo usq; procedet / quousq; profluere possit. Cum uero minime fluat / neq; enim quo fluat habet / totum iam ꝑnitus comprehēdit.

Immo uero ipſa eſt uniuerſum. Maiusq; aliquid eſt q̃ ut ſecundum corporeę naturæ magnitudinem extimeẽ. Paruũ enĩ quiddã rite cenſeẽ huic uniuerſo tribuere. Quatenus uidelicet/hoc illius ferre ualet. Oportet ãt uniuerſum illud ſupernum neq; minus apellare: neq; minus ipſum ſecundum molem ponere: ne forte diffidere cõpellaris: illud tãquam minus poſſe per totũ illud quod eo ſit maius amplificari. Neq;.n. hoc ipſum quod minus dicitur/de illo prędicãdum eſt: neq; in ipſa menſura adhibenda eſt uel comparãda moles ad molem. Id nãq; perinde ſe haberet: ac ſiquis medicinæ dixerit diſciplinã/ipſius medici corpore eſſe minorem. Neq; rurſus maius illud cenſendũ eſt ſecundũ menſurã aliquã quantitatis. Quãdo neq; in aĩa ſic aĩę magnitudo cenſeẽ corpore maior. Magnitudinẽ uero aĩę hinc licet potiſſimũ coniectare: q̃ quãdo moles ipſa fit maior/aĩa eadem p totam illam undiq; ſe diffundit: quæ prius erat ĩ mole minore. Ridiculum nanq; plurimũ eſt futurum/ſiquis molẽ aĩę etiam adhibuerit.

MARSILIVS.

Quęſtiones de anima mundana & noſtra Cap. VI.

Quęrit ita. Si aĩa tantã hẽt magnitudinẽ uirtutis/quãtã mõ dicebamus: cur nõ accedit etiã uiuificãdo ad quodlibet corpus appoſitũ. Reſpõdet eam poſſe/modo corpus accedat ad eam. i. conformitate formabili. Item dubitat ita. Si aĩa mundi occupat totum/nunqd corpus propria aĩa aĩarum hẽt ſimul ſuam atq; cõem? Et ſubdubitat quærendo/qũo differãt ibi hę duæ aĩæ. Et reſpondet p adiunctiões differre: quia quãuis hęc & illa ſit aĩa: tamẽ hęc eſt aĩa eiuſmõi illa illiuſmodi. Deinde cõfirmat aĩam mũdi poſſe ĩ corporibus remotis eandem eſſe totã: quia & ĩ nobis aĩa noſtra eadẽ ſimul tota ĩ pede eſt & manu. Et ſubiungit differẽtes ſenſus & paſſiões nõ obſtare: quominus ĩ hoĩe ſit una aĩa/& ĩ mundo una. Quia uidelicet/in hoĩe quouis unus eſt iudex. Sic & ĩ aĩa mũdi. Deinde interrogat: cum duæ ſint ĩ nobis aĩæ: Altera cõis: altera propria: cur aĩa noſtra nõ percipit iudiciũ aĩę mũdi. Reſpõdet: Quia ex iudicio illo nõ reſultat ĩ nobis compaſſio. Præterea neq; eadem uis aĩæ ſemp quæ iudicat/animaduertit ſe iudicare: neq; uis quęlibet in eadem aĩa cõmunicat alteri iudicium ſuũ. Ideo nõ eſt mirum ſi nec uis aĩę noſtrę perſentit iudicium cõis aĩę: neq; illa noſtrę cõmunicat ſuum: Sed ratio ĩ nobis aiaduertit iudicia ĩferiorum ĩ nobis uirium: Et ratio ĩ aĩa cõmuni animaduertit ſimiliter ſuarũ iudicia. Ratio quidem noſtra occupata eſt/& diſtracta circa ſenſibilia. Ratio uero cõis aĩę collecta circa ĩtelligibilia. Ideo cũ circa oppoſita cõuertanẽ/nõ cõmunicaẽ iudicium ab altera ĩ alteram facile. Mitto nũc qũo p cõem aĩam ſit ĩ nobis cõmunio quędam uitæ & conſenſus & compaſſiõis tum inter nos/tum ad mundana & cæleſtia: In qua unione conſiſtit uis attractionis & magicę. Tu caue ne putes Plotinũ ponere unam tantũ in cũctis aĩam. Hoc enĩ illi repugnat ubiq;.

PLOTINVS.

Quid ergo/nõ ad aliud corpus accedit? Forſan uero corpus illud ſi modo poſſit/oportet accedere. Accedens autẽ accipit inde/& poſſidet quod accepit. Quid igiẽ? Corpus aliud aĩam ne hẽt eandem/poſſidens uidelicet interim ipſum quoq; ſuã quã hẽt aĩam. Quid enĩ differt? Profecto adiunctionibus differt. Præterea qũo in pede manuq; eandem ponimus aĩam? Animã uero quæ eſt in hac uniuerſi parte/nõ affirmamus eandem cum aĩa illa/quæ ſit ĩ alia eiuſdẽ

parte. Sin aũt ſenſus differentes ſunt/paſſiones etiam incidentes eſſe differentes exiſtimãdũ. Alia igĩt ſunt quæ iudicanẽ:iudicãs uero nõ aliud. Nempe iudex idem ĩ aliis & aliis iudicat paſſionibus: Quãuis patiẽs nõ ſit idem ipſe qui iudicat:ſed hæc potius corporis talis natura. Idq; perinde ſe hẽt/uelut ſiquis noſtrũ & uoluptatẽ iudicet/quæ fit circa digitum & dolorem qui circa caput. Curnã igĩt altera iudicium alterius nõ perſentit? Forſan ꝙa iudicium illud eſt nõ paſſio. Præterea neq; uis ipſa quæ iudicat/dicit/iam iudicaui/ſed iudicauit tantũ. Quo niam neq; apud nos quidem uiſus auditui nuntiat: quãuis uterq; iam iudicarit/ Sed pręſidẽs utriſq; ratio. Hęc aũt eſt ab utriſq; diuerſa. Sępe uero & ratio quod in alio iudicium eſt/cognouit: alteriusq; paſſionẽ aĩaduertit. Verum de hoc ali bi quoq; diximus.

MARSILIVS.

Multitudo numerorum ab uno/& linearum a centro fluentium non prohibẽt quo minus uel unum illud uel centrum hoc impartibile ſit/& unicum. Simili ter anima non cogitur diuiſibilis fieri: aut multiplex propter diuerſa membra uel corpora.

Cap. VII.

IMmo ſicut uirtus rectrix/tota eſt in qualibet parte põderis: ac lumen idem indiuiſibile/totum in qualibet parte aẽris/ſic & anima.

PLOTINVS.

SEd dicamus iterũ/qũo idem ꝑ oĩa ſit. Id aũt ſimile ẽ/ac ſi queramus qua cõditione unũquodq; multorũ ſenſibilium/ſparſim undequaq; diſpoſito rum/eiuſdem naturæ ſit particeps. Profecto cõſtat nefas ẽe unum ipſum ꝑꝑ rerum multitudinem ĩ multa partiri: ſed decere potius multa diuiſa ĩ unũ rite colligere. Quod ꝙdem ad hæc nõ uenerit. Sed hæc ꝙa diſiecta ſunt/opinari nos compulerũt/illud quoq; ſecũdum hæc quodãmo eſſe diſiectum. Velut ſiquis id quod ſupat/atq; cõtinet/una cũ eo quod cõtineẽ ĩ ꝑtes ęquales putauerit diuidẽ dũ. Tametſi cõtinere ꝙdẽ põt manus corpus totũ lignũq; multicubitũ/& quod uis aliud. Vbi profecto uis ipſa quæ cõtinet ĩ eo quod teneẽ/ubiq; uiget: neq; ta men diuiditur ĩ partes æquales ſimul cum eo quod manu teneẽ: Quanuis appa reat quatenus manus attigit/eatenus eſſe potentiam circũſcriptam. At manus in terim ſua quadã quantitate deſcribiẽ/nõ quantitate corporis quod ſuſpẽditur & teneẽ. Atq; ſi adiunxeris ſuſpenſo corpori aliam longitudinẽ/manusq; illam ua leat ſubſtinere/uis ipſa regendi illud quoq; reget/nõ ſecta uidelicet in partes to tidẽ/quot hẽt & corpus. Quid ergo? ſiquis finxerit corporeã manus molẽ clam e medio ſurripi: ſed relinquat iterea uim illic eandem/quæ põdus antea ſubſtine bat/eratq; prius ĩ manu/nõne uis eadem impartibilis ĩ toto ſimiliter põdere per quãlibet erit partem? Pręterea ſi exiguũ quoddã lucidũq; corpuſculum pro cen tro alicubi fixeris/eiq; maius aliquod corpus ſpericũ & pſpicuũ circumpoſueris: adeo ut ĩtimi corpuſculi lumẽ ĩ toto circũdãte pluceat/ubi nõ ſit aliũde terra ex ternę moli/nõne ĩtimũ lumẽ illud dicemus dũ nihil patiẽ/ſed ꝑmanet/ꝑ totã mo lẽ extriſecã ꝓceſſiſſe: atq; lumẽ ibi ĩ corpuſculo paruo cõſpicuũ/inde totũ quod circũſtat/pęnitus comprehẽdiſſe. Quoniã uero nõ ex ipſa corporea mole illius centri lumen ipſum extabat: nõ enĩ qua corpus eſt/poſſidebat lumẽ: ſed qua cor pus lucidũ/per uirtutem uidelicet aliam ĩcorporeã. Dic age/ſiquis corporis illius molẽ ſubtraxerit/uim uero luminis ibi ſeruauerit/nunquid ulterius dicturus ſis

alicubi proprie lumen esse. Nonne potius erit eque & intus & per sperā totam exteriorem: Neq; amplius cogitationē figes/ubi erat antea positum: neq; dices ulterius uel unde uel ubi sit lumē. Sed de hoc eris ambiguus acpisus admirabūdus. Simul aūt & hic & ibi p globum lumen idē inspicies. Iam uero & circa solem potes dicere unde potissimum lumen totum aerem circūlustrat: quādo uidelicet in corpus solis aciē dirigis. Simulq; lumen idem ubiq; circūspicis/neq; diuisum. Id uero testantur ipsæ quæ ex lumine fiunt decisiones quædā. Que pfecto nō alibi lumen reddunt/q̄ e regione unde lumen effluxerat: neq; lumen secant/neq; cōmi nuūt. Atqui si sol ipse uirtus quædam sola foret a corpore segregata/ lumenq; effunderet: neq; hinc uel alicunde prorsus exordiret: neq; tu unde mittatur significares: sed esset omnino lumen ubiq; unum idemq; existens: neq; exordiens: neq; habens alicunde principium.

MARSILIVS.

Aīa cū sit prior ōi re corporea/merito a nulla depēdet: nullo igit̄ loco īdiget/nulli est addicta. Ad oēm igit̄ locū indifferēter & æque se hēt. Ideo & ubiq; cōmuniter est & nusq̄: nisi anima quædam per propriū affectū quandoq; ad aliquid proprium sese applicet

Cap. VIII.

ITem cū sit idiuidua/ubicūq; ē/existit tota. Quicqd igitur illā suscipit/accipiens nō diuisā suscipit quodāmō totā: q̄uis nō cunctis eius uiribus penitus pfruat̄. Aīa mūdi sicut ī corporibus/ipsa nō fit corpus/uel passio uel forma ppria corporis/ita nō fit multiplex: nec diuidit̄: neq; patit̄. Et quoniā mācipatur nulli, expedita cunctis adest.

PLOTINVS

PRofecto quoniā lumē est corporis aliqd/unde uenerit facile potes dicere: quippe cū ubi sit corpus illud/ualeas indicare. Siqd āt exps materię sit/neq; indigeat corpore: quippe cū naturaliter prius sit omni corpore fundatū in seipso: imo uero tali quodā fundamēto nō indigēs: hoc inq̄ natura eiusmōi prædituū nō hēns principiū unde exordiat̄: nec itra locū aliquē habitās: nec corporis alicuius existēs/quonā pacto dicere poteris aliquid eius esse hic: & illic eius aliqd esse? Sic.n. & unde exordiret̄ haberet: & alieni iuris existeret. Reliquū igit̄ est asserere: siqd accipit illud/ipsa totius potētia/totū illud accipe. Nec illud ppea uel aliud qddam/uel partibile fieri. Ei nāq; quod habet corpus q̄uis sępe p accidēs/rite tamē pati cōuenit. Et hac ipsa rōne passiuū & diuisibile iudicari pōt. Quādoqdē corporis aliqd est/uel tanq̄ passio/uel tanq̄ spēs. Quod autē nullius corporis ē: sed tale prsus existit/ut corpus eē illius affectet: necessariū est tū cæteras corporis passiones in se nullas admittere: tū uel maxime diuidi nullo mō posse. Diuisio.n. corporis passio est/atq; primo: & qua ē corpus. Si igit̄ qua est corpus diuisibile ē/nimirū qua nō corpus ē/indiuisibile prsus existit. Qua.n. cōditione diuides quod magnitudinē nullā habet. Si igit̄ quod magnitudinem habet eius quoquo mō fit: particeps/quod magnitudinem hēt nullā/illud pcipit non diuisum. Alioquin magnitudinem illud rursus haberet. Quando igitur unum esse dicis ī multis/ non ipsum multa factum dicis: Sed multorum potius passonem/circum illi uni subnectis ī multis ipsum simul inspiciens. Vnum uero illud in ipsis sic accipiendum est/ ut neque unius cuiusque illorum: neque cunctorum simul iam sit effectum. Sed illud quidem sui iuris sit: ipsumq; met existat Cumq; ipsummet existat sibi nusquam deesse: defectum ue nullum admittere.

Neq; rursus putandũ est ipsum esse proprie tantũ quãtum est sensibile uniuersũ ne dum tantum sit duntaxat/quãta pars aliqua uniuersi. Omnino enĩ neq; est ullo modo quãtum. Quo igit̃ modo tantũ proprie erit aut tantũ: tanta nãq; mẽsura corpori conuenit. Ei uero quod non est corpus: sed natura alia præditũ/nullo modo mẽsura tanta est adhibenda. Cum neq; etiã tale aliquid sit. Neq; igitur alicubi est ponẽdum. Nec itaq; hic & ibi: Alioquin sæpe foret alicubi. Si igitur diuisio secũdum loca/cõuenit quãdo aliquid rei ipsius/hic est/& aliqd ibi/ sequit̃/ut cui nõ cõuenit alicubi esse/nullo modo partitio congruat. Quamobrem necessarium est/illud secum ipso impartibile ꝑmanere: q̃uis multa illud affectent/ac etiã assequãtur. Si ergo multa illud desiderant/constat totum ipsum appetere. Itaq; si assequi possint/totũ ipsum pro uiribus assequi. Quãobrem oportet quæ participant illud/ita illius participare: quasi nõ participẽt. Quippe cũ ipsũ propriũ nullius euaserit. Sic.n. manet ĩ seipso totum. Simulq; ĩ quibus inspicit̃/totũ ꝑmanet/ & occurrit. Alioquin nisi totum ibi permanserit: neq; ipsum quidem erit: neq; res ipsę id ipsum quod optãt ꝑticipabũt. Sed aliud quiddam potius quod minime appetebant.

## MARSILIVS

Aĩa prima dũ se totã multis mũdi partibus exhibet/ neq; multiplicatur ĩ multas aĩas ęque primas. Hę nãq; nihilo ĩter se differrẽt. Neq; ĩ partes. Est.n. ĩdiuisibilis. Et alioqn ubi rectura molẽ accedit ꝓrsus debilitata deficeret Cap. VIIII.

ACcõmodat uero uires suas mũdi membris: Sed adeo essentiales ꝓprieq; sũt hę uires ut ĩseparabiles sint ab ea. Ipsa igit̃ est ubiq; tota. Quinetiam si imagines duntaxat uirium suarum impartit mũdo ipsa toti similiter adest: suas imagines ubiq; rectura. Deniq; sicut in nobis sic in mundo: nisi eadẽ ubiq; uita uigeret/nõ esset tam mira partium inter se/& ad totũ consensio passim atq; compassio. Quæ autẽ de aĩa mundi loquimur/de intellectu diuino similiter dictũ intellige.

## PLOTINVS

PRoinde si unũ illud cõmune sic ĩ multis diuidatur in partes/ut quęlibet pars sit uelut ipsũ totũ: sequit̃ ut multa sint prima/& unũquodq; primũ. Præterea multa hæc prima qu onã discernent̃/ne cũcta sint simul unum. Nõ.n. ꝑ corpora sua sepabunt̃: Nã impossibile ẽ ea corporũ spẽs esse: siquidẽ hęc quoq; primo illi a quo manãt similia sunt. Sin ãt̃ quę dicunt̃ partes in multis cõmunis illius potẽtiæ sint: primo quidẽ nõ erit ulterius unũquodq; totũ. Deinde quo nã modo processerunt inde diuisæ/illudq; relinquẽtes? Si.n. illud deserunt: constat alicubi reliquisse illud: ipsę interim alio procedentes. Item utrum adhuc sint hæ in illo potentiæ/quę hic in loco sensibili factę sunt/nec ne. Si enim ibi nõ sunt/absurdum est illud cõminui ĩfirmumq; euadere: priuatum uidelicet uiribus quas prius habuerat. Absurdũ impossibile rursũ uires esse a suis essẽtiis segregatas. At si & ĩ illo sũt & alibi/ aut totæ aut partes earũ hic erũt. Si partes/nimirum quæ ibi reliqua sunt/partes erũt. Sin uero totæ/uel eędem quæ sunt ibi/hic quoq; sunt nullo mõ diuisæ: atq; ita erit rursus ubiq; idẽ nullo mõ diuisũ: uel hę potentię sũt illud totũ singulatim multa iã factũ: quorũ quodlibet sit totũ: sũtq; uires eiusmõi inter se similes. Atq; ita & una cũ essentia qualibet/uis ipsa una solũ erit: ipsa uidelicet essentiam comitans. Reliquæ uero potentiæ tantum erũt. Tam & si impossibile est/uel essentiam esse absq; potentia/ uel sine essentia esse potentiam.

Potẽtia.n.illic ſubſtãtia eſt & eſſẽtia/uel maius aliqd q̃ eſſentia. Sinaũt aliæ quæ dã hic potẽtiæ ſunt tanq̃ minores & exiles quæ inde manãt/uelut ſi lumen ex lu mine fuſcũ ex claro depẽdeat: atq; eſſentiæ quędã potẽtiis eiuſmõi cõiunctę ſũt: ne forte potentia ſeorſũ ab eſſentia fiat. Profecto & ĩ eiuſmõi uinbus oĩo inter ſe cõformibus neceſſariũ eſt/uel eandẽ ubiq; ineſſe: uel ſi nõ ubiq; ſimpliciter/ſaltẽ paſſim eandẽ totã nõ diuiſã tanq̃ in uno quodam eodẽq; corpore. Si ãt hoc/cur nõ in toto inſup uniuerſo. Sin ãt cõtingat infinite q̃libet diuidi/nõ amplius ipſa tota cõſiſtet: ſed ptitione ĩpotentia quędã ꝓrſus euadet. Deinde cũ alia diuerſis partibus aliaq; uis inſit/ nulla ſentiẽdi mutua cõmunio relinqueť. Deniq; ſi quẽ admodũ alterius ſimulachrũ uelut & lumẽ debilius/ab eo unde fit ſegregatũ nõ eſt ãplius: atq; oĩo qcqd ab alio ita dependet/ut ſit eius imago/nequit abſq; illo cõſiſtere/merito neq; hę uires ab illo profectę ubi ſegreganť ab eo eſſe poſſunt. Quod ſi ita ſit/ubicunq; hę ſunt/ibidem ſimul & illud a quo gignũtur. Quãob rem ubiq; ſimul iterum erit illud totum nullo modo diuiſum.

MARSILIVS

Oĩs ĩtellectualis aĩa eſt expreſſa imago & uirtus quędã intellectus primi ꝑ eſſen tiam ĩmobilis/quoniã ab ĩmobili ſolũ exiſtit eſſentia Cap.X.

Similiter radii ſolis firmi ꝑſeuerarẽt: ſi ſol ipſe ꝑmãſerit: Vbiq; ſunt res/& uires quędã ita depẽdentes pęnitus a mente/uel aĩa prima: ſicut ſpecula ris imago. Vbiq; igiť mẽs prima ẽ ſimiliter/& aĩa prima. Tu uero hic & ſupra & ĩfra ſæpe ꝑ uerba Plotini notabis plures eſſe mentiũ aĩarumq; ſubſtãtiaſ ſemꝑ iter ſe diſtinctas: q̃uis inter eas unio ſit mirabilis.

PLOTINVS

Siquis ãt obiiciat nõ eſſe neceſſariũ/imaginẽ ab exẽplari cõtinue depẽdere: repiri.n.imaginẽ abſente exẽplo a quo imago extiterit. Itẽ abſente igne/ calorẽ in calefacto reſtare: primo quidẽ q̃tũ ad exẽplar & imaginẽ ꝑtinet/ reſpõdemus. Siq̃s imaginẽ a pictore factã induxerit: exẽplar ipſũ imaginẽ nõ fe ciſſe: Sed pictorẽ potius effeciſſe illã: neq; tamen ipſius imaginẽ: etiã ſi ſeipſũ pin gere qs optauerit. Nõ.n.corpus pictoris/ neq; forma quã pictura illic imitať pro prie pingit. Neq; pictorẽ: ſed talẽ quandã colorũ poſitionẽ exiſtimare debemus talẽ imaginẽ facere. Sed neq; ꝑprie hic ĩtroducta ẽ imaginis ſimilitudiniſq; effec tio. Qualis potius eſt ĩ aqua/ſpeculis/umbris. Vbi profecto ſimilitudo quędam priori ꝑprie ſubeſt/fitq; ab illo. Neq; põt cũ ide ꝑprie fiat ab illo ſeorſũ exiſtere. Hoc ãt mõ reuera debiliores quoq; uires a præſtantioribus ſupioribuſq; fieri rite prorſus exiſtimabũt. Proide ad illud quod de igne obiciebať/reſpõdemus: calo rem nõ eſſe ignis imaginẽ: niſi qs forte dixerit/ĩ calore quoq; ignem eſſe. Si.n.id affirmauerit/ita calorẽ ab igne nõ ſegregabit. Iã uero &ſi nõ ſubito/tamen paulo poſt calefactum corpus refrigeſcit: igne illinc abeunte. Cęterũ ſiqui dixerint has quoq; uires ab ĩtelligibili mũdo huic uniuerſo ĩfuſas extingui. Primo q̃dẽ unũ dũtaxat eſſe ĩmortale putabũt. Aĩas aũt & ĩtellectũ mortalia iudicabũt. Prętera quæ ex ĩmobili fiunt eſſentia/fluere nõ recte cõcedẽt. Quãq̃ ſicubi ſol ipſe figať lumẽ idẽ eiſdẽ locis infũdet. At ſiqs obiiciat nõ idẽ ꝑrſus ĩfundere/ex hoc ipſo ſibi ꝑſuadere facile poterit/corpus ſolis cõtinue fluere. Quod ãt quæ a mũdo ĩ telligibili fiunt morti non ſint obnoxia: aĩęq; & intellectus oĩs ſint ĩmortales/ali bi quoq; eſt ex pluribus confirmatum.

Aía noſtra tota totiſq; ſuis uiribus cuilibet mẽbro adeſt/q̃uis alia membra uires inde alias & magis minus ue accipiant. Similiter ad mundi partes anima mundi atq; mens diuina ſe habet.

## Cap. XI.

REs corporeæ iter ſe diſtãt ſæpe ꝑ exteriores terminos. Res uero ícorporeæ q̃uis ꝑ externos terminos inter ſe non diſtent: intimis tamẽ ꝓprietatibus diſcernunt̃. Sic ideę ab ideis in mente. Sciẽtię a ſciẽtiis í aía intellectuali. Mẽs ab aía. Mẽtes a mẽtibus. Aíę ab aís. Corpus quidẽ corpori non facile adeſt. Facile corpus aíæ. Facilius aía aíæ: Atq; mẽti facillime mentes. Facilior quidẽ eſt unio luminis ad lumẽ/q̃ luminis ad diaphanũ. Atq; facilior hæc/q̃ qualitatis ad qualitatẽ uel ad corpus: Rurſuſq; iſta facilior/q̃ corporũ inter ſe cõmertium.

PLOTINVS

CAeterũ ſi uniuerſũ ipſũ intelligibile ẽ ubiq; totũ: cur nõ & oía intelligibile totũ accipiũt? Itẽ qũo in ordine intelligibili hoc quidẽ primũ eſt: iſtud uero ſecundũ: & ſimiliter alia cõſequẽter. Sed ꝓfecto quæ ad capiendũ parationa ſũt/illi præſentiora cẽſent̃. Quin etiã iudicandũ eſt ens ipſũ ubiq; ꝑ naturã entis exiſtere/nuſq̃ ſibi ipſi deficiẽs. Præſens ãt illi fieri/qcqd põt eſſe præſẽs: & quatenus ualet/eatenus illi præſens eſſe/nõ loco: ſed quẽadmodũ ꝓſpicuum corpus lumini. Nam í corpore turbido uel opaco participationẽ fieri aliter arbitrandum. Præterea quãdo ibi prima/ſecũda/tertia diſponunt̃ non loci gradibus: ſed ordini/uirtuti/differentiis gradatim accõmodandum. Nihil. n. ꝓhibet ſimul eſſe quę differũt. Quẽadmodũ aíam/intellectũ/ſcientias oẽs/tũ maiores/tũ minores. Quoniã & circa pomũ idem/oculus quidẽ colorẽ uidet: olfatus ãt odoris ſentit ſuauitatẽ. Senſuſq; ſimiliter alius ibidẽ aliã qualitatẽ: ubi tamẽ cunctæ ſũt ſimul: neq; re ipſa inuicẽ ſeiungunt̃: Sed nõne igitur intelligibile illud uariũ ꝓrſus erit & multiplex? Profecto uariũ: ita tamen/ut ſit & ſimplex/unũq; multa. Rõ. n. eſt & una ſimul & plurima. Tũ uero omne ens eſt unũ. Nã & q ſit alterũ/ex ſeipſo habet: ipſaq; alteritas aliqd eſt ipſius. Nõ. n. eſt nõ entis/ipſũq; ens ita cõſiſtit/ut unũ inde nõ ſit diſiunctũ. Nẽpe ubicũq; eſt ens/ipſius quoq; unũ ſibi adeſt. Atq; unum ens rurſus í ſeipſo cõſiſtit. Fieri. n. põt/ ut quod aliqua rõne diſtinguit̃/ſimul tamen exiſtat & adſit. Aliter ãt ſenſibilia intelligibilibus pręſentia ſunt/quæcunq; ſunt præſentia/& quibus ꝓpinquant. Aliter rurſũ intelligibilia mutuo ſibi adſunt. Quoniã & aliter corpus ꝓpinquat aíę: aliter eidẽ aíę ſcientia hæret. Atq; ſcientia eſt ſcientiæ præſens/in eodem uidelicet utraq; ſimul exiſtens. Corpus ãt corpori præter hęc aliter appropinquat.

MARSILIVS

Sicut multæ aures eandẽ uocẽ audiunt nõ diuiſã: ſed totã ubiq; ſonantẽ: Sic multa paſſim corpora mũdi ab eadẽ mũdi aía ſimul ubiq; tota uitã accipiũt: & multa in nobis mẽbra uitã ſimiliter ab anima noſtra

## Cap. XII.

DIcere uero corpora mundi cũ primũ apta ſunt ſuſcipe uitale aliqd ex aía mundi nõ ꝓhibet hæc interim habere ꝓprias aías: qa & has accipiũt illa pręparatẽ: & aíę uiciſſim corpora illius uirtute uiuificant. Mundus uitę hic noíatus ſignificat congregationẽ cõmunionẽq; mutuã oíum ítellectuũ intellectualiũq; aíarũ. Aía quælibet ítellectualis ſemp ſecundũ totã ſubſtãtiã eius eſt/ & í mundo uitæ ſimul & í mũdo corporeo. Quãuis hic nõ cũctas ſui uires exerceat. Et quia ſẽp eſt ibi per hunc totum excellenter exiſtit. Et quoniam per eſſentiam hic extat ſimul/& ibi: ideo non hæc ad corpus: ſed corpus ad hanc uidetur

accedere quadam uidelicet ad illam accõmodatione & proprietate formabili.

PLOTINVS

Saepenumero uox p aerẽ ſonat oratioq; uoce cõprehẽdit. Auris ãt preſẽs accipit atq; ſẽtit: præſerri i regiõe trãqlla: ac ſi auris alia i alia regiõis eiuſdem p te adhibeat/accedet ad ipſã uox ſimiliter & oratio: imo uero auris ad ſermonẽ uocẽq; accedet. Oculi quoq; multi i idẽ ſpectaculũ dirigunt. Vnde uiſione oẽs iplent. Quãuis i ꝑprio quodam ſitu ſit illud ſpectaculũ collocatũ. Diuerſa uero ꝓceptio fit ibidẽ: qa hæc qdẽ auris ẽ: ille uero ẽ oculus. Simili quadam rõne qcqd põt accipe aiam accipit: & aliud rurſus atq; aliud accipit ab eo dẽ. Eſt ãt uox ubiq; p aerẽ una nõ diuiſa: ſed ubiq; tota. Quinetiã ſi aer tanq̃ patiẽs rei uidẽdę formã ſuſcipit/hẽt ſimiliter nõ diuiſã: Vbicunq;. n. adhibet uiſus/ibi accipit formã. Sed hoc qdẽ nõ oĩs admittit opinio. Ideo uero dictũ ſit: ut cõfirmet ab uno eodẽq; participationẽ in multis expleri. At i uoce manifeſtius eſt quod quęrimus/uidelicet i toto quodã aere/& qualibet eius ꝓteſpẽm eſſe totã. Nõ. n. quilibet audiret idẽ/ niſi ubiq; oratio expreſſa ꝓuocẽ tota prorſus exiſteret: atq; auditus oĩs totã ſimiliter hauriret. Proide ſi tota uox p aere mtotũ nõ ſic extendit/ut hęc quidẽ eius pars cũ hac parte aeris copulet: illa uero cũ alia ſimul diſtribuat: cur nã minus credendũ ſit aiam unã eſſe rebus cũctis infuſã quidem: neq; tamẽ una cũ extenſione rerũ extenſã/neq; cũ rerũ diuiſione diuiſã. Sed ubi cunq; adeſt/adeſſe totã/ eſſeq; i qualibet uniuerſi parte i partes minime diſtributã. Iã uero quãdo p corpora fundit/qũocunq; ꝓpinquet/ꝓportionalẽ quãdã habet cũ illa uoce ſimilitudinẽ/quæ iã ẽ expreſſa p aerẽ. Dũ autẽ extat ſup corpora ſimilitudinẽ quãdã uidet habere cũ uocãte quodã atq; ẽt uocaturo. Tam & ſi in ſinuata corpori/neq; ſic qdẽ deſinit uicẽ uocãtis habere. Qui ſane uocãs & uocẽ habet & tradit. Sed q̃tũ ad uocẽ ꝓtinet nõ idẽ eſt oĩo/cũ illis ad quæ declaranda nobis eſt introductũ: ſed nõ nihil ſimilitudinis hẽt. Quãtũ uero ſpectat ad aiam/utpote quod ẽ naturæ diuerſæ ſic accipiẽdũ eſt. Vt nõ ſit aliud qdẽ aię in corporibus: aliud uero potius i ſeipſo. Sed totũ & i ſe & i multis rurſus appareat. Atq; rurſus accedit aliud iterim ad aiam capiẽdã. Quod qdẽ ipſũ quoq; accipit ex occulto/quod certe in aliis etiam exiſtebat. Nõ. n. ſic prepata res eſt/ ut pars aiæ hic poſita ad hoc accederet. Sed hoc ipſũ quod accedere dicit/erat i uniuerſo: uidelicet i ſeipſo: atq; i ſeipſo exiſtit. Quãuis huc deſcendere uideat. Quo. n. mõ ueniret? Si igit nõ acceſſit/apparuit ãt nũc aĩa preſens: neq; ita preſẽs/ut participaturũ aliqd expectaret. Cõſtat nimirũ aiam i ſe exiſtẽtem/corpori quoq; adeſſe. Si ãt in ſe exiſtẽs/huic ẽ præſẽs/merito hoc acceſſit ad ipſã. Quod ſi ita ſit/ſequtur ut hoc cũ eſſet extra illud quod ſic exiſtit/ ad id ipſũ quod ita exiſtit acceſſerit: i ipſo uitę mũdo receptũ. Ipſe ãt uitę mũdus i ſe ipſo cõſiſtit: atq; ſic uniuerſus i ſemetipſo: ut nõ ſit i molẽ ſuã aliquã diſtributus. Neq;. n. illic ẽ moles. Iã uero & quod illuc ſe cõtulit/nõ in molẽ ſe aliquã cõtulit. Particeps igit ipſius euaſit/non partis quidẽ alicuius: ſed totius. Et ſi qd aliud ad mundũ aſcẽdat eiuſmõi/particeps ſimiliter totius euadet. Quãobrẽ ſi dicat ille in his eſſe ſimiliter totus/in quolibet uniuerſo cõſiſtit. Idẽ igit unuſq; numero ubiq; nõ diuiſus: ſed oĩo totus ẽ preſẽs

MARSILIVS

Quod in mũdo corporeo eſt extẽſio q̃titatis/id i mũdo uitę eſt poteſtatis exceſſus. Et quando ille dicit eſſe hic & ibi: nullã ibi localẽ conditionẽ ſuſpicari debemus. Sed quicquid ubicũq; eſt/totũ illũ mox iuenire præſentẽ

NAm per ídiuiduum illum uigorem quaſi glutinum omnia per ſe diſper
ſa perpetuo cõnectuntur: neq; uigor eiuſmodi cunctis impitans eſt par
uum quiddam/uel quaſi punctum. Nõ enĩ poſſideret ubiq; totum.

PLOTINVS

VNde nam igitur extẽſio prouenit/quæ ꝑ totum cælũ & aĩalia fit. Sed pro
fecto uitę mundus ille nõ eſt extẽſus. Senſus.n. quo freti/quæ hic dicun
tur/minime credimus/dicit nobis hic eſſe & ibi. Rõ uero dictat hoc ipſũ
quod dicĩ hic & ibi/nõ ſignificare naturã illã eſſe hic ibiq; extenſam. Sed qcqd
extenſũ eſt/ſublime illud participare: cũ tamen ipſũ in ſe nullã diſtantiã patiaĩ.
Siquid igiĩ participat aliquid/ cõſtat nõ participare ſeipſũ. Alioqn nõ particeps
quidem foret: ſed illud ipſum exiſteret. Oportet ergo corpus quod alicuius fit
particeps: nõ corporis effici particeps. Habet.n. naturã iã corporeã. Corpus itaq;
non corpus participabit. Neq; magnitudo igiĩ magnitudinẽ. Iam.n. habet. Neq;
uero ſiquid prius etiã magnũ/adiunctionem accipiat magnitudinis/participabit
ꝑpea magnitudinem. Non.n. bicubitum fit tricubitũ: ſed ſubiectum potius aliã
poſſidens quãtitatem: deinde ſuſcipit aliam. Alioquin ſic duo quidem ipſa tria
erunt. Si gitur quod diſperſum extenſumq; eſt in quãtitatis molem aliud quid
dam genus/uel oĩo aliud participat: oportet illud cuius euadit particeps/neq; di
ſperſum eſſe neq; extenſum: neq; omnino q̃tum aliquid eſſe: Quãobrem quod
ubiq; totum ipſum adeſſe debet/indiuiſum oportet adeſſe. Neq; ſic quidẽ impar
tibile uelut paruum. Sic.n. nihilominus erit & diuiſibile. Neq; cõgruet uniuerſo.
Neq; cum propinqua moles augetur/ idem ſe prorſus inſinuabit. Neq; ſic etiam
quaſi pũctum. Nõ enĩ punctum unũ eſt ipſa moles: ſed infinita in ea ſunt pũcta.
Quapp & hoc infinita erit puncta/ſiquid habeat puncti naturam: neq; continuũ
erit. Itaq; neq; ſic quidẽ cõgruet uniuerſo. Si igitur uniuerſa moles ipſũ habeat/
totum prorſus ꝑ omnes ſui partes habebit.

MARSILIVS

Præter unam primamq; mundi aĩam/oportet eſſe proprias aĩas & præſtantiores/
atq; deteriores non externis quibuſdam localibuſq; terminis: ſed ĩtimis proprie
tatibus inter ſe diſtinctas

Cap. XIIII.

HAs uero quaſi collegas una cũ mente regina ac duce mũdi aĩa cõſpirãtes
apellamus uitæ mundũ. Sũt aũt magis inuicẽ unitæ deſuꝑ ubi ꝑ intellec
tualẽ ꝑprietatẽ intelligibili mũdo. i. mẽti diuinę uelut cẽtro cũctæ ꝑrſus
incũbunt. Magis uero diſiunctę inuicem deinceps euadunt/ubi proprietatem ra
tionalem magis explicant. Atq; mox per uegetalem iam regnantem/ad generan
dũ aĩal ſe deflectũt. Ex mũdo uitę q totus una cũ oĩbus ſuis aĩs ſẽp ẽ ubiq;. Alia
corpora/alias atq; aliter uitas aĩaſq; ſuſcipiũt. Quẽadmodũ & ab aĩa mundi quo
tidie uaria corpora/& a qualibet aĩa ꝑpria ſimiliter differẽtia membra ũires/actio
neſq; alias aliterq; ꝑcipiunt.

PLOTINVS

VErum ſi eadem ubiq; uiget aĩa/quo nã mõ propria uniuſcuiuſq; aĩa eſt/
Et qũo hæc quidẽ bona eſt/illa uero mala ?/Forſan uero & unicuiq; ſuffi
cit/& aĩas oẽs habet/& intellectus oẽs. Eſt.n. ibi unũ ac etiã infinitum: &
oĩa ſimul: habetq; unũquodq; diſcretum. Ac rurſus nõ diſcretum ſeorſũ. Alioqn
qũo ineſſet & infinitũ? Aut ita licet dicere/naturã illã oĩa ſimul habere oẽm uitã/
oẽm animã/mentẽ ſimiliter oẽm. Vnũquodq; uero ipſorũ nullis terminis inter ſe

diſiungi. Atq; iccirco rurſus unũ exiſtere. Oportuit nãq; ſupernũ illud nõ unam duntaxat habere uitã: ſed infinitam: rurſusq; unã. Atq; unã ipſã ita unã: quoniã ſimul oẽs: ſimul inq̃ nõ congeſtas in unũ: ſed incipientes ab uno: atq; ibi unde inceperãt permanentes. Immo uero nec inceperũt: ſed ſemp ita ſe habuerũt. Nihil enim quod fiat eſt ibi: neq; quicq̃ ergo diuiſũ. Sed diuidi uideꝫ ex eo duntaxat quod accipiꝫ: quod autẽ illic exiſtit/id ipſum eſt/quod ex antiquo prorſuſq; ab initio. Quod uero fit/ꝓpinquat/cõtiguumq; uidetur euadere: & inde ꝓtinus dependere. Nos aũt quid? Qui nã ipſi ſumus? Nũquid illud? An ꝓpinquãs illi potius factumq; ĩ tẽpore. Sed ꝓfecto anteq̃ hæc generatio fieret/eramus illic boies alii exiſtentes/& alii quidã/& animę pureę/& intellectus uniuerſę connexus eſſentiæ. Exiſtentes nimirũ intelligibilis mũdi partes nõ ſegregatæ/neq; diſiunctę: ſed totius tunc exiſtentes. Nã neq; nũc etiã ſeiuncti ſumus. Sed nũc ad illũ boiem ac ceſſit homo alius eſſe uolens. Nosq; inueniens/nõ.n. extra uniuerſũ eramus/cir cũfudit ſeipſum nobis: illiq; ſe adhibuit homini/qui tũc erat unuſquiſq; noſtrũ. Perĩde ac ſi una quadam uoce orationeq; exiſtente alius aliunde accõmodãs aures audiat & accipiat: fiatq; ſecundũ actũ auditus quidã/habens uidelicet preſẽs ſibi illud quod agit in ipſũ. Factiq; ſumus ſimul ambo: neq; alterũ dũtaxat illud extitimus/quod prius eramus. Immo & alterum aliquãdo: quod deĩde ſubiũxi mus/torpente uidelicet illo priore/& alio quodam pacto nõ præſente.

MARSILIVS.

Si uniuerſus ille uitæ mũdus. i. aĩarum ĩtellectualiũ cętus una cũ prima mente & aĩa prima cõſpirans ſemp totus & indiuiduus eſt ubiq;: Sequiꝫ ut nec ille uſq̃ lo cali motu accedat ad corpora: ſed effectu quodã/ nec corpora ad illũ/niſi quadã preparatione formabili. Ferme ſicut ignis ad ꝓximũ ſulphur: uel lumẽ ad contiguum diaphanum atq; uiciſſim. Cap. XV.

CO rpora certis quibuſdam modis affecta ſuſcipiũt uitales ab aĩa mũdi ires. Noſtrũ igiꝫ ſic prius affectũ/& eiuſmõi uires illinc nactũ ulterius expoſitũ eſt mũdo uitę. Vt inde rõnalis aĩa magiſq; ꝓpria huic uitã quoq; ꝓpriã iam inſpiret: in qua ꝓturbationes exoriunꝫ/quę nec prius erant in aĩa rõnali/nec ad eam præcipue pertinent.

PLOTINVS

SEd quo nã mõ acceſſit/quod diciꝫ acceſſiſſe? Nẽpe cũ aptitudo eſſet ĩ eo/ merito illud accepit ad quod erat expoſitũ. Erat ãt ſic affectũ/ut acciper aĩam. Id uero fit ita/ut nõ ſuſcipiat oẽm/q̃uis. n. oĩs ſit præſẽs: nõ tamẽ ipſi ꝓprie oĩs. Quẽadmodũ & aĩalia cætera & plãtæ tantũ hẽnt q̃tum accipe poſſunt. Sicut præſente uoce orõnem ſignificãte: alia quidẽ prẽter uocis ſonũ oratio nem quoq; ꝓcipiunt: alia uero uocẽ pulſationẽq; duntaxat. Interea efficitur aĩal. Quod quidẽ animã habet ab ipſo ente ſibi preſentem: p quã ſane ad ens totum redigitur. Dum adeſt & corpus neq; uacuum quidem/neq; exps animæ. Quod certe & prius in loco iacebat anima non carente. Magisq; præterea uelut prope factum eſt præparatione quadam. Cum uero factum ſit corpus iam nõ ſolũ: ſed animatum corpus: & quadam quaſi uicinitate ueſtigio quodam animę fretum: ubi profecto non accipit animæ partem: ſed ab anima uis aliqua prouenit/quaſi calefactio quædam uel illuſtratio/in ipſo iam ſuboriꝫ cupiditatum & uoluptatũ dolorumq; genitura. Erat ãt corpus animalis iã factũ/nõ alienũ. Anima.n. ex ipſo

diuino quieta erat/naturæ ſuæ more/proq; habitu ꝓprio ī ſe ipſa cõſiſtẽs. Corpus autẽ ob debilitatem propriã perturbatũ tum ſponte fluitãs/ tum ictibus pulſatũ externis/ primũ in ipſum aĩalis cõmune perſtrepuit/perturbationẽq; ſuam tradu xit ī totũ: uelut quando ſenatu quodã quieta ſentẽtia cõſultãte atq; ſedente uul gus incertum tum fame cõcitum/tum aliis querelis ĩpulſum/cõtionem toram ꝓti nus interturbat. Quotiẽs.n.dum tales quietẽ agunt/ad illos ratio peruenit a pru dẽte/populus ordine certo diſponiť: & quod deterius ẽ ī urbe nõ ſupat: alioqn quod deterius ẽ/ꝓuincit. Tũc eo quod melius eſt uacante. Quippe cũ populus perturbatus rationẽ non potuerit a ſupiore ſuſcipere. Atq; hæc eſt ciuitatis & cõ tionis improbitas. Hæc iterum & prauitas hominis uidelicet ī ſe habẽtis/ popu lum uoluptatum/& libidinũ timorũq; ſuperãtium. Quãdo.s.tali cuidam popu lo hominis ſic affecti cõcedit. Alius uero in ſeruitutẽ redigit eiuſmodi turbam re fugitq; ad illum/qui fuerat olim: uiuitq; ſecũdum illum: atq; ille ipſe eſt: cõcedẽs interea corpori quæcunq; indulget tanq̃ alieno cuidam atq; diuerſo. Neq; deeſt & q tũ ſic qdẽ: tũ aliter uitã agat ex bono quodã ſui ipſius prauoq; cõmixtus.

MARSILIVS

Quando audimus aĩam noſtram deſcendere/uel aſcendere/ non debemus intel ligere proprie loca mutare: Sed deſcendere quidem.i.afflare uitam corpori: eiq; affici. Aſcendere uero cõtra.s.nec afflare/nec affici.

Cap.XVI.

HAnima noſtra per potentiã intellectualem ſemper eſt uniuerſum: per rõna lem uero & imaginalem atq; uegetalẽ aliquãdo eſt uniuerſum: aliquan do pars uniuerſi: quẽadmodum luna uel plena uel ſemiplena uiciſſim. Quãdo.n.nõdum ad particulare hoc corpus afficitur/circa uniuerſam mũdi for mam inſtar animæ mũdi rõne imaginationeq;/ & utcunq; poteſt/ſeminalium ui rium amplificatione ſe uerſat. Vbi anima noſtra actu quidem uniuerſalis eſt: po tentia uero particularis. Euadit aũt pars uniuerſi/quãdo ad corpus hoc uniuerſi partẽ affectu proprio ſe deflectit. Quo quidem in habitu particularis quidẽ eſt actu/uniuerſalis uero potentia. Proinde quãdo aĩa uniuerſalis euadit/non deſi nit eſſe particularis. Nam & proprietas hęc in ipſa habitus uniuerſitate deprehen ditur. Idolum animæ intellige uitale ſpiraculum animę circa corpus. Quod in nobis eſt geminum. Alterum quidem ab aĩa noſtra: alterum ab anima mũdi. No ſtrum quidem ab aĩa noſtra ſepari non poteſt: ſed ab effectu uacare. Mũdanum uero ab anima noſtra ſegregari poteſt.

PLOTINVS

UErum ſi illa natura fieri mala non poteſt/atq; hic eſt modus/quo anima uenit in corpus & adeſt: quęritur deinceps/quis nã deſcenſus ſit/rurſũq; aſcẽſus certis temporũ curriculis reſtitutus. Quæ nã ſint iudicia iuſtaq; ſupplicia animarũ. Quæ deniq; infuſiones in corpora aĩalium reliquorum? Hæc enim ab antiquis optime de anima philoſophatis accepimus. Et profecto conan dum eſt preſentem ſermonem aut illis cõſonum demõſtrare/ aut certe non diſſo num. Quoniã igitur iã conſtitit hoc ipſũ quod dicitur naturæ illius participare: non eſſe quidem ad hæc illã deſcendere a ſe diſcedentem: Sed potius naturam hanc in illa fieri/participemq; illius euadere. Quod uidelicet illi uenire animam nũcupant. Idq; ſane aſſeuerandum ẽ eſſe naturam corporis ibi fieri: participemq; uitę animæq; euadere. Atq; omnino hoc ipſum uenire non eſt ſecundum locum

accipiendū: ſed aliter: quæcunq; cōmunionis eiuſmōi cōditio ſit. Quāobrē deſcē dere quidē dicendū eſt: aīam inſinuari corpori: quēadmodū infundi illā corpori diximus. Id autem eſt huic ex ſe aliquid tradere. Ita tamē ut aīa corporis nō eua dat. Abire aūt a corpore/id eſſe uidelicet corpus illius nihil participare. Exiſtimā dum eſt p̄ęterea ordinem cōmunionis eiuſmodi partibus uniuerſi huius exiſte re. Ipſam uero aīam uelut ī extremo intelligibilis loci gradu poſitam frequenter ex ſe aliquid elargiri: utpote quę p̄ potentiam eſt p̄pinqua ī breuioribuſq; iter uallis. Ideoq; naturæ eiuſmodi lege tribuere. Eiuſmodi uero coniugiū eſſe malū: diuortium uero bonū. Sed cur nam? Quia & ſi aīa non erat p̄prie huius: attamē quando huius fieri qūocunq; dicitur ex uniuerſo quodāmodo particularis eua dit. Actus.n. eius nō amplius eſt ad totū/q̄uis ſit ipſa totius. Quēadmodum in illo accidit/qui cū ſcientiā habeat totam/ ſecūdū quandā notionē eius ſolū agit. Bonum uero ſcientis ipſius erat/non p̄ aliquam eius ſciētiæ partē: ſed p̄ totā quā poſſidet agere. Iam uero aīa ipſa cum mūdi intelligibilis totius exiſteret: atq; in toto partem abſconderet/quandoq; ex uniuerſo prorupit in partē. Quippe cum illud ī quod ſeipſam egit pars exiſteret. Quēadmodum ſi ignis potēs cōburere totum/paruū quiddā adurere compellat̄: q̄uis uim poſſideat oēm. Vnaquęq;.n. aīa/quando hinc eſt p̄nitus ſegregata/non proprie duntaxat eſt unaquæq;. Sed quādo ſecernit̄ non loco/ſed actu: fitq; aliquid ſingulare: ipſa tūc portio quædā eſt/nō amplius uniuerſa: quanq̄ & alio quodam pacto/uelut uniuerſa conſiſtit. Quādo uero nulli p̄prie præſidet prorſus eſt uniuerſa. Quippe quæ tunc poten tia quadā pars eſſe ſit iudicanda. Proinde q; tradūt aīam ad inferos p̄ficiſci/ſi in ferorum nomen uelint occultū quiddam ſignificare/apud inferos p̄ficiſci/ nihil aliud eſt q̄ eſſe ſeorſum. Sin autē hoc nomine locum quendam deſignēt deterio rem: quid mirum? Quādoqdē & nūc ubi corpus noſtrū eſt/& quo ī loco/ibidem eſſe anima fertur. Verum quādo iam nō extat corpus/quid nā eſt eſſe aīam apud inferos? Forſan uero ſi aīæ ſimulachrum nō p̄rſus euellatur/cur non ibi eſſe aīam cogitemus/ubi eſt animæ ſimulachrū? Sin āt philoſophia ſoluat oīo/ſimulachrū in locum deteriorē abit ſolum. Ipſa uero anima pure admodū in mūdo intelligi bili uiuit: nihilo tūc ex ipſa excepto/ſiue foras educto. Atq; ita quidē ſe habeat/ quod ex tali quodam efficitur ſimulachrum. Sed cū ipſa uelut ī ſe refulget/nutu quodam ad illa quę hinc ſunt aliena/tunc ad totum iam contrahitur: neq; exiſtit actu: neq; etiam interit. Sed de his quidem hęc dicta ſufficiant. Propoſitam uero ab initio diſputationem iterum reſūmamus.

## LIBER QVINTVS SEXTAE ENNEADIS

### Quod ens unum idemq; exiſtens ſimul ſit ubiq; totum

MARSILIVS

Naturale iudicium quod falli nō poteſt/declarat unum Deum eſſe ubiq; totum. Item naturalis oīum appetitus ad unum bonū reuocans oīa/teſtatur uniuerſam entium naturam pendere ex uno ſimpliciter bono: atq; per ipſum unionem mu tuam poſſidere.

Cap. Primum

PRIMVM uero ſuſceptaculum ipſius unius boni eſt ipſum ens primum. Quod quidem una cum ipſo unum ſimul totum eſt ubiq;.

PLOTINVS

UNVM Quiddam idemq; numero eſſe ſimul ubiq; totum: cõmunis indicat mentis humanæ cõceptio. Quando omnes naturali quodã inſtinctu clamant in uno quoq; noſtrum eſſe Deum/ adeo ut unus in omnibus idemq; ſit Deus. Ac ſiquis huius pręſentiæ modum ab eis minime ſciſcitetur: neq; contẽdat opinionẽ illam ratione diſcutere: ita proculdubio cõfirmabunt. idq; excogitatione propria machinati pẽnitus conquieſcent. Qua quidem in re in unum idemq; pari ſtudio annituntur: neq; ullo pacto uellent ab hac unione diuelli. Iam uero prĩcipium eiuſmodi omniũ eſt firmiſſimũ. Quod animæ noſtrę naturali ſpiritu ſonãt. Quod inq̃ non ex ſingulis eſt concluſum: ſed ante omnia diſpoſita ſingulatim nobis uenit in mẽtem: atq; ante principiũ illud/quo traditur/omnia bonũ appetere: Sic enim principium hoc uerũ eſt: ſi omnia ad unũ naturaliter properẽt: unũq; quodãmodo ſint: atq; unum ipſum extet: ad ipſumq; appetitio dirigatur. Siquidem unum hoc procedens in partem alteram/ quatenus poſſibile eſt procedere: nimirũ multa & apparere poteſt & quodãmodo unũ eſſe. Antiqua uero prĩcipalisq; natura & appetitio boni/quod quidem exiſtit ſui/in unum reuera perducit. Atq; in hoc ad ſeipſã ſtudet uniuerſa natura. Hoc enĩ huic uni naturæ bonũ eſt: uidelicet ſui ipſius exiſtere: ipſamq; eſſe: hoc aũt eſt eſſe unam. Sic uero & bonum recte admodum dicitur proprium atq; domeſticum. Quamobrem non extra quęrendũ eſt. Sane ubi nam eẽt/qui extra ens hinc uel illinc exciderit? Aut quo nam modo in non ente reperiat ipſum. Sed certe in ipſo ente quærẽdum eſt: neq; ita ut ſit ipſũ non ens. Si autem ens illud eſt atq; ĩ ente: certe in ſeipſo eſt in quolibet. Non igitur ab ente diſtamus: ſed ſumus in ipſo. Neq; rurſus diſtat illud a nobis. Vnum ergo ſunt entia omnia.

MARSILIVS.

Mundus ſenſibilis tribus præcipue modis eſt diſperſus. Extenſione/diuiſioneq; locali. Item ſucceſſione temporali. Rurſum mutua qualitatum cõtrarietate. Mundus uero ĩtelligibilis ideſt prima idearum plenitudo nullam admittit eiuſmodi diuiſionem. Similiter neq; mundus uitæ ideſt animarũ intellectualiũ cętus cum prima mente eiuſq; ideis mirabiliter copulatus

Cap. II.

UErum ne pp unionẽ hic & ſupra & infra a Plotino frequẽtius celebratã/ſuſpiceris nec mẽtes/nec aĩas eſſe numero plures/attẽde quod dicã. Hic. n. dicit unũ eſſe entia oĩa: quæ conſtat nõ eſſe unũ indiuiduali eſſẽtiæ unitate: Sed ex eo dicit unũ eſſe/quia ſunt ab uno/& ad unũ unitate quadã naturalis deſiderii cõfluunt. Item quia oĩa ſepata/quæ apellat entia/ſunt ĩ ſe inuicẽ nullis locorum terminis ꝓhibẽtibus. Item ꝙa inferiora ĩter gradus entium prĩcipuã actionem ſuã pagũt ſub forma & actu ſupiorũ. Similiter ĩtelligit de unione aĩarũ rationalium cũ aĩa uniuerſa. Item ĩ libro de numeris. d. entia oĩa unũ eſſe/nõ unum ut unitas numeralis/ſed ut numerus unus. i. millenarius. Sic ergo ſignificat/quãdo d. oẽs aĩas unũ. Deniq; de mũdo uitæ mirabiliter unito cogitãdũ eſt nõ p rõnẽ ex mũdo corporeo argumẽtantem/ſed per intellectum maxime in nobis unitum

exordientem ab ipſa rei ſubſtantia. Quicquid enim in illo mundo eſt/ſubſtantia le eſt iudicãdum.

PLOTINVS.

CVm uero rõnis diſputationiſq; humanæ conditio quæ quod hic propoſi tum eſt diſcutiendũ aggrediẽ/non unum aliquid proprie ſit: ſed diuiſum quiddã: atq; ad ipſam inquiſitiõem corporũ naturã accipiat: unde & prin cipia ſummit: nimirũ rem ipſam diuidit: eſſentiam eiuſmodi eſſe iudicans: ac de ipſius unitate diffidit. Quippe cũ non ex propriis principiis eius inueſtigationẽ exordiaẽ. Nobis aũt ad ipſam de uno oĩoq; ente diſputatiõem propria ad fidẽ compandam aſſummenda principia ſunt. Hoc aũt eſt intelligibilium intelligibi lia quoq; prĩcipia/uereq; eſſentiæ prorſus annexa. Hoc igiẽ uniuerſum quale ſit imprimis conſiderandũ. Eſt profecto in tranſlatione perpetua poſitum: modiſq; oibus permutaẽ: perq; omne loci ſpatium diſtribuiẽ. Ideoq; nõ eſſentia q̃dem/ ſed generatio potius apellandũ. Ipſum uero ens ſemp eſt ĩdiuiſum: eodẽ mõ & ſecundũ eadem ſe pẽnitus habẽs: neq; oriens neq; occidẽs/nullum ſuſceptaculũ/ nullum locũ/nullam ſedẽ habẽs: Nõ egrediens alicunde: nõ ingrediens rurſus in aliud: ſed permanẽs in ſeipſo. Quamobrem quando de natura corporea diſpu tat aliquis/merito ex hac ipſa natura & ex illis quẽ huic proprie tribuuntur argu mentabitur p̃ conuenientia ualde cõuenienter/ argumẽtationes cõtexens conue nientes. Viciſſim uero quãdo aliquis de re intelligibili diſputat/ſi eſſẽtiẽ qua de agiẽ naturã acceperit/prĩcipia diſputatiõis inde rite admodũ fabricauit: Nõ præ uaricãs q̃dẽ clã ĩ naturam alterã/quaſi inſtituti ipſius oblitus: ſed ex ipſa potius de ipſa p̃rſus excogitãs. Vbiq; profecto hoc ipſum quod diciẽ/quod quid eſt/ p̃cipuũ iudicaẽ intelligẽdi & diſputãdi principium. Hinc igiẽ dici ſolet/eis qui recte aliquid definierint/multa iam accidentium eſſe perſpecta: In his itaq; rebus quarũ totũ ubiq; in eo ipſo quod quid eſt/cõſiſtit/multo magis huic eſt ĩnitẽdũ: Ad hoc ſpectãdum: Ad hoc oĩa referenda.

MARSILIVS.

Mundus intelligibilis ac etiam mũdus uitæ ſi nullam in ſe diuiſionem admittit pertinẽtem ad locũ/tempus/cõtrarietatem: nec ab ullo ſubiecto locoq; dependet/ merito totus ſemp̃ eſt ubiq;. Cap. III.

TOtus corporeus mũdus mũdo uitæ ubiq; neceſſario indiget: ubiq; igiẽ il lo potiẽ/ Sed ut ille huic ubiq; adſit/nõ cogiẽ rarefieri/aut diuidi: quæ cor poris paſſiones ſunt. Adeſt ergo unicuiq; totus ferme ſicut uita uel lumẽ Neq; cogitãdus eſt a re ulla quaſi localiter ſegregatus. Iam enim in locum angu ſtum redigeretur.

PLOTINVS.

SI igitur hoc ipſũ intelligibile uere ens exiſtit: eodem modo ſe ſemp̃ habet Nunquam a ſeipſo diſcedit: nulla circa ipſum generatio cadit: nullo clau ditur loco/neceſſariũ eſt ipſum/ita ſe habẽs/ſemp̃ habitare ſecũ/ nuſquã a ſeipſo diſtare. Nõ aliud ipſius quidẽ hic eſſe/aliud aũt ibi. Non aliq̃d ſui ex ipſo profluere. Alioquin ĩ alio iam & alio foret: ac prorſus ĩ aliquo/nec amplius in ſe ipſo: nec a paſſione ſecurum. Patereẽ enĩ/ſi iaceret in alio. Sin aũt in nõ patiẽte na tura cõſiſtit/nõ quieſcit in alio. Si ergo a ſeipſo nõ diſtãs/nõ diuiſum/nõ modo aliquo p̃mutatũ: ſit ſimul ĩ multis/profecto unum totũ ſimul ipſum met exiſtẽs/

atq; idem ſibimet ubiq; admittet hoc ipſum/quod ī multis exiſtere dicit̃. Hoc ãt perinde eſt/ac ſi dicat̃ in ſeipſo exiſtẽs/rurſus ī ſeipſo nõ eſſe. Reliquum eſt igit̃ ut dicamus ẽe quidẽ illud ī nullo: ſed alia illius pricipia fore: quæcũq; illi ualeãt propinquare: & quatenus idem ualeant. Neceſſarium eſt igit̃/aut ſuppoſitiões illas eaq; pricipia tollere/nullãq; talem naturã prorſus admittere: aut certe ſi hoc eſt ipoſſibile/extatq; neceſſario natura talis atq; eſſẽtia/oĩo cõcedere quod nobis eſt a pricipio poſitum: unum. s. idemq; numero: nõ diuiſum: ſed totum prorſus exiſtẽs/a nullo reliquorum/quæ ſũt pr̃eter ipſum/eſſe remotũ. Neq; tamẽ ad hoc ut oĩbus adſit diffundi paſſim ullo modo cogi. Neq; rurſus ita dũtaxat adeſſe: ut portiões ab eo aliquæ profluant. Neq; iterum ex eo q̃ ipſum quidem ī ſe maneat totum: aliud uero quippiam ab eo factũ/deſerat ipſũ: atq; ita paſſim progrediatur ī alia. Alioquin ita certe ipſum quidẽ foret alibi: quod item fit ab eo/alibi quoq; foret. Atq; ipſum cum iam a ſuis effectibus ſit diſcretũ/locũ iam propriũ poſſidebit. Licet rurſus circa illa quæ ab eo manãt/hũc ī modũ argumẽtari. Aut quodlibet eorum totũ ipſum exiſtit/aut pars quẽdã ſolum. Ac ſi pars/non ſeruabit totius naturã: quod eſt utiq; dictũ. Sin aũt eſt unũquodq; totum/aut quodlibet in partes totidem partiemur: in quot & illud in quo manet/atq; ita iam eſt diuiſum. Aut certe idem ubiq; totum eſſe iam poſſe fatebimur. Hæc itaq; ratio ex ipſa re ipſaq; eſſentia deducta eſt: nec alieni quicquã admittit: nec ex diuerſa natura aliquid accipit.

MARSILIVS.

Cõmunis oĩum ſentẽtia/atq; ipſa ratio dictat unũquẽq; Deorum ubiq; ſimul exiſtere. Sed ut Deus uniuerſum ſimul obſideat locum/non cogitur rarefieri/aut diuidi: alioquin corporeus foret/& debilitaretur/& interiret. Eſt igitur idem ubiq; totus.

Cap. IIII.

ANullius Dei uirtus defectũ patit̃. Nuſq̃ ergo deficit. Igit̃ eſt ubiq; Deus. Naturalis uirtus quo excellẽtior eſt/eo prouinciã obſidet ampliorẽ. Vniuſcuiuſq; Dei uirtus eminẽtior eſt/q̃ excellẽtiſſima naturę uirtus. Primi Dei uirtus eſt imẽſa. Deniq; quicquid poſt Deum ſequit̃/abſq; Dei præſentia moueri & conſeruari nõ poteſt.

PLOTINVS.

COntemplare/ſi placet/& hũc Deum: quem nos nõ hic quidem ẽe/ibi uero nõ eſſe dicimus/ſed pariter ubiq; fatemur. Conſtat ſane apud oẽs de Diis aliquid cogitãtes/nõ hunc tantũ Deum: uerum etiam Deos oẽs ubiq; eſſe pręſentes: ipſaq; rõ ita ẽe cõcludit. Si igit̃ eſt ubiq; Deus/fieri nequit/ut ſit ubiq; diuiſus. Alioquin non ipſe foret ubiq;: ſed unaquęq; pars eius ita diſponeret̃: ut hęc quidẽ hoc ī loco/illa uero eſſet in illo. Atqui & ipſe non amplius eſſet unus: quemadmodũ ſi magnitudo quædã diuideret̃ in multa. Sic enī diſſipareť: neq; partes oẽs alterius totum illud exiſterẽt. Accedit ad hęc/q̃ Deus ita ſe habens/foret & corpus. At ſi hæc fieri nequeũt/rurſus quod incredibile uidebat̃/compertum habemus: in uniuerſa uidelicet humana natura/exiſtimãre. s. Deũ eſſe ſimul ubiq;: unde conſtat unum aliquid indiuiſum ubiq; ſimul eſſe totũ. Rurſus ſi naturam illam infinitã eſſe dicimus/neq; enī definitã eſſe cõcederemus: cur nam potiſſimum ifinitam? niſi q̃a nuſq̃ deficit. Quod ſi deficit/nuſq̃ nimirum unicuiq; cõſtat adeſſe. Si enī adeſſe nõ poſſet/deficeret utiq;/foretq; aliquid/ubi ipſa non

eſſet. Iam uero & ſi dicamus aliud quiddam extare poſt unum: rurſus oportet ſi mul eſſe cū ipſo: & quod eſt poſt ipſum/circa illud uerſari: & ī illud anniti: eſſeq; illius progeniē illi cōnexam: adeo ut quod participat eius quod eſt poſt ipſum/ illius quoq; ſit particeps. Proinde cum ī mūdo intelligibili multa ſint: graduq; illic prima/& ſecūda/& tertia: oīaq; ſequentia uelut ad unius ſperæ centrum ſint ſimul affixa: neq; interuallis ullis īter ſe ſeparent̄/ſed ibi cūcta ſint ſimul/merito ubicunq; tertia ſunt/ibidem & ſecunda/& prima pariter adſunt: ſed rem hāc dein ceps planius explicemus.

## MARSILIVS. Cap. V.

SAepe accipit ꝑ mūdo ītelligibili primū ens & intellectū: cui uelut cōumni centro inſunt ideę rerum/uelut propria quędā cētra. Sępe etiam illum acci pit ꝑ eo qđ dixi: ſed adiūgēdo illis ideis ut cētris formas īmateriales inde pendētes/ut lineas: quæ ut annectunt̄ ibi ſunt unum: ut producuntur inde/ſūt multa. Et totus hic cumulus eſt mūdus ītelligibilis/magis unum q̄ cumulus for marū materialiū materię uni annexarū: qui dicit̄ mundus ſenſibilis. Sed intelligi bilis ille magis eſt unū: quia īmateriales formę propius & firmius affigunt̄ ideis ſuis/& ꝑ ideas intellectui q̄ formæ materiales incohationibus ſuis/& ꝑ eas mate rię. Item ꝙa ille mūdus eſt unum unitate ſummę formę: hic uero eſt unū unitate materię infimę. Item quia hic unionē impedit localis diſtātia partium repugnan tia qualitatum. Tota tranſmutatio temporalis. Ibi uero hæc impedimēta nō ſūt. Item mundus intelligibilis compat̄ ſperæ ampliſſimæ: ſub cuius ambitu cōtinen tur ambitus: & ad cuius cētrum rediguntur centra formarum īmaterialiū/quaſi ſpe rarum ſic cōtētarū ī prima forma/ſicut ſphęrę minores ī ampliori ſphęra eiuſmo di unio nō prohibet eſſentiarū diſtinctiones: ſicut nec unio formarū in materia: nec annexio linearum centris & cētro/nec collectio ſphęrarum ī ſphęra.

## PLOTINVS.

QVod dici ſæpe numero ſolet/ſicut lineæ multæ ex uno quodā centro con nexę procedūt/ſimiliter intelligibilia ex uno fonte procedere: intelligētiā progenitę illic multitudinis cōmode ſtudet afferre. Operępretiū uero eſt hoc ipſum ſeruantes imprimis: oīa uidelicet quæ illic multa gigni dicunt̄/ſimul exiſtere: ſubdere rurſus/& in circulo quidem licere lineas in ſe nō oīo diſtinctas/ tanq̄ diſtinctas accipe. Vnum nāq; eſt planū. Vbi aūt neq; ſecundū unū quidem planū/eſt aliquod interuallum/ſed indiſtātes oīo uires atq; eſſentiæ: haud ab re oīa ī centrorum modū excogitantur ī unum quodam cētro ſibi inuicem coniun ctorum. Vbi profecto lineę quidem ipſę dimittunt̄: ſeruentur aūt dūtaxat termi ni linearū centro cōtigui: ubi etiam cuncta ſunt unum. Rurſus aūt ſi lineas pun ctis adiunxeris/illę quidem e centris propriis ſuſpēdent̄: quæ ſingulę reliquerūt. Erit aūt nihilominus unūquodq; cētrum/ab uno primo cētro minime ſeparatū: ita tamē/ut dum ſimul cum illo ſūt/ſint etiam interea ſingula: atq; totidem quot & lineę: quibus ipſa id cōceſſerant/ut termini illarum exiſterēt. Quapp quot ibi lineas mediū ipſum attingit/totidem eſſe pūcta uident̄. Vnum uero illa apparet ſimul oīa eſſe. Si igit̄ multis centris ſimilia eſſe intelligibilia oīa fateamur: centris inq̄ in unum centrū redactis pęnitusq; coniunctis: apparētibus uero multa ꝑ li neas: quæ quidē lineę centra nō generēt: ſed oſtendāt: profecto lineę impreſentia

nobis cõferent ad oſtendendã aliquã in ſe proportionem ad illa quę attingens natura intelligibilis: propterea multa/& ubiq; uideť adeſſe.

MARSILIVS.

Si cõſideres í prima mẽte ideas cũctas atq; ſingulas/mox in q̃libet idea agnoſces totã plenitudinem idearũ: eius tamen ideę diſtincta ꝓprietate ſeruata. Item intellectualis quidẽ aĩa ſi plura uiciſſim formet corpora/una eſt in multis. Sed penes mundũ intelligibilẽ/multa potius í uno ſũt/uel circa unum

Cap. VI.

PLOTINVS.

INtelligibilia ꝓfecto/cũ entia multa ſint/ſunt ſimul & unum. Rurſus cum unũ ſint/interea ob infinitam naturam ſunt & multa: Tum uero multa in uno & í multis unum/& omnia ſimul. Atqui agunt omnia illic ad totum una cum toto: Agunt ad partem rurſus cum ipſo toto. Admittit uero pars in ſe ipſa actionem primam tanquam partis. Cõſequitur uero deinde totum. Quemadmodum ſi ipſe homo in hominem quendam ueniẽs/homo quidam euadat/exiſtens rurſus & homo. Homo quidẽ qui eſt in materia/ab uno hoíe qui poſt ideam extat/hoíes eoſdem reddidit multos: atq; eſt unũ idem ſic í multis. Quia unũ aliq̃d idem more ſigilli eſt in multis impreſſum. Ipſe uero homo & ipſum ꝓ ſe unũquodq;/& totum ipſum uniuerſum nõ ſic eſt in multis: ſed í eo ſũt multa. Immo uero ſũt circa ipſum. Aliter enĩ albedo eſt ubiq;: Aliter aĩa uniuſcuiuſq; eſt in qualibet parte corporis eadem. Sic itaq; & ens ipſum ubique eſſe eſt iudicandum.

MARSILIVS.

Anima noſtra intelligit plenitudinem idearum. s. cõuerſa ad ĩtellectum ſuũ: neq; tamẽ illic ꝓ idearum imagines. Ergo ipſa per ĩtellectũ eſt uniuerſum. Atq; ita in uniuerſali rerum forma oẽs aĩę ſunt quodãmo unũ: quanuis ſua quadã ſingulæ proprietate diſtinctæ. Quatenus autem ab ĩtellectu digrediuntur inter ſe diſiunguntur.

Cap. VII.

PLotinus í his duobus libris nõ intẽdit ꝓbare q̃ nõ poſſit eſſe niſi una aĩa: ſed q̃ una aĩa poſſit eſſe ubiq; non obſtãte magnitudine uel multitudine corporũ. Et q̃ nõ oportet í diuerſis mũdi partibus aĩas multas ponere: q̃a una cõis nõ ſufficiat ubiq; eſſe & regere. Quod ſi ponũtur multæ/ꝓ aliam rationem ponũtur q̃ ꝓ illius unius inſufficientiam: & hę multę ſũt unum cum illa. s. unione ſpatii. Item quia agũt ſub cõi uirtute illius. Item quia ad cõem redigunt aĩę ideam. Item quia quęlibet aĩa eſt omnia í ſe rerum ſemina: ſicut aĩa mundi/& quãdo í ſe cõuertitur/ explicat ſe í oĩa/& adęquatur illi: & cũ illa ęque gubernat: & cum mẽte cõi ęque cõtemplatur oĩa: Talisq; fit unio/qualis í luminibus oĩum ſtellarum í lumine Solis. Vbi oĩa ſunt ubiq;/oĩa ęque habẽt uires ad cũcta regenda. Sed cętera agunt in uirtute Solis. Item exemplum eſt in quinq; ſẽſibus: Qui unum ſunt/primo quia ab uno cõi ſenſu/& ad unum. Secũdo quia í retractione a corpore quilibet eorum ſentit í cõi ſenſu. Tertio fingamus uiſum í ſenſu cõi ſentire nõ modo uiſibilia: ſed mox etiam cętera ſenſibilia. Similiter auditum ſentire primo ſua/deinceps alia. Sic & alios. Tũc quilibet eſſet unum tum cum aliis: tum cum cõi: & tamẽ adhuc eẽnt diſtincti: tum q̃a quilibet poteſt ſe reflectere ad propria ſicut prius: tum quia licet quilibet fundat ſe per oĩa: tamẽ a proprio quodã exorditur: ac tãdem redit in idem. Scito Plotinũ poſt hos libros & poſt librum

Vtrum omnes aīę ſint una aīa/cōpoſuiſſe tres libros de dubiis aīę: ubi manifeſte oſtēdit numerum aīarum.

PLOTINVS.

Tempe & noſtrum ad ens ipſum reducitur. Quo & nos ipſi reducimur. Ad illud aſcēdimus. Ab illo exiſtimus ab initio. Intelligimus illa/nō per illo rum imagines. Nō per figuras ullas/quas habeamus. Sin aūt intelligimus quidem illa: neq; tamē per imagines uel figuras: ſequitur ut illa ītelligamus ipſi exiſtētes illa. Si ergo ſumus ſcientię ueræ ptcipes/illa ſumus. Nō accipiētes qdē in nobis ea: ſed nos potius exiſtētes ī illis. Cum uero nō ſolum nos illa ſimus: uerum etiam alia ſint & illa: nimirum oēs illa ſumus. Simul igīt una cum oībus exiſtētes illa ſumus. Oīa itaq; unū ſumus. Cum uero foras prōſpiciamus: neq; illuc/unde ſuſpēdimur/aciem dirigamus: merito nos eſſe unum nequaq̄ aīaduer timus. Perinde ac ſi multi uultus ī orbē uno quodam uertice ſiue intima unaq; radice cōnecterentur. Siquis autē ad intima reflecti poſſet/ſiue ſuaptenatura/ſiue reflectēte Minerua/ ſeipſum iam eſſe Deū uniuerſumq; cōſpiceret. Inſpiceret inq̄ ſe primo quidē nō tāquam pęnitus uniuerſum. Sed deinde nō habēs ubi potiſſi mum ſiſtēs gradum determinet ſemetipſum: & quouſq; ſit ipſe definiat: nimirū mox prætermitteret/ſeipſum circūſcribere: atq; ab ente uniuerſo ſecernere. Itaq; ad uniuerſum ipſum undiq; pęnitus peruenīret. Ita tamen ut nuſquā ꝓcederet. Sed permaneret ibidem: ubi conſiſtit & totum.

MARSILIVS.

Mens diuina per ſuas ideas ī materiam agit/nō extrinſecus more artis humanæ: ſed intrinſecus modo artificioſę naturę: nec eſt ſeiuncta ſecundū locū a materia. Alioquin loco proprio deputabitur: nec mixta materię. Alioquin minime domi nabitur.

Cap. VIII.

Vbiq; uero eſt idea ignis/ubiq; ignem genitura. Nō diuiſa: ne pereat. Nō ex tenſa: ne corporea fiat. Non multiplicata numero: ne fiat innumerabilis. Vna ſufficit: una eſt ubiq; tota.

PLOTINVS.

Arbitror equidē/quiſquis cōſideraūerit/qua cōditione materia quodāmo do ſpēs accipit/facilius quod impręſentia dicīt/cōceſſurum: neq; ulterius uel tāquam impoſſibile negaturū: uel rurſus quicquā dubitaturū. Proba bile nanq; neceſſariumq; exiſtimo/non ita diſponi naturam: ut ſpecies quidem hinc ſeorſum poſitæ ſint: materia uero illinc locata ſeorſum: atq; deſuper alicūde illuſtratio quędam ueniat ī materiam. Verendū eſt enim/ne hoc forte ſit dictu ri diculum. Nempe qd nam foret/in his hoc ipſum quod dicīt ꝓcul atq; ſeorſum? Præterea nō ne tum explicatu difficile/tum ambiguitatis plenū foret? Quod de participationis cōditione modo tetigimus? Sed id quidē ſiquādo dicatur/ facile promptęq; nimiū ſit adductū: quippe cum ad huius notitiā perueniat exemplis. Verum ſiquādo nos illuſtrationē quādā in medium introducimus: nō ita dictū uolumus: ſicut ī rebus ſenſui manifeſtis remota quędam a remotis illuminari ui demus. Sed quoniā quę ī materia ſunt/imagines quędā ſūt: ipſæ uero ſpēs exem plarium primorum obtinēt ordinem/hæc ab illis emicare uidētur: nosq; ī his illu ſtrationis nomine utimur: ꝓpea q illuſtrator cum illuſtrato minime cōmiſcetur. Oportet uero nūc loquētes exactius/hęc nō ita diſponere: ut ſpecies ipſa hinc ſit

loco ſeorſum: deinde uelut in aqua/ſic in materia ideę fulgor inſpiciat. Sed materiam exiſtimādū eſt undiq; ideam uelut attingere: rurſusq; nequaq̄ attingere. Atq; ita ſecundū ſe totā a ſpecie reportare nō nihil: conferente ad id propinquitate: quatenus accipere poteſt nullo prorſus interueniente medio: Neq; rurſus ita ut idea per totam diſcurrat materiā / ſiue ſuperferatur: ſed potius ī ſeipſa permaneat. Si enī ipſa ignis idea in materia minime iacet/ materiā uero nūc ſubiectam elemētis accipiamus/ipſe profecto ignis idealis materiam ſuperans/nec inhęrens ipſe materię/formā ignis per totā ignitam materiam exhibebit. Supponatur aūt ignem primū materialē/molē multā protinus eſſe factū. Eadem præterea ratio cęteris congruit elemētis. Si igitur ipſe ignis idealis ī omnibus prorſus inſpicitur/ imaginē ſui prębens: Neq; ſic quidē prębet quaſi loco ſeiunctus/qualis illumination eſt oculis manifeſta. Alioquin iam eēt alicubi uniuerſus hic ignis corā ſenſu/ ſi modo ipſe totus multæ ſit ptes: certe quaſdā ſui prębet imagines: dum ipſius idea cōſiſtit non circūſcripta loco: ſed ipſe loca generat ex ſeipſo. Alioquin oporteret ipſum/ſi mō multiplex ſecundū ptes eſſet factus/a ſe diffugere: ut ita foret multus: ſępiusq; particeps eiuſdem fieret. Iam uero idea ipſa cū ſecari nō poſſit/ nihil ſui ipſius materiæ prębuit. Neq; tamē quāuis unum ſit/ extitit impotens ad illud quod nō eſt in ipſius unitate formandū. Neq; etiam compulſa eſt adeſſe ſic uniuerſo/ut alia quidem ſui parte/ partem hāc uniuerſi: alia uero partē formaret illam: ſed potius ſe tota quodlibet atq; totum. Ridiculū nāq; foret/ multas iccirco ideas ignis inferre: ut unuſquisq; ignis a ſua quadā idea/ hic quidem ab illa: ille uero formet ab alia. Sic.n. ideę inumerabiles eſſent. Prętерea quo nam pacto quæ fiunt/cōmode partieris: ſiquidem ignis unus ſit/atq; continuus? Tum uero ſi huic materię ignem alium adiungamus/amplificātes illum: profecto ſecūdum illam quoq; materiæ portionē/concedendum eſt/eandem prorſus ideam/eadem effeciſſe. Neq; enī aliam illic ideam fore quis dixerit.

## MARSILIVS.

Vna mundi machina & fabricata eſt ab una mente/ & uegetatur ab una aīa/tota ſimul ubiq; pręſente

## Cap. VIIII.

Sicut intra unam ſphęram multæ ſunt/& unitæ cum ea pariter/ & diſtinctæ: ſic penes unā aīam/aię multæ. Anima mūdi nec ut punctū eſt indiuidua: ſed eminentius: ideo nō habet certum ī dimēſione ſitū: Nec rurſus unū eſt ex multis: ſed unitas ī ſe explicans multitudinē: ideo tota pōt multis & partibus & corporibus ſimul adeſſe. Nec eſt ab ullo diſiuncta ſecundum locum. Cum ipſa rebus eiuſmodi ſit eminētior/& quātitatem procreet atq; locum. Deniq; cum nō ſubſtineat ab ipſa mundi machina: ſed eam ipſa ſubſtineat/ merito uiget ubiq; tota. Similiterq; intellectus mūdi faber.

## PLOTINVS.

Proinde ſi rōne aliquis oīa elemēta iam facta in unam circularem figuram ducit: certe nō eſt dicendū auctores multos ſperam efficere: ita ut alius alibi diſtributus ſit ad partem efficiendā: Sed unam eſſe fabricę cauſam ſe tota perficiētem: neq; parte ſui alia aliud fabricātem. Alioquin multi rurſus effectores forēt: niſi in unum indiuiſibile totā fabricā referas: īmo uero niſi unū imparti bile ſit ſperæ totius effector. Neq; tamē ita ut auctor ipſe diffundat ī ſperam: ſed tota ſpera ſuſpēſa pęnitus hęreat auctori. Vita igit̄ una ſperā habet eādem. Atq;

ſpera in una uita locatur. Itaq; & omnia quæ ſunt in ſpera / in uitam rediguntur unam. Ideoq; & oēs aīę una quodāmodo ſunt. Vna uero ſic eſt aīa/ut turſus ſit infinita. Quamobrem nōnulli aīam numerū eſſe dixerūt. Alii uero numerū ipſū tradiderūt naturam aīę augere. Ita forſan excogitantes: quia uidelicet nuſquam aīa deſit: Sed p oīa extet/interea hoc ipſum quod eſt exiſtēs. Iam uero ſi maior adhuc foret mūdus/nuſquā aīę uis ipſa deficeret: quo minus p oīa rurſus propagaretur. Neq; tamē p oīa curreret. Immo uero uniuerſum hoc ī uniuerſa aīa foret. Tum uero hoc ipſū quod diximus augere/non ſic accipiendū eſt/ ut uerbo profertur: ſed quoniam aīa & ſi unum eſt/nuſquā tamē deeſt uniuerſo. Ipſum nāq; quod eius eſt unum/nō tale eſt/ut quātum ſit/metiri liceat. Hæc enī cōditio alterius eſt naturæ: quæ falſo ſibi uendicat ipſum unum: & participatione quadam dūtaxat aſſequīt̄/ut appareat unum. Quod aūt ueritate quadam eſt unum/tale prorſus exiſtit/ut nō ſit unū ex multis accumulatū: ne forte quodā inde ſublato totū illud unū intereat. Tale rurſus/ut nullis aliunde terminis ſeparet̄: ne adhibitis ei quādoq; cæteris/uel minus euadat/ubi ſint illa maiora: uel cupiens dilatari per oīa diſſipet̄: Atq; ita nō totum oībus adſit/ſed per partes proprie ſuas illorū partibus appropinquet. Itaq; (ſicut dici ſolet) ubi nam gentium ſit/prorſus ignoret. Quippe cum ī unā cōtinuationem cōſpirationēq; ꝓuenire nō poſſit. Vtpote quod eſt a ſeipſo diuulſum. Si hoc igit̄ reuera ipſum ſibi unum uēdicat/de quo ſane tanquā de eſſētia unum liceat prędicare: oportet ipſum uideri quodāmodo oppoſitam ſibi naturā. i. multitudinem ſua quadā potentia cōtinere. Neq; ab externis hāc multitudinem mutuari. Sed penes ſeipſum/atq; ex ſeipſo/eſſeq; reuera unum: atq; in ipſo uno habere hoc ipſum/ut ſit infinitū atq; multitudo. Cum uero eiuſmōi ſit/neceſſarium eſt/ubiq; totū eſſe/unam ī ſe rōnem exiſtentē: item ſe comprehendētem: ipſumq; comprehēſorem/ipſum met exiſtere: adeo ut comprehendēs ipſum nullo modo diſtet ab ipſo: ſed in ipſo exiſtat ubiq;: ubicunq; ſit ipſum: quod quidē a nullo eſt limitibus loci diſiunctū: neq; certe ſic ipſum eſt alterius loco diſiuncti. Siquidē ipſum eſt ante oīa quę ſunt ī loco. Neq; iis ipſum indiget: ſed hæc illo potius egēt: ut fundent̄ in eo. Vbi uero hæc in eo fundata ſunt/illud nequaquā e propria ſede diſcedit: quæ ſane nihil aliud eſt q̄ in ſeipſo ſedere. Si enī moueat̄ ipſa/protinus illa perdunt̄· Quippe cū eorū ſublatum ſit fundamentū: cui quidem ea ſiſtenti prius initebant̄. Atq nec ipſum eſt adeo demens/ut a ſeipſo diſcedēs diſſolutionis diſcrimē aliquādo ſubeat: & cū in ſeipſo pęnitus conſerueat̄/temere tamen infido ſe cōmittat loco/q proculdubio illo potius indiget/quo ſerueat̄.

MARSILIVS.

Hæc tria rerum principia ſūt ubiq;. Ipſum bonū. Item diuinus ītellectus/qui ipſa pulchritudo eſt. Rurſus uita mūdi. Hæc occultis tractibus ad ſe oīa rapiunt/colliguntq; ī unum appetētia bonū & pulchritudinē atq; uitam Cap. X.

SVperna bonitas/intelligētia/uita/eadem adeſt ubiq; tota/ſufficitq; cūctis: quoniā addicta nulli pmanet ī ſeipſa. Prętera ſicut oculi multi uno Solis lumine paſſim toto fruunt̄/ſic oēs ītellectuales aīę uno ītelligentię primæ lumine potiunt̄/& ubiq; præſente/& nuſquā diuiſo. In quo & cunctę ſūt unum. Vno ſimiliter bono cuncta ueſcunt̄ abſente nuſquā. Vna quinetiā uita ubiq; uigente ſpirāt. Vnio uero rerū in mūdo corporeo diſtātię diſcordięq; pleno nulla

foret:niſi ſupernus ille mundus & habitatores eius unionem mirabilem poſſide rent. Quos quidem habitatores ſecundū eſſentias interim iter ſe differre i hoc ca pite & i multis aperit.

PLOTINVS.

PErmanet igit illud i ſeipſo ſapientia pollēs. Neq; aliis unquā hęret. Reliq; uero ex eo cōtinue pendēt: utpote quæ ubi illud ſit/ipſo inueniāt deſide rio. Atq; hic eſt ille amor:quo pleriq; affecti ad amatę rei fores pernoctare ferunt:amor inq; extrinſecus ſemp aſſiſtēs/pulchrūq; deſiderās/ſatisq; ſibi factū exiſtimās/ſi modo quoad pōt aliquādo potiat. Nā & ſupni illius amator/ipſam quidem nō accipit pulchritudinē:ſed quadā propinquitate participat. Illa uero i ſeipſa cōſiſtit:multiq; unius ſunt amatores. Amātes totum/& quādo habēt pro uiribus totū habētes: Totum enī ipſum eſt quod amat. Quid nam igit ꝓhibet quo minus illud ſufficiat oībus:dum permanet i ſeipſo?Quādoquidem ob hoc ipſum oībus ſatisfacit:quoniam permanet: & ꝓpea pulchrum eſt:quoniā oībus totum adeſt. Iam uero & ipſa intelligentia tota oībus adeſt. Quapp cōis intelli gentia eſt. Neq; hæc quidem intelligētia hic proprie:illa uero illic exiſtit. Ridicu lum nāq; aliquid erit/ſi loco quodā indigeat. Neq; profecto ſic paſſim ſe habet intelligentia/ſicut albedo. Nō enī corporis officium eſt intelligere. Verum ſi mo do intelligentiæ reuera participes ſumus/in unum aliquid atq; idem ſecum ipſo totū ſimul exiſtens neceſſario cōſpiramus. Neq; ſic inde accipimus/ ut portiones quaſdam illius percipiamus:neq; rurſus ita/ut totum ego habeam/ & tu habeas totum:diuiſum alterutrum ab alterutro. Id quidem cōtiones cętusq; inueſtigan tium imitant. Tanquā in unam cōcurrāt itelligentiam/& unuſquisq; ſeorſum ſit ad ſapiētiam impotēs. Cum uero i ipſo cętu ueraq; ad intelligēdum copula oēs coniiciunt/cōferūtq; i unum/intelligētiam generāt/ & inueniūt. Quid enī prohi bere pōt/quo minus intellectus ab alio atq; alio ſit i eodem?Sed ꝓfecto quanuis intelligētes alii ad idem nobiſcum cōgrediant/nō tamē ſimul cōgredi nobis ap parent. Perinde ac ſiquis rem eandem digitis ſimul multis attingēs/aliud iterum atq; aliud ſe opinet attingere. Aut ſi eandem cordam i lyra quiſpiam pulſet/ſe il lam pulſare nō uidēs. Quanquā cōſiderādū nobis erat:quemadmodū bonū ani mabus attingimus. Nō.n. aliud ego bonū attingo:aliud aūt ipſe:ſed idem. Neq; rurſus ſic attingimus idem:ut inde i me quidē aliud/ i te uero aliud affluat:adeo ut illud alicubi ſuperne ſit ſitum:munera uero eius ad hęc noſtra deſcendāt. Sed oportet largitorem ipſum accipientibus prorſus adeſſe. Vt reuera illinc accipiāt: & qui largitur/nō alienis/ſed ſuis elargiat. Intellectualis nāq; largitio nō more tranſmiſſionis cuiuſdam nuntii ue peragit. Quādoquidem & corporibus ipſis inter ſe loco diſtātibus munus ſæpe ꝓſimile aliis ſimul aliisq; tribuit. Traditioq; & effectio fert in idem. Quinetiam uniuerſi corpus agit/ac patit in ſeipſo. Neq; quicquā ab externis accedit ad ipſum. Si igit in corpus ipſum nihil extrinſecus incidit/quod tamen ſuaptenatura quaſi ſeipſum fugit/in re certe ipſa nullam di ſtantiam patiente:quo nam modo externū aliquid habet locum? Quamobrem exiſtentes i eodem/bonum ipſum & uidemus/& tangimus:exiſtētes inq; ſimul/ illudq; noſtris itelligibilibus attigentes. Et profecto mūdus illic multo magis q; hic eſt unus. Alioquin duo mūdi ſenſibiles erūt/diuiſi ſimiliter. Ipſaq; itelligibi lis ſphęra ſēſibilis erit:ſi modo nō aliter atq; hęc noſtra ſit unū. Quapp admodū

unitate prestabit: Aut certe ridiculosior erit. Siquidē necessitate quadā huic sphę rę moles cōsentanea sit/illa uero extensione nō indigēs/sese ꝑtēdat/& a seipsa di scedat. Deniq; quid nam illic impedimenti est/quo minus i unum cuncta cōspi rent. Nō enī alterū ibi quasi nō concedens locū/repellit alterum. Quemadmodū neq; qui doctrinā cōtemplationemq; uniuersam cōspiciunt: & oīo scientias oēs i aīa minime coarctatas. Siquis aūt obiiciat unionē hāc nō posse i essentiis fieri/ respōdebo equidem/tūc demum fieri minime posse: si modo essentię uere moles extiterint.

MARSILIVS.

Mens diuina sicut ꝑ indiuiduā æternitatem/quæ temporis causa est/totum tem pus adęquat/& superat: ita per indiuisibilem essentiam uirtutemq; ifinitam totū spatium obtinet/& excedit: ipsa uidelicet spatium & quæ sūt i eo ubiq; procreās & cōseruans. Cap. XI.

Sicut. n. se habet totū tempus ad indiuiduū illius statum: sic tota dimensio ad excellentem substantiæ indiuisibilis potestatem. Est enī & ibi tum per seuerantię tum uirtutis īmensitas: & hic imago quędam muneris utriusq;.

PLOTINVS.

Caeterum quo nam modo quod nullam i se dimensionem habet per uni uersum corpus attingit tāta magnitudine prędituꝫ? Cur ue nō disperg̃ propagatione eiusmodi? Cum unū idemq; ꝑ oīa porrigaꝫ? Quod quidē sæpe in dubium iam adduximus propensius affectantes dubitationi quandoq; finem imponere. Demonstratum est igit̃ sępe/iam sic se habere. Sed operępreti est etiam persuasiones afferre: quanquā nō minimū/imo uero plurimū ad persua sionem cōtulit illa ipsa natura/qualis uidelicet sit ostensa: Similiterq; cōferre uide tur/si cogitemus eam nō esse uelut ingens saxum alicubi situ: atq; ubi situm est/ quātum est/tantūdē occupās: neq; potēs eosdem limites pertransire. Quippe cū mensurā certam habeat quātitatis/mensurā etiam habeat potestatis i natura lapi dea circūscriptę. Immo uero cū illa sit prima natura/neq; mensurata/neq; determi nata quanta debeat esse: hac enī natura potius altera mēsuraꝫ/nimirum uniuersa potestas existit nullo modo tanta uel tanta. Quamobrem neq; etiam est in tem pore: Sed extra omne tempus existit/dum uidelicet tempus quidē per interualla cōtinue spargit̃. Aeternitas aūt in seipsa eodem habitu permanet/ cōtinetq;/& su perat: ampliorq; existit tēpore per potentiā sempiternā: quāuis hoc ipsum in plu rima uideaꝫ excrescere. Veluti si linea quædam ꝑ īmensum procedere uideatur. Verūtamen semp redigaꝫ ad signum/circaq; ipsum currat. Et quocūq; currit/in ea signum cōspiciatur. Quod quidem minime currat: sed illa potius circa ipsum se undiq; uoluat. Si ergo tempus ad illud quod i eodem permanet in essentia ana logicam quandā proportiōem habet: Est aūt illa natura nō solum ob ipsam sem piternitatem: sed etiā ꝓ excessum potentiæ infinita: oportet sane ad hāc quoq; uirtutis infinitatē cōsequēter reddere naturā quandā e cōtra & ęque currentem: Quæ quidem econtra pariter eleueꝫ: pēdeatq; ex illa: dum uis altera secūdū tem pus ęque percurrit una cum uirtute manente. Et profecto uirtus illa ꝓpea est am plior: quoniā efficit ut ad amplitudinē suam prouiribus uniuersum amplificeꝫ. Quæ nam igit̃ hæc est? Quæ naturę huius est ꝓticeps/quoad ꝓticeps esse potest. Dum profecto natura hæc adest ubiq; tota: neq; tamē in quolibet tota perspiciꝫ

infirmitate ſubiecti. Adeſt aũt illud pẽnitus uniuerſo:nõ quemadmodum mate rialis triangulus idem quodãmodo in multis numero plura/ſed quemadmodũ imaterialis ipſe triangulus:a quo qui ĩ materia ſũt/dependẽt. Sed cur materialis triangulus nõ eſt ubiq;:ſiquidẽ imaterialis ubiq; uiget? Quoniam uidelicet non omnis materia particeps eſt effecta: ſed & aliud quiddam habet:neq;.n. omnis accõmodatur ad omne. Quandoquidem neq; oĩs illa prima ad omne ſe ſtatim adhibuit. Sed ĩprimis ad genera prima:deinde ꝑ hæc ad reliqua. Verũtamẽ natu ra ſuperior ꝙque aderat uniuerſo.

MARSILIVS.

Vita ĩ mũdo duplex.s .intellectualis & aĩalis:Eſt & ab omni mole pẽnitus expẽ dita/& uigore uitali/efficaciaq; ĩfinita. Ideo cũctas machinæ mũdanæ partes ipſa tota impartibilis pariter obtinet/atq; uegetat Cap. XII.

ANima quoq; tua quãuis ꝑ uires inferiores tuo corpori ſit addicta/ tamẽ ꝑ intellectum eſt uniuerſum:ꝑ rõnem uero media. Quãdo igiẽ ratio & ſe & uires inferiores cõuertit ad ĩtellectum/totus aĩus tuus fit uniuerſum. Tũc de uita illa uniuerſi ubiq; regnante non diffidis:quoniã & ipſe ferme ſimiliter es ubiq;. Vbiq; ſũt & Dii oẽs/aĩarum ciuitatũq; rectores/ad primũ oĩa dirigentes.

PLOTINVS.

SEd qũo adeſt?Profecto tanquã uita una. Vita enĩ in aĩali nõ uſq; ad certũ quiddã dũtaxat extendiẽ:ultra quod per totũ progredi nequeat. Immo ſe fũdit ꝑ uniuerſum. Siquis aũt quẽrat iterum/quo nã modo meminiſſe debet uim ipſam uitę nõ eſſe proprie tãtam. Immo ſi cogitatiõe partiaẽ in infini tum/ſemper occurrit uis eadem funditus infinita. Nõ enĩ ipſa uita ĩ ſe materiam habet:cuius cauſa una cũ magnitudine molis in paruum rurſusq; paruum lapſa deficiat. Si igitur infinitatem ĩ ea perpetuo uigentem accipias/naturam indefeſ ſam prorſusq; inuictam/ nec ullo modo/nec uſquam in ſeipſa deficientem/tanq̃ uita prorſus exuberantem:putas ne quoquã intuen te poſſe/uel ad aliquid men tem affigere:ubi nõ reperias eam? Cõtra uero tibi cõtinget. Nõ enĩ tu procedens trãſgredieris:neq; rurſus ĩ paruo quodã ſiſtes gradũ. Quaſi nõ habeat illa quod tribuat ultra:ꝑpea ꝙ gradatim per parua deficiat. At ſi concurrere ualeas:ĩmo ue ro ſi in uniuerſo cõſiſtẽs/nihil ultra requiras/ita demum illius ubiq; præſentiam conſequeris. Alioquin ſi id nequeas/aut renuas/in aliud quiddam protinus exci des:ac præſens decides/& id quidem nequaq̃ aduertẽs: ꝑpea ꝙ alio proſpicias. Verum ſi nihil ultra quęſiueris/quo nam pacto ſic affectus euades? Profecto ex eo ꝙ acceſſeris uniuerſo:neq; in eius parte reſtiteris:adeo ut neq; tu quidẽ dicas: eqdem tãtus ſum dũtaxat. Nẽpe ubi hoc ipſum quod tantũ ꝑprie dicit̃ prorſus obmiſeris/factus es uniuerſus. Tam&ſi prius quoq; uniuerſus eras. Sed quoniã aliud inſup aliqd tibi prẽter & poſt uniuerſum aderat/minor adiũctione eiuſmo di euaſiſti. Nõ enim ex uniuerſo tibi erat adiunctio. Nam nihil illi unq̃ adiunxe ris:ſed ex nõ uniuerſo potius erat. Iam uero quicũq; fit aliqs:isq; fit ex nõ ente/ iam eſt minime uniuerſus. Sed tũc reuera uniuerſus exiſtit: quãdo nõ ens oĩo di miſerit. Tũc itaq; teipſũ auges/quãdo dimittis alia. Tũc & uniuerſum tibi adeſt/ cętera dimittenti. Dum uero es una cum cęteris/illud tibi minime fulget. Sed.n. quãdo fulget/nõ accedit/ut adſit. Immo uero tu inde diſceſſeras/quando nõ ade rat. Quod ſi diſceſſeras/nõ ab illo quidem:illud nãq; paſſim adeſt. Sed neq; eũ

alio quoquã abiſti. Sed dum etiam eſſes præſens/te ad contraria diuertiſti. Eadẽ ratione cæteri quoq; Dii ſępe cum multis ſint ęque prędentes/uni tamẽ apparẽt. Quoniam ille ſolus omniũ ſuſpicere poteſt. Sed hi quidem Dii prorſus omnigeni prędentes ubiq; ciuitates ad meliora conuertũt. Ciuitates autem in ſupernum illum deniq; cõuertuntur. In illum tota tellus. In illum deniq; cęlum: ubiq; penes ipſum & in ipſo perſeuerantia. Ex illo quinetiã quæ uere ſunt entia ens ipſũ habent: uſq; ad aĩam atq; uitam illi prorſus annexa. Atqui & ipſum quod ens modo dicebam/penes magnitudinem infinitam conſpirat in unum.

## LIBER SEXTVS ENNEADIS SEXTAE DE NVMERIS.

### MARSILIVS.

Si unũ ipſũ bonũq; idem eſt/merito multitudo quo lõgius diſcedit ab uno atq; unione/eo fit deterior. Igit̃ ſi fingat̃ multitudo uel ĩfinita/ uel qũolibet unitatis expers/erit ipſum malum

Cap. Primum

MAXIME Vnita ſecũ ipſa ẽ ſpẽs quęlibet ſepata & idea cuiuſq;. Quoniã eſſẽtia ſimplex & indiuidua ẽ. Minus unita ſecũ ipſa ſpẽs naturalis per corporis partes extẽſa/etiã q̃diu cõtinuitatẽ ſuã ſeruat. Ergo minus bonũ. Minimũ unitatis hẽt multitudo diſcreta cõtingẽs diſſolutiõe continui. Ergo malũ. Quod uero nullã unionẽ ſeruare fingit̃/apellat̃ maxime malũ.

### PLOTINVS.

QVAERENDVM Videt̃ imprimis nũquid multitudo ſit diſceſſus diſtãtiaq; ab uno: ideoq; ĩfinitas ipſa extremus ſit ab unitate diſceſſus: ꝓpea ꝙ hęc ſit ĩnumerabilis multitudo: atq; ob hoc ipſum infinitas malũ ſit: noſq; mali ſimus: quãdo multitudo ſumus. Tũc. n. quodlibet multũ fit/quãdo nõ potens penes idẽ in ſeipſo manere/ diffundit̃/& extendit̃ iam diſperſũ. Et quãdo ĩ ipſa diffuſiõe ꝓrſus uno priuat̃/ fit multitudo. Vbi deeſt quod partẽ aliã cũ alia uniat. Sin aũt adſit quidã cõciliator/tunc quod fuſũ eſt/ꝓmanẽdo fit magnitudo. Sed quid nã eſt ĩ magnitudine mali? Profecto ſi perſentiret/ pateret ĩ ea malum. Sentiret enim res illa ſe a ſeipſa iam procul abiiſſe. Vnũquodq; ſane nõ aliud expetit/ſed ſeipſum. Progreſſus ãt ad externa factus uel uanus eſt uel certe coactus. Præcipue uero eſt unũquodq;/ nõ quãdo fit multum/aut magnum: ſed quãdo ſui ipſius exiſtit: ſui uero ipſius eſt/quãdo ſolũ ſibimet annuit. Quod autẽ appetit ſic fieri magnum/ignorat ꝙd reuera ſit magnum: feſtinatq; quo nõ expedit: ſed extra prorumpit. Ad ſe autem uergere/eſt intus aſſidue permanere: teſtatur id præcipue quod efficitur magnitudine. Si enim extra protrahitur: adeo ut unaquæq; partium ipſius exiſtat: Singulę quidem partes erunt: ſed non ipſum proprie/quod ab initio. Sin uero ipſum/ oportet partes omnes ad unum uerti: adeo ut illud exiſtat/quando quoquomodo unum eſt/non quando magnum. Quamobrẽ propter ipſam magnitudinem/ & quãtum eſt in ea/a ſeipſo diſperditur. Quatenus ãt habet unũ: habet quoq; ſe ipſum. Verũtamen uniuerſum magnum eſt & pulchrũ. Sed iccirco pulchrum eſt: quoniã nõ eſt ꝓmiſſum ad infinitatẽ prorſus effugere. Sed ẽ unitate cõprehẽſũ. Iam uero pulchrum eſt nõ magnitudine quidem ipſa: ſed potius pulchritudine. Atqui iccirco indiguit pulchritudine quia factũ eſt magnũ. Quãdoquidẽ ſi hoc

foret ab ipſa pulchritudine deſtitutū/quatenus magnū ē/ eatenus apparuiſſet & turpe. Atq; ita hoc ipſum magnū/pulchritudinis materia eſt:quoniā multum eſt quod īdiget ornamēto. Itaq; quod magnū eſt/ſi a pulchritudine ſecernaꝫ:magis eſt inornatum magiſq; turpe.

MARSILIVS

Si fingatur multitudo infinita/non erit proprie numerus. Numerus.n. entium in mundo incorporeo definitus eſt:atq; inde in mundo corporeo terminatus:neq; animus numerās facit/auget ue numeros reuera/q̄uis fingat. Sed ī eo ſūt utrinq; naturaliter terminati. Cap.II.

PLOTINVS

QVid nam igitur dicendum eſt de illo qui īfinitatis dicitur numerus? Sed prius quęrēdū eſt/qūo ſit numerus/ſi īfinitus extiterit. Neq;.n. quæ ſub iecta ſunt ſenſibus/ſunt īfinita. Quapp neq; qui ī eis eſt numerus/eſt infinitus/Atqui neq; qui numerat/īfinitatē ipſā enumerat:Sed q̄uis dupla & tripla & deīceps ſimiliter multiplicia cōputet/hæc certe definit. Ac ſi ad futurū aut præteritū multiplicationem ſūmat/hęc quoq; interea definire uideaꝫ. Nunq̄d ergo dicendum eſt:numerū quidē nō eſſe quidem ſimpliciter īfinitū:ſed ita dūtaxat/ut ſubīde ſemp liceat adhibere. Sed profecto nō eſt ī numerante generādorū auctoritas numerorum. Sed iam determinati erāt numeri:ac prorſus extabāt:Iam uero in mundo intelligibili ſicut entia determinata ſunt/ ſic & definitus eſt numerus numero entium deſignatus. Nos autem ſicut hominem multa quędam facimus adhibētes ei ſæpe & pulchrum & cętera generis eiuſdem. Ita ſimul cum quolibet ſimulachro/numeri quoq; concipimus ſimulachrum. Et quēadmodū urbē quandā multiplicamus nō exiſtētē: ſic ferme numeros deīceps multiplicare ſolemus. Ac ſi tēpora numeremus:his uidelicet numeris quos habemus/eos ipſos ad tempora iam traducimus:dum tamen ī nobis numeri permanent.

MARSILIVS.

Mundus ītelligibilis quoniam ab ipſa unitate proceſſit in multitudinem idearū non eſt ipſum bonum/neq; inꝫ eſt ibi multitudo malum/quoniam ſuperatur ab uno. Eſt enim idearum omnium cōmunis una idiuiduaq; natura. Atq; idea quælibet eſt unita cunctis Cap.III.

INfinitas ipſa nullum actu proprium habet eſſe: alioquin computata eſſet in genere entium/ibiq; deſignata. Igitur definita: Quare nec actu iam eſſet infinitas. Verūtamen latet īfinitudo ſub termino ſemper aliquid terminā te. Igiꝫ ſi quando formas omnes quaſi terminos atq; fines e medio tollas/quod reliquum fingitur/infinitudo uocatur. Si hanc apprehēdis/iam terminas. Sin terminas/nō apprehendis īfinitatem. Deniq; ſi per omnia oppoſitorum genera pro arbitrio curras/neutrū oppoſitorū ſeorſū dedicabis īfinitati. Alioqn mox eā tibi finieris. Rurſūq; alterutrū oppoſitorū in ea poteris p negationē alterius apellare

PLOTINVS

SEd infinitum hoc qnomodo extitit:cum ſit infinitum? Quod enim extitit atq; eſt/ numero iam eſt comprehenſum. Verum prius eſt indagandum ſi multitudo reuera in uerorum entium ordine collocatur:quomō multitudo ſit malum. At uero multitudo illic eſt unita. Neq; permittitur ī multitudinem prorſus euadere. Quippe cum ibi multitudo ſit ne unū. Atqui ob hoc

ipſum id ab uno degenerat/eiq; ſuccũbit/quoniam multitudinem habet: & quantum ad unum ſpectat/labitur ī deterius. Cumq; naturam illius nõ habeat: ſed excideritinde/merito ſubit defectum. Sed unius ipſius uirtute penes ipſum habet aliquid honorãdum. Nempe multitudo cõuerſa eſt ad unum/ atq; cõſtitit. Ipſa uero infinitas quo nam modo illic eſſe poteſt? Si enim habet eſſe/iam eſt in ordine entium definita: aut certe niſi fuerit definita/ nõ eſt in genere entium collocãda: Sed forſan ī eorum ordine quæ fiunt/computanda uidebitur: ſicut accidit & in tempore. Forte etiam & ſi definitur/ob hoc ipſum eſt etiam infinita. Nõ enim terminus: ſed infinitum determinatur: neq; aliud quicquam medium iter infinitum terminumq; locatur: quod naturam termini ſubeat. Hoc utiq; infinitum fũgit quidem ipſum ideam termini. Sed comprehẽditur extrinſecus circumuentũ. Fugit autem nõ in alium ex alio locum. Neq; enī locum habet ullum: Sed quando comprehenſum eſt/ tunc primum iam locus extitit. Quãobrem nõ eſt putandum/motiõem quę infinitati inter loquẽdum tribuitur/eſſe localem. Neq; aliam quandam earũ quę nominari ſolent/ex ſe illi contingere. Itaq; mouetur nunquã Sed neq; rurſum ꝑmanet. Vbi enī maneat? Cum hoc ipſum quod dicitur ubi/poſterius oriatur? Videtur autẽ iccirco infinitati motus attribui/quoniam non conſiſtit. Num igiẽ ita ſe habet/ut in eodem ſit alte ſuſpẽſa/ſeq; uolutãs? An potius & attollaẽ illuc/& hucuſq; ſe iactet? Nullo modo. Hęc.n. ambo ad eundem iudicantur locũ. Tum quod attolliẽ/non declinãs quo ad eundẽ locum ꝑtinet: tum etiã quod declinat. Quid nãigiẽ eſſe infinitatẽ aliquis cogitabit? Tũc ꝑfecto cogitabit eam/quãdo ſpẽm intelligentia ſepauerit. Quid ergo tũc intelliget? Forte contraria ſimul & nõ contraria. Et.n. magnum illic intelliget atq; paruum: Fit.n. ambo permanẽs. s. atq; motum. Nam hæc ibi fiunt. Sed anteq̃ fiant: cõſtat illam neutrum illorum eſſe determinate. Alioqn iam illam determinaueris. Si ergo natura illa eſt infinita/atq; hæc quæ mõ dicebam infinite & indeterminate ſunt ibi/ſic ibi nimirum utraq; apparebunt. Quod ſi prope illuc acceſſeris: neq; terminum aliquem adhibueris/quo eã ualeas irretire: tibi ꝑtinus ſubterfugiet. Neq; quicq̃ illic inuenies: alioquin iam definiſſes. Immo uero ſi cui occurreris uelut uni/ſubito occurrit ut multa. Tum uero ſi multa dixeris/iterũ mẽtieris. Nempe ubi quod libet non eſt unum/neq; etiã multa ſunt omnia. Atq; hæc ipſa infinitatis eſt natura: ut ſecũdum alteram quidem imaginatiõem/motus ſit. Quatenus autẽ acceſſit imaginatio/ſtatus. Iã uero hoc ipſum cꝑ ipſam ꝑ ſeipſã inſpicere nequeas/motus quidam eſt caſuſq; a mẽte. Quod autem aufugere nequeat: ſed circum cohercea tur extrinſecus: uſqueadeo ut limites non liceat tranſgredi/ſtatus quidam eſt iudicandus. Ex quo apparet/non ſolum licere/motum illic affirmare: ſed ſtatum.

## MARSILIVS.

Quęritur utrum unitas atque numeri in mundo intelligibili rationem propriam habeant a cæteris ideis diſtinctam nec ne. Ac ſi habent/utrum pręcedant ideas/& quaſi ſui iuris exiſtant: an uelut pediſſequi conſequãtur. Ab aĩo quidẽ numerante creari non eſt probabile Cap. IIII.

## PLOTINVS.

QVa uero conditione numeri ī mundo intelligibili ſint/deinceps uidetur conſiderandũ. Nũquid tãquam inſiti cæteris ſpeciebus: an potius ſemp ueluti cõſequẽtes. Ceu poſtq̃ ipſum ens tale eſt/ut primum ibi ſit/unita

rem cogitauerimus. Deīde quoniam motus ex ipſo ſtatuſq; ſequitur: tria iam cognouerimus. Atq; per ſingula reliquorum quēlibet numerum. An forte non ita ſe res habet. Sed cum quolibet unitas quædam cōgenita eſt. Aut in primo quidē ente unitas/in eo autem quod eſt poſt ipſum ſiquidem illic ordo ſit/duitas. Vel & quanta eſt cuiuſlibet multitudo uelut ſi decem/decas. i. ipſe denarius. Aut forte non ita: ſed ipſe ī ſeipſo excogitatus eſt numerus: atq; ſi ita perſcrutādum eſt/ utrum primus ſit aliorum uel poſtremus. Plato igitur cum hoīes dixerit ex ipſa dierum ad noctes uarietate numerum cognouiſſe/ ideoq; ipſi rerum uarietati numeri notitiam attribuerit: forte res numerandas primum propter diuerſitatem facere numerum confitebitur. Ipſumq; numerum ī quodam animæ diſcurſu conſtete: quādo ab alio percurrit in aliud: tūcq; fieri numerum cum anima numerat. Id autem eſt quādo per res ipſas diſcurrēs penes ſeipſam hoc quidem aliud eſſe: illud uero aliud aſſerit: utpote quæ q̄diu idem aliquid cogitat: neq; quicq̄ aliud prēter illud/ proprie unum aſſerat. Verūtamen quando Plato & in uero numero dicit eſſentiam/in eſſentia numerum: rurſus ſubſiſtentiam quādam numeri in ſe ipſo recipiet: neq; in animo numerante duntaxat naſci numerū affirmabit. Immo uero ex ipſa circa ſenſibilia uarietate atq; diſtractiōe notionem numeri in animo reuocari.

## MARSILIVS.

Confutat dicentes unitatem & numerum nō eſſe rem aliquā: ſed poſita re qualibet ſingulatim dici unū: iterumq; unū: atq; hoc iterato dici numerū Cap. V.

EX hac opinione non habemus rationem ad ſpēs numeri diſcernendas: neq; ad numerum quēlibet redigendum ī unum principium numerorū: atque ipſe numerus minus etiam q̄ accidēs eſſe putabitur. Quando de homine prædicamus unum/aliud quidem eſt unum ibi q̄ homo. Nam unum ipſum nō homo multitudinem habet oppoſitam: atq; de rebus omnibus ultra hominem cōmuniter prędicatur. Eſt ergo rebus omnibus communius & ſimplicius atque prius. Prius etiam ipſo ente ratione ſimili. Pręſertim quia unum ipſum prædicabile eſt nō de ente ſolum: ſed de quolibet pariter quodcunq; ſuperius uel inferius ente: uel enti oppoſitum cogitaueris. Cum igitur entia quidem ad ipſum ens: numeri uero referantur ad unum ente ſuperius: merito numeri entibus priores eſſe uidentur. Igitur cū dicimus decem homines/ipſa decas nec homines ipſi eſt/nec ex eis uelut accidens. Alioquin nō poſſet res alias æque meriri. Sed prius in ſeipſa eſt/q̄ in rebus quæ numerantur ut decem. Deniq; ſiqui dicant unum ipſum eſſe cum entibus coniugatum/ ſiue tanquā accidens/ſiue tanquā elemētum eis cōiugatū fuerit: adhuc ſequitur/ut prius exiſtat in ſe/q̄ uel cunctis communiter accidat uel accedat ut elementum.

## PLOTINVS

QVænam igitur eſt ipſa natura numeri? Nunquid eſt quiddā conſequēs: ac uelut ī eſſentia quauis inſpectum: uelut homo/atq; unus homo? Item ens unūq; ens? Et itelligibilia ſic oīa ſingulatim: atq; ita reſultat numerus uniuerſus. Verum ſi res ita ſe habeat: qūo duitas illic eſt & trinitas. Et quomō ſe cundū unū omnia ppendūtur? Quo ue pacto eiuſmōi numerus ī unū aliq̄d congregabitur? Sic enim multitudo quidem erit aliqua unitatum: nullus autē nume

rus redigetur ī unum pr̃eter ipſum uidelicet ſimpliciter unum. Niſi quis forte di cat duitatem quidem eſſe rem illam/ſiue potius quod conſideratur ī illa: quæ ui res duas habet implicitas quaſi compoſitum quiddam ī unum. Aut forte quales Pythagorici numeros induxerũt. Qui ſane numeros ſecũdum analogiã. i. ꝓpor tionem quãdam afferre uidentur. Velut iuſtitiam quaternarium: aliterq; ſimiliter alium. Illa uero cõditione potius rei ipſius quæ exiſtit unum multitudini ſimul & numerũ quiſpiam cõiugabit: eatenus unum uelut decadem. Tametſi nos nõ ſic ipſa decem ponimus. Sed quæ diſtant inter ſe cõgregantes/decem ſolemus di cere. Forſan uero ſic quidem decẽ dicimus: quãdo uero ex multis cõficitur unũ/ decadem apellamus. Quaꝑ eadem illic etiã ratione. Cæterum ſi ita fiat: an erit ulterius ulla numeri ſubſiſtentia/cum ipſe ī rebus duntaxat cõſideretur. Reſpon debit forte aliquis/nihil obſtare: & albedine ī rebus dũtaxat cõſiderata ipſam al bedinis ſubſiſtentiam ī rebus ipſis rite perpẽdi. Quãdoquidem et motu in ente conſiderato cõſtitit eſſe ſubſiſtentiam motus aliquam in ipſo ente uidelicet exi ſtentis. At uero numerus nõ ſicut motus ſe habere uidetur. Sed q̃ motus ſic unũ aliquid in ſeipſo conſideratum ſit/dicitur. Præterea eiuſmodi ſubſiſtentia efficit/ ut numerus non ſit eſſentia: ac potius ut ſit contingens. Quanuis neq; ſic quidẽ omnino cõtingens. Nẽpe cõtingens oportet anteq̃ cõtingat aliquid eſſe. Et q̃uis inſepabile ſit: eſſe tamen aliquid/& naturam aliquã penes ſeipſam: ſicut albedo. Ac de alio prædicari/hocipſum iam ī ſe exiſtens/ quod ſubinde ſit de alio predi candum. Quamobrem ſi circa quodlibet eſt unum: neque idem eſt homo: atque unus homo: ſed aliud unum eſt q̃ homo: & commune eſt ad omnia unum/& in quolibet reliquorum ita ſe habet: certe prius erit unum homine: & quolibet re liquorum: ut ſic & homo & quoduis aliorum/ ut unum ſit ſingulatim aſſequi poſſit. Igitur & ante motum. Siquidem motus ſit unum. Et ante ens ſimiliter: ut ipſum quoq; ualeat eſſe unum. Dico autem nõ unum illud/ quod ente ſuperius eſſe cenſemus: ſed hoc unum/quod de qualibet ſpecie prædicaꝫ. Itaq; ipſa decas ante illud extat/de quo prædicatur decas. Atque hoc ipſum eſt ipſa decas. Non enim res illa uel in illa/ī qua decas inſpicitur/decas ipſa erit. Num igitur cõgenī tum eſt cum entibus/ſimulq; omnino cum illis eſt hoc ipſum unũ? Verum ſi con genitum eſt: ſi modo tãquam accidens/ſicut cum homine ſanitas/oportet ſecun dum quoq; ſeipſam eſſe aliquid ſanitatem/ſimiliterq; & illud. Ac ſi unum tanq̃ alicuius compoſiti elementum eſſe quis dicat/oportet prius eſſe unum ipſum ſe cundum ſe unum: ut eſſe & cum alio poſſit. Deinde ſi prius eſſe cõmixtum cum alio/ quod per ipſum iam factum ſit unum/ ſequetur ut falſo ſit unum: utpote quod duo ſit inde factũ: In decade uero quomodo id fiat? Quid enim illi opus eſt decade: quod ſit per tantam potentiam decas? Quod ſi formabit ipſũ ceu ma teriam: atq; erit decadis ipſius pr̃ſentia/& decem & decas: oportet prius decadẽ in ſeipſa non aliud aliquid exiſtentem præter decadem pure ſingulariterq; conſi ſtere.

MARSILIVS.

Rerum ſpecies in prima eſſentia ordine quodam earum ītelligentiam antecedũt. Sicut obiecta pr̃cedunt actus circa obiecta uerſantes. Siquis ergo dixerit ſpecies illic ab intelligentia procreari: concedet etiam poſteriores fore. Quod eſt abſur dum.

Cap. VI.

INtelligere ibi ſpeciem aliquam ſcilicet iuſtitiam/ſtatum/motum & reliqua nihil eſt aliud q̃ eiuſmodi ſpẽm declarare uel definire. Niſi definitio hæc ſit circa rem aliquam a definitione quoquo modo diſtinctam/uacua quę dam definitio eſt:imo uero definitio nulla. Deniq; unaquæq; ſpẽs ibi eſt ꝓprie tas actuſq; eſſẽtialis uigore quodam proprio exiſtens atq; micans. Emicatio eiuſ modi inde pendens/& penes ipſam quidem extans/ atq; ratione quadã differẽs ipſa eius intelligentia eſt.

## PLOTINVS

HAbet uero ſi ultra res ipſas/unum ipſũ & ipſa decas exiſtit/deinde res intel ligibiles præter hoc ipſum ꝙ exiſtunt id quod ſunt/aliæ quidẽ ſunt uni tates/aliæ uero & duitates/& trinitates/quæ nam erit illorum natura? Et quomodo conſtituta? Exiſtimãdum eſt autem generationẽ eorum/ratione qua dam expleri. Primo igitur generatim exiſtimandum eſt eſſentiam ſpecierum nõ ſic prodire ad exiſtendum/ut intelligens ipſe primo quidem ſingula intellexerit: deinde ipſa intelligentia/illorum ſubſtãtiam exhibuerit. Non enĩ quia cognoue rit quid iuſtitia ſit/exorta iuſtitia eſt. Neq; quoniam quid motus ſit cogitauerit/ ſubortus eſt motus. Sic enim oportebat hãc ipſam intelligẽtiam & poſteriorem intellecta re eſſe: Velut intelligẽtiam iuſtitię iuſtitia ipſa poſteriorem. Atqui & ui ciſſim intelligẽtia prior eſt eo/quod procreatur intelligẽdo:ſi modo ob id ipſum extitit/ꝙ fuerit ĩtellectum. Sinautẽ iuſtitia idem eſt omnino quod & talis intelli gentia/abſurdum erit/nihil aliud eſſe iuſtitiam præter quãdam ipſius deſcriptio nem. Quid enim aliud eſt iuſtitiam uel motum intellexiſſe: q̃ deſcriptione qua dam quid utrunq; ſit accepiſſe. Hoc autem peridẽ ſe habet:acſi rei nõ exiſtentis accipias rationem. Quod quidem fieri reuera nõ poteſt. Proinde ſiquis adduxe rit/ĩ rebus a materia ſeparatis idem eſſe ſciẽtiam atque rem ſcitam: ea id cõditiõe dictum accipiendum:nõ quidem ut ſciẽtiam aſſerat eſſe rem ipſam/ neq; rationẽ aliquid cõtemplantem eſſe rem ipſam contemplatione perſpectam. Sed uiciſſim rem ipſam a materia ſegregatam/eſſe ĩtelligibile quiddam/ĩtelligentiamq; exiſte re:non eam inq̃ intelligẽtiam/quæ rei ipſius ſit ratio quædam/ uel aliquis ĩ hanc ipſam intuitus. Sed rem ipſam ĩ mundo ĩtelligibili conſiſtentem nihil aliud eſſe: pręter intellectum atque ſciẽtiam. Non enĩ ſcientia illic ad rem uergit ĩtelligẽdã: Sed res ipſa illic/efficit ut ſcientia illa non ita ſit ab ipſa diuerſa/ ſicut rei materia lis ſcientia eſſe ſolet. Hoc autem eſt ſcientiam ueram ædere. Id uero rurſum:non imaginem rei afferre:ſed rem ipſam. Intelligentia igitur motionis/motionẽ ipſã minime fecit. Sed ipſa motio potius fecit intelligentiam . Quapropter & ipſa ſe ipſam motiõem intelligẽtiamq; concepit. Motio enim illic entis illius intelligen tia eſt. Atque eſt ipſe motus/quoniam eſt & primus. Non enim eſt alius ante ip ſum. Eſt & reuera motus/quoniam alteri nõ contingit. Sed ipſius quod illic quo dãmodo moueri cenſetur/eſt actus uidelicet exiſtentis ĩ actu. Quapropter eſt & eſſentia. Quæ quidem ab ipſo ente excogitatiõe quadam differre uidetur. Tum uero iuſtitia non eſt iuſtitię intelligẽtia quædam: ſed quaſi mentis illius diſpoſi tio & affectio. Immo uero quidã actus eiuſmõi. Cuius reuera uultus eſt pulcher/ adeo ut neq; Lucifer aut Heſperus neq; aliud quicq̃ eorum que ſentiũtur ita ful geat. Eſt autẽ uelut intellectualis quędam ſtatua ex ſeipſa tanq̃ extãs & emicãs in ſeipſa:imo uero in ſeipſa conſiſtens.

MARSILIVS.

Si mundo corporeo materiam quidem extenſam ſubtrahas/ formas uero rerum uarias ī una uiuaq; mundi forma cōſerues: uidebis formam unam omniformā: ibiq; formas cūctas in ſingulis unitiſſimas pariter atq; diſtinctiſſimas. Omnia in uno uiuente uiuentia Cap. VII.

Est igitur uniuerſum eiuſmodi tum natura/ tum intellectualis anima/ tum etiam intellectus. In quo ſpecies ut res ueræ ſint reuera diſtinctæ ue re intellectæ ante machinationem intelligentiæ/ita diſtinctæ ſunt actu q̄uis unitę natura/ſicut in igne lucere/micare/calere. Omnes enim ſpecies ibi ſunt actus.

PLOTINVS

Contemplari uero res illas prorſus oportet in natura una/unamq; naturā ubiq; omnia poſſidentem/& undiq; complectentem. Vbi profecto non quēadmodum ī regione ſenſibili ſit unūquodq; ſeorſum: alibi quidem ſol/alibi uero luna/ alibi rurſus & aliud. Sed cuncta ſimul in uno. Hæc enī ipſius eſt mentis natura. Quādoquidem & anima mētem ſic imitatur. Atq; ea ſimiliter quę natura dicitur: ſecundum quam & ſub qua ſingula generātur: alibi quidem aliud: dum illa ſimul permanet in ſeipſa. Quāuis autem ſint omnia ſimul: ſingula tamē iterum ſūt ſeorſum. Cernit uero intus illa/quæ ī mēte eſſētiaq; ſunt/idem ipſe qui poſſidet ītellectus: non aſpiciens quidē: ſed potius habēs. Neq; rurſum ſeparans unūquodq;. Diſcreta enim iam ſemper in ipſo ſunt ſingula. Apud illos igitur qui hęc nimium admirantur/fidem nobis ab iis quæ participant/compara mus: Magnitudinem uero mundi illius & pulchritudinē ex amore animę ipſius ad illum coniectare & aſſeuerare ſolemus. Quin etiam illorū amore/ quæ ad ani mam annituntur/ob quādam eiuſmodi naturā/atq; etiam ex eo q̄ per eam illius ſimilem aliquam ad illum ſimilitudinem cōſequātur. Iam uero nefas eſt confite ri extare pulchrum aliquod animal: niſi ipſum animal mirabilē quādam & inex timabilem habeat pulchritudinem. Ipſum profecto animal uniuerſum eſt atque pęnitus abſolutum: ex omnibus animalibus: īmo uero cuncta in ſe animalia cō tinens. Vnumq; exiſtēs ſimulq; totidem quot omnia ſunt. Quemadmodum & noſtrum hoc uniuerſum/eſt quidem unum/eſt omne uiſibile/cuncta quę ſunt in uiſibili regione complectens.

MARSILIVS

Eſſentia uera eſt uis quædam extra molem materialem ī ſeipſa fundata per ſe ui uens ītellectualiſq; maxime. Quod animal intellectuale uocatur/ubi numeri oēs ſunt ante actum ītellectualem atq; uitalem Cap. VIII.

PLOTINVS

Quoniā igit & aīal primo eſt: & iccirco ipſū p ſe animal/ eſt intellectus: eſt eſſētia uera: habet aīalia oīa: oēm poſſidet numerū. Ipſum iuſtū: ipſū pul chrū: & cętera generis eiuſdē: aliter. n. ipſū hoīem ibi dicimus: aliter ipſū numerū: aliter ipſū iuſtū: nimirū cōſideratiōe dignū eſt/ qūo unūquodq; eorū ſe habeat/quid ue ſit/quatenus ī rebus eiuſmodi pōt aliquid inueniri. Pricipio igi tur oēm ſenſum dimittere decet/& ītellectū intellectu cōſiderare. Animaduerten dum eſt pręterea ī nobis quoq; uitam & intellectum non in mole: ſed in uirtute

quadam molis experte consistere: Veramq; essētiam a mole similibusq; esse solutam: Atque esse uim in seipsa fundatam: nec rem quandam exilem aut debilem sed maxime omnium intellectualem atq; uitalem. Qua nihil itellectualius/nihil uitalius/nihil (ut ita loquar) essentialius esse potest. Adeo ut quod hoc ipsum attingit: quodāmodo eadem consequatur. Et quatenus attingit gradatim/eatenus assequatur. Nempe quod tangit propius/propiquiora: quod uero remotius remotiora reportat. Proinde si esse est appetendum: merito quod magis ens/magis est expetēdum. Similiter si intelligētia simpliciter est optanda/ quod intellectus est maxime/potissimum est exoptandum: Eisdemq; gradibus uita quoq; est affectāda. Si ergo ens ipsum primo accipiēdum est: quippe cum sit & primum: secundo intellectus: tertio animal: hoc enī omnia iam complecti uidet. Intellectus autē secūdum obtinet locum. Est enim actus essētię. Profecto numerus ipse secūdum animal existere nō censetur. Iam enim & ante ipsum/erat unum atq; duo: neq; rursus secūdum itellectum est numerus statuēdus: Nam ante mentem essentia unum est atq; multa.

MARSILIVS.

Sicut unum antecedit ens/ita numerus in ipso ente consistens antecedit entia. i. spēs ideales. Et merito super numerū/qui est ī entibus numeratis/extat numerus ī suo fonte consistens. Qui sane causa est/per quam ens possit in entia spetiesq; deriuari

Cap. VIIII.

PEr ipsum numerū qui est essētialis uirtus/& actus quidam discretiuus entis destinatū est/ens nō sistere in uno graduum. Sed entia plura ex uno profluere: rursumq; quot & quotis ordinibus distributa. Sed ille numerus ante entia quidem inuolutus est. Euolutus in entibus. Hic substātialis numerus est. Numerus ī genere quātitatis/numeri huius est imago. Entia quidem fundantur in numero: Numerus ī ente: Ens ī uno: ne protinus dissipetur.

PLOTINVS.

RElíquum est igitur īdagare/utrum essentia sua quadam partitione numerum procreauerit: an potius numerus sit ptitus essētiam. Iam uero essentia/motus/status/idem/alterum/uel ipsa numerū genuerūt: uel numerus potius ipsa progenuit. Principium uero considerationis erit eiusmodi. Vtrum possibile sit numerum in seipso consistere: An oporteat duo ipsa ī rebus duabus & tria ī tribus similiter contemplari: atque eadem cōditione unum numeris insertum considerare. Si enim numerus ī seipso seorsum a rebus numerādis esse posset/nimirum āte entia posset existere. Nū igitur & ante ens numerus esse potest? Sed præstat forsitan ī pręsēti concedere/ens numerum antecedere: atque ex ente numerum proficisci. Verum si ens unum ens existit: atq; duo entia similiter sunt entia duo: unum quidem ens præcedet: numerus autem entia pariter antecedet. Num igitur notiōe quadam atq; pceptione eiusmōi fit excessus? Sed pfecto etiā subsistentia. Ita uero cōsiderandum. Quādo quispiā hominē existentē intelligit unum: & pulchrum similiter unum: tūc ipsum unum posterius quodāmodo in utroque considerat. Quinetiā quando equum atq; canē/tunc & ibi duo ipsa manifeste posterius animaduertit. Verum si generes hominem/ & generes equum atque canem: uel in te existentes proferas: neque utcunque euenit generes atque

producas. Nonne dices in unum eundum fore: & in unum aliud tranſeundum: duoq; faciẽda. Atq; una tecum aliud etiam faciẽdum. Iam uero neq; entia quidẽ quãdo ſunt facta/numerata ſunt. Sed quot oporteat fieri iam cõſtabat: uidelicet quot potiſſimum expediret. Omnis itaq; numerus entia p̨cedebat. At ſi antece debat entia/numerus ſane non erat entia: Sed profecto iam erat ī ente: neq; tamẽ entis ipſius numerus erat. Adhuc enim ens erat unum. Sed numeri uis ipſa ſubſi ſtẽs/ens in plura diuiſit. Ac uelut impulit ipſum ad multitudinẽ enitendã. Nẽpe uel ipſius eſſentia/uel actus ẽ numerus. Atq; ipſum animal & itellectus numerus eſt. Forſan uero ens quidem numerus ẽ unitus: entia uero numerus explicatus. Intellectus autẽ numerus in ſe agitatus. Animal deniq; numerus cõprehendens. Quãdoquidẽ & ens ab uno progenitum/ut erat in eo: oportet ipſum ſic eſſe numerum. Quamobrem ſpẽs quoq; ipſas tum unitates/tum numeros apellare conſueuerunt: atq; hic eſſẽtialis eſt numerus. Alter uero qui monadicus dicitur. i. ex quibuſdam unitatibus congregatus: eſt quẽdã illius imago. Eſſentialis uero numerus partim quidẽ in ſpẽbus inſpicitur/eaſq; concreat: partim uero priuſq; ī ipſo ente/unaq; cum ente uiget: entiaq; p̨cedit. Quo quidem in numero entia firmamẽtum habent/& fontem/& radicem atq; principiũ. Etenī entis quoq; ipſius unum ipſum principium eſt: atq; in hoc eſt ens. Alioquin protinus diſſipabitur. Nõ tamen ī ente fundatur unum. Alioquin iam unum eſſet priusq̃ aſſequeretur unum. Atq; iam quod aſſequitur decadem/ decas euadẽt anteq̃ decadem ipſam conſequeretur.

MARSILIVS

Natura primi entis cum ſit poſt unum/neceſſario ẽ prima ſui origine multiplex/ ideſt numeroſa. Per hos ergo numeros ita ferme ens ſe habet ad entia .i. ideas/ ſicut pleriq; tradunt materiam per incohationes formarum ſecum genitas ſe ad formas habere

Cap. X.

ESſe uero numeros ante entia patet/qa ſi numerus ad entia deinceps iam poſita conſequaẽ/caſu quodam contigerit numeroſa diſtinctio entium atq; ordo. Præterea ſicut oĩa per aliud entia/ad ipſum per ſe ens referuntur: ſic quodlibet per aliud unum ad ipſum reducit̃ per ſe unũ: ipſum uero p̨ ſe unum non põt eſſe ſub ente: alioq̃n eſſet neceſſario multiplex. s. ex natura entis & addita proprietate compoſitũ. Non igitur ipſum foret per ſe ſimpliciter unũ. Ens igit̃ eſt ſub uno. Similiter entia ſub numero diſponunt̃. Nã & ſup numerum qui eſt in entibus extat ipſe per ſe exiſtẽs ante entia numerus. Deniq; in ratione ſpeciei uniuſcuiuſq; formali neceſſario icludit̃ unitas atq; numerus. Vnitas inq̃ quoniã in primo ſui ſigno ſpẽs indiſtincta p̨ unitatẽ eſt a ſeipſa & diſtincta pariter a quolibet alio: Numerus inq̃: quoniã ſpẽs cõmunẽ in ſe naturã habet cũ proprietate cõiunctam. Hinc ſane coniicimus: unitatẽ atq; numerũ/omnes p̨cedere rerum ſpẽs: quãdoquidẽ formales oĩum rõnes in unitate numeroq; cõſiſtunt.

PLOTINVS

COnſiſtens igitur ens in multitudine numerus euadit: quãdo tanq̃ multiplex excitat̃ & ſurgit: & quaſi p̨paratio quædã & p̨figuratio erat ad entia. Vbi quodãmodo unitates locũ habere uidenṫ illis expoſitũ/quæ in eis fundãda ſunt. Atq & nũc tantã dicit aliquis/uolo eqdẽ auri multitudinẽ/ uel etiam reliquarũ poſſeſſionũ. Aurũ ſane unũ quiddam eſt. Ille uero uult non

numerum quidem aurum facere: ſed aurū potius facere numerum. Et utpote qui iam habet numerū/adhibere hunc auro ſtudet. Adeo ut auro contingat fieri tantum. Sin autē entia quidem numerum antecederent: numerus autē deinde in eis inſpiceretur dū eatenus natura numerans moueatur/quatenus numeranda multiplicantur/ certe ſecundū cōtingentiā quandā tot utiq; quot nunc ſunt entia forent: neq; ex ullo propoſito tot numero quot exiſtūt. Si igitur tot ſunt nō teme re profecto numerus tanq̄ illa pręcedēs/ut tot proprie ſint/eſt cauſa. Ideſt exiſtē te iam numero quæ facta ſunt huius ipſius ut tot ſint cōditionis euadunt. Tum uero quodlibet quidē unius eſt particeps/ut ſit unū. Eſt aūt ens ab ente. Quādo & ens a ſeipſo ens/unū autē a ſeipſo ſimiliter unū. Quod ſi quę ſingulatim unū ſunt/multa ſūt ſimul unū quod eſt in eis/eſt tanq̄ trinitas unū. Atq; oīa entia ita unum: nō ſicut unum/quod ſecundū ſingularem perpendit̄ unitatem: ſed ſicut unum dicitur millenarius/ aliuſq; quilibet numerus. Iam uero & qui res iam factas mille cōputat numerando/non ait res ex ſeipſis mille uel decies tantū/uelut ſua quadam uoce cognominari: quaſi res ipſę numeros ſuos colorū inſtar oſtē dant. Sed ita cenſet/cogitatione uidelicet tot ſibi dictāte. Niſi. n. dictauerit/nō cognoſcet quāta ſit multitudo. Qūo igitur ait?/Certe tanq̄ qui ſciat enumerare. Id uero ſcit/ſi numerum ipſum nouerit. Cognoſcet aūt ſi ſit numerus. At uero naturam illam quot numero ſit ignorare abſurdum eſt/ īmo uero pęnitus īpoſſibile. Proinde ſiquis dixerit bona/uel quæ ex ſeipſis ſunt talia/dicet: uel bonū de illis tanquā illorum accidens prædicabit. Ac ſi prima dixerit/primā ſubſtantiam ītroducet. Sinautē afferat ea/quibus accidit bonum: oportet extare boni naturam: ut & aliis poſſit accidere: uel cauſam ipſam/quę & ī alio faciat oportet exiſtere. Aut ipſum bonum/aut quod bonum genuit in propria natura conſiſtere. Simili quadam cōditione in ipſo entium ordine/quicūq; dicit numerum/uelut decadem/is aut decadem ipſam nominat ſubſiſtētem: aut forte ſi introduxerit illa quibus cōtingit decas/iam ipſam decadem compelletur uiciſſim in ſeipſa locare: quæ nihil aliud omnino niſi decas exiſtat. Neceſſarium eſt igitur/ ſi entia decadē dicat/uel ipſa eſſe ipſam decadem: uel certe ſup ipſa alteram conſiſtere decadem: quæ ꝓfecto nihil aliud ſit/q̄ ipſa decas. Communiter aūt quicquid de alio prædicatur/ab alio uenit in illud/uel eſt actus illius. Et quando tale eſt: ut non alias quidem adſit/alias uero nō adſit: ſed cum illo ſit ſemper: ſi illud eſſentia eſt/eſſentia eſt & ipſum. Neq; magis illud q̄ ipſum eſſentia eſt. Siquis autē eſſe eſſentiā non conceſſerit: ſaltem ī quodam entium ordine/& ens eſſe concedet. Arqui & ſi res illa abſq; actu ſuo poſſit intelligi/nihilominus cum illo ſimul exiſtit: q̄uis apud nos cogitatione quadam illo poſterius iudicetur. Si autē nequeat ſine illo excogitari: uelut homo abſq; eo quod eſt unum: profecto uel nō poſterius ipſo eſt/ ſed ſimul exiſtens: uel etiā prius eſt q̄ ipſum: ut ipſum ꝑ illud exiſtat. Nos aūt unum prius eſſe fatemur: numerumq; ſimiliter.

MARSILIVS.

Quodcūq; ens perceperis/ſiue ſenſibile/ſiue quomōlibet intelligibile uel ideam/de hoc ſingulatim prædicatur unum. Vnum ergo cum cōmuniter ſit in ſingulis: nulli pęnitus eſt addictum. Immo & ſuper unum/quod eſt in alio. i. in ente/atq; in eius oppoſito ideſt multitudine entium: profecto unum extra aliud & multitudinem per ſe exiſtit.

Cap. XI.

Eq; uero hic de ipſo uno quod eſt primo ente ſupius/proprie loquimur/ Sed de uno quod ī ente primo naturaliter uigens ante entium idearumq; multitudinem ſuo quodā ordine regnat. In quo quidem uno ſunt unitates oēs: atq; ex eis numeri certi antecedētes ideas/& de ideis pariter prędicabiles. Immo uero hoc ipſum entis unum ipſe pariter unitates exiſtit. Natura igit̄ entis unitatibus his fęcūda quaſi ſeminibus iam ideas parit/ numeris deinceps eas minoribus maioribus ue componēs. Similiter & quæ ideis inferiora naſcuntur. Niſi enim certis numerorū proportionibus fęcunditas entis tum penes ſeipſam/tum extra progrediat̄/aut nihil naſcet̄ uſquā/aut oīa temere & inordinata cōtingent. Vt aūt ītelligas quorum auctoritate circa numeros & unitatem Plotinus utatur/ audi. Pythagoras ait/numerū eſſe extenſionē/ atq; actum ſeminaliū rōnum ī unitate regnantiū. Item numerus eſt inquit primum ī diuina mente cōſiſtens: a quo & ex quo oīa componunt̄/& permanent ordine quodā indiſſolubili inuicem diſtributa. Ippaſus Pythagoricus ait. Numerus eſt exemplar fabricæ mundanę primum/& inſtrumētum mūdani fabri iudiciarium. Philolaus inquit: Numerus eſt imperioſa quędam/& ex ſe progenita ſempiternę mūdanorū perſeuerantiæ continentia. Pythagorici aiunt: Vnitas eſt id ipſum p quod entium quolibet denominat̄ unum. Atq; eſt ipſa unitas numeri partiumq; infimū: A qua uelut ſeminario radiceq; ſempiterna rōnes proportionesq; in utrāq; partem īfinite procedūt: Hic quidem multiplicādo/inde iterum diuidendo. Item unitas eſt ſpēs ſpērum/ oēs uidelicet numeros numerorumq; rōnes in ſe cōtinens.

PLOTINVS.

Dicet forte quiſpiam/decadem. i. denarium/nihil aliud eſſe q̄ tot unitates. Verum ſi unitatem eſſe conceſſerit/cur nam unam quidē admittet unitatē eſſe?/Ipſas uero decem negabit?/Sicut. n. una ipſa habere cōcedit̄ ſubſiſtentiam: cur nō & alię?/Nō enī coniugari oportet uni cuidam entium unā ipſam unitatem. Alioquin hoc pacto nō amplius quodlibet aliorum foret unum. Immo ſi oportet & reliquorum quoduis unum eſſe/nimirum unum oībus eſt cōmune. Id autē eſt natura una prædicata de multis. Quam & ante illud quod multis ineſt/ oportere diximus exiſtere p ſeipſam. Cum uero unitas ī hoc ſit: & ī alio rurſus inſpiciat̄: ſi modo exiſtit & illa/nō unica ſolum unitas ſubſiſtere iudicabit̄: Atq; ita erit numerus aliquis unitatum. Sin aūt ſolam illam/quę prima ponitur/ſubſiſtere aliquis arbitret̄: aut certe ei quod maxime ens eſt/coexiſtentem: aut ei oīo/ quod maxime unum. Quod ſi maxime enti/ certe reliquæ unitates ęquiuoce ſic apellabunt̄: neq; ī eodem ordine cū prima cōſtituent̄. Aut ſane numerus ex unitatibus diſſimilibus cōgregabit̄. Vnitatūq; ipſarū etiā qua unitates ſūt/differētiæ quędā erunt. Si aūt maxime uni illā copulari quis dixerit/cur nā egeat/quod maxime unū eſt/hac unitate/ut ſit unū? Si ergo hæc impoſſibilia ſunt/neceſſariū eſt eſſe unū. Quod qdem nihil aliud ſit prętęr nudum unum/eſſētia ſua a quolibet ſegregatū: quodcunq; ſingulatim unum intelligat̄/ atq; dicat̄. Si igit̄ unū abſq; re illa quæ dicit̄ unum illic exiſtit: cur non & unum aliud ibi ſubſiſtat?/Atq; unū quodq; ſeorſum unitates multæ quę/& multa unum. Si autem natura deinceps quodāmō generet: Immo uero genuerit: Aut ſaltē nō deſtiterit in uno eorū/quæ genuit: ideoq; unū quodāmō cōtinuū fecerit/nimirum ubi circūſcribit iam/& in progreſſu ſtatim ſiſtit gradū/minores numeros procreat. Si aūt procedat lōgius:

nō in alienis quidem: ſed ī ipſis proprie motionibus maiores inſtituit numeros. Atque ita ſingulis numeris/ſingulas multitudines & quodlibet entium prorſus accōmodat. Vtpote quæ recte cognoſcit: niſi unūquodq; cum unoquoq; numero congruat: uel nullo modo fore: uel exorbitans aliquid numeri rationisq; expers accidere.

MARSILIVS.

Ambigit̄ nunquid quod dicit̄ unum/ſit res ſecūdum ſe aliqua: an potius cōceptio ſola mētis circa rem aliquā facta

Cap. XII.

ESt autem ſubſtantialis unius uera notio inſita menti: p quam iudicamus hoc eſſe magis/illum minus unum: rurſusq; nō unum.

PLOTINVS.

SIquis aūt ipſum quoq; unū & unitatem ſubſiſtere neget/aſſerēs nuſquam eſſe unum/quod nō ſit aliquid unū: ideoq; affirmās quod ipſum unum dici ſolet/eſſe affectiōem quādam aīę/erga quodlibet entium: Primo quidem quid nam prohibebit: etiam quādo dicit ens/hoc ipſum affectiōem quandā animæ nuncupare: ensq; ipſum nihil prorſus exiſtere? Quod ſi ens affirmet exiſtere: quoniā ſubpungit/pulſatq; aīum: imaginationemq; entis adducit: ſimiliter & circa ipſum unū pulſari quotidie aīum/imaginatiōemq; ſubire uidemus. Prę terea quęrēdum eſt/ nunquid affectiōem notiōemq; aīę tanquā unū aut multitudinem uideamus. Quinetiam quando dicimus nō unum/ tūc ex ipſa quidem re nō habemus unū. Dicimus enī nō eſſe ī illa re unū. Habemus igit̄ ipſi apud nos unum. Quod ſane ī aīo eſt abſq; eo quod unū aliquid apellat̄. Tam&ſi obiiciet aliquis habere nos unum tanquā ab externis intelligētiam & figuram quandam accipientes/uelut aliquē mentis ex re ipſa cōceptum. Qui.n. eiuſmodi cōceptus introducētes/numerū atq; unum ī eorum genere collocāt/tales eſſe aſſerent ſubſiſtentias: ſiquid taliū habeat ſubſiſtētiā. Aduerſum quos de rebus eiuſmōi oportune differere licet. Siquidem talē quādam uelut poſteriorem a rebus ipſis paſſionem uel notionē in nobis fieri dicāt. Quale ſit quod dicit̄ hoc & aliquid/turba/celebritas/exercitus/multitudo. Et.n. quemadmodum multitudo pręter res illas quæ multę dicūtur/nihil exiſtit: neq; rurſum celebritas pręter hoīes congregatos ſacrisq; gaudētes: ita neq; unum præter rem unam eſſe aliquid afferent: quando uidelicet ſolum aliquid & ab aliis abſolutum excogitātes/unum ipſum aſſeuerāmus. Adducent præterea alia generis eiuſdem multa/ſicut dextrum ac ſurſum: horumq; oppoſita. Quid enī erit/ut ex eorum ſententia loquar/in eo quod dextrum dicit̄ ad ſubſiſtētiam pertinēs? Niſi id dūtaxat: q hic quidē hoc in loco: ille uero ī illo ſtat/ aut ſedet. Item ī eo quod ſurſum dicit̄/idem accedere iudicabūt: Scilicet hoc quidem poſitiōem talem & ī hac uniuerſi parte potius: quod ſurſum nominare ſolemus/ſignificare. Illud aut̄ habere ſe ſimiliter ad deorſum. Aduerſus hæc igit̄ imprimis eſt afferēdū: in horū quodlibet eſſe eorum quæ dicta ſunt aliquam ſubſiſtentiam. Nō eandem tamen in omnibus/ſiue eorum inter ſe/ſiue ad ipſum cunctorum unum. Seorſum tamen aduerſus ſingula quę dicta ſunt/eſt inſiſtendum.

MARSILIVS.

Quādo dicit̄/homo unus/ aliud ibi eſt homo/aliud unum: cuius participatione fit unus homo.

Cap. XIII.

NAm & unum de nõ homine pariter prędicat̃ atq; de homine. Et homo ita multitudo quædã est sicut & unus. Vnum ipsum de hoĩe prędicatũ non solũ negatiuum est/perinde ac si tantũ significet hũc hoĩem/& nõ alium. Nam postq̃ percepisti hũc hoĩem reuera esse unũ/statim iudicas non esse illic hominem alterũ:qui etiam ipse ĩ se sit unus. Pręterea tam firma est unius ipsius natura/ut oppositum eius.i.multitudo nec existere possit absq; uno:nec intelligi. Immo & oĩa quicquid sunt/unione cõsistũt. Quasi unũ ipsum maxime ꝑ se existat oĩumq; suppremũ. Sine cuius participatione nulla ĩ nobis orit̃/& ꝑmanet cogitatio. Itemq; cum unitatis participatione multitudo etiã discreta sit aliq̃d unũ/& continua magis unũ:resq; indiuidua/maxime unũ:certe unum ipsum propriã possidet existẽtiam. Præterea Peripatetici cõfirmãt unũ significare aliq̃d ipsum met sibi ipsi indiuisum pęnitus & indistãs:atq; ĩterim affirmatiuũ esse/nõ negatiuum. Huic enĩ significationi/oppositũ aiunt esse/uidelicet aliquid ĩ se diuisum: In qua diuisione multitudo cõtingit una cũ priuatione: tum quia sic prior essentia desinit:tum etiam quia multitudine contingente negatiue iam dicimus/neq; hoc est istud/neq; istud ẽ illud. Cum igit̃ significatio uni opposita/sit negatiua: sequit̃ significatiõem unius affirmatiuã esse. Deniq; unũ adeo affirmatiuũ est/ut & ipsum ponat multitudinẽ:neq; uicissim:& quemadmodũ Auicenna probat in Methaphysicis/Vnum ab ĩtellectu percipiatur/atq; cõcipiat̃ anteq̃ multa: quãuis imaginationi forte aliter accidere possit.

## PLOTINVS.

PRincipio quod aiũt a subiecto fieri notiõem:unius ipsius subiecti & hoĩs in sensu positi: uel cuiusuis aĩalis aut lapidis/quo nã modo rõni cõsentaneum iudicabit̃. Quippe cũ aliud sit q̃ cernit̃ homo:aliud aũt: neq; ullo modo idem sit ipsum unũ. Alioquin ipsa ratio cogitãdi nũquã unũ de nõ hoĩe prędicaret. Præterea quemadmodũ circa dextrum atq; talia cogitatio nõ temere incitata:sed differẽtem intuita situm/inquit hic esse uel ibi:ita & hac ĩ re cũ aliq̃d inspexerit/enuntiat unũ. Nõ enim uana quędã hęc passio est: neq; ĩ re nulla unũ asserit. Neq; putãdum est iccirco perpendere unum/quia solũ hoc sit: neq; aliud quicq̃. Nã & ĩ eo ipso quod inquit/neq; aliud/interim aliud unũ dicit. Deinde hoc ipsum quod dicit̃ aliud & diuersum/posterius incidit. Nisi.n.anniteretur ad unũ/neq; aliud/neq; diuersum cogitatio diceret. Item quando hoc ipsum quod nominat̃ solũ/pronuntiat/tunc unum solũ inquit. Quaꝑꝑ dicit unũ anteq̃ solũ. Accedit ad hæc quod ipse dicẽs/prius q̃ dicat de alio/unum existit unũ: atq; id ipsum/de quo loquit̃/prius q̃ dicat uel intelligat aliqua circa ipsum/est similiter unũ. Aut enĩ unũ est:aut plura q̃ unũ atq; multa. Ac si multa sit/ necessarium est antecedere unũ. Siquidem & quãdo multitudinẽ inquit/plura uno pronuntiat. Et quãdo exercitũ multos ait armatos ĩ unũ ordinatos ĩtelligit. Cogitatio sane multitudinẽ nõ ꝑmittit multitudinẽ ꝑmanere. Qua quidem ĩ re patefacit unius subsistẽtiam:dum nõ exhibet unũ quod nullo modo habeat multitudo. Vnum nãq; quod resultat ex ordine/acute admodũ celeriterq; ꝑspiciẽs/ipsam multi naturam redegit ĩ unũ. Iam uero neq; hac quidem in re de uno mentit̃ & fallitur. Quemadmodũ & in domo nobis occurrit quiddã ex multis lapidibus unũ. Magis tamẽ in domo unũ q̃ in exercitu. Si ergo unum magis est ĩ cõtinuo:magisq; etiam ĩ re prorsus indiuisibili:cõstat plane sic euenire: ꝑꝑea ꝙ ipsum unũ natura

nō in alienis quidem: ſed ī ipſis proprie motionibus maiores inſtituit numeros. Atque ita ſingulis numeris/ſingulas multitudines & quodlibet entium prorſus accōmodat. Vtpote quæ recte cognoſcit: niſi unūquodq; cum unoquoq; numero congruat: uel nullo modo fore: uel exorbitans aliquid numeri rationisq; expers accidere.

MARSILIVS.

Ambigit̄ nunquid quod dicit̄ unum/ſit res ſecūdum ſe aliqua: an potius cōceptio ſola mētis circa rem aliquā facta

Cap. XII.

Est autem ſubſtantialis unius uera notio inſita menti: p quam iudicamus hoc eſſe magis/illum minus unum: rurſusq; nō unum.

PLOTINVS.

Quis aūt ipſum quoq; unū & unitatem ſubſiſtere neget/aſſerēs nuſquam eſſe unum/quod nō ſit aliquid unū: ideoq; affirmās quod ipſum unum dici ſolet/eſſe affectiōem quādam aīę/erga quodlibet entium: Primo quidem quid nam prohibebit: etiam quādo dicit ens/hoc ipſum affectiōem quandā animæ nuncupare: ensq; ipſum nihil prorſus exiſtere:/Quod ſi ens affirmet exiſtere: quoniā ſubpungit/pulſatq; aīum: imaginationemq; entis adducit: ſimiliter & circa ipſum unū pulſari quotidie aīum/imaginatiōemq; ſubire uidemus. Prę terea quęrēdum eſt/ nunquid affectiōem notiōemq; aīę tanquā unū aut multitudinem uideamus. Quinetiam quando dicimus nō unum/ tūc ex ipſa quidem re nō habemus unū. Dicimus enī nō eſſe ī illa re unū. Habemus igit̄ ipſi apud nos unum. Quod ſane ī aīo eſt abſq; eo quod unū aliquid apellat̄. Tam&ſi obiiciet aliquis habere nos unum tanquā ab externis intelligētiam & figuram quandam accipientes/uelut aliquē mentis ex re ipſa cōceptum. Qui.n. eiuſmodi cōceptus introducētes/numerū atq; unum ī eorum genere collocāt/tales eſſe afferent ſubſiſtentias: ſiquid taliū habeat ſubſiſtētiā. Aduerſum quos de rebus eiuſmōi oportune differere licet. Siquidem talē quādam uelut poſteriorem a rebus ipſis paſſionem uel notionē in nobis fieri dicāt. Quale ſit quod dicit̄ hoc & aliquid/turba/celebritas/exercitus/multitudo. Et.n. quemadmodum multitudo pręter res illas quæ multę dicūtur/nihil exiſtit: neq; rurſum celebritas pręter hoīes congregatos ſacrisq; gaudētes: ita neq; unum præter rem unam eſſe aliquid aſſerent: quando uidelicet ſolum aliquid & ab aliis abſolutum excogitātes/unum ipſum aſſeueramus. Adducent præterea alia generis eiuſdem multa/ſicut dextrum ac ſurſum: horumq; oppoſita. Quid enī erit/ut ex eorum ſententia loquar/in eo quod dextrum dicit̄ ad ſubſiſtētiam pertinēs?/Niſi id dūtaxat: cp hic quidē hoc in loco: ille uero ī illo ſtat/ aut ſedet. Item ī eo quod ſurſum dicit̄/idem accedere iudicabūt: Scilicet hoc quidem poſitiōem talem & ī hac uniuerſi parte potius: quod ſurſum nominare ſolemus/ſignificare. Illud autē habere ſe ſimiliter ad deorſum. Aduerſus hæc igit̄ imprimis eſt afferēdū: in horū quodlibet eſſe eorum quæ dicta ſunt aliquam ſubſiſtentiam. Nō eandem tamen in omnibus/ſiue eorum inter ſe/ſiue ad ipſum cunctorum unum. Seorſum tamen aduerſus ſingula quę dicta ſunt/eſt inſiſtendum.

MARSILIVS.

Quādo dicit̄/homo unus/ aliud ibi eſt homo/aliud unum: cuius participatione fit unus homo.

Cap. XIII.

NAm & unum de nõ homine pariter prędicat̃ atq; de homine. Et homo ita multitudo quædã est sicut & unus. Vnum ipsum de hoĩe prędicatũ non solũ negatiuum est/perinde ac si tantũ significet hũc hoĩem/& nõ alium. Nam postq̃ percepisti hũc hoĩem reuera esse unũ/statim iudicas non esse illic hominem alterũ:qui etiam ipse ĩ se sit unus. Pręterea tam firma est unius ipsius natura/ut oppositum eius.i.multitudo nec existere possit absq; uno:nec intelligi. Immo & oĩa quicquid sunt/unione cõsistũt. Quasi unũ ipsum maxime ꝑ se existat oĩumq; suppremũ. Sine cuius participatione nulla ĩ nobis orit̃/& ꝑmanet cogitatio. Itemq; cum unitatis participatione multitudo etiã discreta,sit aliq̃d unũ/& continua magis unũ:resq; indiuidua/maxime unũ:certe unum ipsum propriã possidet existẽtiam. Præterea Peripatetici cõfirmãt unũ significare aliq̃d ipsum met sibi ipsi indiuisum pęnitus & indistãs:atq; ĩterim affirmatiuũ esse/nõ negatiuum. Huic enĩ significationi/oppositũ aiunt esse/uidelicet aliquid ĩ se diuisum: In qua diuisione multitudo cõtingit una cũ priuatione: tum quia sic prior essentia desinit:tum etiam quia multitudine contingente negatiue iam dicimus/neq; hoc est istud/neq; istud ẽ illud. Cum igit̃ significatio uni opposita/sit negatiua: sequit̃ significatiõem unius affirmatiuã esse. Deniq; unũ adeo affirmatiuũ est/ut & ipsum ponat multitudinẽ:neq; uicissim:& quemadmodũ Auicenna probat in Methaphysicis/Vnum ab ĩtellectu percipiatur/atq; cõcipiat̃ anteq̃ multa: quãuis imaginationi forte aliter accidere possit.

## PLOTINVS.

PRincipio quod aiũt a subiecto fieri notiõem:unius ipsius subiecti & hoĩs in sensu positi: uel cuiusuis aĩalis aut lapidis/quo nã modo rõni cõsentaneum iudicabit̃. Quippe cũ aliud sit q̃ cernit̃ homo:aliud aũt: neq; ullo modo idem sit ipsum unũ. Alioquin ipsa ratio cogitãdi nũquã unũ de nõ hoĩe prędicaret. Præterea quemadmodũ circa dextrum atq; talia cogitatio nõ temere incitata:sed differẽtem intuita situm/inquit hic esse uel ibi:ita & hac ĩ re cũ aliq̃d inspexerit/enuntiat unũ. Nõ enim uana quędã hęc passio est: neq; ĩ re nulla unũ asserit. Neq; putãdum est iccirco perpendere unum/quia solũ hoc sit: neq; aliud quicq̃. Nã & ĩ eo ipso quod inquit/neq; aliud/interim aliud unũ dicit. Deinde hoc ipsum quod dicit̃ aliud & diuersum/posterius incidit. Nisi.n.anniteretur ad unũ/neq; aliud/neq; diuersum cogitatio diceret. Item quando hoc ipsum quod nominat̃ solũ/pronuntiat/tunc unum solũ inquit. Quaꝑꝑ dicit unũ anteq̃ solũ. Accedit ad hæc quod ipse dicẽs/prius q̃ dicat de alio/unum existit unũ: atq; id ipsum/de quo loquit̃/prius q̃ dicat uel intelligat aliqua circa ipsum/est similiter unũ. Aut enĩ unũ est:aut plura q̃ unũ atq; multa. Ac si multa sit/ necessarium est antecedere unũ. Siquidem & quãdo multitudinẽ inquit/plura uno pronuntiat. Et quãdo exercitũ multos ait armatos ĩ unũ ordinatos ĩtelligit. Cogitatio sane multitudinẽ nõ ꝑmittit multitudinẽ ꝑmanere. Qua quidem ĩ re patefacit unius subsistẽtiam:dum nõ exhibet unũ quod nullo modo habeat multitudo. Vnum nãq; quod resultat ex ordine/acute admodũ celeriterq; ꝑspiciẽs/ipsam multi naturam redegit ĩ unũ. Iam uero neq; hac quidem in re de uno mentit̃ & fallitur. Quemadmodũ & in domo nobis occurrit quiddã ex multis lapidibus unũ. Magis tamẽ in domo unũ q̃ in exercitu. Si ergo unum magis est ĩ cõtinuo:magisq; etiam ĩ re prorsus indiuisibili:cõstat plane sic euenire: ꝑꝑea ꝙ ipsum unũ natura

considerari denarium intus uidelicet existẽtem: aliter in cõtinuis: aliter quoq; in tot tãtisq; uiribus cõgregatis ĩ unum. In ipsis tãdem ĩtelligibilibus aliter: ad quæ inde facile peruentũ fuerit. Præterea ibi uerissimos esse numeros/ non qui inspiciant̃ ĩ aliis: sed qui ĩ seipsis existãt/ uelut ipsum denariũ: nõ dico quarũdã intelligibilium rerum denarium: sed simpliciter ipsum.

MARSILIVS.

Mũdus ille diuinus ideo perfectũ aĩal est/ quia uniuersum iam possidet numerũ aĩalium. Talem uero aĩalium numerũ habet/ quoniã numerum ipsum simpliciter uniuersum habet. Illic igitur ipse simpliciter numerus/ tum aĩalia oĩa/ tum perfectionem illius mũdi pręcedit

Cap. XVI.

PArit enĩ omniformes in se ideas/ suo uidelicet quodam motu: motu inq̃ numeroso. Alioquin uaria minime generaret: Nempe ens ipsum ĩ se concipit entia: seipsum dũtaxat ĩ ea multiplicãdo. Cum uero nõ multiplicet se ipsũ/ nisi uirtute numeri/ merito illic entia numerus antecedit/ sicut unũ est ente superius. Deniq; quemadmodũ Luna superne quidem uniformi lumine Solem suspicit/ subter uero difformi lumine difformia generat: sic ens primum unitate sua tãquã uertice ipsum simpliciter unũ aspicit: numero aũt mox comitãte entia numerosa/ spẽsq; profert.

PLOTINVS.

SEd iterũ ab initio post hæc iam dicta dicamus/ illud simul uniuersum uerumq; ens/ esse tum ens ipsum/ tum ĩtellectum/ tum aĩal absolutũ/ simulq; aĩalia cuncta. Cuius quidẽ unitatem uniuersum hoc mũdanum aĩal unitate sua pro uiribus imitatur. Pro uiribus inq̃: quoniã sensibilis huius natura ab illo uno discessit: siquidẽ sensibilis fore debuit. Oportet præterea supernũ illud esse numerum uniuersum. Nisi enĩ perfectus foret numerus/ defectũ alicuius numeri pati posset. Atq; nisi numerus uniuersus aĩalium esset ĩ eo/ nõ esset aĩal pęnitus absolutũ. Est itaq; numerus ante omne aĩal/ & ante aĩal uniuersum. Homo sane ĩ mundo ĩtelligibili cæteraq; aĩalia insũt qua sunt aĩalia: Et rursus qua illud est aĩal uniuersum. Nã & qui apud nos est homo/ pars est uniuersi/ qua rõne aĩal est uniuersum. Similiterq; unũquodq; qua aĩal est/ illic existit ĩ aĩali. In ĩtellectu aũt quatenus ĩtellectus/ sunt ĩtellectus oẽs singulatim uelut partes: quorũ est etiã numerus. Neq; igit̃ ĩ mẽte primo numerus est. Quatenus autem est ĩ mente/ ita & tot censetur/ sicut quotq; actus ibi sũt mentis. Et tanquã mentis/ iustitia illic est atq; temperantia/ cęteræq; uirtutes. Item scientia/ & quotcũq; ĩtellectus possidẽs/ reuera ĩtellectus esse cẽset̃. Verum si scientia est ĩ eo/ quid nam prohibet scientiã in alio potius q̃ in seipsa cõsistere? Prohibet certe/ quia sciens illic scitũq; & scientia idem simul existunt: cęteraq; similiter. Quamobrem unũquodq; primo illic existit. Neq; accidẽs est ibi iustitia: quãuis aĩę qua rõne aĩa est/ sit accidens. Nam ĩ potentia potius ĩ aĩa hæc esse uident̃: In actu deniq;/ quãdo ad ĩtellectum surgit habitatq; cum illo. Præter hoc aũt ipsum iam ens existit/ numerusq; ĩ eo/ cũ quo entia generat: agitatum uidelicet secũdum numerũ: Atq; ita numeros existentiæ entium anteponẽs/ ad eamq; accõmodans. Quemadmodũ & ipsius unũ eiusdẽ existentię est pręfectũ/ ens ipsum copulãs ad ipsum primũ. Numeri uero ad primũ alia nõ coniungũt. Sufficit enĩ ad hoc ens ipsum ipsi uni prorsus annexum. Ens aũt euadẽs numerus secũ ipso cõciliat entia. Diuidit̃. n. nõ quatenus existit

unum: Sed ꝑmanet ipſum ipſius unū. Diuiſum uero ſuaptenatura/in quot utiq; uoluiſſet/aīaduertit in quot prorſus diuidereť: numerūq; genuit in ipſo igiť exiſtentem. Viribus nāq; numeri diuiſum eſt/totq; genuit/quot ipſe numerus erat. Principiū igiť fonsq; exiſtendi entibus oībus numerus ipſe eſt primus & uerus. Quaꝑ & hoc in mūdo ſingulorū generatio certis numeris agitur. Ac ſi alius numerus aſſummať/aut gigniť aliud/aut nihil ꝑnitus generať. Atq; ii quidē primi numeri ſunt tanquā numerabiles. Qui uero ſūt ī aliis/iam utraq; habēt. Qua enī rōne ſūt ab his/numerabiles ſūt. Qua uero præter eos exiſtētes ſecūdū eos agūt/alia metiuntur/tum numeros/tum numerabilia numerantes. Quo enī potiſſimū decem dicere queant/niſi numeris penes ſe exiſtentibus?

MARSILIVS.

Quādo hoīes forte decurrētes numeras: numerū ipſe nouū penes te facis ī genere quantitatis. Quādo uero decem hoīes ad idem ordinatos ī choro cōſideras/præter denarium tuum/eſt & ī eis denarius ordinatus ī genere quātitatis. Sed numerus partium in re qualibet naturalium/eſſentialis eſt/& naturaliter in ſubſtātię genere collocatus. Cap. XVII.

ESſentialis quoq; numerus ē in anima/ ex pluribus uidelicet ſuaptenatura harmonice cōſtituta: eſſentialis ī mēte diuina numerus: Tum idearum iter ſe ſerie certa diſpoſitarum: tum etiam partium ī quauis idea ſuarum: tum deniq; ſuꝑ ideas numerus ipſe ſimpliciter.

PLOTINVS.

DErcontabiť nos aliquis forte deinceps hūc in modū: numeros iſtos quos primos nominatis & ueros: ubi nam ponitis? Et in quo potiſſimū rerū genere collocatis? Apud oēs ſane ī genere quātitatis eſſe uidētur. Vos etiam in ſupioribus mentionē de quātitate feciſtis/exiſtimātes ſicut cōtinuā/ita quoq; diſcretā quātitatem ī ipſo entium ordine ſtatuendam. Sed rurſus affertis/numeros iſtos entium eſſe primorū: uel etiam ſuꝑ illa. Aliosq; iterum numeros præter illos eſſe dicitis numerātes. Quo nā igiť modo talia diſponatis/nobis precor exponite. Plurima. n. ex hac opinione dubitatio naſciť. Quādoquidē & unū quod rebus ſenſibilibus ineſt/in cōtrouerſiam uenit/utrum ſit quātū aliqd. An potius ſi unū ſæpius aſſummatur/ſit quātū. Sin aūt excipiať ſolū/tūc nō quātū quicquā: ſed quātitatis initium. Rurſus ubi eſt principiū quātitatis/utrum cognatū ſit uel alienū. Hæc ita oía explanare nobis iure debetis. Tractandū igiť nobis his de rebus/hinc forſan exordiētibus. Quādo ſane? At primū in materia hoc ſenſibili ꝑtractādū. Quādo inq; alium una cū alio accipiēs duo dicis/uelut canē & hoīem uel etiā duos hoīes/aut plures/ceu decem computās: hoīumq; denariū dicēs/hic numerus nō eſt ſubſtātia: neq; etiā ut rebus ſenſibilibus ineſt: Sed pure quātitas. Iam uero tu partiēs ſecūdū unū faciēsq; huius denarii partes ſingulas unitates prīcipium efficis quantitatis. Vnus enī ex ipſo decem numero/nō eſt ipſum ꝑ ſe unū. Quādo uero hoīem ipſum ī ſeipſo numerū quendā dicis ceu binarium: aīal atq; rōnale/non unus/amplius modus hic obſeruatur: ſed quatenus diſcurris/& numeras/quātum aliquid efficis. Qua uero rōne ſubiecta ſūt duo/& utrūq; unū: ſiquidē unū utrūq; complet eſſētiā: & ī ambobus eſt unitas/numerū alium eſſentialēq; pronūtias. Atq; hic binarius/nō poſterius īcidit: neq; ſolū quātitatē quādā ſignificat extra rem ipſam! Sed quod eſt ī eſſētia/cōtinetq; ipſā rei naturā. Nō tu

hic efficis numerum discurrendo/dum res p se existētes ꝑsequeris: quæ quidem tuo numerādi actu nō ꝓcreanť. Quid.n.accedat alteri homini ad essentiā/quando cū alio quopiam numerať. Nō.n.ibi est unitas aliqua/qualis ī choro:Sed iste denarius hoium ī te dūtaxat enumerāte/existere poterit.In ipsis uero decē/quos numeras/siquidem nullo ordine cōciliańť in unū: neq; denarius quidem esse dicetur.Sed decē ipse facis/numerās uidelicet/& quātum reddēs hunc ibi denariū. At in ipso choro atq; exercitu est & aliquid extra te/ꝓter id quod existit in te. Sed quo nam modo ī te?Forsan ipse numerus tibi ante numerādi actū insitus se aliter hēt. Numerus ār resultās ex eo quod apparet extrinsecus/ad illū qui est in te/actus est uel illorū/uel secūdū illos/dum tu uidelicet simul numeras & ꝓcreas numerum: Atq; ī hoc ipso actu existētiam efficis quātitatis:quemadmodū in gradiendo/motiōis cuiusdam efficis existētiam. Quo igitur modo qui nobis est insitus/se aliter habet? Est ipse ꝓfecto nostræ essētiæ numerus:Quā Plato inquit esse numeri/harmonięq; participē:rursumq; numerū harmoniāq; existere. Inquit itaq; aliquis neq; corpus ēe/neq; magnitudinē.Ideoq; aiam ēe numerum:siquidē sit essētia/corporis quidē numerus essētia est/ut corpus.Numerus aūt aiæ essētiæ quędam est ut aiæ sunt. Iam uero ī ipso prorsus itelligibili mundo si ipsum ibi aial plura quędam est/uelut trinitas aliqua/hęc ipsa trinitas quę est in aiali/essentialis existit. Trinitas aūt quę nōdum est aialis:sed oīo trinitas ī ente/pricipium est essētiæ. Si aūt illic enumeres/aial & pulchrum/utrūq; sane est unum. Tu uero penes te cōcipis numerum:agisq; quātitatem atq; binarium. Verūtamē si uirtutē dixeris quędam quattuor/certe quaternarius quidā est/uelut partes uirtutis conferētes ad unum:licetq; dicere unitatē/quaternarium/uelut subiectū aliquod. Tu uero illi quaternārium/q in te est/accōmodas.

MARSILIVS.

Corpora quidē ī dimēsiones / hę uero ī numeros resoluunť. In primo igiť exemplari numeri quidē dimensiones/hę aūt corpora antecedūt Cap.XVIII.

PRofecto ante corpus naturale est ipsum simpliciter corpus. Igiť & principia huius ante illius pricipia sunt. Dimensiones igiť quę sunt termini corporis:item numeri qui dimensionū mensuræ sunt/ante propria rerum naturalium pricipia cogitanť. Quapp & sine materia sensibili cognoscunť. Corpus profecto neq; ꝑ materiā/neq; ꝑ qualitatē proprie corpus est:sed quātitatem: nisi eni hæc accesserit/utraq; est incorporea. Numeri igiť cū quātitatis principia sint/probabiliter a Pythagoricis initia corporū apellanť. Habēt.n.pricipiorū proprietatem.Siquidē primis minimisq; sunt differētiis cōstituti:& a simpliciſſima mox unitate procedūt. Quæ quidē situm libere supeminens antecedit punctū situi cōsignatū:imo & ipsa supessentialis unitas oēm præcedit essentiā specie designatā. Sūt ī diuinis certe figurarū ideę: ꝑ quas & mūdi sphęris & unicuiq; spēi determinatæ figuræ sūt. Illic aūt dimēsio uel figura nō aliter q̄ destinatione quadā intelligētię terminať. Linea illic hac tātū rōne dicitť infinita:quoniā idealis lineę ratio nullū habet terminū quātitatis. Alioquin nō ęque cum lineis quibuslibet maioribus minoribus ue cōgrueret. Essētia prima iprimis considerať uiua:deinde intellectualis agnoscitť. Sed cū primū itellectualis est/simul etiā uiuēs itellectuale/uel intellectuale aial definitur. Numeri & figuræ prius illic inuoluta mox cum itellectuali illic aiali pariter euoluunť.

## PLOTINVS.

REliquum est explanare qua cõditione dicat̃ numerus infinitus. Hæ nãq; rõnes numero terminũ adhibẽt: & forsan recte admodũ: siquidem numerus sit futurus. Infinitũ nãq; numero aduersat̃. Cur nã igit̃ sæpe solemus dicere numerũ infinitũ? An forte sicut dicimus lineã infinitã? Dicimus aũt infinitam lineam: nõ quia sit aliqua talis: sed quia liceat maxima linea ceu linea mũdi maiorem excogitare. Sic & in numero. Postq̃.n. quantus sit numerus/cognoueri mus/licet ipsum aío duplicare/nõ cõiungẽdo quidem hũc illi numerũ. Quo enĩ pacto notionẽ imaginationẽq; quæ tibi soli ineſt/cum rebus extrinsecus existẽtibus copulabis? Alioqn forte dicemus ifinitã i regione itelligibili lineam. Erit enĩ quãta quę linea illic erit. Verum si nõ est ibi eiusmodi quãtitas/erit i numero infinitum. Sed profecto infinitũ ibi alia quadam dicit̃ rõne: nõ tãquam quod nõ liceat pertransire: Quo nã modo igitur infinitũ? Forsan qa i ipsa ipsius lineę rõne nullus per itelligẽtiam terminus additur. Quid nam igitur/& ubi illic est linea? Est sane numero posterius aliqd. In ea enĩ inspicit̃ unum. Siqdem & ab uno incipit/& ad dimensionem producitur unam. Quãtitas uero dimensionis nõ habet terminũ. Sed ubi nam? Hoc igitur solum i intelligẽtia tãquam determinatrice cõsistit. Aut etiã res ipsa est/intellectualis tamẽ. Omnia nãq; sic ibi sũt/ut & intellectualia sint/& qũo res ipsa se habet. Atqui & de plano ac solido oĩbusq; figuris ubi & qũo disponãtur/illic est presignatũ. Nõ enĩ nos dũtaxat figuras excogitãdo creamus. Quod sane testat̃ ipsa mũdi figura nos antecedẽs: & figuræ ceteræ naturales rebus natura cõstantibus naturaliter assignatæ. Quæ quidẽ necessario ante corpora sũt/tãquam infigurabiles ibi/primęq; figurę. Nõ enĩ formę quędã sũt iacẽtes i aliis: sed ipsæ sui iuris existũt: Ideoq; extẽsione nõ indigẽt. Nam quę extensa sunt aliis sũt addicta. Vna igit̃ undiq; figura est in ente: Discretio uero facta est uel i ipso aíali seu uiuente: uel ante aíal atq; uiuẽs. Dico aũt fuisse unum quodq; discretũ: nõ quia protractũ aliquid sit i molem: sed quia sua cuiq; aíali sit distributa figura. Proinde corporibus illic existẽtibus/suæ sunt accõmodatæ figurę: uelut igni si placet/illi pyramis illa. Quapp & hic mũdus illa imitari cõtendit: quanuis pp materiam assequi oío nõ ualeat. Aliæ præterea figuræ secũdum analogiam & proportiõem quandã & hic pariter sũt & ibi. Sed nunquid i aíali sunt/quatenus aíal seu uiuẽs? An prius i intellectu figuræ sũt? Sunt certe i aíali. Si igit̃ aíal comprehẽderet itellectum/aíali prius ineſſent. Sin uero uicissim/prius ordine sunt i mente. Quinímo & si i illo pęnitus absoluto uiuẽte sunt & aíæ/prius est itellectus. Sed quid nam dicemus ad Platonicum illud? Quot inquit i uniuerso uiuẽte inspicit itellectus: & quæ ibi sequunt̃. Si ergo itellectus íspicit illud/posterior esse uidetur. Nisi forte hoc ipsum quod dicit̃ inspicit/ita sit positum a Platone: ut i ipsa perspectione/aíalis ipsius/& aíalium natura subsistat. Nõ enĩ alius est qui cernit/& qui uidetur/sed cũcta sunt unũ. Ipsaq; itelligentia nudam habet sphęram. Ipsum uero aíal sphęram possidet aíalis.

## MARSILIVS.

Numerus rerũ iter se formaliter differẽtiũ determinatus ẽ in mũdo corporeo per numerum idealem certum i mũdo diuino: Qui tamẽ illic infinitus dicit̃: sicut & quęuis idea: quia totam naturę suæ uirtutisq; possidet plenitudinem: nec extrinsecus terminat̃.

Cap. XIX.

PVlchritudo primę eſſentię ſuaptenatura uiuentis eſt intelligentia ſua/con
uerſa ſemp ad ſeipſam/& ad ipſum bonum. Præterea oīs itellectus & aīus
uitā illam ītellectualem reuera cōtemplās/ac igit̄ inde lumine intellectuali
pariter & uitali/& accedēte ſtatim amore tranſformatur ī illā. Prima eſſentia nec
ab ullo ente/uelut a cōtrario patit̄. Eſt.n.totius entis cā:& omne ens eminenter:
nec a nō ente pati pōt. Et quoniam per ſeipſam eſt/ merito ſemp eſt/atq; pleniſſi
me. Pendet autē ab ipſo bono/ dum uitam & ītelligētiam antecedit. Quamobrē
uiuere & ītelligere nobis eſt appetēdum: ut eſſe pleniſſimū habeamus. Hoc autē/
ut habeamus eſſe bonum. Principium deniq; eſt/quod ſibi ſufficit. Aīa quidem
ſibimet ad motum ſufficit. Ens aūt ad ipſum eſſe ſibi ſatis eſt. Ipſum uero bonū
ab bonū/atq; oīa. Tria igit̄ principia uideri poſſunt.

PLOTINVS.

PRoinde numerus illic oīs eſt definitus. Nos aūt numero quocunq; dato
maiorem fingimus. Atq; ſic infinitū in numerādo cōtingit. Illic aūt nō po
teſt ſemel ītellecto numero/maior ītelligi numerus. Iam enī exiſtit. Neq;
relictus eſt ullus: neq; ī poſterū relinquet̄: ut ipſi alius adiungat̄. Fas eſt itaq; illic
etiam apellare numerū infinitū: ꝓpea q nō ſit menſuratus. A quo enī menſurari
queat? Sed q eſt/uniuerſus exiſtit: unū exiſtēs atq; ſimul. Atq & totus nec ullo
termino comprehēſus. Sed qui eſt ſibimet ſeq; ipſo cōſiſtens. Nullum enī oīo en
tium termino circūſcribitur. Nam terminatū menſuratumq; cenſetur illud: quod
in infinitū ꝓlabi cohibet̄: egetq; termino. Illa uero menſurę ſūt oīa. Quamobrem
ibi pulchra ſūt oīa. Et.n.qua ipſum aīal eſt/exiſtit & pulchrum/uita optima prę
ditum: cui nihil oīo uitę deſit: neq; uitā hēat morti permixtā. Nihil enī ibi morta
le/nihil eſt moriens. Neq; rurſus exilis debilis ue uita eſt aīalis ipſius: Sed prima
certiſſima/habēs integrum uitæ uigorē: ceu lumē primū: A quo aīæ quoq; & illic
uiuunt: & quę huc deuenīūt/inde ducūt. Nouit autem & cuius gratia uiuat: & ad
quod uiuat: a quo uidelicet uiuit: Nempe ex quo uiuit iterū uiuit ad idem. Ipſa
uero oīum ſapientia ītellectusq; uniuerſus adſtans/& coexiſtēs/& ſimul exiſtēs/
melius ipſum reddit quaſi colorās: ſapientiāq; cōmiſcēs uenerabiliorē uenuſtio
remq; eius efficit pulchritudinē. Quādo & hic uita ſapiēs reuera eſt/ipſum apud
nos pulchrum atq; uenerādum: quāuis obſcure a nobis proſpiciat̄. Illic aūt pure
diſcernitur. Tribuit enim uidenti uiſionem ipſam: uimq; ſimul qua magis & ui
uat: efficaciuſq; uiuens/cernat etiam perſpicacius/ipſumq; quod uidet efficiatur.
Apud nos enim intuitus ad inanimata ſæpiſſime flectitur: & quādo ad animalia
uertitur/tunc quod in eis eſt nō uiuens/primum nobis occurrit: & uita quæ latet
intus/iam eſt ammixta. Illic aūt aīalia uiuentiaq; ſūt oīa/totaq; & pura uiuentia.
Ac ſiquid tanquā nō aīal illic accepis/mox illud quoq; ſuā tibi uitam edit ī lucē.
Siquis deniq; eſſentiā ī illis ſe diffundentē/eisq; prębentē uitā prorſus īmobilem/
rurſusq; prudentiā & illis propriā ſapientiā/& ſcientiā fuerit cōtemplatus/totam
protinus naturā hāc deridebit inferiorē/q ſibi eſſentiā cōi iudicio uendicet. Ab
illa nāq; eſſentia penesq; illam ꝓmanet uita/permanet ītellectus. Entia uero ī ęuo
cōſiſtūt: nihil inde diſcedit. Nihil uertit: nihil dimouet ipſum. Neq; enim eſt ens
ultra ipſum aliquod/quod illud attīgat. Ac ſiqd foret/ſub ipſo proculdubio fo
ret: & ſiquid foret illi cōtrarium/illud adhuc a cōtrario minime patereт̄. Ens aūt
ipſū hoc nequaquā effeciſſet ens! ſed alterū ſuꝑ ipſū cōe: eſſetq; illud ens ipſum.

Quapropter hac ratione Parmenides recte cum unum dixiſſet ipſum ens/nõ ob aliam cõditionem eſſe addidit impaſſibile: ſed dũtaxat/quia ſit ens ipſum. Hoc enim ſolum ex ſeipſo poſſidet eſſe. Quo igitur modo quis ab illo ens adimat/ uel aliud quicquã eorum quæ reuera eſt in actu: & quotcũq; poſſidet ex ſeipſo? Quatenus enim extat/ſua ſibi ſuggerit. Eſt autẽ ſemper. Ideo ſunt ſemper & illa. Adeo uero potentia eſt & pulchritudine magnũ: ut ad ſe alliciat/rapiatq; omnia pẽnitus ex ipſo pendẽtia: ſatiſq; inde putantia ſibi factum: ſi uel eius ueſtigium conſequãtur. Quę ſane poſt hoc quęrunt & bonum. Eſſe nãq; ipſum quantũ ſpectat ad nos/eſt ante bonum. Hic denique mundus omnis/ad hoc ipſum ut ſit/uitam ſapientiamq; affectat. Omniſq; anima & intellectus omnis hoc ipſum quod eſt/optat exiſtere. Ipſum uero eſſe ſibi ipſi ſufficit.

## LIBER SEPTIMVS ENNEADIS SEXTAE
### Quomodo idearum extitit multitudo/atq; de ipſo bono.

MARSILIVS

Deus prouidens animali non ita cogitauit: primo qudem animal inter contraria poſitum pati poſſe. Secundo opus eſſe ſenſibus/ut caueret. Tertio ſenſuum iſtrumentis. Sed uno ſtatim ītelligentię ictu uirtutiſq; momento cuncta in ipſo penes Deum animali ſimul ordinate diſpoſita ſunt

Cap. Primum

INTELLIGENTIA enim uirtuſq; perfecta motum/ac ſenſum/ & ſenſibilia mirabiliter antecedẽs: nec a ſenſu uel ſẽſibili exorditur: nec inſtar mobilis alicuius ab hoc in iſtud/ab iſto in illud ordine ducitur quaſi gradibus. Sed in uno ſemel omnia poſſidet. Idea rei cuiuſq; quantũlibet cõpoſitæ motibuſq; diſtractę/in Deo ſimplex eſt: totaq; ſimul preſentia poſſidẽs quę cunq; in rebus apud nos temporibus euoluuntur.

PLOTINVS

QVM ipſe Deus uel ſaltem Deus aliquis animas in generationem demitteret/ luciferos in facie oculos fabricauit: & inſtrumenta cætera reliquis adhibuit ſenſibus/præuidẽs uidelicet ita demũ animal poſſe ſeruari: ſi ãteuideat audiatq; ſingula/& deniq; tãgat. Atq; ita alia quidem fugiat alia ꝓſequaẽ. Sed unde nam præuidit hæc Deus? Non enim putãdum ẽ/facta quondam ab eo aīalia quędam: quæ carentia ſenſibus repente perierint. Itaq; Deum hinc admonitum ea ī poſterum tribuiſſe: quibus inſtructi homines & animalia cætera ęque munita pernitiem deuitarent. Forſan uero quiſpiam afferet Deum antea cognouiſſe animal ī calore & frigore cęteriſq; corporum paſſionibus uerſaturum. Itaq; talia cognoſcentem: ne facile animalium corpora ꝓderentur: ſenſum attribuiſſe/& inſtrumẽta quibus ſenſus cõmodius uterentur. Veruñ quærendum eſt deinceps utrum animis eiuſmodi iam utres habentibus adiunxerit inſtrumenta/an utraque dederit. Si ſenſus quoq; tradidit: non erant antea ſenſuales: cum tamen animæ iam tunc exiſterent. Sin autem habebant/iam quando factę ſunt animę: Factęq; ſunt/ut in generationem ueniant/ certe innatum eſt eis/ ut in generationem ueniant. Ex quo ſequi uidebitur/ut pręter naturam ſit a generatione diſcedere. Er ī mundo intelligibili uiuere. Itaque factæ uidentur/ut alieni

ſint iuris habitētq; in malo: idq; prouidentia machinatur/ut cuſtodiantur in malo. Atqui & rōcinatio Dei ſic ſe haberet: & omnino in Deo rōcinatio foret. Vnde quęrendum erit/quæ nam diſcurſionis eiuſmodi principia ſint. Si enim ex diſcurſionibus aliis/oportet tandem in aliquid uel aliqua ſaltem ante diſcurſionem extantia pęnitus peruenire. Quę nam igitur pricipia ſunt? aut ſenſus: aut potius intellectus. Verum ſenſus quidem nōdum erat exortus: igitur intellectus. Verum ſi intellectus quidem/eſt propoſitiones quędam/cōcluſio uero ſcientia/ſequitur ut de nullo ſenſibili tunc fuerit cōſultatum. Non enim pricipium quidem ex intelligibili pendet: finis autem ī quiddam nō intelligibile deuenit. Tum uero quo nā modo contigit ante ſenſibile talem quēdam habitum excogitatiōemq; incidere? Quamobrem neq; animalis ullius: neq; omnino mūdi huius ex quadā rationis diſcurſione prouidentia contigit. Siquidem nec omnino ulla apud deum argumentatio eſt/ nominatur tamen interdum rōnale quoddam in Deo conſilium: ut ita potiſſimum indicetur/ſic ab eo ſingula conſtituta/ut ſapiens aliquis in rebus poſterioribus cōſilio faceret. Tum uero præuiſio nūcupatur in Deo. Quoniā ita diſpoſuit: quemadmodum ſapiēs aliquis rebus poſterioribus prouidiſſet. In his enim quę ante argumentatiōem minime fiunt/argumentatio confert ob potētiæ illius infirmitatem/quę actum argumentandi pręcedit. Confert quoq; præuiſio/ quoniam penes eum qui pręuidet non erat facultas per quā non egeret pręuiſione. Pręuiſio enī huc tendit: ut non hoc quidem: ſed illud eueniat. Vbi quodāmodo timetur: nequid incidat alienum. Vbi autē non hoc uel illud īminet/ ſed hoc tantum adeſt/non eſt ulla præuiſio. Quinetiam argumentatio hoc pro illo quærere uel aſſūmere ſolet. At ubi alterum adeſt ſolum/quid nam argumētatione ſit opus? Quomodo igitur illud quod eſt ſolum & unum & omnino ſe ſimpliciter habet/reuolutionem ī ſe admittit eiuſmodi? In qua hoc aliquid ſtatuatur: ne forſitan eueniat aliud. In qua & dicat̄/ niſi hoc fiat/accideret illud. In qua rurſus adatur hoc iam apparuit utile: & ſi hoc fiat/ſeruabit effectum. Si enim apud deum ita cogitaretur: igitur præuidiſſet. Igitur & ante eſſet argumētatus. Atqui & quod modo ab initio dicebatur/ſenſus ac uires ob hoc ipſum dediſſe uidetur. Quāuis tributio hęc utrum fiat/ & quomodo fiat/dubitationem plurimam ſubeat. Verū tamen ſi oportet quālibet illic actiōem eſſe defectus expertem: neq; fas eſt penes Deum eſſe aliquid quod nō ſit totum & uniuerſum: profecto neceſſarium eſt in unoquoq; eorum/quę Dei ipſius propria ſunt omnia contineri. Quāobrem cum & ipſum futurum/ſit ibi iam pręſens/nihil eſt in eo poſterius. Verū quod ibi iam adeſt/poſterius euadit in alio. Si ergo futurum/iam eſt pręſens/neceſſe eſt ſic eſſe pręſens/tanquam pręcognitum in poſterius. Ideſt ut nihil tunc indigeat aliquo. Ideſt ut nihil deſit omnino. Omnia igitur iam erant. Erantq; ſemper: & ita erant: ut poſterius liceret dicere: hoc eſſe poſt illud. Nempe quādo quod illic eſt explicatur & panditur/ tūc hoc poſt illud apparet. Qua uero ratione ſecum ſimul exiſtit/non occurrit hoc amplius atque illud: ſed potius hoc uniuerſum. Ideſt cauſā quoq; poſſidens in ſeipſo.

MARSILIVS

Duo de quolibet potiſſima quęri ſolent. Quid uidelicet & propter quid res ipſa ſit. Illud quidem explicatur definitione: hoc autē declaratur aſſignatione cauſæ efficientis atq; finalis. Et inuicem cōiuncta ſunt ambo

Cap. II.

SEnſus quidē neutrū quęrit. Rō uero quærit utrūq; ſeorſū. Intellectus aūt poſſidet utrūq; ſimul. Atq; ī hoc rō ſimul conſeqr̄ ambo. Nēpe cū primū qd ipſa rei natura ſit definierit: mox ī ea ipſa definitione deprehēdit efficientē eius cām & finalē: atq; uiciſſim cū primū eiuſmōi cām apprehēderit: cōprehendit ibidē ipſius rei naturā. Præterea ī aīali tū mundano/tū quolibet/ita mēbra inuicē ſunt cōtexta: totaq; ſimul ꝓdeunt/ut quouis inſpecto cā ſtatim eiuſdē conſpiciaṫ/atq; cōuerſo. Multo maior ī mūdo diuino eſt utriuſq; copula/ubi in quauis idea cæteræ ſunt cōnexę. Atq; mens ipſa quid ſimul/& ꝑp qd de unoquoq; tenens idea quęlibet ipſamet exiſtit. Deniq; ignis quidem ꝙ naſcatur/ꝙ ita ſe habeat/ꝙ ſic agat/ſic patiaṫ/ſortiṫ cām aliunde. Quod āt ſit hoc ipſū quod naturaliter eſt. s. corpus calidū/ſiccū/lucidū/ nō aliunde reportat. Sed ob hoc tātū quod eſt ignis ꝓfert hęc tria ſimul/atq; uiciſſim. Hac igiṫ rōne qd ī eius natura: & ꝑp qd minime ſegreganṫ. Vnde rerum ſpēs definitioneſq; ſolent a Platonicis neceſſariæ ęterneq; nuncupari.

## PLOTINVS.

HInc igiṫ aliquis nō minus naturā mētis ꝓdiſcere pōt: quā magis ēt q̄ alia cernimus. Neq; ſic tamē/ut q̄ti ſit mēs/uideamus. Iā uero mentē dicimus penes ſe habere qd unūquodq; ſit: ꝑp quid āt/minime. Aut ſi id cōceſſerimus/nō tamē alterū ſeorſū habebit ab altero. Videamus age hoīem/aut oculū ſi contingat/illic exiſtentē tanq̄ ſimulachrū aliquod & ſpectaculum/uel ſpectaculi partem. Tale ꝓfecto quiddā eſt homo illic/& ꝑp quid rurſus homo. Siquidē ītellectualē oportet illic eſſe hoīem atq; oculū: & ī eo ītellectuali cōditione ꝑp qd ſit cōtineri: alioqn illic oīo nō erit/niſi hoc ipſū quod dicir̄ ꝑp qd ī ſeipſo cōtineat. Apud nos āt quēadmodū partes alię ab aliis quodāmō ſepatę ſunt: ſic & ipſum ꝑp quid ab eo quod qd eſt ſimiliter ſepatur. At uero illic ī uno ſunt oīa. Quapp idē eſt oīo res ipſa: & ꝑp qd res ita ſe habeat. Sæpe etiā ī regione corporea res ipſa/& ꝑp quid ad rem eādem ꝓtinens/ꝓrſus eſt idē: uelut qd eſt ſolis lunę ue defectus. Quid nā igiṫ ꝓhibet/& unūquodq; tū quid/tū ꝑp qd eſſe? Atq; hoc ipſū ꝑp quid eſſe eſſentiā cuiuſcūq;: Immo uero neceſſariū eſt. Vnde illis qui ſic quid unūquodq; ſit conanṫ accipe/recte ſuccedit. Quod. n. eſt unūquodq;/ꝑp hoc & exiſtit. Nō aūt dico nūc ita/quia ſpēs unicuiq; cā ſit eſſendi: id nāq; uerū eſſe conſtat. Sed quia ſi quālibet ſpēm penes ſe ipſā euoluas/ſtatim ꝑp quid in ea repies. Quod. n. ineffacē & uanā eſſentiā uitāq; ſortitur/nō oīo ꝑp quid poſſidet in ſe ipſo. Quod aūt & ſpēs eſt/& mētis propriū/quonam modo aliunde/ꝑp quid ita ſit accipere poterit? Siquis autē accipere ꝓpter quid dicat a mēte/certe nō eſt ſeorſum. Siquidem mens hæc ipſa ſpēs eſt. Si igitur oportet mentē habere hæc abſq; ullo defectu/neceſſariū eſt: neq; ipſum qdē ꝓpter quid eis ullo mō deeſſe. Mens aūt penes ſeipſā habet ꝑp qd potiſſimū ſingula quæ ī ea ſūt/ita ſe habeant. Quę uero ī ea ſunt/eadē ipſa mēs exiſtit/tū ſūmatim/tū etiā ſingulatim. Adeo ut nihil eorum hoc ipſo quod dicitur propter quid factum ſit/egeat. Sed ſimul & factū eſt/& habet in ſe proprię ſubſtantiæ cauſam. Cum uero non ſit temere genitum/nihil prætermiſit omnino/quod ad rationē ꝓpter quid ſit ita/pertineat. Sed poſſidens uniuerſum/habet ſimul & rationem ꝓpter qd ita bene fiat/ad cām pertinentem. Præterea & his quæ participant/ita naturam tradit/ut etiam propter quid ſic eam accepint/nāciſcantur. Proinde ſicut in hoc mūdo ex multis cōpoſito omnia

inter se cõnexa sunt: atq; in eo ipso quod in eo sunt oĩa/inest insup ꝓp quid ita sit unũquodq;:quẽadmodũ & in quouis corpore pars ad totũ se hẽre uidet. Vbi profecto non sit quidẽ hoc primo:deinde post hoc & illud. Sed inuicem causã sibi mul continent & effectum. Sic oportet multoq; magis illic & oĩa ad totum singulatim sese habere: & quodlibet ad seipsum. Quãobrem si eiusmõi simul omnium consistẽtia est/neq; temere oĩum: oportetq; nullo modo seiungi/ nimirũ effectus cãs in se habent. Et unũquodq; tale est/ut quasi causam habeat sine causa. Si ergo causam essendi nõ habẽt/seipsis uero sufficiẽtia sunt/etiã si solitaria sint q̃tum ad societatem causę ptinet/profecto sunt ĩ seipsis secum habẽtia causam. Præterea si nihil ibi temere est:multa uero ĩ unoquoq; sunt/& unũquodq; est cũcta quę possidet:poteris utiq; ꝓp quid sit quodlibet explicare. Prę̃erat igit̃/& simul erat ꝓp quid ibi/nõ ꝓp quid proprie:sed quid prorsus existẽs: ĩmo uero ambo sũt unũ. Profecto si ĩtellectualis ipse mẽtis cõceptus/qua mẽtis est/talis foret/ qualis impfecta quędam genitura/nõnihil ẽt supflui pateretur. Si ergo cõceptus est pfectus in quo deficiat/assignari nõ potest. Neq; afferri ꝓp quid hoc non adsit. Cum igitur adsit/potes ꝓp quid sit præsens/asseuerare. In ipsa igitur substantia ipsum ꝓp quid sit continetur. In qualibet igitur mentis notione actioneq; totũ simul occurrit/uelut in ea quæ ad hominem ptinet/totus præfulget homo simul afferẽs cum ea seipsum/atq; omnia quęcunq; hẽt a principio simul possidens. Itaq; in promptu simul totus est positus. Iam uero nisi sit totus/sed aliquid insuper sit addẽdũ ad genituram id potius ptinebit. At ille semp est. Quapp est totus. Qui uero fit homo/est proculdubio generabilis.

MARSILIVS

Quoniã intellectualis forma per quã Deus agit/est ipsa natura Dei/facitq; eadẽ semp eodẽ mõ/merito nõ tam consilio quodã agit/q̃ naturali quadã forma seipsam foras.q.naturaliter exprimente

Cap. III.

IN qualibet forma diuinitus ꝓcreata uariæ quædã formæ sũt.q.totius essẽtię partes. Propter eiusmodi partes tota existit essẽtia: & essentiæ gratia partes sunt adhibitæ. Et cunctæ partes eiusmõi/ipsa sunt essentia. Vides igitur in formali rõne rei/quid ipsa sit/& ꝓp quid pariter declarari.

PLOTINVS

QVeret hic aliquis/quid nã prohibeat/quo minus de illo ĩtellectus antea cõsultauerit. Sed dicendũ est/ esse pęnitus secundũ illũ. Ideoq; nihil addi mendũ esse:nihil addẽdũ. Varũtamẽ ob ipsã suppositionẽ fingit̃ ille cõsultare atq; argumẽtari. Suppositum nãq; est/illa fieri. Atq; ita nimirum deliberatio & discursio quædam protinus adhibetur. Ex eo aũt ꝙ demõstratum est fieri semper/argumentatio tollitur. Non enim in eo quod semper extat/argumẽtatio competit. Nãq; etiam conditio hęc esset obliti/quomõ prius egerit. Deinde si melius efficit postea/ opera sua prius pulchra non essent. Sin uero pulchra erant/eodem modo res ipsa se habet. Pulchra uero sunt:siquidem sint una cum cã. Quandoquidem & nunc pulchrum aliquid est:quoniã sua possidet omnia. Hoc enim & ipsa spẽs est ꝙ oĩa possidet: præsertim si materiã occupet: occupat ãt si nihil ipsius reliquerit non formatũ. Informe uero relinqueret/siqua forma deesset uelut oculus aut quodlibet aliud. Quãobrem ubi assignas cãm omnia dicis: cur nam igitur oculi sunt/ut uidelicet adsint omnia? Iterum cur nares? ut omnia prorsus

adſint. Iam uero ſi gratia ſalutis tribui hęc adducas/cuſtodem eſſentię quendam afferes in ipſamet exiſtentē. Id aũt eſſe aliquid conferēs iudicabis. Sic igiť & ante hoc erat eſſentia. Atq; ita cā pars eſt eſſentię. Ac ſi aliud ſit/hoc ipſū tamē quod ē eſſentia ipſius exiſtit. Oia igiť inter ſe conſpirāt/ atq; tota & perfecta & uniuerſa eſſentia eſt. Atq; hoc ipſū ut bene ſe habeat una cum cā eſt/& eſt ī cauſa. Atqui & eſſentia:& quod quid eſt/& ꝑ quid eſt/unū eſſe cōuincitur. Si igiť in ipſa ſpē ue lut humana incluſa hæc conditio eſt/ut ſenſualis homo ſit/ & qūo ſenſualis/æter na quadam neceſſitate perfectioneq; mentis:quæ ſi modo ꝑfecta eſt/cauſas in ſe ipſa complectitur/ adeo ut nos aīaduertamus ī poſterū: ſic rem recte diſponi:ibi enim cauſa unum eſt cum eſſentia complens eſſentiam: atq; homo illic non intel lectus tantum eſt:cui poſtea dum in generatiōem mittitur/ſentiendi uis adiunga tur:ſi inq̄ res ita ſe habeat:dubitatur quid nam prohibeat/quo minus ille intelle ctus ad hęc iclinetur. Quid enim ent hoc ipſum quod dicitur ſenſuale. An forte quod apprehendere quandoq; ſenſibilia poſſit. Si ita ſit/quomō non abſurdum fuerit?Ibi quidem eſſe ſenſitiuū aliqd ab æterno:hic uero deniq; perſētire: actūq; illius potētię hic duntaxat expleri:quādo aīa deterior iam euaſit.

MARSILIVS

Vnaquęq; res hoc ipſum quod eſt intrinſecus a forma ſpeciali naturaliter habet. Qui igitur hominem definit id quod eſt ex anima corporeq; cōiunctū: nō dum rōnem formalem aſſignat/qua homo hoc ipſū quod eſt exiſtit Cap. IIII.

PLOTINVS.

RVrſus ad dubitationem hanc enodādam/quid homo ille ſit/tanq̄ ab ini tio nobis eſt aſſūmendum. Ac forſan prius quid homo ſit hic uiuens/ſa tius eſt explicare. Ne forte nondum omnino quid hic ſit cognoſcentes: tanq̄ hunc iam teneamus/curioſius illum ĩueſtigemus. Forte enī quibuſdam ui deri poteſt/homo idē eſſe hic noſter & ille. Initium uero cōſiderandi hinc potiſſi mum aſſūmať. Quęrendum eſt ſane/nunquid noſter hic homo ſit ratio quędam ab anima differens hūc hominem faciente/eiq; uitam rōniſq; diſcurſum ſuppedi tāte?An potius ipſa anima/talis inq̄ anima/homo ſit. An deniq; homo ſit anima tali quodam corpore utens. Verum ſi homo eſt animal rationale: animal autem eſt quod ex anima corporeq; componitur:definitiua hæc hominis ratio non ea dem atq; anima erit. Atqui ſi ipſa hominis ratio eſt/quod ex anima rationali con ſtat & corpore:quomodo nam erit ſubſtātia ſempiterna? Quippe cum ratio hæc talis hominis tunc deniq; fiat/quando anima & corpus congrediunť. Nēpe eiuſ modi rō futurū ſignificat:neq; talis eſt/quale/quādo dicimus ipſe homo:ſed po tius definitioni cuidam ſimilis:deſcriptioni inq̄ tali/qualis quod qd ſit/non ex plicet. Nā neq; ſpēi cuiuſq̄ eſt materialis:Sed deſignat potius cōpoſitū quiddam aliquādo factum. Si aūt id ſit/nōdum inuentus ē homo:quē profecto ſecūdū rōnē ipſam eſſe conſtat. Siquis aūt dicat rōnem quidem talium oportere coniunctū ali quid eſſe:quod autem hac ipſa in re ineſt/ ſecundum quod eſt/unūquodq;/non exiſtimet afferendum. Quod tamen adducendum eſt:& ſi q̄maxime ratiōes for marum materialium/cum materia ſint aſſignandæ. Verūtamen rōnem ipſam quę facit ut homo ſit homo/oportet accipere/apud eos pręſertim/q̄ exiſtimant ī una quaq; re rite definiēda/ ipſū quod quid eſt/pęnitus explicandū. Quid nam igiť eſt eſſe ipſum homini? Id eſt perinde ac ſi quæramus/ quid eſt/quod efficit hunc

esse hominem: ita tamen ut nõ sepatum sit: sed insit. Num igitur ratio ipsa est animal rationale? An potius hoc est coniunctum? Ipsa uero ratio rõnalis aialis effectrix aliquid existẽs ipsa: quid nam existit? An forte ī ipsa definitiua hominis ratione/ rõnale animal ponitur/ pro uita quadam rationali? Ideoq; homo uita rõnalis erit. Sed nũquid uita sine anima: aut enim anima rõnalem præbebit uitam: homoq; ipse erit non substantia quædam: sed actus aliquis animæ: Aut potius anima homo erit. Verum si anima .s. rõnalis ipse homo erit/ quãdo in animal aliud anima trãsit/ quid nam ꝓhibet adhuc hominem esse?

MARSILIVS

Homo est anima intellectualis rationalisq; simul & sensualis. Atq; hæc animę humanę cõditio examussim ad ideę nostrę characterẽ est expressa. Cap. V.

QVę quidem idea primus homo est. Aia uero ita sicut dixi se habens ẽ homo secũdus. Tertius uero homo est & quasi iam non homo: animal cõpositũ ex corpore nostro simul atq; uita quadam huic infusa ab aia præcedẽte. In qua sensus ẽ efficacior. In aiali uero sensus obtusior. Sed humana quædam affectio: quæ declarat hanc animalis uitam nõ ab anima tantũ sphęræ: sed a nostra etiam dependere: sicut nostra diuinitus depẽdet semp/ & agit.

PLOTINVS

OPortet igitur hominẽ aliã quãdã rõnem esse præter aiam. Iam uero quid nam obstat adhuc coniunctũ aliquid hominẽ esse? Aiam. s. in tali quadã ratione potissimũ constitutã. Vbi ꝓfecto hæc ipsa ratio sit/ tanq̃ quidam actus eiusmõi. Actus ãt absq; agẽte esse nõ possit. Sic enī & quæ seminibus rõnes insunt/ se habere uidentᷣ. Nã neq; absq; aia sunt: neq; sũt simpliciter aiæ. Efficaces enī rõnes non sunt aię prorsus exptes. Neq; mirari quisq̃ debet/ tales essentias rationes existere. Sed enī rationes illę quę nõ faciũt hominẽ/ qualis aię potissimũ actus sunt? Num forte uegetalis aię? An potius aial facientis clarioris ꝓfecto efficacionisq;/ atq; ob hoc ipsum uiuacioris? Aia uero talis assistens uidelicet materiæ tali: utpote quæ sit hoc ipsum/ tanq̃ sic affecta/ etiã absq; corpore/ esse iudicatᷣ homo. Quæ profecto secundum seipsam aliquid formatī corpore: & simulachrum hois aliud quãtũ capit natura corporis efficit. Quẽadmodũ & huius insup simulachrũ pictor efficere solet. Efficit inq̃ hominẽ quendã deteriorẽ. Qui tamẽ & formã habet/ & rõnes/ uel mores/ affectionesq;/ & uires debiles & obscuras. Obscura deniq; omnia: quoniã hic non est homo primus. Atqui & spẽs sensuum aliter: & sensus alios: qui &si perspicaces apparent: obtusi tamẽ sunt & imagines quædã: si cũ supioribus sẽsibus cõferanᷣ: Ipse uero huic presidens hõ/ aiæ iam diuinioris existit: habentis hominem meliorẽ: sensusq; admodũ clariores. Atqui hũc forte hoiem Plato definit. Adiũgit ãt ī definiẽdo: aiam utentẽ corpore: quoniã anima quæ definitur homo incubat illi animæ/ quæ proxime corpore utiᷣ. Diuinior ãt anima secũdo loco utiᷣ corpore. Quãdo enī id quod factũ est/ sensuale iam euasit/ consequiᷣ hæc uitã tradens ītegriorem. Immo uero nõ cõsequiᷣ: Sed quasi ipsam adhibet. Non enī a mũdo intelligibili distat: sed cõtingens assidue illũ/ uelut sibi suspensã tenet inferiorẽ. Cõmiscẽs seipsã cum rõne ad rõnem. Quapp homo hic in se obscurus/ fit eiusmõi illustratione lucidior.

MARSILIVS

Aia nostra sensũ adeo radicitus hẽt: ut sensu quodã semp utatᷣ Cap. VI.

In Am & extra terrenum corpus ꝑ corpus aereū ſentit ī aere/ & ꝑ cęleſte corpus in cęlo/hic quidem aeria maxime. Ibi uero cęleſtia. Quin etiā extra cælum intimo quodā imaginationis ſenſu/ ipſas itelligētiæ notiones in cōceptus trāſformat imaginabiles. Vnuſq; noſtrū tres homines habet/idealē/ rationalem/ſenſualem. Qui ſibi deiceps ordine ſunt cōnexi. Sed alii noſtrū atq; alias: ſecūdum alium horū trium/atq; alium uitā agūt. Et quatenus formas uiuē di mutāt: eatenus cōmutant & dęmonas ꝓprios pręſentis uitę duces. Tum uero quæ uitam itellectualem potiſſimū agūt/ dęmonem ſublimiorē nactæ ꝑ eum etiā Deum ducē adipiſcuntur. Ludit poſt hęc ægyptio more Plotinus circa irrōnalis animę trāſmigrationē: atq; etiam circa trāſitum rōnalis animæ ī ipſam bruti naturam. Quæ nec ipſe prorſus affirmat: nec alii Platonici cōprobant. Et nos alibi cō futauimus.

PLOTINVS

Sed quo nā modo ī aīa illa preſtātiore eſt ſentiēdi facultas? Profecto ſentiendi uis illa ad ea ꝓprie quæ illic dicunt̄ ſenſibilia pertinet. Atq; ita ibi ſenſus eſt/ſicut & ſenſibilia. Quapp & ita ſenſibilē illo ſenſu ꝓcipit harmoniā. Dum uidelicet ſenſualis homo ſēſu cōtinet̄ & ꝓcipit: atq; coaptat quod ſequit̄ ad ultimum uſq;/ad harmoniā ibi uigentē. Quinetiā ignis hic cū illo igne congruit. Quē ſuo quodam ſenſu aīa illa ꝓcipiebat: ſenſu inq̄ ꝓportionē quādā habente ignis illius naturæ cōuenientem. Si enī eſſent hæc ibi corpora/hæc & ibi anima ſentiret/atq; aīaduerteret. Iam uero homo illic uiuens/talis quædā aīa eſt/ hęc apprehendere potēs. Vnde & poſterior homo imitatio quædam illius imitatione quadā habet & rationes. Atq; homo qui eſt in mente: hominē præfert oēs homines pręcedentem. Qui ſane ſecūdo fulget homini. Secundus tertio quoq; ſubrutilat. Habet autē quodāmodo omnes homo poſtremus/ nō factus illis: ſed potius adiacēs. Agit aūt hic quidem noſter ad ultimum. Huic uero aliquid refulget a pręcedente. Illi rurſus a tertio ſuperiore ſubgeritur actus. Atq; eſt unuſq;ſq;/ ſecundum quem & agit: q̄uis unuſquiſq; habeat oēs. Rurſuſq; nō habeat. Poſtq̄ uero tertia hęc uita ſepata eſt a corpore: ſimiliterq; tertius homo/ ſi ꝓxime præcedens anima conſequatur/conſequēs uidelicet a ſupernis minime ſegregata. Tūc ubicunq; eſt ultima/præcedens quoq; dicitur eſſe. At cum in bruti corpus traducitur/mirum uideri poteſt/ quo nam pacto eodem trāſferatur & illa/ quæ homis ipſius eſt ratio. Sed profecto iam omnia erat. Alias autem agit ſecundum aliam ratiōem: quatenus igitur exiſtit pura: neq; dum deprauata eſt hominem uult: homoq; exiſtit. Id nāq; melius eſt: quod ue eſt melius agit. Agit quoq; Dęmones priores quidem: ſed conformes illi quæ agit hominem. Et qui ante ipſam eſt/magis eſt dęmonicus: Immo uero eſt Deus. Nempe imitatio quædam Dei eſt annexus Deo dęmon: quemadmodum homo hic ſuſpēſus ad hoīem illū. Non enim Deus dicitur in quem proxime homo ſuſpenſus erigitur. Differentia nāq; hic eadem eſt/quam & animæ inter ſe habēt: ſiquidem ex ordine ſint eodem. Oportet autem dęmones dicere/ſpēm dęmonum/quos Plato dęmones nuncupat. Quando uero comitatur animam/ quæ elegit iam bruti naturam/tunc quæ annexa eſt eratq; animæ ſuperioti/etiam dum agebat hominem: inſitam ſibi ſeminalem animalis illius exhibet rationem. Habet enim eam: actuſq; eiuſmodi deterior iudicatur.

MARSILIVS

Cum Plotinus uelit ideã hoís cũ idea equi cõmiſceri nõ poſſe. Item intellectũ no ſtrũ in diuinis ꝑpetuo ꝑmanere: rõnẽq; ab intellectu ꝓxime regi. Rurſus diuinã aíæ noſtrę naturã ad iferiora nequaq̃ præcipitari: ſed uiciſſim ãniti hæc ad illã: cõ ſequens erat dicere humanã ſpẽm i equinã minime ꝑmutari Cap. VII.

In Orabis i noſtro corpore ultra uitale ueſtigiũ ipreſſũ ab aía mũdi/ quod ni miũ eſt cõmune/iprimi ueſtigium quoq; uitale ꝑpriũq; ab aía noſtra: atq; hãc ab aía mũdi diuerſã eſſe: nec ab externis: Sed a ſeipſa potius ꝑmutari. Vnde cõſequẽs eſt/ nulla eiuſmõi mutatione ſpẽm ꝑpriam ꝑrſus exuere. Aía de niq; etiã in mundo diuino ſenſibus uti dicit̃/quoniã corporea ꝑcipit: q̃uis ab ex celſiore ſpecula proſpicere uideatur.

PLOTINVS.

Uerum ſi anima iam deprauata factaq; deterior brutam fingit naturã/ nõ erat ab initio/quod bouem faceret aut equum/ ſeminaliſq; ratio equi/& equus ꝓter naturã erũt. Immo uero minus aliqd ſũt: neq; tamen ꝓter naturam. At illud quodãmõ etiam ab initio/equus aut canis erat: Atq; ſi facultas ſupperat/quod eſt melius efficit. Sin minus/ſaltẽ quodcũq; poteſt. Aía ipſa uide licet addicta iam ad agendũ. Quẽadmodũ artifices/qui & ſi ſciũt ſpẽs plurimas fabricare/id poſtea tamẽ agunt/ad quod uel addicti ſunt: uel quod ſua quadam ꝓparatione materia poſtulat. Quid.n. obſtat qn uirtus aíæ mundi/utpote quę eſt rõ uniuerſa materiam quodãmõ ꝓfiguret: prius ẽt q̃ ab aía particulari aíales potẽtiæ ueniãt: & ipſa præfiguratio ſit uelut illuſtrationes quædã in materiã præ currentes. Atq; ueſtigia iam eiuſmõi aía proſequẽs ꝑagendo: ſingulaq; ueſtigia mẽbratim dearticulãdo/ ꝑpriũ perficiat opus. Et quęlibet aía potiſſimum id eua dat: i quod iciderit/ſeipſam uidelicet figurãdo: quẽadmodũ unuſquiſq; i tripu dio atq; ludo/ſeipſũ ad mãdatũ ſibi actũ geſtũq; accõmodat. Sed enĩ eo quod deíceps ſequebaṫ: ducti hucuſq; deuenimus. Inſtitutũ uero noſtrũ erat inquirere/ qũo in ipſo homine ſit ſentiẽdi facultas. Et qũo diuina illa ad generationẽ mini me inclinent̃. Iam uero nobis apparuit: & rõ demõſtrauit: nõ illa quidem ad hæc aſpicere: ſed hæc potius ad illa ꝓrſus anniti: inde pẽdere: illa prouinbus imitari: hominẽq; hunc ab illo habere uires ad illa. Quin etiã ſenſibilia hæc cũ hoc homi ne coniugari: illa uero cum illo. Illa enim quodãmodo etiã ſenſibilia ſunt. Quæ ita nominauimus: quia corpora ſũt: ſed aliter q̃ hæc noſtra ꝑcipiunt̃. Cõſtitit in ſuper hunc ſenſum illa ꝑceptione obſcuriorẽ eſſe: quam ſenſum ideo nuncupaui mus: quia corpora ꝑcipit. Sed longe ꝓſpicaciorem eſſe conceſſimus. Atq; ob hoc hũc quoq; hominẽ eſſe diximus ſenſualem: quoniã deteriori modo dereriora q; apprehẽdit. s. illorum dũtaxat imagines/ut merito dici poſſit/hos quidẽ ſenſus/ obſcuras intelligentias eſſe: intelligẽtias aũt illas ſenſus admodum perſpicaces.

MARSILIVS

Intellectus primus fęcunditate lucis exuberante in q̃plurimos ſeipſum intus na turaliter propagat radios ideales. Ex hac propagatione intellectuali ſimul & na turali/ naturales rerum formę foras tanq̃ lumina profluunt. Cap. VIII.

Illic igitur non excogitatur equus/ut hic fiat equus: alioqn & hinc illa pen derent: & notus ibi foret equus anteq̃ notus. Tũ uero multitudo illic for

marum eatenus enumerabilis esse uidetur: quatenus q̄cquid acceperis ī eo quod est post ipsum unum/semper occurrit ut multiplex. Plenitudo quinetiam prima quicquid habet intus omnium habet ęque plenum.

PLOTINVS

VErum sentiẽdi quidem facultas ita se habeat. Sed quonam pacto equus ille totus/& quodlibet illic aīal ad hæc nostra nō respicit? Siquidẽ ut hic generetur equus/uel aliud quoduis animal/ ītellectus ille/ipsam equi in uenerit notionem. Tametsi impossibile cognitu est/illū iam uolendo equum facere equū deinde cogitauisse. Iam.n. proculdubio equi ītellectio extitisset: si modo equum uolebat efficere. Quapp non datur/ ut faciat illum excogitasse. Sed prius equum īgenitum extitisse patet/ante futurum hic equum. Si ergo ãte generationem erat: neq; ut gigneretur ītellectus fuit/nimirum non ad hæc nostra respiciens penes seipsum habuit equum/qui ipsum ibi possidet equū. Neq; ut hęc efficeret: equum habuit atq; alia. Sed erant illa quidem: hæc autẽ ad illa sunt necessario subsecuta. Non enim dabatur usq; ad illa duntaxat progredi/ibiq; desistere. Quis enī potestatem illam cohibuisset/manere pariter progrediq; potẽtem. Cæterum quęri potest/cur nam ibi sint hęc animalia. Quid enī hæc ī Deo? Rationalia quidem ibi sint. Tanta uero irrōnaliū multitudo quidnam habet honesti? Quin potius turpitudinem uidetur īferre. Patet utiq; ens ipsum unum/ oportere quin etiam esse multa. Quippe cum sit post illud quod ẽ pęnitus unum. Alioqn post illud minime foret: sed foret potius illud. Cum uero sit post illud: fieri nequit ut in eo quod est unum esse superet ipsum: Sed necesse est sub illo deficere. Cum uero optimum omnino sit unum/oportuit hoc plus esse q̄ unum. Multitudo enim in defectu uersatur. Sed quid prohibet ens ipsum ad binarium usq; tantum multiplicari? Nempe quia utrunq; in binario positū tale est/ut pęnitus unum esse nō possit. Sed necessarium ẽ/alterum atq; alterum rursus duo quædam saltem existere. Rursusq; eorum quodlibet eodem pacto multiplicari. Proīde ī primo binario motus est insuper atq; status. Est etiam intellectus: est & uita. Perfectus inq̄ intellectus: & uita perfecta. Est igitur non tanquã intellectus unus: sed ītellectus oīs. Intellectus oēs cōtinens singulatim. Multiplicatus eatenus: quatenus intellectus omnes/immo rursus & amplior. Viuit profecto mens illa/non ut anima una: sed ut omnes: uimq; possidens ampliorem ad singulas animas procreandas. Est & animal uniuersum/non hominem in se solum habens. Alioquin solus hic homo foret.

MARSILIVS

Cum in ente primo sit primus numerus origo rerum/ merito illic est omnis rerū numerus. Item cum sit prima forma/iure illic res inter se formarum gradibus differunt tanquã spẽs. Rursus in uita intelligentiaq; perfecta idea quęlibet rerū hic ẽt nō uiuentium uita est & intelligentia quædam.

Cap. VIIII.

SImiliter metallorum formę in se etiam non lucentium/in planetis suis lūcent omnes uarietate lucis. Et animaliū formę deformium formosæ sūt in cælo. Vita illic intelligẽtiaq; mirabiliter efficax mouetur intra se q̄plurimum. Eiusmodi motu se deriuãdo quasi se diuidit. Nec tamẽ materiali quadã diuisione continui: Ergo formali. Plurimis interim formarum gradibus se distin-

guit. Atq; ſicut diuiſío progreſſioq; mũdana: ſic illa deinceps ĩ anguſtiora proce dit. Minorum deíceps ideas intra ſe proferens. Sed quoniam omnes illic ideæ ex una & ĩ una indiuiduaq; uita & intelligentia ſunt: nimirũ omnes in qualibet con tinẽtur. Sicut in quauis ſtella ſunt & aliarum uires quatenus omnes in cęlo in eo dem ſolis lumine cõgruunt. Quãuis ſingulę & aſpectu & effectu primo proprie tatem ſuam præferant. Similiter profert & quæuis idea ſuam/ reliquas ĩterea con tinens.

## PLOTINVS

AT uero ſint ibi dicet aliquis aĩalia potiſſimũ honorãda. Sed quo nã pac to uiliora rurſus & rõne capta? Quæ profecto ꝓpea ꝙ rõne orbata ſint/ abiecta cenſenẽ: ſiquidẽ ob uirtutẽ rõnalẽ aĩal honorãdũ exiſtimaẽ. Ac ſi ob naturam intellectualem eſt aliquid honorãdum/ merito ꝓp eius abſentiã con temnendum. Quanq̃ difficile dictu eſt/ qũo ſit ibi aliquid mente uel rõne uacãs. Quippe cũ illud in quo uel ex quo ſingula ſunt/ ratio ipſa & intellectus primus exiſtat. Iam igitur ante illa quę circa hæc & ad hęc dicẽda ſunt/ ĩ hoc ipſo ꝓrſus cõueniamus: hominem uidelicet hic uiuẽtem. Non talẽ qualis ille eſt/ eſſe: ſimili terq; nec animalia cætera/ qualia hic ſunt/ talia illic exiſtere. Sed pręſtantiori quo dam gradu illa prorſus accipiẽda. Præterea nec rõnale quicq̃ ꝓprie illic exiſtere. Hic.n. forte aliquis ratiõe diſcurrat. Illic autẽ actus uiget rationali diſcurſione ſu perior. Sed cur nam hic homo quidem rõcinatur/ cætera uero nequaq̃? Profecto quia illic intelligentia ĩ homine aliisq; animalibus differẽs eſt: ideoq; & hic rõci natio differens. Inſunt enĩ quodãmodo cæteris etiã animãtibus multa cogitatio nis officia. Cur igitur nõ æque rõnalia ſunt? Ad id uero obiiciẽdum eſt rurſus in terrogãdo: cur nec ipſi homines ęque ĩter ſe rationales exiſtãt. Operępretium eſt conſiderare multas utiq; uitas/ uelut motiones quaſdam multaſq; intelligentias/ nequaq̃ oportuiſſe eaſdem inter ſe exiſtere: ſed & differentes uitas & ĩtelligẽtias ſimiliter differentes: ipſaſq; quodãmodo differentias magis minus ue lucidas & perſpicuas eſſe. Atq; quod primis eſt proximum/ per primas differẽtias deſigna ri. Quod uero ſecundum/ ſimiliter per ſecundas: tertium quoq; per tertias. Quã obrem ĩ ipſo intelligentiarum ordine/ alię quidem Dii ſunt: aliæ uero ſecũdũ ob tinent genus. In quo ſane id continetur: quod rõnale apud nos apellaẽ. Deíceps uero natura ſequiẽ: quę irrõnalis nũcupatur a nobis. Illic autem illud etiã rõ quæ dam eſt/ quod a nobis irrõnale uocatur. Et quod mẽte uacans, illic eſt ĩtellectus. Quippe cum & qui intelligit equum/ ſit intellectus: & intelligentia equi ſit ſimi liter intellectus. Proinde ſi intelligentia ibi ſola eſſet/ nihil foret abſurdum intel ligentiã eiuſmodi in quodam mentis expertę uerſari. Nunc autẽ ſi idem eſt intel ligentia/ ipſaq; res intellecta/ quonam pacto hæc quidem intelligentia eſt res ipſa uero intellectu priuata. Alioquin ſic utiq; mens ipſa faceret ſe amentem. Sed pro fecto ipſa res ibi non eſt intellectu uacans: ſed intellectus eiuſmodi. Eſt enim & eiuſmodi uita. Sicut enim uita quælibet non eo munere caret: quo ſit & uita: ſic neq; intellectus talis a ſimili abeſt munere/ quo ſit intellectus. Quandoquidem neq; intellectus ſecundũ unũquodq; animal illic uigens ea dote priuatur: qua ſit intellectus & omniũ: uelut & hominis. Siquidẽ quãcunq; accepis partẽ/ hæc ipſa illic ẽ oía. Sed forte aliter atq; aliter. Actu.n. pars quędã eſt/ ſed iterim oía poteſt. Nos aũt ĩ ſingulis/ quod actu exiſtit/ accipimus. Quod uero exiſtit actu/ eſt ulti

mum adeo: ut huius utiq; intellectus ultimũ equus sit. Et qua ꝑte desinit intellectus ille in minorem semper progrediẽs uitam/suboriaꝫ equus. Vbi uero inferius desinit/& inferius aial. Vires enĩ illę dum explicãtur/cõtinue desuper quidem relinquunt. Procedũt aũt semper aliquid dimittẽtes: & ĩ dimittẽdo alia semper/& alia suggerũt. Ac ꝑp indigẽtiam aialis iam emicãtis/ex eo quod defectum patiẽ adhibere aliud machinãtur. Velut quoniã nõ est amplius ad uitam sufficiẽtia/apparuit unguis & rostrũ/apparuerũt cornua/dentes. Quapp quocũq; mens ipsa descẽdit: Ibidem rursus naturę suę sufficientia supne se recipit/ & emergit: repitq; in se deficientis expositam medicinam.

MARSILIVS.

Vita/& intelligẽtia prima/& aial ꝑfectissimũ oẽs quotcũq; cogitari possunt/uitæ & intelligẽtiæ/& aialium gradus spẽsq; cõtinet

Cap. X.

CVm ibi prima multiplicatio sit/merito quod melius est/multiplicaꝫ ĩ spẽs. Quę & unitę inuicem magnope sunt/pariterq; distinctę. In materia quidẽ tenebrosa formę rerum & uix inuicem uniunt̃: & mox iter se cõfundunt̃. In prima uero forma efficacissima simul atq; clarissima. Formæ rerum oẽs una cũ cõmuni natura/proprietates suas mirifice seruãt: uniuersumq; illic uniforme pariter occurrit/& omniforme.

PLOTINVS.

SEd quo nam pacto defectus illic est ullus? Quid cornua illic? Nunqd propugnaculi gratia? Profecto talia quędam ibi sunt ad ipsam per se sufficientiam perfectionẽq; tãquã aialis ipsius. Prout enĩ aial/oportuit esse perfectum: ut mens/perfectũ: ut uita/perfectum. Quapp nisi hoc/attamen illud. Et ipsa quidem differẽtia est/ex eo ꝙ aliud sit pro alio: ut ex oĩbus sit aial perfectissimũ: perfectissima mens: ꝑfectissima uita: singula uero/ut singula quoq; ꝑfecta. Tum uero & si cõstat ex multis/esse rursus oportet & unũ: atq; uicissim. Alioqn impossibile est/ut ex multis quidẽ sit: multa uero illa iter se sint eadem. Alioquin per se sufficiẽs extitisset unũ. Oportet igiṫ cõstare ex rebus semper specie differẽtibus: sicut & omne compositũ: ita tamẽ ut singula proprie conseruent̃. Quales sunt & formæ & rõnes. Formæ nãq; uelut hoĩs forma/ex quot differentiis constant/tot & prędferre debẽt. Quãuis aliquid ĩ cũctis sit unũ. Vbi & meliora quędam & deteriora sunt inuicem: ut oculus atq; digitus. Sunt tamẽ unius eiusdemq; membra. Quorũ quodlibet est toto deterius. Sed ita se rem habere proculdubio prędstat. Quinetiã ratio aial est: & aliud quiddã insup/quod nõ idem est oĩo quod aial. Virtus quoq; cõe aliqd ĩ se habet & proprium. Totũq; pulchrum est: ubi quod est cõmune/est ęque cõmune.

MARSILIVS.

Sicut corporeum cęlum formas aialium inferiorum ẽt uilium in se continet rõne nõ uili: sic intellectuale cælũ totius mũdi formas modo quodã præstãtiore possidet q̃ cælesti.

Cap. XI.

QVicquid enĩ est usq̃ ordinis atq; formæ/a mente & sapientia prima est impressum: expressius idem ĩ se habẽte. Expressiores aũt illic earum rerũ ideę sũt: quę una cũ ordine formali uitã manifestiorẽ habẽt. Expressissimę tãdẽ rerum/quę intelligentiã quoq; possidẽt: tam & si oẽs ĩ mũdo spẽs una cũ formali munere motuq; uitale insup & intellectuale aliqd habẽt: ut nõ iniuria illic omẽs

exiſtere uideantur. Omnes materiales formę proxime generãtur a ſeminariis rationibus ſuis in uita mũdi uiuentibus. Hæc uero ab ideis earundem formarũ in mente diuina uitã habentibus uerioꝛẽ. In oĩbus elemẽtis uiuentia multa elementa cõformia generanť/præſente uidelicet aĩa: quæ certe ineſt: & fortaſſe una quatuor elemẽtis/uelut globi eiuſdẽ humoꝛibus inſita: Permanetq; ſemper elemẽtis etiã permutatis: ſicut lumen aere uolitante. Nota ĩtellectuales aĩas adeſſe corporibus/nõ tanquã addictas/ſed tanquã effectrices corporaliũ ſpẽrum.

PLOTINVS.

Tradiť pręterea cęlũ nõ renuiſſe ullam oĩum aĩalium formã: quarũ multæ ſuſpiciunť. Quoniã & hoc uniuerſum oĩa poſſidet. Sed unde nã accipit? Num igiť quæcũq; habet/accepit ex alto? Profecto inde habet/quęcunq; rõne facta ſunt. Et ſecundũ ſpẽm eſſe cenſenť. Sed quãdo habet ignem/habet & aquã/habet & plãtas: quo nã pacto plantę ſunt ibi? Et qũo ignis illic uiuit? Qũo uiuit & terra: Aut enĩ uiuũt hęc ibi: aut uelut mortua iacẽt: adeo ut nõ quicquid illic eſt/uiuat. Quid ue oĩo hæc quoq; ſunt ibi. Plantę qdẽ ipſi rõni facile poſſũt accõmodari. Quoniã & apud nos planta ratio quędã eſt ĩ uita cõſiſtens. Si utiq; materialis ratio plantæ: ſecũdũ quã eſt planta/uita quędã talis eſt/& aĩa quædã: & ipſa ratio unũ aliquid/nũquid hæc ipſa eſt prima planta? Nõ profecto. Sed ante hãc eſt planta prima: A qua & hæc naſciť. Nam illa quidẽ unũ quiddã eſt. Hęc aũt multa neceſſarioq; ab uno. Si igiť hoc/oꝛtet multo prius illud uiuere: atq; hoc ipſam eſſe plantã. Ab illa uero hæc eſſe: Secundo quodã tertioq; gradu pendentia: atq; ſecundũ illius ueſtigia uiuere. Terra uero qũo illic exiſtit? Quid ue ipſius terræ eſt eſſe? Et quænam illic eſt terra uitam habens? Forſan uero pręſtat prius inueſtigare/quę ſit hęc infima terra. i. quid huius ſit eſſe. Oꝛtet utiq; formam hic aliquã rõnemq; ineſſe. Certe quantũ ad plantã pertinet/uiuit etiã apud nos ratio plantę. Num igiť & ĩ hac terra/ipſa terrę ratio uiuit? Forſan uero ſi accedimus quæ plurimũ terrena ſunt/ genita fictaq; ĩ terra/ inueniemus ĩ his quoq; ipſius terræ naturã. Exiſtimãdũ eſt ergo lapidũ incremẽta cõcretioneſq;/& montium ſurgentiũ coaleſcentiũq;/intus formationes proculdubio fieri/aĩali quadã rõne fabricãte intrinſecus atq; formãte. Atq; hãc eſſe terrę ſpẽm: quæ efficit terrã: quemadmodũ in arboꝛibus ſe habet illa/quæ natura uocať. Ligno uero arboris proportione quadã ſimilem eſſe illam: quę terra cõiter apellať. Atq; lapidem excisum ſic ſe habere: ceu ſiquid ex arbore fuerit detruncatũ. Quãdo uero ſaxum nõ id patiť: ſed adhuc eſt annexum/ ſicut ramus nondum amputatus ex arbore uiua: Nimirũ inuenientes naturã terræ inſitã fabricantẽ/eſſe uitã quandã in rõne uigentẽ/facilius inde credemus/ſupernã terrã multo prius eſſe uiuentẽ: atq; uitã terræ rõnalem/eſſe terrã ipſam/primoq; terram: A qua hęc quoq; terra procedit/& uiuit. Si autẽ & ignis ratio quædam eſt ĩ materia/cæteraq; eiuſmodi: neq; ſponte uel caſu naſciť ignis. Vnde enim? Nempe nõ ex quadã (ut aliquis putet) colliſione. Iam enĩ pręſente igne ĩ uniuerſo/fit attritio corporũ: ubi profecto quæ inter ſe cõterunť corpora/ignem iam poſſidẽt. Neq; rurſus materia/ſic potentia ignem habet/ut fiat ignis ab ipſa. Si inq̃ res ita ſe habet/ oꝛtetq; ſecũdum rõnem eſſe quod efficit uelut formãs: Quid nam hoc erit? Profecto aĩa potẽs ignẽ efficere: id eſt aũt uita quędã & ratio: ita tamen ut unũ idemq; ſint ambo. Quamobrem Plato ĩ uno quoq; horum aĩam eſſe dicit nõ aliter q̃ uelut efficientem: ſicut hunc

ignem ſenſibus manifeſtum. Eſt igiť & quod hic ignem efficit ignea quædam uita/profecto uerior ignis. Ignis ergo ſuprior/cū magis ſit ignis/magis uerſať in uita. Igiť & ignis ipſe uiuit. Eadē quoq; de cęteris. s. aqua & aere ratio eſſe uideť. Sed cur nō aīata hæc quoq; ſunt ſicut & terra? Profecto eſſe etiam hæc ī uniuerſo aīali cōſtat: & partes aīalis exiſtere. Nō apparet tamē in eis uita/quemadmodum nec ī terra. Argumētari uero licet aīatam eſſe terram/ex illis etiam quę ī ea gignuntur. Similiter aūt cōiectare licet de igne. Nam ī eo etiā aīalia generanť. Sed ī aqua etiā manifeſtius: Nec nō aereę quędā cōcretiones ſunt aīaliū. Singulę uero ignis flāmæ/quæ quotidie fiunt/& mox extinguńť/prętereunt aīam in toto uigētem. Cumq; ignis hic nactus nō fuerit molem aliquā permanentē/ nimirū inſitā aīam nō oſtēdit: ſimiliterq; aer & aqua: quoniā ſi in conſtantiorē ſubſtantiā cohęreſcerent naturaliter/infuſam aīam demonſtrarent. Sed quoniā oportuit eſſe diffuſa/ prēſentē aīam minime patefaciūt. Atq; perinde elemēta hæc ſe habere uidentur: atq; corporis uiuentis humores/ uelut ſāguis. Caro enī habere ſe aīam patefacit. Sed hæc ex ſanguine cōcreta eſt. Sanguis tamē nō exhibēs ſenſum/aīam nō uidetur habere. Quanquā ineſſe aīam ſanguini etiā neceſſariū eſt. Id tamen ideo non apparet: quoniā nihil admodū ei accidit uiolentū. Sed paratiſſimus eſt facile ab aīa infuſa diſcedere. Quemadmodū in elementis tribus cōtingere iudicandum. Quoniā & quęcūq; ex aere cōcreto magis aīalia coaleſcunt/naturā habēt/ut ſine paſſione perſentiant. Quemadmodū uero aer lumē fixum & pmanēs/quatenus illud permanet/eatenus ipſe prętierit: ſic adeſt undiq; globo aeris aīa/rurſusq; nō adeſt: Atq; ī cęteris eodem pacto.

MARSILIVS.

In prima uita omniū effectrice ſunt oīa uiua. Et cum ſit prima forma ob efficaciā uitæ mirabilem/in ſeipſam pęnitus propagabilis/omnia ibi uiuentia formaliter diſtinguntur. Cap. XII.

Eſt autē illa forma ferme ſic oēs formę: ſicut natura Solis eſt oēs ſtellarum uires: & lux eius radii oēs atq; colores: & uita uegetalis omēs formę membrorum inde p rōnes ſeminarias naſciturę.

PLOTINVS.

Sed rurſus ita dicemus. Profecto cum concedamus hūc mūdum uelut ad illius exēplar effingi/oportet illic quoq; multo prius uniuerſum aīal eſſe. Atq; ſi oīo perfectū eſſe eius exiſtit/eſſe cuncta. Iam uero cælum illic eſſe aīal: neq; his uacuū ſtellis/quę ī hoc cælo ſuſpiciunť: Atq; ī hoc ipſo ipſū cęli eſſe cōſiſtere. Patet qnetiā terrā quoq; illic nō eſſe uacuā/ſed multo magis ibi uiuentem: uitæq; plenā: eſſeq; ī ea aīalia oīa quæcūq; hic gradientia/ & terreſtria nuncupanť. Plantas inſuper/uidelicet in uita fūdatas. Eſt ibi mare. Eſt oīs aqua/in uita & flumine nō fluente. Sūt aquatilia cūcta. Aeris quoq; natura uniuerſi illius eſt portio quędā. Aeria ī eo ſūt aīalia/aeri uidelicet illi prorſus accōmodata. Quę. n. in ipſo uiuēte ſūt/cur nō ipſa uiuentia ſint? Siquidē & hic ita ſe habēt. Quid igiť obſtat/quin omne aīal ibi neceſſario ſit? Sicut enim ſe habet quęlibet ingentium partium/neceſſario ſic ſe hēt & aīalium ī eis natura uiuentium/quomodocūq; ſe hēat. Sicut eſt ibi cælum: ſic & hēr: Sic ibi adſūt quęcūq; ī cęlo ſūt aīalia. Neq; nō adeſſe poſſūt. Alioquin neq; forēt & illa. Qui ergo quęrit/unde nam illic aīalia? Videť quęrere/unde illic ſit cælū. Id eſt aūt quęrere/unde ſit aīal. Id rurſus pinde

eſt/ac ſi quęrat/unde uita/& uita oĩs/& oĩs aĩa/ & mẽs uniuerſa. Vbi ꝓfecto indigẽtia nulla/nullusq; defectus. Sed oĩa uitæ plena ſũt: ac uelut exuberãt. Eſt autẽ eorum (ut ita loquar) effluxus ex uno fõte manãs/nõ tanq̃ ex uno quodã ſpiritu/ſiue flatu: aut ex una quadã caliditate. Sed ꝓinde ac ſiqua eſſet qualitas una/oẽs ĩ ſe q̃litates poſſidẽs/& cõſeruans: dulcedinẽ uidelicet ſimul cũ odoris ſuauitate: uigorẽ uini ſuccorũq; uires oĩum. Colores ꝓſpicuos/ & quęcũq; tactu percipiunt. Sint & ibi quęcũq; aures haurire ſolẽt. Vocalis oĩs numerus/oĩsq; cõcẽtus.

MARSILIVS.

Vita mensq; prima/quoniam eſt omnium formarum prima/ ideo ſimpliciſſima oĩum/uniformisq; q̃maxime: tum uero quia omniũ principiũ eſt/ ideo eſt etiam omniformis.

Cap. XIII.

Est aũt forma illa ꝓfectiſſime forma quęlibet: ideo ꝓ modũ formalis actus. Eſt igit oĩs actus: quoniã cum ſit actus motusq; primus efficaciſſimusq;/ nimirũ oẽs ĩ ſe ꝓfert actus. Item ꝙa multitudo eſt unitiſſima/ in quolibet ſui ſua oĩa cõtinet. Motus oĩs uarietatem quandã ab hoc ĩ illud ĩter hoc & illud neceſſario inſitam hẽt/ſed præter hãc in corpore quidẽ motus loco indiget atq; tempore. In aĩa uero pręter uarietatẽ ſolum inſup habet tempus. In mente ſolam ſine tempore uarietatem ſeruat/ob mirã uirtutis actionisq; poteſtatẽ. Varietas ãt in motione & uita menteq; prima eſt uarietas oĩformis/ ſicut ibidem eſt uita oĩs & actus. Profecto ſicut radius quilibet ab amplo ſolis orbe in conũ proſilit/ atq; in præcedẽte latitudine ſua oẽs complectit ſolis uires in cono unã pręcipue profert/& uario ictu uaria perficit: ſic ab ĩtellectu primo actus quilibet intellectualis progredit intus: & ubi exordit omẽs ideas amplectit/deſinit aũt unuſquisq; in unam prorſus ideam quaſi conum. Quælibet enim idea & ab alia diuerſa eſt/ & aliis eſt cõnexa.

PLOTINVS.

IBi enĩ neq; ĩtellectus eſt oĩo ſimplex aliqd: neq; aĩa ex ipſo pendẽs prorſus eſt ſimplex. Sed uaria lõge ſũt oĩa: quatenus & ſimplicia: Ideſt quatenus non compoſita. Quatenus principia ſunt. Quatenus actus exiſtunt. Illius nãq; quod illic iudicat quaſi poſtremũ/actus uelut iam deſinens/nimirum ſimplex exiſtit. Illius aũt quod primũ ꝓpendit/actus ipſe oẽs actus exiſtit. Intellectus quoq; motus eodem quidẽ modo mouet/ & ſecundũ eadem ſemꝑ atque ſimilia. Nõ tamẽ illic aliquid idem/& unũ quiddã uelut in parte: ſed potius oĩa: quoniã id rurſus quod eſt in parte/nõ eſt aliquid unũ/ſed hoc quoq; infinite diuiſum. Dicere uero poſſumus ab aliquo proceſſum eiuſmodi & oĩo ad aliquid dirigi/uelut ultimum. Quod aũt medium eſt uniuerſum/nũquid eſt uelut linea quędã/uel corpus aliquod partibus cõſimilibus cõſtitutum/ ac minime uarium? Sed quid nã ibi hoc decoris afferret? Si enim nullam hẽt diuerſitatẽ: neq; alteritas ulla illud excitat ad uiuẽdũ/certe neq; actus erit. Nihilo. n. eiuſmodi habitus ab ipſa actus uacatione diſtabit. Ac etiã ſi motus ſit talis/nõ oĩbus quidem modis: ſed uno tantũ pacto uita erit. Oportet aũt & oĩa illic & undiq; uiuere: neq; qcq̃ ineſſe quod nõ uiuat. Neceſſarium eſt igit moueri ad oĩa: ĩmo uero fuiſſe iam ad oĩa motũ. Tum uero ſi oĩo ſimplex mouet/illud ſolũ hẽt: Atq; uel idem ipſũ: & ita nõ ꝓceſſit/ꝓfecitq; ad aliquid. Vel ſi proceſſit/atq; ꝓfecit: aliud iam euaſit. Quapp euaſit duo: Atq; ſi idem hoc eſt cũ illo/permanet unum: neq; proceſſit.

Si alterum/certe cum alteritate ꝑceſſit: fecitq; ex eodem ſimul & altero unum aliquid tertium. Cum uero ex eodem atq; altero factū ſit/quod eſt iam factū/merito naturā hēt/qua idem ſit ſimul & alterū. Alterū inq̄/nō quiddā: ſed omne penitus alterū. Nam & quod ī eo idem eſt/eſt uniuerſum idē. Cum igit̄ ſit omne idē/ & omne ſimiliter alterū/nō eſt aliquid eorum quę dicunt̄ altera ab eo relictū. Naturam itaq; hēt: qua ī uniuerſum alteritate prorſus diſtribuat̄. Si ergo ſunt altera oīa ſuper ipſum/ab illis iam pati pōt. Sin uero nō ſunt/ītellectus hic oīa genuit. Immo uero iam extitit oīa. Quamobrem entia eſſe nō poſſunt/niſi opata mens fuerit. Opata inq̄ aliud aſſidue præter aliud: & q̄ſi ꝑuagata omni prorſus peruagandi cōditione. Peruagata inq̄ in ſemetipſa/quemadmodū ītellectus uerus natus eſt ī ſeipſo uagari. Natus aūt eſt ī eſſentiis ꝑuagari: dum uidelicet eſſentiæ cū eius ambagibus ęque cōcurrūt. Vbiq; uero ipſemet ītellectus exiſtit? Peruagantiam igit̄ ſtabilem agit. Peruagatio uero mentis ī ipſo ueritatis campo uerſat̄: unde nunq̄ excidit. Occupat autē totum: quippe cū ſibimet ad motū ſuū/effecerit locū. Atq; & locus idem cū ipſo eſt/cuius eſt locus. Prętera uarius eſt eiuſmodi campus: ut & diſcurrere poſſit. Ac niſi ꝑ uniuerſum ſempq; ſit uariū/certe quatenus nō eſt uarium/cōquieſcit. Qui ſi quieſcit/ etiam nō ītelligit. Itaq; ſi quieuit/ nec etiam ītellexit. Si neq; hoc/certe nec extat. Intelligentia igit̄ eſt. Vniuerſus uero motus illic uniuerſam implet eſſētiā: Et eſſētia tota/intelligētia tota uitā complexa totā: ac prętet aliud ſemꝑ & aliud. Pręſertim cū id ipſum quod ī eo eſt idē/ ſit & aliud: adeo ut perpetuo diuidēti/aliud deinceps atq; aliud ſemꝑ occurrat. Progreſſio uero illic oīs ꝑ uitam agit̄: ꝑq; aīalia oīs. Quemadmodū & iter in terris agenti: quęcūq; attingunt̄/terrena paſſim occurrunt: quāuis diuerſa ſint rōne terrena. Atq; illic uita qdem/ꝑ quā procedit̄/eadem eſt. Quoniā uero quodāmō eſt ſemꝑ & alia/non eadem ſemꝑ occurrit. Agit uero ſemꝑ diſcurſionem prorſus eandem/ꝑ illa quę nō ſunt ſimiliter eadem. Quoniā ipſe qdem diſcurſionē minime mutat. Sed una cū diuerſis ſeruat̄ interea ipſa cōditio eodem modo: & ſecundum eadem ꝑuagādi. Niſi enī tenor ipſe eodem modo & ſecūdum eadem ꝑuagandi/ſaltem circa uaria diuerſet̄/ certe torpebit oīo. Vnde ſequet̄/quod in actu eſſe dicit̄/ipſumq; actum eſſe nuſquā. Sūt autē & alia diuerſaq; ipſe. Quapp oīs ipſe. Et ſiquidē ipſe/nimirū & oīs. Alioquin nec ipſe quidē. Si aūt oīs ipſe. Certe & oīs/quia cūcta. Neq; quicquā inuenit̄ illic/quod nō ad oīa cōferat. Neq; aliqd uſquā ipſius eſt/quin ſit & aliud. Vt exiſtēs aliud/ hoc ipſū quoq; cōducat. Niſi enī extiterit aliud/ſed ꝑnitus idem/cōminuet eius eſſentiā. Quippe cū ad cōem ipſam cōſpirationis perfectionem/naturā propriā nō accōmodet.

MARSILIVS.

Vbiq; ī mūdo ꝑtibusq; eius uel minimis ordinata diſtīctio eſt ꝑ formas. Eiuſmodi formalis & ordinata uarietas neq; caſu accidit: neq; fit a materia tenebroſa: de pēdet aūt ab uno: quoniā cōducit ī unū. Exprimit̄ igit̄ a ſimili formarū uarietate uigente tum ī ipſa mūdi uita/tum ī mente

Cap. XIIII.

SEd tam mens q̄ aīa ī ſe unum quiddam eſt/ nō quidem ex multis compoſitū: ſed prętetēs ī ſe multa: nō ad externa/ ſed ad intima/motum/ac uelut ad centrū ſe cōuoluēs/ampliores deinceps formarū uniuerſaliorum orbes redigēs ī minores: & ad ſpēs ſpecialiſſimas ſe deniq; cohibēs.

PLOTINVS.

POſſumus præterea intellectualibus utentes exemplis qualis ſit ītellectus cognoſcere: Et quo pacto nō ferat eſſe ſe unitatis inſtar prorſus oīs diuerſitatis expertē. Licet ſane ſi libet exempli loco adducere rōnem/uel plātę uel aīalis. Si enī unū aliquid ſit: nec ullo modo uarium: neq; ratio quidem erit. Rurſus quod inde fit/materia tantum erit. Niſi uidelicet ratio ipſa ſit oīa: ad hoc ipſum uidelicet: ut ubiq; ī materiā incidēs/nihil materiæ/idē eſſe ꝑmittat. Quem admodū uultus non eſt una duntaxat moles: ſed nares habet/& oculos: Atq; nares nō unicū in ſe quiddā habēt/ſed aliud rurſus & aliud: ſi modo futurę ſint nares. Profecto ſi naſus unū quiddā ſit duntaxat/nihil aliud erit præter molē. Atq; ita ꝑfecto ī mēte eſt īfinitū: quoniā & ipſa & ꝙcqd ē in ea/uelut unū eſt & multa. Neq; ſic ītellectus eſt unus/atq; multa: ut una domus: ſed tāquā ratio ī ſe q̄plura: in una mentis figura/quaſi circūſcriptione quadā habens circūſcriptiones & ambitus ītus: & figurationes ītrinſecas/& uires & ītelligentias ītus. Habens ſane diſtinctionē nō productā in rectum: ſed ſemper ad ītima propagatā. Quaſi ī uniuerſo aīali naturæ aīalium ingentiū cōprehendanť: rurſusq; aliæ ad minora quędam aīalia deriuatæ/& ad uires deductæ minores: ubi ad indiuiduā ſpēm deniq; proceſſio deſinat. Neq; tamē ibi rerum diſcretio fit antea confuſarū: quāuis ī unū mirifice conſpirantiū. Iam uero cōſpiratio talis ipſa eſt amicitia/quæ tradiť ī uniuerſo conſiſtere: nō quidē talis/qualis ī hoc apparet mundo. Imitať enī hæc illā/ex diſtantibus diſcordibusq; concordia cōfluens. Vera aūt amicitia eſt/qua ſunt oīa unū: adeo ut nunquā a ſe inuicē diſiunganť. Diſiungi uero ſiue diſtare ī hoc cælo res aſſerit.

MARSILIVS.

Cū ītellectus primus ſit uita prima/ſola ītellectualis uita ē uera uita Cap. XV.

ESSentia prima ꝑ actum uitalem conuerſa ad ipſum bonū fit boniformis. Et ꝑ formā ſuā multiplicabilem/unū boni donū in formas plurimas ī ſe deriuat/ipſa uidelicet poteſtate Dei. Imaginari licet mētē primā. q. uultus īnumerabiles inter ſe uarios ordine cōtextos in ſphęrā lucentes admodū atq; uiuos. Quod ſi cōſeruatis uultuum formis īter ſe uariis/actuq; in orbē. q. reflexo/diſtantiam inde localē dempſeris/intellectum primū mox intelliges/pręſertim ſi ipſe talis īprimis euaſeris: deinde inſpexeris temetipſum.

PLOTINVS.

QUis igiť hāc ipſam uitā/complurimā/omnē/primā/unā intueať/ſupra q̄ extimari poſſit/ hac ipſa gaudebit: omnē prorſus aliam aſpernatus. Aliæ nāq; inferiores uitæ/tenebræ ſunt. Vitæ inq̄ exiguæ/obſcuræ/uiles/impurę: puraſq; uitas cōtaminantes. In quas cū primū aſpexeris/neq; puras cernes ultrius/neq; uiues amplius ſecūdum illas ſimul oēs. In quibus nihil eſt oío quin uiuat. Viuatq; pure/mali nihil admittēs. Mala enī hic tantū regnāt: quoniā hic eſt duntaxat uitæ ueſtigiū. Hic nihil mentis eſt niſi ueſtigiū. Illic autē principale uiget exemplar: quod Plato nuncupat boniforme: Quoniā in ſpeciebus. i. formis bonū poſſidet. Aliud ſane eſt ipſum bonū: hic aūt bonus uitā habēs ī cōtēplando. Contēplať aūt ſpectacula boniformia. Quę quidē tunc ipſe ſibimet cōpauit: cū primū contēplatus eſt ipſam boni naturā. Influxit aūt in mentē ipſum bonū: nō oío ſicut ibi erat/ſed ſicut ipſa mens accepit. Principiū nanq; illud ipſum eſt:

atq; in hãc bonum ex illo traducĩ. Et hæc ipsa horum effectrix omniũ/id munes habet ex illo. Neq;.n. fas erat intuentem illud/intelligere nihil: neq; rursus in illo spectacula cõtueri. Alioquin nec ipsa quidẽ mens spectacula genuisset. Vim igiẽ ad gignẽdũ accepit ab illo: ꝑ quã ipsis genituris ꝑnitus implereẽ. Tradẽte uidelicet illo/quæ ipsum in se minime possidebat. Sed ex illo ꝑnitus uno/ huic plurima contigerũt. Nempe mens cum nõ posset acceptã inde potentiam ipsam proprie possidere/in fragmenta distinxit: fecitq; ut una/multa prorsus euaderet: Vt ita saltẽ per partes ferre ualeret. Quicqd itaq; genuit/ ex ipsa boni genuit posteritate: idq; genitũ est boniforme: ipsaq; mens est bona: uarium quiddã bonũ ex boniformibus cõstitutũ. Quamobrem siquis ipsam mentẽ spheræ cõparet uarie prorsus atq; uiuenti: Aut siqs fingat spectaculũ quoddã uultibus oĩbus undiq; cõstitutũ/uultibusq; uiuẽtibus ubiq; refulgẽs: aut forte cogitet puras aĩas omẽs cõcurrẽtes in idem: nec ullo mõ indigas/ sed sua ad uotũ oĩa possidẽtes: ꝓterea mentẽ uniuersam/illarũ apicibus insidentẽ/adeo ut oĩs illa regio splendore refulgeat: siquis inq̃ sic ĩtellectum ipsũ imagineẽ: ipse ꝓfecto extra quodãmõ existẽs alius/intellectum/ut alium ĩtuebitur. Sed operęprętiũ est/oĩo aĩum nostrũ primo quidem ĩ se ĩtellectũ ipsum spectandũ fieri: deinde ĩ se uelut factũ iam ipsum spectaculum cõtueri.

MARSILIVS.

Essentia prima cum primũ existit ex ipso bono cõuersa est ad ipsum/nõ tam modo quodã ĩtellectuali q̃ instinctu uitali/quemadmodũ planta uergit ad Solẽ uel humorẽ: hic enĩ actus ordine quodã antecedit illum Cap. XVI.

Sed ubi directus ĩ bonum impletus illinc radio quodã lucente pariter & calente: statim oẽs rerum formas/quasi colores cõcipit ĩ seipso/reflexusq; in conceptus suos percipiendos ĩtellectus euasit. Deniq; sicut Sol uisum colores q; procreat/inuicẽq; cõciliat: neq; ipse interim uisus est uel color/sed supior: ita bonum & ĩtellectum & intelligenda creat/ mutuoq; coniungit his ipsum interim eminentius.

PLOTINVS.

Non expedit aũt ĩ hoc pulchro q̃plurimo moras semꝑ protrahere. Oportet enĩ hinc aĩum progredi ad sublimia se propensius attollentẽ: & cũ cęlum hoc dimiserit/illud quoq; dimittere: neq; ex hoc dũtaxat: sed ex illo potius transcendẽtem protinus admirari/quisnã illius sit genitor: & qua rõne genuerit. Vnũquodq; igiẽ illic existẽs spẽs quędam est/& quasi certa figura. Cũq; illud boniforme sit ꝓp cõmune quiddã in cũctis ubiq; collucẽs/oĩa possidet boniformia. Habet igiẽ & ens ĩ oĩbus. Habet aĩal unũquodq;. Habet cõem uitam oĩbus insitã. Habet fortassis & alia. Verũ quid nam illud est/ꝓp quod potissimũ bona sunt/quatenus bona censeneẽ. Ad hãc uero cõtemplationẽ imprimis forte cõducet/hinc potissimũ exordiri. Num igiẽ quãdo aspexit ĩ bonũ/intellexit unũ illud uelut multa: atq; cũ intellectus ipse unũ ens existeret/ illud ĩtellexit ut multa/illud apud se partitus: ꝓpea q̃ nequiret simul ĩtelligere totũ. Verum nõ dum intellectus erat/dum primo suspiceret illud. Sed nũquid absq; intellectu ꝓspexit. Profecto putandum est nõdum etiam uidisse illud. Nam uiuebat quidẽ ad ipsũ: totusq; inde pendebat/totus cõuersus ad ipsum. Hic itaq; motus tũc impletus/ cũ primũ ferebaẽ illuc/& circa illud ꝑnitus uersabaẽ/impleuit ipsũ/nec amplius

motus dūtaxat extitit: ſed motus iam ſatur & plenus. Mox uero ens ipſum oīa factum eſt: idq; ipſum agnouit aīaduertendo ſeipſum. Ac iam intellectus euaſit/ imbutus quidē: ut quod poſſet inſpicere/poſſideret. Inſpiciens uero ipſa cum lumine quodā/ab eodem prorſus accepto: a quo ſuſcepit & illa. Quamobrē ſuper nus ille Deus tradit nō ſolū eſſentiæ auctor/ ſed etiam cauſa/ ut uideaī eſſentia. Quemadmodū uero Sol cauſa eſt rebus/quæ ſentiuntur: ut ſint/atq; uideantur/ ſimulq; ē cauſa uiſionis: cum tamē interea ipſe neq; uiſio ſit/ neq; etiā quæ uiden da fiunt: ſic & ipſius boni natura/cauſa proculdubio eſt eſſentię atq; mentis. Eſt & lumen in proportione quadam analogiæ/qua uiſibilia hæc & uiſus eſſentiam illam intellectūq; referunt: neq; eſt entia/neq; etiā intellectus: ſed cauſa utrorūq;. Prębetq; menti rerū intelligētiam ſuo quodā lumine ſup entia mentēq; diffuſo. Impletus igit iam factus ē. Impletus āt erat: ſimulq; ē abſolutus/& uidit. Initium uero eius illud extitit/quod eius anteceſſit impletionem. Principiū uero alterum eius eſt uelut externū/quod impleuit: a quo uelut formatus eſt/dum implerē.

MARSILIVS.

Quęcūq; ſunt/cum primū & q̄diu ſunt/ naturaliter agūt ad bonum: Vnde argumentamur eſſētiam primā ad primū bonū naturaliter agere. Ipſum ergo bonum ſuperius eſt eſſentia actuq; eius & uita & intellectu. Nō ergo proprie dicendū eſt eſſe/uiuere/agere/intelligere

Cap. XVII.

An Eq; putandum eſt eas ī ſe proprie formas habere/quas tribuit intellectui: ſicut nec unitas eſt plena numeris: nec ſignū dimenſionibus: Neq; lux in Solis cētro uigēs/radios illos ī ſe proprios hēt/qui uirtute ipſius īnumerabiles a circūferentia Solis emicāt ab orbe deſinētes ī angulū. Præterea ſicut neq; lumen foras effuſum radiis eiuſmodi plenū/qualitates rerum illas in ſe proprias ſubſtinet: quas p uarios radiorū ictus apud nos generat: ita neq; mēs quāuis in ſe omniformis/materiales ipſa/quas procreat/formas hēt. Tum uero uita quidē prima quaſi indeterminatus informisq; eſſētię actus exorīt: qui ſane directus in ipſum unū/inde terminos ideales ſibi uendicat: eosq; q̄plurimos/ob conditionē ſuā numero iam obnoxiam/& proceſſioni procliuem. Eodē mox momēto uita fit abſoluta: quo & ītellectus euadit. Deniq; ſicut ītellectus ſe habet ad aīam/ita bonū ad ītellectum. Quapp quemadmodū ītellectus rōnē format ī aīa: atq; ipſe eſt a rōnali diſcurſione ſecretus: ita bonū ſpēs imprimēs ītellectui eſt a ſpeciebus mirabiliter ſegregatum.

PLOTINVS.

Sed quo nā modo hæc in ītellectu ſunt/ & ipſe ītellectus exiſtūt? Cum in eo nō ſint qui implet: nec rurſus ī eo fuerint q̄ implerē. Quādo enī nondum erat imbutus/minime poſſidebat. Sed forte nō neceſſariū eſt quod quis tribuit/in ſe habere. Sed oportet ī rebus eiuſmodi illud quidē quod tradit/ maius exiſtimare. Quod uero tradit/minus eſſe tradente. Talis nāq; ī ipſo entiū ordine generatio eſt. Primū enī oportet ēe quod exiſtit ī actu. Poſteriora uero/ in potētia eſſe ſupiora. Iam uero quod primū eſt/ſequētibus eſt ſupius. Et quod tradit munere tradito/eadē rōne ſupius. Nam pręſtātius eſt. Siquid igit ſit actu prius/id actu ſupius ē. Quapp & uita ſupius. Si ergo ī hoc eſt uita/ pfecto q̄ dedit eam/tribuit qdē uitā. Ipſe uero melior & honorabilior q̄ uita cenſerē. Habuit itaq; uitā: neq; indiguit uario largitore: Ipſaq; uita ueſtigium quoddam extitit

largitoris:nō illius quidem uita. Nempe hęc cum primū ad ſuum ſuſpiceret largitorem/adhuc indefinita erat. Poſtq̄ uero reſpexit illuc/ mox determinata eſt ab illo terminū nō habente. Statim enī ad unum aliquid ſpectās/hoc ipſo determinatur:& terminū finēq; & ſpēm in ſeipſa reportat. Quę quidē ſpēs informata reiacet. Formator autē eſt prorſus informe. Verūtamen terminus ipſe nō ſic ibi eſt adhibitus/ut extrinſecus adiectus fuerit/quemadmodū magnitudini undiq; ſolet apponi. Sed ē totius oīo uitæ illius terminus/multæ quidē infinitæq; exiſtentis:utpote quæ a tali natura iam effulxerat. Atq uita quidē erat:nō tamen huius uita. Alioquin iam determinata fuiſſet/quaſi iam indiuidui propria. Attamē determinata eſt. Fuit ergo determinata tāquam unius alicuius multi. Determinatū quoq; eſt unūquodq; multorū. Ac ꝓp multā uitę conditionē/multa determinata ſunt. Rurſumq; ꝓp ipſum terminū ſunt & unum. Quid igit̄ unum determinatū eſt?Sane intellectus. Vita enī determinata intellectus eſt. Quid rurſus quod multa dicit̄ eſſe determinata?Intellectus uidelicet multi. Omnia igit̄ intellectus ſūt: & hic quidem ītellectus oīs. Hi aūt ſinguli ſūt ītellectus. Ipſe uero ītellectus oīs unūquēq; complexus/nunquid uelut eundem cōtinet unūquēq;?Nullo modo. Alioquin unicum cōtineret. Si ergo multi ſunt/differre īter ſe neceſſariū eſt. Rurſus quęrēdum eſt/qūo differat unuſquisq;. Forſan uero in eo etiam q̄ factus eſt unus ſuſcipit differentiā. Nō enī idem eſt uniuerſum & quilibet intellectus. Eſt igit̄ uita quidē illic potentia oīs:uiſio uero quę inde micat/potentia oīum. Qui aūt ibi gignit̄ intellectus/ipſa oīa prorſus apparet. Alius deniq; inſidet illis:non quidem ut fundet̄ in eis:ſed ut fūdet primarū ſpēm ſpecierū:ipſe tamen a ſpecie procul exiſtens. Atq ſic ferme ītellectus ſe habet ad aīam/uidelicet tanquā ei lumen infuſum:quemadmodū ille ſe habet ad intellectū. Nempe quādo ītellectus determinat aīam reddit rōnalem:eorum quę habet ipſe ueſtigium exhibēs. Igit̄ & intellectus illius ueſtigium eſt. Quoniam uero intellectus ſpēs eſt in differentia quadā educta multitudineq; cōſiſtens/merito ille extra formā ſpēmq; exiſtit. Sic enī reliquū ſpecie format. Si aūt ille ſpēs eſſet/intellectus deinceps ratio foret. Oportuit tamen primū ipſum nullo mō multū eſſe. Alioquin multitudo eius ad aliquid ſuperius referret̄.

## MARSILIVS.

Quod primo procreatū eſt ab ipſo bono/totū pęnitus bonū eſt. Sed ī eo eſſētia quidem eſt incohatio quędā ortusq; opis boni. Vita uero adoleſcētia boni. Intelligentia ſpēsq; idealis bonū illic eſt adultum Cap. XVIII.

QVodlibet horū iccirco bonū ē:quoniā cū ſit ab ipſo bono/nō nihil ipſius quāuis adhuc ineffabile in ſe poſſidet/cōmune cūctis. Sicut motus linguę manus/pedum ideo concinnus ſimiliter apellat̄:quoniā ab eadem muſica rōne ordinem ſimilē nāciſcunt̄. Sed cōis illa natura boni menti admodū interior eſt/q̄ muſicus ordo membris.

## PLOTINVS.

CAeterum quę ſunt ī mente/ſecundū quid potiſſimū boniformia ſūt?Nunquid qua rōne ſpēs eſt unūquodq;?An quia pulchra ſunt ſingula?An ꝓp aliud quiddā? Si uero quicquid a bono prouenit/ueſtigiū figurāq; hēt illius/aut ab illo/quatenus inde deſcēdit:quemadmodū ab igne genitū/ignis hēt ueſtigiū:& quod a dulci/ſimiliter dulcis impreſſiōem:prouenit aūt ī intellectum

ab illo & uita. Nam ex actu quodã ab illo pẽdente extitit: atq; intellectus extitit propter illum. Item ſpecierũ inde pulchritudo deſcendit: oĩa ꝓfecto boniformia erunt/uita/intellectus/idea. Verum quid nam commune? Nõ enim ſufficit hoc ipſum. s. eſſe ab illo/ad hoc tandẽ/ut aliquid ꝓpea ſit ĩ oĩbus idem. In ipſis enim cõe ipſum oportet ineſſe. Fieri nãq; põt/ut ab eodem nõ idem efficiaẽ. Aut etiã quod ſimiliter datũ eſt in accipiẽtibus diuerſum euadat. Quoniã & aliud illud in quod munus boni traducit̃/ primus eſt actus. Aliud uero ipſũ eſt quod actui primo tribuit̃. Quod autẽ in his reſultat/aliud iam exiſtit. Aut forte nihil prohibet ſecundũ quodlibet quidem eſſe boniforme: magis tamẽ ſecũdũ aliud. Quid igit̃ hoc ipſum eſt/ſecundũ quod potiſſimũ boniforme cenſeat̃? Sed forſan prius illud expedit indagare: Nũquid bonũ ſit ipſa uita/hoc ipſo uidelicet ꝙ eſt uita: etiam ſi pura ꝓrſus & nuda conſidereat̃. An potius uita proprie quę ſit a bono. Eſſe aũt a bono nihil ſit aliud q̃ uitam eſſe talem. Rurſus ergo quid nã eſt uita talis? Nunquid uita boni? At uero nõ ipſius eſt proprie! ſed ex ipſo. Verum ſi in illa uita inſit hoc ipſum/ꝙ ſit ex illo: atq; eſt ipſa uera uita/nihilq; ab illo ꝓfluẽs/ uile eẽ dicẽdũ: Profecto & qua rõne uita iudicãda eſt eſſe bonũ: ſimiliterq; ĩ intellectu uero primoq; illo neceſſarium eſt cõcedere/illum. s. eſſe bonum: Et quãlibet ſpẽm bonũ eſſe/atq; boniforme. Si git̃ ita ſe res hẽt/forte unũquodq; horum/bonum aliquod habet/ſiue cõe/ ſiue potius aliud: ſiue hoc quidẽ primo bonũ hẽt: illud autem deinceps graduq; ſecundo. Cum enĩ acceperimus unũquodq;/tanq̃ in eſſentia ſua iam boni aliquid habẽs/nimirum & ob hoc ipſum eſt unũquodq; bonum. Cõſtitit ſane uitam eſſe bonum/nõ quidẽ ſimpliciter: ſed quoniã uera uita/atq; ab illo: intellectumq; ſimiliter bonum/quoniã uerus ſit/& inde ꝓgenitus: oportet certe aliquid ipſius eiuſdem ĩ his inueniri. Quãdo enĩ de rebus inter ſe differentibus idem aliquid prędicat̃/nihil prohibet in illorum quidem eſſentia illud ineſſe. Simul tamen licet ipſum accipere rõne ſeorſum. Quemadmodũ & aĩal in hoĩe ſimul & equo/calidũ in aqua & igne. Sed ibi quidẽ tanquã genus: hic ãt tanq̃ hoc quidẽ primo tale ſit: illud uero poſterius. Num igit̃ uita & intellectus & cętera ſingulatim uniuoce/an ęquiuoce/an potius analogia quadã dicunt̃ bonum? An igit̃ ineſt eorũ eſſẽtię bonũ? Vel potius totũ unũquodq; bonũ eſt? Nõ ſecundũ unũ bonũ. Qũo igit̃? Nũquid uelut partes? At uero impartibile eſt ipſũ bonũ. Forſan uero unũ quidẽ eſt ipſum. Id aũt hoc mõ ſe habet. Et. n. actus primus eſt bonũ: Idq; quod ĩ eo determinatũ eſt/exiſtit bonũ: itemq; ambo. Atq; id quidẽ iccirco bonũ eſt/ꝙ factũ ẽ ab eo. Hoc aũt/ꝙ ornamẽtũ eſt ab ipſo. Illud uero quoniã ambo cẽſeat̃. Hæc igit̃ oĩa ab ipſo eodẽq; ſunt. Nihilq; eſt idem: uelut ſi ab eodem uox proueniat & inceſſus/aliud ue quiddã: oĩa deniq; recte compoſita. Forte uero ĩ his dicunt̃ ſimiliter oĩa recte diſponi/ quoniam ordo numerusq; oĩbus ineſt. In illis aũt quid nã eſt cõe? Dicet forte quiſpiã in his quidẽ totum unũquodq;/ut recte ſe hẽat/extrinſecus adipiſci. Cum differẽtia ſint ea circa quæ ordo uerſat̃. Ibi uero ipſa quoq; ſingulatim eſſe bonũ. Sed cur nam & ipſa? Non enim hoc ipſo dũtaxat confidendum eſt. s. hæc eſſe bona/quoniam ſint ab illo: atq; ita quieſcere. Concedendũ eſt profecto hæc cũ ab illo ſint/eſſe admodũ prętioſa. Sed ulterius non ipſa deſiderat: Secũdum quid poſſimum illorum exiſtimetur bonum.

MARSILIVS.

Bonum neq; definiẽdum eſt per id quod ſit appetibile: neq; p id quod ſit uniuſ cuiuſq; uirtus

Cap. XVIIII.

IN prima. n. deſcriptione adhibenẽ poſteriora bono. Atq; pp appetentium appetibiliũq; diuerſitatẽ iudiciũ ueri boni reſtat ambiguũ. In ſecunda ad huc ſupeſt quærendũ: quare & qũo uirtus aliqua uel uirtus ipſa ſit bonũ.

PLOTINVS

AN Vm igitur deſiderio atq; animæ iudicium tribuemus? Atq; huius affectui fidem pẽnitus adhibentes: quod huic appetibile eſt/bonum eſſe cenſebimus. Propter quid aũt deſideretur/nequaq̃ inueſtigauimus. Atq; quid unũquodq; ipſorum ſit/demõſtrationibus explicabimus. Ipſã uero boni rõnem appetitui cõmittemus? Verũtamen multa ſic abſurda nobis occurrunt. Primũ quidem/q; & bonum unũ aliquid erit eorum quæ ſunt circa aliud. Deinde quoniam multa ſunt/quæ appetunt: aliaq; ab aliis appetũtur. Quomõ igiẽ ipſo appetẽtis affectu/utrum aliquid ſit melius iudicabimus? Sed forte neq; ipſum quidem melius cognoſcemus ignorãtes bonum. Sed nunq̃d bonum exiſtimabimus ſecũdũ uniuſcuiuſq; uirtutem? Sed ita certe id in ſpẽm rõnemq; reducemus. Recte quidẽ progrediẽtes. Poſtq̃ uero illuc deniq; proceſſerimus/quid nam reſpõdebimus: ſi inueſtigandum fuerit/qua ratione hæc ipſa ſint bona? In rebus quidem deterioribus/ut uidetur/facile naturam talem cognoſceremus: q̃uis non ſincere admodũ ſe habentem. Illic autẽ non primo compatione quadam ad deteriora cẽſebimus. Vbi aũt nihil eſt malum/ipſa uero meliora ĩ ſeipſis exiſtũt/dubitationibus implicabimur. An igitur quoniam ratio præſens/pp quid inueſtigat: hęc autem penes ſeipſa ſunt bona/ppea dubitat? Quippe cum ibi hoc ipſum quod dicitur pp q̃d idem ſit atq; illud/quod quid eſt apellatur. Quoniã & ſi aliã huius cauſam afferamus/uidelicet ipſũ Deum: cũ tamen rõ illuc uſq; nequaq̃ puenerit/ ſimilis ĩminet ambiguitas. Sed deniq; retrahere hinc pedem tentandum nobis eſt/ conantibus ſiquo pacto alia incedẽtibus uia occurrat aliq̃d manifeſtius.

MARSILIVS

Q uærẽtibus quid ſit ipſũ bonũ/ĩtellectus palã occurrit nobis ut bonũ. Quoniã & p ipſũ de bonis reuera iudicamus/ac malis. Et ordo ſpẽſq; rerũ & uita ab ĩtellectu ꝓcedit. Vita q̃netiã adulta quã aĩus optat/eſt ĩtellectus

Cap. XX.

AN Eq; tamen ĩtellectus eſt ipſũ bonũ. Hoc enĩ nõ illũ oĩa cupiunt. Iam uero aĩæ prius & frequẽtius bonũ q̃ intelligentiã appetũt: neq; ĩ hac q̃ſcunt: ſed ĩ illo. Cupiũt q̃dẽ eſſe/uiuere/ agere/nõ ſub rõne eſſẽdi/ uiuẽdi/ agendi/intelligendi: ſed boni. Quapp bonũ ab his oĩbus diuerſũ eſt atq; ſupius.

PLOTINVS

CVm igiẽ ĩpræſentia diffidamus affectibus/q̃tũ ſpectat ad aſſeuerandũ q̃d unũquodq; ſit & q̃le: Nunq̃d forſan opẽpretiũ eſt/ad alia quædã iudicia peruenire? & ad rerum oppoſitiones accedere/ uelut ordinem & uacationem ordinis. Cõtemperatum incompoſitum: ſanitatem infirmitatem: formam informitatẽ: eſſẽtiam corruptionem: conſiſtentiam euaneſcentiam. Horum nãq; prima ſecundum coniugationem quamlibet quis nam dubitet quin in boni ſpecie cõputentur. Si res ita ſe habet/horum etiam effectiua neceſſarium eſt in boni ſorte connumerare. Atqui & uirtus/ĩtellectus/uita/ anima ſapiens in boni gradu uerſantur: ideoq; ibidem ponuntur & illa/quæ ſapiens uita deſiderat. Cur nõ igitur

dicet aliquis/ gradum in mẽte ſiſtamus? eamq; eſſe bonum aſſeueremus? Etenim anima & uita mẽtis ueſtigia ſunt: eamq; affectat anima: & ſecũdum illam iudicat: & iudicando ſe confert ad mẽtem: iudicãs quidem iuſtitiam iniuſtitia melius: & quãlibet uirturis ſpẽm ſpẽi prauitatis proculdubio anteponit. Conſtatq; illa ĩ ho nore p̨ferre/quæ p̨cæteris iudicat eligẽda. Sed utrum intellectum ſolum appe tat necne/diſputationem plurimam exigit: qua demõſtretur/intellectum non eſſe ſupremum ultimumq; finem. Item nõ omnia ĩtellectum deſiderare. Bonum uero omnia cupere. P̨terea ex eorum numero quæ ĩtellectu uacãt/ non omnia poſſeſ ſionem mẽtis optare. Quæ uero mẽtem habent/nõdum quieſcere: ſed bonum ul terius affectare. Deniq; ĩtellectum quidem ex quodam rõnis diſcurſu. Bonum ue ro ẽt ante rationem deſiderari. Quod ſi & uitam appetunt/ & eſſe ſemp & agere: profecto hoc ipſum/non qua ratione intellectus ſit/ eſt expetendum: ſed qua bo num & a bono pẽdet/ad bonumq; refertur. Nam & uita quidem ſic eſt duntaxat optanda.

MARSILIVS

Vita/ĩtelligẽtia/ſpẽs/boniformia appetẽda ſũt: quoniã illa ẽ actus circa bonũ: iſta actus iã determinatus a bono: hęc ipſe terminus ĩpreſſus a bono Cap. XXI.

GEminam ab ipſo bono hęc omnia lucem habẽt. Vna quidem naſcenti fa cta eſt unicuiq; p̨pria/in aliis alia/ſicut color. Altera ſup̨fertur quaſi cun ctis unum cõmune lumen: alibi tamen magis gratius ue q̃ alibi fulgens. Per primam bona quidem ſunt/& clam ac leuiter appetunt̃. Per ſecundã meliora/ atq; palam & ardenter amantur.

PLOTINVS

QVid nã igit̃ unũ ĩ his oĩbus idemq; exiſtẽs efficit unũquodq; bonũ? Sic igit̃ audeamus aſſerere/ eſſe quidẽ intellectũ/ uitãq; illã p̨culdubio boni formẽ. Expeti uero hæc etiã qua boniformia ſunt. Eſſe inq̃ boniformia p̨pea q̨ uita quidẽ/ipſius boni ſit actus: ĩmo uero actus ex ipſo bono depẽdẽs. Intellectus uero actus iam determinatus exiſtat. Atq; hæc ſplẽdore quodã deſup̨ circũfundi: aiamq; hæc ideo proſequi/quoniã inde p̨ficiſcant̃. Et ad illa rurſus af fici quodãmõ uelut ad p̨pria quę̃dã: nõ tamen tanq̃ p̨ ſe bona. Cũ uero boniformia ſint/neq; ſic quidem cõtemnẽda putant̃. Quod enĩ familiare p̨priũq; eſt/niſi ſit bonum/p̨prium quidẽ eſt: fugere tamen hoc aliquis aliquãdo poteſt. Nempe & alia quædam lõge diſtãtia/inferiuſq; etiã poſita appetitum ad ſe nõnunq̃ attra hunt. Incitaſ autẽ uehemẽs ad hæc amor/nõ quãdo id ſolum quod ſunt/exiſtũt: ſed quãdo iam id ipſũ quod ſũt exiſtentia/aliud quiddã ex alto ſuſcipiũt. Sicut enĩ in corporibus q̃uis mixtum naturaliter ſit intus lumẽ/alio tamen opus eſt lu mine/ut palam appareat color eis infuſus. i. lumen naturaliter inſitum: ſic ſup̨nis quoq; rebus/q̃uis lumẽ habeant plurimũ/præſtãtiore quodã opus eſt lumine: ut & a ſeipſis/& a quouis alio diſcernantur.

MARSILIVS.

Abſq; mirifica primi boni gratia nec amãt res ullæ nec amãtur Cap. XXII.

QVod in ſpectãdis formoſis amore nos corripit/neq; materia eſt/neq; pro portio: ſed uiuidus quidã fulgor ab aĩa in p̨portione refulgens. Quod iterum ĩ excogitandis aĩs eorumq; uirtutibus & officiis ardẽti quadam

beniuolẽtia capit: ītellectualis quidã ſplẽdor eſt ab intellectu diuino ſubrutilans; quod tandẽ dum ītellectus & ītelligibilia contẽplamur: nouo quodã nos accẽdit amore/radius eſt a primo bono micãs/ hinc quidẽ inflãmãs & excitãs uolũtatẽ/ inde uero quæ cõtẽplãda nobis occurrunt gratia mirifica donãs. Cũ uero grada tim inde oĩa pendeant/ſequiẽ ut nec etiã in ſenſibus & corporibus abſq; influxu primi boni ꝓprio uel amabilis uſq̃ gratia fulgeat/uel accendaẽ amor.

PLOTINVS

QVotiens igiẽ aĩus lumẽ hoc ĩſpicit/ totiens ad res diuinas hoc circũfuſas lumine incitaẽ: affectãſq; lumen ĩ his ꝓfulgẽs occurſu eius admodum gratulaẽ. Quẽadmodum & qui corpora hæc uidenẽ amare/non ſubiecta quidẽ amant: ſed pulchritudinẽ palam ĩ corporibus effulgentẽ. Exiſtit enĩ quod libet hoc ipſum quod eſt ĩ ſeipſo. Euadit ãt optabile: cum hoc bonũ ipſum quaſi colorat: dum uidelicet rebus quidẽ expetẽdis gratias abunde largiẽ: appetẽtibus uero ĩfundit amores. Iam uero aĩus cum ĩfluxum ĩde ſuſcepit/moueẽ/ debaccha tur/ſtimulis incitaẽ. Atq; ita ĩ hunc influit amor. Antea uero neq; ad mentẽ quidẽ ipſam moueẽ/q̃uis pulchrã. Ipſius enĩ pulchritudo torpet priusq̃ boni lumen ac cepit. Ipſeq; aĩus ex ſe recidit reſupinus: & ad oĩa torpet: menteq; præſente ad eã dormitare uideẽ. Poſtq̃ uero inde accenſus eſt calor/ corroboraẽ protinus excita turq;/aliſq; fulciẽ. Ac dum ad id quod ꝓximũ eſt/uehementer afficiẽ/ad aliud in terim quaſi reminiſcẽtia quadã excellẽtius eleuaẽ. Et quouſq; aliq̃d reſtat prẽſen te ſupius/natura ſurſum attolliẽ: ab eo ſublatus/qui infudit amorẽ. Et ītellectum quidẽ tranſcẽdit. Nequit ãt ſupgredi bonum. Quoniã nihil bono ſupius eſſe po teſt. Si ãt in mentem defigat ĩtuitum/pulchra quidẽ cernit atq; uenerãda: nõdum tamen habet oĩo quod quærit. Quaſi enĩ propinquat uultui formoſo quidẽ/nõ dum tamen aſpectum ad ſe rapienti. Quippe cum ea adhuc decora gratia careat/ quẽ ſolet ĩ pulchritudine refulgens allicere. Quãobrem & hic pulchritudinẽ eſſe putandũ eſt id ipſum potius quod ĩ proportione refulget/q̃ ipſam ꝓportiõem. Idq; eſſe ꝓprie quod eſt amabile. Cur enĩ in facie quidẽ uiuẽtis magis pulchritu dinis ſplẽdor apparet: ĩ facie uero defuncti necdũ manifeſte ꝑmutata figura uix pulchritudinis reſtat ueſtigiũ? Cur iterũ inter imagines/quẽ uidenẽ uiuaciores ẽt pulchriores occurrũt?/q̃uis aliæ quẽdã exactiori ſint mẽſura cõpoſitẽ. Cur ipſa ui uentis forma etiã ſi minus cõpoſita ſit/ pulchrior tamẽ occurrit quauis imaginis pulchritudine? Forſan quia hoc reuera magis eſt expetendũ. Id uero quoniã hẽt aĩam. Id rurſus/quia hæc quodã ipſius boni lumine eſt inſignita. Inde uero colo rata ꝓtinus excitaẽ/& quaſi leuior attolliẽ altius/eleuatq; quod hẽt: & quatenus capere poteſt bonum reddit & excitat.

MARSILIVS

Primum rerum principiũ idem ẽ atq; ipſũ bonũ. Cap. XXIII.

NIhil enĩ melius ipſo bono. Nihil ſimiliter primo rerũ prĩcipio melius. Itẽ ipſũ bonũ ꝑ ſe ſibi ſufficiẽtiſſimũ eſt. Sufficere uero ſibi principium ſolũ poteſt. Præterea/malũ ꝑ diſceſſum quidẽ a prĩcipio creſcit: ꝑ acceſſũ uero augeẽ bonũ. Infimũ ergo rerũ eſt ipſũ malũ. Primũ uero ſimiliter ipſum bonum. Deniq; quoniã oĩa bonũ appetunt: atq; eius participatione ꝓficiũt: plane cõſtat/ ab ipſo cuncta & eſſe & cõſeruari: eiuſq; uirtute moueri/& agere quicq̃d rite & na turaliter agunt.

PLOTINVS

NEq; uero mirari quisq̃ debet/ipsum quod aĩa sequit̃: quod mẽti lumẽ in fundit: cuius uestigium hæc passim cõcitat: tantã habere potẽtiã/dum ui delicet ad seipsũ trahit aĩam atq; mentẽ/& passim reuocat ab errore: ut pe nes ipsum deniq; cõqescant. Si enĩ illud a quo sunt oĩa/nihil se melius esse patit̃: minus uero bona sunt oĩa/sequit̃ ipsũ rerũ oĩum optimum/bonum ipsum existe re. Quin etiã si oportet ipsã boni naturã ꝑ se sibi sufficiẽtissimã esse: nec indigam alicuius: Quã potissimum aliã ipsã quis esse repiat: præter hãc quæ ante alia est/ hoc ipsum quod existit/quãdo nõdum est malum. Si aũt mala posterius sunt/in his rebus quæ nihil participant munerum diuinorum atque postremis: neq; mali quicq̃ est apud supos/neq; aliquid ipso malo peius: sicut neq; melius aliquid ip so bono/ profecto mala cõtrario modo se habent ad primum: nihil ad cõtrarieta tem habẽtia medium. Ipsum itaq; bonum/hoc ꝓrsus existit. Aut enĩ oĩo nihil est bonum: aut si necessarium ẽ bonum esse: hoc utiq; duntaxat/nec aliud erit. Si qs autẽ obiiciat bonum oĩo nõ esse/coget̃ non esse malum/similiter confiteri. Vnde sequet̃ res omnes ad electionẽ esse secundũ naturã indifferentes. Id autẽ est ĩpossi bile. Cætera uero quæ apellant̃ bona/ referunt̃ ad primũ. Ipsũ uero refert̃ ad nul lum. Cum igit̃ ipsum bonũ tale sit: qd nã agit? Profecto fecit mentem/fecit uitã/ fecit ex mente aĩas: & reliqua ꝓrsus quęcunq; rõnis uel mentis uel uitę participia sunt. Quis nã igit̃ exprimere possit/quale q̃tum ue bonũ sit/quod horum fons est atq; prĩcipium? Verum quid nunc oꝑatur? Nunc certe seruat illa/quę fecit. Effi cit enĩ ut & ĩtelligentia passim ĩtelligant/& uiuentia uiuant: inspirãs mentem. In spirans & uitam. Inspirans esse saltem/ubi accipi uita nõ potest.

MARSILIVS.

Esse appetibile non tam est ipsa natura boni/q̃ conditio quædam consequẽs ad ipsam boni naturam Cap. XXIIII.

AMbigitur quid nã sit ipsa natura rõq; boni/& quæ consequuntur bonũ/ utrum uoluptatem solã/an & aliud insuꝑ inde reportẽt. Quo ue inditio certo uerum adesse bonũ discernere ualeamus.

PLOTINVS

REliquũ foret inqrere/quid potissimũ erga nos oꝑet̃. Sed rursus de lumĩe dicturi sumus. Quid nã sit lumẽ/quo mens illustrat̃: cuius est & aĩa par ticeps. Verũ præstat ĩpręsentia hoc ĩposterũ differentes prius ĩuestigare: nũqd ipsũ bonũ ꝑꝑea ꝙ alteri sit expetendũ/ bonũ sit atq; dicat̃. Et quod alicui est appetibile/sit & alicui bonũ. Quod ãt oĩbus appetendũ/ipsum bonũ asseuere mus. An potius inditium hoc boni aliquis iudicet: oporteatq; quod est appetibi le/eam habere naturam/ qua iure sibi apellationem eiusmodi uendicet. Quæren dum est pręterea nũquid hoc appetentia/id appetant ab eo nõnihil accipiendo: an duntaxat ipso gaudendo. Et siquid accipiant/quid nam sit illud? Sin tantum gaudeant: cur hoc duntaxat: nec alio quopiam. Vbi sane & hoc indagandum: num bonum per ipsius proprii rationem/an per aliud perpendendum. Tum ue ro nunquid bonum oĩo alterius sit/an etiã sibi met bonum ipsum sit bonũ. An potius cuicunq; bonũ sit/sibi qdẽ nõ sit bonũ: sed alteri necessario. Itẽ cui potissi mũ naturæ sit bonũ. Est enĩ nõnulla natura/ cui nihil est bonum. Neq; illud silen tio prætereũdum censeo/ quod forsan aliquis pertinax & contentiosus obiiciat.

Quid nã o uiri dicet sursum deorsumq; spectãdo rẽ uestrã gloriosius exornatis? Vitam bonũ dicitis. Mentẽ quoq; bonũ: q̃uis sup hęc statuatis ipsũ bonũ. Dicite quæso/quid nã mens ipsa sit bonũ. Quid spẽs ipsas ĩtelligẽs/habeat bonũ: dum quid unũquodq; sit/contẽplat̃. Fieri fortasse põt/ut horũ oblectatione deceptus apellet bonũ. Similiter quoq; uitã tanq̃ sibi dulcẽ existimet bonũ. Qui si forte sit in eo habitu cõstitutus/ut nulla uoluptate tangat̃/cur nam bona hæc affirmabit? An forte bonũ esse putabit/uidelicet se existere? Sed quid nã fructus ex ipso esse ꝑcipiet? Quid ue apud ipsum intererit/esse/aut oĩo non esse? nisi quispiã quandã erga se amicitiam esse horũ cãm asserat. Adeo ut ob hãc deceptionem nobis naturaliter insitam: mortisq; timorem/bonorũ existimatio sit inducta.

## MARSILIVS

Bonum materiæ quidẽ forma est/ corpori uero anima/animæ intellectus/ intellectui simul & oĩbus prĩcipium omnium Cap. XXV.

FOrma materię actũ exhibet atq; ordinẽ tanq̃ bonũ. Aĩa corpori uitã atq; motũ. Intellectus aĩæ uirtutẽ: prĩcipiũ intellectui actũ uitalẽ ĩtellectualẽq; & lumen inextimabile. Sicut naturã ignis id sequit̃/ut distantia quidem illuminet: ꝓpinquantia uero etiã calefaciat: ĩmo sicut centrũ grauia trahit & sistit: ita naturã boni hæc cõditio comitat̃: ut remota quidẽ trahat ꝑ appetitũ/pręsentia uero detineat atq; delectet.

## PLOTINVS

PLato igitur cũ uoluptatẽ admisceret fini/ ipsũq; bonũ neq; simplex/neq; in solo intellectu poneret/sicut scribit̃ in Philebo/forte ambiguitatẽ eiusmõi sentiẽs: neq; ausus est ipsũ bonũ ꝓrsus in uoluptate statuere: & recte q̃dẽ: neq; intellectũ uoluptatis exꝑtẽ/existimauit bonũ ipsũ esse censendũ. Quippe cum nõ uideret ĩ eo quod incitaret affectũ. Forsan uero nec ita ꝓrsus accepit. Sed ita bonũ iccirco cõposuit: quoniã iudicauit bonũ ipsũ cum naturã ĩ se talẽ habeat/necessario esse delectabile/& optabile ꝓsequẽti: & delectabile cõsecuto. Quapropter cui nõ insit gaudiũ: nec adesse bonũ. Ideoq; si primo desiderãti non insit lętitia: nec etiã assistere bonũ: Neq; ab re bonũ ita cõposuit. Nõ. n. primũ ibi bonũ ĩuestigabat: sed bonũ duntaxat humanũ. Quod q̃dẽ oĩo & alterius ẽ: & ipsũ est pariter alterũ. Cũ ipsum sit deficiẽs/ac forte cõpositũ. Quãobrẽ quod solitariũ ẽ atq; solũ/nullũ hẽre iudicat bonũ: sed alia quadã cõditione excellẽtioriq; rõne ipsũ existere bonũ. Necessariũ est igit̃ bonũ ipsũ expetẽdũ esse: nõ tamẽ q̃a sit appetẽdũ/iccirco fieri bonũ. Sed potius q̃a sit bonũ/ ideo appetibile fieri. An igit̃ ultimo q̃dẽ ĩ ordine rerũ/quod pręcedit/ẽ bonũ/sẽpq; ascẽsus eiusmõi facit/ut quod supius est/ sequẽti deĩceps adsit ut bonum: si mõ ascensus a ꝓportione analogię nusq̃ discedat: sed semꝑ in maiora ꝓcedat. Sed gradũ deniq; sistet in eo quod est supremum: ultra quod nihil reliquũ ẽ/quod supius accipi possit. Idq; primũ ẽ ac reuera bonum/& bonum pręcipue maximum: cæterisq; causa bonitatis. Materiæ igit̃ bonum ẽ ipsa forma. Si. n. sẽsum materia nãciscat̃/ aduẽtu formę ꝓculdubio gratulabitur. Corpori uero bonum est anima. Nã absq; aĩa neq; esset/neq; etiã seruaretur. At animę bonum/uirtus. Iamq; etiã supius/intellectus. Intellectui deniq; bonum est illa/quam naturã primã apellare solemus. Existimandum est pręterea horum quælibet aliq̃d in ea facere/quorum sunt & bona. Hęc q̃dẽ adhibere ordinẽ & ornatum. Illa uero iam uitã. Alia sapientiã beneq; uiuẽdi dotem. Intellectui

deniq; bonũ ipſũ largiri munus quod dicimus in intellectũ inde uenire/ ac bonũ euadere/ quoniã eſt actus ex illo. Et quoniã etiã nunc quod lumen apellaẽ inde in hũc infunditur. Quod ſane quid ſit in ſequentibus diſſeremus.

MARSILIVS

Quæ ſenſu prædita ſunt hoc potiſſimũ boni iam præſentis ſignũ habere poſſũt: ꝙ hoc ipſo ſtabiliter delectanẽ/atq; in eo libentiſſime cõquieſcunt/meliuſq; inde ſe habent. Cap. XXVI.

QVemadmodũ circa res ſenſu carentes duo hæc .s. inclinatio ad naturale bonum finẽq; ſuũ/& quies in eo.s.in fine habituq; naturali aliud q̃ddã ſunt præter naturale bonum: ſunt enĩ quidam rei ꝑſequẽtis actus ad bonum/uel circa bonũ/uel ĩ bono. Sic in rebus ſenſu prẽditis appetitus & uoluptas aliud quiddã ſunt q̃ bonum: nec uoluptas ipſa ſufficit. Optabilius enĩ eſt præſẽte bono/quod appetimus delectari/q̃ delectari ſimiliter abſq; illo.

PLOTINVS

TVm uero quod natura ſentire põt/quod accedit ad ipſum/ſi quãdo accedit bonum/ cognoſcere poteſt: idq; habere ſe/dicere. Sed quid nã dicendũ eſt: ſi forte decipiatur. Oportet profecto aliquam eſſe ſimilitudinem/ qua ſit deceptũ. Quod ſi ita ſit:illud certe huic erit bonũ/a quo eſt & deceptum. Nã & quãdo illud aduenit/ab eo quod fefellerat iam diſcedit. Iam uero uniuſcuiuſq; appetitus & ſtimulus teſtatur eſſe aliquod unicuiq; bonũ. Rebus quidẽ in animatis ab alio fit largitio boni. In eo autẽ quod habet aĩam appetitus ipſe ſuũ proſequiẽ bonum. Quẽadmodum corpora naturaliter uita carẽtia a uiuentibus curantur atq; colunẽ. Viuentia uero ſibimet prouiribus prouident. Quod ãt bonum aliquis iam fuerit conſecutus/credi proculdubio poteſt/quãdo uidelicet ſe habet melius:nec afficitur pẽitentia:ſed impletur:& ĩ eo pmanet: neq; aliud expetit. Quare uoluptas nõ eſt p ſe ſufficiens. Nam qui uoluptate afficitur/ nõ affectat idem. Nam etiã ſi uoluptatem ipſam affectare dicatur/nõ dum tamẽ idem expetere conuincetur. Aliud nãq; ſemp eſt illud quo delectaẽ. Oportet utiq; bonũ/ quod aliquis ĩprimis exoptet/eſſe nõ paſſionẽ affectionẽ ue quãdã/qua qui conſequiẽ intus afficiaẽ. Vnde & uacuus reſtare poteſt. Qui affectionẽ ipſã eſſe iudicat bonũ:quãdo affectionẽ habet ſolam:quã ſimiliter præſente bono alius poſſĩ deret. Quãobrem nullus ĩprimis eliget/ita ſe affici nõ habendo bonũ aliquod/ſicut alter habendo. Ceu gaudere quaſi habeat filiũ/cum nõ habeat. Neq; qui uentrem ĩplere cupiunt/eligunt tanq̃ bonum ita delectari/nõ comedẽdo quaſi comedant. Neq; q Veneri ꝑrſus indulgẽt/tanq̃ ſuũ eligent bonũ/ita duntaxat uoluptate ꝑfundi/re amata nõ potiũdo/neq; rẽ ꝑagendo: ꝑinde ac ſi potianẽ & ꝑagãr.

MARSILIVS

Neq; appetitus neq; uoluptas efficit ut aliquid bonũ ſit:ſed ipſa natura boni eminus quidem allicit appetitum:cominus aũt uoluptate demulcet. Similiter nec propria quædam familiaritas cauſa eſt ut aliq̃d tibi ſit bonum Cap. XXVII.

NOn enim optabile ſalutareq; tibi eſt quodlibet ſimile uel propinquum neq; ſatiſfacit æqualitas:ſed ipſam boni naturam uirtus eiuſmodi comitatur:qua tanq̃ domeſticum propriumq; nobis occurrat: q̃uis ubiq; ſit natura ſuperius. Bonum igitur uniuſcuiuſq; ſe habet ubiq; uel tanq̃ ſpẽs quædã ad ſubiectum:uel tanq̃ ſpẽi principium ad ſpẽm & ſubiectum.

PLOTINVS.

SEd quid nã oportet contingere unicuiq; ut quod ſibi eſt cõſentaneũ habeat. Profecto ſpẽm quandã dicemus: Cõſentanea. n. eſt materiæ ſpẽs: & aĩę ſpẽs. i. uirtus. Hęc uero ſpẽs/ nũqd ex eo ꝙ ꝓpria eſt familiarisq; illi/ eſt & illi bonũ? Appetitioq; uergit ad ꝓpriũ? Forte nõ ita. Simile. n. ꝓpriũ eſt: Atq; ſi uelit aliquis habeatq; ſimile/ eoq; gaudeat: nõdũ tamẽ poſſidet bonum. An igitur quãdo cõceſſerimus eſſe bonum/ nõ etiã propriũ concedemus? Dicendum eſt utiq; iudicium de proprio ad ipſũ præſtantius ac melius referendũ eſſe: ad quod uidelicet aliquid eſt ĩ potentia. Cum. n. ĩ potentia ſit ad aliud: illo ꝓculdubio indiget. Illud aũt quo uelut præſtantiore id indiget/ certe huic eſt bonum. Materia uero maxime oĩum eſt egena: Cui forma ultima cõueniẽs & ꝓxima eſt. At ultra materiam gradatim ad ſupiora cõſurgitur. Proinde ſi idem ſibi met bonum eſt: multo magis eſt ei bonũ perfectio eius & ſpẽs: quod ue eſt eo præſtãtius. Quod ſane & ſua natura tale eſt: & ei tale prouenit. Quoniam & ipſi bonum affert. Sed cur nam ipſum eſt bonum? An quoniam ſibi eſt maxime ꝓprium? Non ſane. Sed quoniam eſt quędã ſors & portio boni. Quãobrẽ illis qui ſinceri melioresq; ſũt familiaritas tum ad ſe/ tum inter ſe magis propria ineſt. Iam uero perabſurdũ eſt inquirere: cur nam aliquid cũ ſit bonum/ ſibimet ſit bonum. Quaſi uero oporteat ab ipſa ſui natura diſtare: neq; amare ſeipſum tãquam bonũ. Sed in re ipſa ſimplici hoc eſt indagãdum. Nunquid ubi nullo modo ineſt aliud atq; aliud/ ſit ꝓpria quædam ad ſeipſum neceſſitudo. Ideoq; ſibimet ſit bonum. Impræſentia uero ſi recte hęc a nobis dicta ſunt/ atq; aſcenſus gradatim præſtat bonum in natura aliqua conſtitutum/ nec appetitio facit bonum: ſed appetitio ſurgit potius quia bonum: item aliquid ĩ eis fit quæ nãciſcuntur bonum: quod ue ipſam boni comitatẽ adeptionem: eſt uoluptas: profecto etiã ſi uoluptas nulla comitaret: adhuc tamẽ eligendũ eſſet ipſum bonum: ipſumq; ꝑ ſe quęrendum.

MARSILIVS

Materiam primã cogitamus quaſi potentiã quandã informẽ quidem: ſed naturaliter capiendæ formę paratã. Qua igiẽ ratione informis eſt/ malum eſt: neq; ꝓprie ſic appetit bonum. Qua uero rõne potentia parata formæ/ non ẽ malũ. Ac ſi quo modo poſſit appetere/ ſic bonum. i. formam appetit: pręſertim occulto quodam ſuę deformitatis odio.

Cap. XXVIII.

SIcut ipſum bonum ſibi & omnibus eſt amabile: ita ſi fingatur ipſũ malũ/ nec aliis nec ſibi erit amandum. Vnicuiq; bonum eſt ſua quędã ſpẽs forma/ ꝑfectio/ actus ſupne depẽdens. Sed forma ſpẽſq; materiali ĩformitati paſſim opponiẽ. Quo igiẽ forma ẽ a materia ſepatior/ eo gradatim magis ſpẽs ẽ/ magiſq; bonũ. Sepatiſſima tandẽ ſpẽs/ optimum. Ipſũ uero bonũ nec ſpẽs ulla iã eſt/ nec alicuius bonũ: Sed ſpẽrum auctor pariter & bonorum.

PLOTINVS

QVod autẽ ex ſupionbus ſequitur: conſiderandũ nũc arbitramur. Si ubiq; quod tanq̃ bonũ adeſt/ ſpẽs quędã eſt: & ſpẽs eſt ipſi materię bonũ: quęrendũ eſt/ nunqd ſi materia uolendi aliqd cõpos euaſerit: uelle poſſit ſolam ſe ſpẽm fieri. Verum ſi hoc uoluerit/ interire uolet. Omnia uero bonum ipſũ appetũt. Sed forte nõ exoptabit quidẽ eſſe materia: ſed eſſe dũtaxat. Id uero hẽns malũ ſuũ abicere uolet. At uero malũ: qũo bonũ appetet? Sed ꝓfecto neq; materię

appetitionē attribuimus: ſed ſuppoſitionē quandā adduxit cōditio diſputandi: attribuēs quidē ſenſū/ſi mō attribui poſſit/ſeruata materia. Et ſane aduenīēte ſpē uelut inſōnio quodā boni/in meliori ordine cōſtitit materiam collocari: Si ergo malum materia eſt/qūo res ſe habeat/iā eſt dictum. Sin aūt aliud quiddā tanq̄(ut ita loquar) malitia atq; ipſū eius eſſe/ ſenſū accipiat/ nunquid adhuc ipſum pro ꝓpriū familiareq; penes id quod eſt prę̄ſtantius/erit bonū? Sed profecto nō erat malitia ipſa quę eligebat bonum: ſed potius quod habebat in ſe malum. Sin aūt idem ibi ſit eſſe atq; malum: quonam pacto hoc bonum expetet? An forſan uide ri poterit: ſi malum ſeipſum ſentiat/ amaturum eſſe ſeipſum? Sed ꝓfecto quo nā mō amari poterit/ipſum non amabile? Non.n. in eo ipſo quod ꝓprium dicitur & domeſticum/rōnem boni cēſuimus collocandā. Et de his quidē nūc ita ſit dictū. Verum ſi ſpēs ubiq; eſt ipſum bonū: ſemperq; altius aſcendendo/ſpēs magis occurrit/magis.n. ſpēs eſt aīa q̄ corporis ſpēs. Ac penes animam ſpēs magis atq; magis: & deniq; ītellectus magis ſpēs eſt q̄ aīa: certe ipſum bonum oppoſita quadā ipſi materię uia procedit: eiq; præcipue cōuenit: quod purgatum eſt/ & a materia longe ſemotum: pro puritatis quidem gradibus unicuiq;: maximum uero bonū ipſi congruit/a quo quicquid materiæ cogitari poteſt/longe ſeiungitur. Atqui & ipſius boni natura omnē materiam fugiēs: īmo uero nec uſq̄/ nec ulla cōditione propinquās/proculdubio in naturam aufugit ſpē omnino uacantem: A qua prima ſpēs oritur. Sed de hoc ī ſequentibus ꝓtractabitur.

MARSILIVS

Manifeſtiore ſolemus uoluptate moueri: dum extra ꝓfectum corporis uel animi habitum poſiti reſtituimur ī illum: q̄ ubi ꝓfectum iam ſumus habitū conſequuti. Ex quo patet uoluptatem illam quæ quaſi motio quædā eſt/non eſſe finem ꝓfectionemq; naturę

Cap. XXVIIII.

In Empe ī habitu naturali ſtatuq; uitæ perfecto/mobilis quidem uoluptas illa deſinit facta iam tranquillitas/& optima(ut ita dixerim) ualitudo habitudoq; naturalis mobili uoluptate conſtantior/uerior/optabilior. Contra illos qui opinanť/nec ſine uoluptate/nec prę̄ter uoluptatē aliquid eſſe bonū/Plotinus aſſerit/eſſe/uiuere/ſentire/intelligere/& ſimilia/eſſe bona eligendaq;: nō eo duntaxat argumento: quod cōmuniter cū uoluptate quadam manifeſta cōtingāt. Sed quoniā eorum oppoſita tanq̄ mala naturaliter fugiantur.

PLOTINVS

Uerū niſi uoluptas ſequať bonū: fiat autē ante uoluptatē aliq̄d ꝓp quod & uoluptas ſoleat comitari/ cur nō bonū etiā tūc gratū amabileq; occurrat? Sed cū gratū lætūq; dixerimus/ſimul iā diximus uoluptatē. At ſi exiſtat quidē bonū/ exiſtēte uero poſſibile ſit nō eſſe iucūdū: quid nā dicemus? Sed forſan ſi ita ſit/etiā præſente bono q ſenſū habet/bonū nō agnoſcet adeſſe. Forte etiā nihil ꝓhibet aliquē/cognoſcere quidē bonū. Neq; tamen moueri aliter poſtq̄ illud habet. Quod quidem maxime cōuenit admodū temperato/ & nullius egeno. Quapropter nec primo exhilaratio conuenit/nō ſolum quia ſimplex eſt oīo: ſed quoniā ipſa dūtaxat adeptio quæ indigētis eſt/uoluptate ꝓfundiť. Sed hoc quidem tunc demū perſpicue apparebit/poſtq̄ reliqua oīa purgauerimus: ſermonemq; illum nobis oppoſitum expulerimus. Hic uero eſt/qui dubitat/quid nam fructus accipiat qui mētem habet ad compandam boni ſortem: ſi nullo prorſus

moueatur affectu: dum hęc audit: ppea q hęc re ipſa nequaq̃ percipiat: ſiue dum audit nomen/uel aliud quoduis eorum exiſtimat ſingulatim: ſiue aliqd ſenſibi le quærit: bonũq; ī diuitiis/uel aliis eiuſmõi ponit. Aduerſus hunc ergo dicendũ eſt: quando hęc deſpicit/interea cõfiteri poſitum eſſe aliquid apud ſe bonũ: cum uero dubitet ubi potiſſimum/& qua ratione ſit poſitum/ nimirum notioni illius apud ſe inſitæ/hęc deinceps accõmodare. Fieri nãq; non põt/ ut qui huius ipſius omnino imperitus eſt & ignarus/aliquando dicat: iſtud aut illud hoc ipſum eſſe nõ poteſt. Forte etiã eiuſmodi ſermo ipſum bonum ſup mentẽ eſſe uaticinatur. Prętera ſi ad ipſum bonũ uel ad illius proximũ ſuſpiciẽs non diſcernit: expedit ſaltem ex oppoſitis bonum excogitare. Alioquin nec ignorãtiam quidem malũ eſſe fatebitur: Quãq̃ omnes intelligere cupiunt: Omnes intelligentia gloriantur. Teſtantur hoc & ſenſus/qui ad notitiam ac uelut ītelligentiam natura cõtendũt. Si igitur intellectus pulchrum quiddam eſt atq; uenerãdũ: maxime uero primus: dic age quid nam imagineris extimaturum: ſiquis genitorem patremq; mentis inſpicere poſſit. Proinde qui eſſe & uiuere uerbis ſpernit/ipſe interim contra teſtat̃: & omnes uerbis habet repugnãtes affectus. Quod ſiquis grauiter ferat uitam/is certe non ueram uitam: ſed illam potius quæ morti miſcetur/reſpuere iudicatur.

MARSILIVS

Finis intellectualis animæ eſt expeditus & ſũmus actus intelligentię ī ipſum uni uerſi bonum prorſus intentus Cap. XXX.

HAc ſtus eiuſmodi beatitudo eſt/etiã ſi nulla huic uoluptas exterior adiũgatur: neq; tamen ipſe eſt uoluptatis expers. Ipſa.n. expedita actionis integritas atq; ſũmitas eſt uoluptas. Tũc uero maxime & ſimplex unũq; exiſtit. Gaudet uero ſeipſa pęnitus ex ſuperiori lumine iam formata. Profecto ſicut ſũmitas luminis circa ſpeculũ cõcauũ iã eſt calor: ita ſũmitas eſſendi iã eſt uita. Similiter uiuendi ſenſus/ſentiendi imaginatio: Imaginãdi rõ. Rõnis ītelligẽtia/ītelligentię gaudium. Gaudii bonum. Nẽpe ad ſupremũ uniuerſi gradum nõ p diuiſionẽ: ſed p unionem aſcẽdit̃ paulatim. Iam uero ſicut elemẽta eodẽ naturæ nixu quod ſibi cõſentaneum eſt petunt atq; fruunt̃: Ita mens eodem actu/quãdo ſummus eſt uergit ī finem ultimũ tanq̃ uerũ/ & fruit̃ tanq̃ bono. Sed de fine & ītelligentia & uoluptate in cõmentariis Philebi latius diſputamus.

PLOTINVS

POſt hæc utrum uoluptatẽ bono oporteat eſſe permixtam: alioquin īperfecta ſit uita: etiã ſiquis diuina/eorumq; principium ſpeculetur: attingẽtes bonum animo īueſtigare debemus. Iam uero ubi Plato bonum componere uidetur ex intellectu tanquã ſubiecto: atque ex affectione quadã animæ/quę intelligentiam ſequitur: ibi certe neque finem neque bonum ipſum compoſitum eſſe aſſerit: ſed illic ipſe intellectus eſt bonum. Nos autem huius boni poſſeſſione gaudemus. Atque hæc una de bono opinio eſt. Altera uero opinio uel expoſitio eſt illa/quæ ſic admiſcet intellectui uoluptatem: ut unũ aliquid ex utriſq; ſubiectum ponat: ut nos intellectum eiuſmodi compantes/ſiue cernẽtes/bonum iam habeamus. Quippe cum deſertum aliquid atq; ſolum neq; fieri poſſit: neq; ſi poſſit/tanquam bonum nobis ſit exoptãdum. Sed quęrendũ eſt/qua conditione potiſſimum intellectus uoluptati in unam naturæ conſpirationem perfectionemq; cõmunem permiſceatur. Cõſtat proculdubio corporis uoluptatem menti

permiſceri non poſſe. Quinetiã neq; lætitiam ullã animi cum uoluptate corporis cõgruentẽ. Sed profecto quãlibet actionẽ/ affectionẽ/uitam ſequi oportet & pari ter comitari/quaſi aliquid ſupfuſum/dum uidelicet alicui quidẽ actui naturaliter cotẽdenti obſtat impedimentum: & cõtrarii aliquid admiſceẽ: quod quidem nõ permittit uitam ſui iuris exiſtere. Alicui uero actionis ipſe tenor purus ſincerusq; procedit: uitaq; uiget affectiõe ſerena. Hanc ob cauſam qui talem mẽtis habitum eſſe libẽtiſſimum & optatiſſimũ arbitrantur: illum interea dicunt cum uoluptate miſceri. Idq; apellationis proprię defectu afferre uidentur. Quemadmodum fa ciunt & qui alia quoq; nomina nobis amata trãſferunt ad diuina. Quale illud ẽ Intellectus nectare ebrius. Item ad cõuiuium itur & pabulũ. Rurſus apud poetas Iupiter ipſe ſubriſit: ſimiliaq; permulta. Eſt. n. illic reuera uitæ ſors libẽtiſſima ama biliſſimaq; & maxime omniũ exoptãda. Conditioq; eiuſmõi neq; fit aliquando: neq; in motu uerſatur. Cuius quidem cauſa eſt/quod colorat ipſa & illuſtrat atq; ſerenat. Quãobrem Plato ueritatẽ adhibet mixtioni: præponitq; mixturæ mode ratorem.. Ait etiã contẽpationem & pulchritudinem ĩ mixtura/in pulchrum in de procedere. Itaq; ſecũdum hoc nos/& ĩ hoc ponimus portiones. Hoc aũt eſt re uera nobis amãdum. Eſt & cõſequendum/quatenus ad id quod ĩ nobis eſt opti mum/nos met prouiribus reuocamus. Hocitaq; contẽpatũ & pulchrum & ſpẽm ita compoſitam/cõſtat eſſe uitam pſpicuam intellectualẽq; & pulchram.

MARSILIVS

Ipſum bonum uniuerſi principium nõ ſolũ mentẽ aĩamq; procreat: ſed etiã radio bis infuſo uelut amatorio quodã hamo aſſidue reuocat ad ſeipſũ. Vbi radium tum ĩ anima/tum ĩ mẽte/tãdem ĩ lumẽ uitale gratioſumq; cõuertit: Atq; hæc utro biq; eſt ipſa felicitas

## Cap. XXXI.

ANima nõ ſolum p amorẽ diuinitus inſitum: uerũ etiam p rõnem ad ſup nam pulchritudinem prouocatur. Quãdo uidelicet argumẽtatur/corpo ream pulchritudinẽ tanq̃ ĩ deformitate diſtantia mobilitate poſitam ne ceſſario impfectam eſſe: ideoq; ab incorporea proficiſci. Sic anima tãdem diuina mente formatur. Vnde mox patrem diuinæ mentis agnoſcit.

PLOTINVS

CVm igitur oĩa ex illo facta ſint pulchra: quod eſt ante oĩa/& inde cũcta refulgeant: intellectus qdẽ intellectualis actionis fulgorẽ illinc adeptus ſit: quo deiceps naturã pferẽs illuſtrauit: aĩa uero uim ĩde accipiat ad ui uendum: plurima uidelicet uita ĩ eam exuberãte: nimirũ & ĩtellectus illuc ptinus erectus eſt/atq; pmanſit. Satis ſibi factum putãs: dũ illi propius adſtat: & aĩa illuc cõuerſa/quæcũq; poteſt cũ primum agnouit/atq; pſpexit: admodum ſpectaculo gaudet. Et quatenus uidẽdi compos eſt/ptinus obſtupeſcit. Videt ãt uelut inde pulſata: atq; illius aliquid in ſe habens/uelut ſui conſcia ſimul ĩ ſe ipſa perſentit. Atqui quodãmõ iam affecta deſiderare/cępit/inſtar eorũ/ qui ex quadã rei aman dę imagine incitantur ad ipſius rei ſpectaculum exoptãdũ. Quẽadmodum uero apud nos amatores ſe ad amati ſimilitudinẽ cõfigurãt: tũ corpora cõcinniora/tũ elegantiores animos pro amati ſimilitudine ſtudioſe reddentes: ut quoad fieri poteſt amati temperantia aliiſque uirtutibus nihilo inferiores euadant: alioquin ab amatis uirtute prædĩtis prorſus contemnerentur: atque ii ſunt ex amantium numero/ qui amati familiaritate frui quandoq; poſſunt. Eodem pacto & anima

amat quidem ipſum bonum: ſed ab ipſo eodem ſtatim ab initio ꝓuocata eſt ad amandū. Et profecto quæcūq; promptum habet amorē: nequaq̄ expectat/ut ex his quæ apud nos pulchra ſunt/in ipſius boni memoriā reuocet: ſed amorē in ſe habēs/etiā ſiquod hēt ignoret/aſſidue quęritat: uolēsq; ad illud accedere/noſtra hæc oīa deſpicit. Nempe cōſideras quæ ī hoc mūdo pulchra uidētur/nō iniuria deſpicit: cū ea ī carne corporeq; iacētia uideat: preſētiq; ſubiecto locoq; polluta/dimenſionibus quoq; diſperſa. Quæ profecto &ſi pulchra dicunt/nō tamē ipſa uera ſunt pulchra. Nefas enī eſt opinari ipſa quę reuera pulchra ſūt/ſeipſa qualia ſunt in corporū lutum īmergere: & fedare ſeipſa/atq; diſperdere. Iam uero quando quæ apud nos pulchra putātur/cōſiderat ī perpetuo fluxu uerſari/deprehendit oīo/hæc quod ī eis emicat/aliunde nanciſci. Poſt hæc illud prorſus attollit: potēs uidelicet quod amat deniq; cōſequi: neq; prius deſiſtit/q̄ aſſequat: niſi forte quis illi extirpet amorē. Vbi tādem & oīa pulchra & uere exiſtētia cernit: & impleta entis ipſius uita ualde corroboratur. Fitq; & ipſa ipſum uere ens: habitatq; ibidem uere cōprehendēs/& ꝓxime habitās: quod iādiu quęrit/perſpicue ſentit.

MARSILIVS.

Quicquid eſt ī mundo ītelligibili ſpēs quędam eſt: Et ipſe totus eſt ſpēs cōſtans ex ſpeciebus. Spēs aūt unaquęq; eſt aliquid intelligentia definitū. Vnde & altera ab altera plane diſtinguitur. Vniuerſa rurſum ſpecies conſtans ex definitis eſt deniq; definita. Item in multitudine ſpecierum unus illic pulchritudinis ſplendor emicat.

Cap. XXXII.

OPortet igit̄ & ſup definitā illius mundi naturā peruenire ad ipſam incomparabilis uirtutis īmenſitatem. Et a pulchritudine quæ ſplendor quidā eſt in multis/quaſi ſtellis aſcēdere ad ſimplicē ipſius boni lucem uelut Solis. Quę quāuis ſpēs nulla ſit: eſt tamen ipſa pulchritudinis pulchritudo. Et quoniā bonitas pulchritudoq; infinita eſt/infinitū propinquantibus accendit amorem. Hinc argumētari poſſumus aīarum beatitudinē ſempiternam.

PLOTINVS.

HIc iam fas eſt quęrere hūc ī modū. Age dic aīa/ubi nā ille ſit q tam ingentem pulchritudinē procreauit: qui tam excellentē progenuit uitā: qui primā fecit eſſētiā. Cernis o aīa ipſam ī oībus & uariis ſpēbus pulchritudinē coruſcantē. Pulchrū q̄dē eſt ibi cōſiſtere. Sed operępretiū eſt aīum ī pulchro iam exiſtentē/unde nā hęc ſint/& unde pulchra fiant/inueſtigare. Oportet ſane ipſū pulchrorū oīum auctorē/eorum nullū pęnitus eſſe. Alioqn ſiquid eorū ſit/pars tantū quędā erit. Igit̄ neq; forma quędā talis eſt/neq; potētia quędā. Neq; rurſus eſt cunctę/quę ibi fiūt/exiſtuntq; formę/atq; potētię. Sed oportet ſup oēs extare potentias atq; formas. Eſt ergo principiū ipſum ſpecie uacās: nō ita quidē ut indigeat forma/ſed potius a quo oīs forma intellectualis exorit̄. Quod enī factū eſt/ſi modo fiebat/oportuit aliquid effici. Ideoq; propriā accepit formā. Quod aūt a nullo factū eſt/nimirū neq; factū eſt aliquid. Hoc igit̄ nullum entium eſt: & entia cūcta: nullū quidē: quoniā poſteriora hoc entia ſūt. Cuncta uero/quoniā ex ipſo naſcunt̄. Cum uero facere oīa poſſit/quā ī ſe hēat magnitudinē? An forſan erit īmenſum? Verū ſi īmenſum/magnitudinē habet nullā. Magnitudo. n. in rebus ſolū poſtremis habet locū. Iam uero oportet ipſū magnitudinis effectorē nō eſſe participē magnitudinis. Quinetiā ipſa quæ dici ſolet eſſētiæ magnitudo

nō est quātitas ulla. Habere ꝑculdubio pōt/quod post illud est/magnitudinem. Magnitudo uero illius est/nihil eo potētius esse: nihil ꝙquari posse cum illo/quo enī ex suis illi ꝙquari quis possit? Cum nihil possideat idem. Prꝙterea quod dici solet/Deum ꝑ oīa sꝙcula ꝙq; uniuersum ubiq; regnare/neq; significat ī Deo mensuram/neq; uastam rursus īmensitatem. Alioquin quo nā pacto reliqua metireꝫ? Neq; igitꝫ figurā rursus ī eo ullam fingere decet. Proinde res illa desiderabilis/cuius neq; figurā neq; formā accipe ullā potes/summopꝙ desideranda est & amanda: īmensusq; illius est amor. Neq; enī hic finitus est amor/quādo neq; amatum quidem ipsum est finitū: Sed amor huius ē īfinitus. Quappꝙ & pulchritudo eius alia rōne se habet. Est enī ipsa super pulchritudinem pulchritudo. Cum enī nullū sit entium/quo nam pacto esse potest aliqua pulchritudo? Cum uero amabile sit/nimirum est pulchritudinis auctor. Est itaq; pulchritudinis uniuersꝙ potestas: ac flos ipse pulchram efficiens pulchritudinem: Eam nanq; generat/& genitam suꝙ pulchritudinis abundantia efficit pulchriorem. Quamobrē pulchritudinis principium est/& finis. Cumq; sit prīcipium pulchritudinis: illud quidem cuius principium est/efficit pulchrum. Pulchrum uero facit non in forma: sed ipsum quoq; factum illic est nō formatum: & alio quodam pacto consistit in forma. Quæ.n. hoc ipsum quod est dūtaxat existit forma/sedet ī alio. Quꝙ quidem si sedeat in seipsa aliqd sine forma censeꝫ. Quod igitꝫ est pulchritudinis particeps/formatū est. Nō aūt ipsa pulchritudo formaꝫ.

MARSILIVS.

Pulchritudo ipsius boni/specie uniuersa supior est. Pulchritudo ītelligibilis mūdi/est spēs uniuersa. Itemq; pura: quoniā nihil ibi est informe. Nihil ita formatū: qn ipsū sit & forma. Pulchritudo mūdi corporei est inferior uera specie: quoniā ex forma simul atq; informi/ac etiā deformitate cōponitꝫ

Cap. XXXIII.

OMniformis illa diuini mundi formositas & si ꝙplurimū admirāda/ramen definitū quiddā est: nec amāda summopꝙ/sed ipsa bonitas melior omni forma. Nam & ī mundo diuino quanuis unūquodq; sit forma quꝙdā/est tamē aliqd ibi ad aliud compatum/quasi materia. Vnde & hoc & illud est aliqd definitū. Pulchritudo igitꝫ ī mūdo diuino/tanquā ipsius boni splendor aīam illic admirabūdā/ꝑ amorē clam reuocat ad ipsum bonū. Pulchritudo similiter in aīa tanquā splēdor intelligentiæ ꝑ amorē ad amandū intellectū latenter inuitat. Pulchritudo ī corpore uelut pulchritudinis aīalis imago ad desiderādā incorpoream pulchritudinē adhortaꝫ.

PLOTINVS.

QVando igitꝫ pulchritudo dicitꝫ ꝑcul a tali quadā forma nobis est fugiendum: neq; ponenda nobis est ante oculos: ne ab ipso reuera pulchro ī aliquid/quod exigua participatione pulchrū dicitꝫ/corruamus. Nempe spēs nō formata reuera pulchra est: si modo sit spēs. Et profecto quatenus a materia segregādo ī formā oēm progredieris/uelut ad ipsam in rōne seminaria formā: in qua differre aliud ab alio dicimus: quemadmodū iustitia & tempantia iter se distinguntꝫ: quoniā itellectus ꝑpriū qddā ī his itelligit: ꝑfecto & si illic oīa pulchra sūt/tamē ex eo ꝙ propriū aliquid designaꝫ/quodāmodo diminuta deprehēdes/etiam si cūcta simul quꝙ ī mūdo itelligibili sūt/cōprehēderis. Nēpe si unūquodq; singulatim illic accepis/formā unā intelligibilē habere uidebis. Si cuncta simul/

uelut formā quandā uarietate diſcretā. Iam uero ſi hucuſq; ꝓceſſeris/cōſiderare te ulterius oportebit: quale potiſſimum illud excogitandum ſit/ quod ſane hoc ipſo ſuperius eſt undiq; pulchro & omniformi uarietate diſtincto: ipſum tamen nulla uarietate diſcretū. Quod aīus q̄dē appetit: neq; tamē cur tale quiddā appetat/unq̄ exprimit. Ratio uero dictat/hoc eſſe reuera nobis amādū: ſiquidē in eo gradu q̄ oēm ſpēm ſupeminet ipſius optimi maximeq; amandi natura cōſiſtit. Quamobrē quodcūq; ī ſpēm referēs monſtraueris aīo/in hoc ipſo aliud quiddā ſemꝑ quod formauerit/experit. Docet itaq; ratio/quod formā hēt/ipſāq; formā ſpēmq;/eſſe aliquid menſuratū. Id uero nec uniuerſum eſſe: neq; per ſe ſufficiens: neq; ſuaptenatura pulchrū: Sed & hoc eſſe permixtū. Oportet igit̄ hęc quidem eſſe pulchra: ſed mēſurata. Ipſum uero quod reuerā pulchrū uel potius ſuperpulchrum nullius menſurę limite circūſcribi. Si ita ſe habet/certe nec eſſe formatum: item nec eſſe ſpēm. Quod igit̄ primo eſt amabile/primūq; exiſtit/omnē prorſus ſpēm ſupeminet: pulchriq; intelligibilis illic pulchritudo decorq; extat ipſa boni natura. Teſtanť hoc amantiū paſſiones. Quādiu enī circa figuram oculis manifeſtam dūtaxat quis intuēdo uerſať/nōdum amore corripiť. Sed cum primū animus ab illa ſe reuocās/ figurā in ſeipſo cōcipit nō ultra uiſibilē/neq; diuiduam: amor protinus oritur. Amatum tamen adhuc intueri deſiderat: ut quod ī amāte areſcit/amati iugiter irrigeť aſpectu. Sin aūt aīaduertat tranſcendendū eſſe ad aliquid a forma remotius: illud manifeſtius exoptabit. Et.n. quod ab initio paſſus eſt/id certe eſt quidā ex tenui quodā lumīe incitatus ingentis luminis amor. Forma nanq; rei cuiuſdam/ut ita loquar informis/ueſtigiū eſt. Quæ quidem gignit formā: interim ipſa nō forma. Gignit inq̄ formā/quādo materia iam ꝓpinquat. Materia uero ſuaptenatura neceſſario remotiſſima eſt. Quippe cū ne poſtremarū quidē formarū ullam ex ſeipſa poſſideat. Quamobrem ſi amabile nobis eſt/nō quidē materia/ſed quod ſpecie formatū eſt: ſpēs aūt in materia/fit ab aīa: aīa uero magis ſpēs eſt/magisq; amanda. Item itellectus magis eſt q̄ aīa ſpēs/magisq; amabilis: proculdubio primā ipſam pulchri naturam oportet ſuper omēs formæ limites conſtituere.

## MARSILIVS.

Cum pulchritudo quęlibet a quocūq; ameť ſemꝑ appetať ſub rōne boni/neceſſarium ē ipſū bonū eſſe pulchritudinis principiū & amoris Cap. XXXIIII.

Bonum igit̄ ipſum ſemper ubiq; pręſens/cū primū illuxerit aīo iam ſereno mirificū accendit amorē. Quādo uidelicet aius formas oēs, intentionesq; nō ſolū imaginabiles/ſed etiā intellectuales exuerit: Tūc ꝑ amorē infiniti boni ifinitū una cū bono mirabiliter copulatur/gaudio illinc ineffabili plenus. Quod quidē nō ſolū poſt uitā pręſentem: uerum etiam ī hac uita cōſequi quandoq; poteſt.

## PLOTINVS.

Cum ita ſe res habeat/haud quaq̄ admiraturi ſumus ulterius/quod acerrimos amoris ſtimulos incitat/procul ab omni forma/etiam itelligibili eſſe ſemotum. Quandoquidem & aīa cū ardēti illius flagrat amore: quācūq; formā hēt in ſe/deponit: etiā ſiqua intelligibilis ipſius in ea ſit forma. Fieri nāq; nō pōt/ut qui aliud quoduis habet/uel circa aliud agit: aut uideat illud: aut congruat cum illo/atq; copuletur. Sed oportet neq; mali/neq; boni aliud quicquam

ī promptu habere: ut quãdoq; capiat ſola ſolũ. Poſtq̃ uero id aía feliciter conſe cuta fuerit: idq; ad eã acceſſerit: imo uero iam præſẽs nup illuxerit: quãdo uideli cet illa ſeipſam a cęteris preſentibus reuocauerit: preparãs ſeipſam interea ut pul cherrima fiat/ſimilisq; euadat: apparatus aũt eius atq; ornatus illis qui ſe rite pre parant/dũtaxat eſt cognitus. Poſtquã inq̃ ita ſe animus compauerit cernet in ſe Deum ipſum ſubito coruſcantẽ: nihil enim interuenit medium: neq; ibi duo quę dam diſcernent ulterius: ſed ambo iã unũ. Neq; enī q̃diu adeſt/diſcernere licet. Id aũt apud nos imitari ſolent amantes & amati mutuo redamantes: qui confla ri nituntr̃ in unum. Iam uero aius ita defixus in Deum/corpus ſuum non ſentit ulterius: neq; ſe eſſe animaduertit in corpore: neq; ſeipſum aliud quiddã eſſe pro nuntiat/nõ hominem/nõ animal/nõ ens/nõ uniuerſum. Horum nãq; proſpectus inęqualis quodãmodo eſt/atq; diſtractus. Neq; tãtũ animus tunc habet ocii/ut actẽ ad ea conuertat: neq; uelit habere. Verum cũ ipſũ ſtudioſe quęſierit/illi prę ſenti ſe prorſus inſinuat: illudq; pro ſeipſo iam cernit: neq; tantũ ei uacat/ut hũc agnoſcat euentum. Quo quidem ī ſtatu nullis theſauris præſentẽ theſaurũ com mutabit. Neq; etiã ſiquis cælum totũ elargiat̃. Quippe cum cognoſcat/nihil eſſe præſtantius: nihil melius: nempe nec ſupius aſcendere põt. Cætera uero contueri nihil aliud eſſet q̃ deſcendere: quãuis & illa ſint excelſa/& animus ipſe ſublimis. Tunc demũ aĩus iudicium oio uerum aſſequit̃. Tunc prorſus agnoſcit hoc ipſũ eſſe/quod olim totis uiribus affectabat. Tunc ꝑculdubio aſſerit nihil eſſe prę ſtan tius. Nulla. n. eſt ibi fallacia. Alioquin in aliquid ueritate uerius licebit incidere. Quod igitur tunc dicit aius/ipſe iam illud exiſtit: dicitq; poſterius: Dicitq; ſilen do. Cũq; beata iam ſuauitate ſit affectus/q; optime ſit affectus/minime fallit̃. Nõ enim hoc ait/quaſi corpore titillante: ſed iam illud effectus/quod & quondam/ quãdo felix exiſteret. Tum uero cętera ꝑ ſus oía/quibus delectari antea cõſue uerat. Quando potẽtia opibus/ ornamentis/ formis/doctrinis/ oblectabat̃/agno ſcit iam pęnitus cõtemnenda. Quod quidem nõ facile tunc deprehendere pote rat. Quando nondũ meliora fuerat cõſecutus. Prętera nihil timet aduerſi/dum uel copulat̃ illi/uel aſpicit illud. Deniq; ſi cõtigerit/alia circa animũ oia deſtrui/ hoc ipſũ libẽtius approbabit: ut ſolũ ſit penes ipſum: eouſq; iam affectionis pro ſpere ſuauisq; proceſſit.

MARSILIVS.

Ipſum bonum ita eſt ab omni multiplicitatis mobilitatisq; ſuſpitione ſemotum/ ut aía illo fruens intelligẽtiam exuere compellat̃ quodãmõ actioni cuidam mul tiplici mobiliq; conſimilem.

Cap. XXXV.

IN hac aũt fruitione idem ipſe Deus eſt lumen/quod intuetur aĩus: & per quod intuet̃. Euaditq; ibi uiſio ipſa luminis ipſum lumẽ. Eſt autẽ in intel lectu primo intuitus atq; contuitus. Ille directus in Deum/inde formatur/ fitq; mox naturæ ſuæ ſic iam formatæ cõtuitus. Illo ſupra ſeipſum Deo fruitur. Hoc aũt ſeipſo potit̃. In aía quoq; eſt unitas intellectu ſuperior: ꝑ quã Deo fruit̃ uiſione quadam intelligentiam ſuperante.

PLOTINVS.

HA Deo uero tunc ad uotũ affectus eſt aĩus/ut intelligentiã quoq; nihiliper dat: q̃ ue prius eam admiratus fuerit/ iam minime ꝑbet. Quippe cũ intel ligẽtiam eſſe motionem quandam plane cognoſcat. Ipſe uero moueri nõ

optet. Atqui neq; etiam illum esse pronuntiat intellectum/quem cernit: quanuis aius ipse itellectus iam factus intueat:utpote intellectu penitus occupatus/in loco intelligibili constitutus. At uero positus quidem i ipso/& circa ipsum habes intelligibile/nimirum itelligat. Postquã uero Deum illum uidit/omnia prorsus obmittit. Perinde ac siquis domũ ingressus uarie admodũ exornatã/singula intus ornamenta cõsideret:& prius q̃ dominũ eius uiderit/admiret. At postquã inspexerit dominũ imaginũ illarum pulchritudinẽ admodũ superantẽ:utpote qui nõ uelut imago quædã pulchra:sed reuera pulcher occurrat: ideoq; supra modũ hũc admiret:illisq; dimissis/solum i posterũ cõtemplet: attentiusq; oculis i eum defixis inspiciens/haud ulterius ipsa uidendi cõtinuitate/ipsum proprie uisibile uideat:sed uisionẽ ipsam misceat cum uisibili: adeo ut i ipso quod prius erat uisibile ipsa iam uisio fiat. Cętera uero spectacula eum interea lateãt. Forsan uero similitudo hæc analogiam proportionẽq; seruaret: siquidẽ ille qui cõtemplatori domus occurrit/nõ homo/sed Deus quidã foret:& hic quidẽ nõ aspectui patẽs: sed cõtemplantis mentẽ penitus implẽs. Existimãdũ est igit intellectũ geminã uim habere:alterã quidẽ ad intelligẽdũ/p quã interna sibi cõspiciat: alterã uero/qua superiora suspiciat iactu quodã intuendi & perceptione quadã:quo quidẽ intuitu atq; acceptiõe prius etiã uidebat solũ:uidẽdoq; accepit posterius intellectum:unũq; existit. Atqui illa quidẽ sanę mentis uisio est: hæc aũt ipsa mens est amans. Quãdo enim insanit nectare penitus ębria/ tũc amore corripit/seipsã in affectionẽ suauitatẽq; beatã saturitate diffundẽs. Et ꝑfecto huic satius est ębrietate hac occupari/q̃ procul ab eiusmodi potu sobrie uiuere. Sed nunqd mens illa uicissim alia prius/alia posterius cõtemplet?/Nequaquam. Quãuis disputatio docendi gratia introducat eam quasi alternis uicibus contemplantẽ. Intellectus aũt ipse semper exercet actũ/quo & intelligit proprie/& rursus proprie nõ intelligit: sed alia quadã Deum inspicit rõne. Nempe dum cerneret Deum/inde fętus i se ipso cõcepit: eosq; iam genitos insitosq; persensit. Ac dum hos cõtuet/ intellige re dicit:Deum uero ea suspexit potẽtia/qua deinceps itellecturus erat. Proinde aia intellectũ in ipsa manẽtẽ quasi cõfundẽs ac delẽs/suspicit Deum. Immo uero intellectus ipsius inspicit primus:sed uisio in eam quoq; traducit:duoq; ibi unũ fiunt. Ipsum uero bonũ ꝑ hæc se propagãs/horũq; cõstitutioni applicans semet ipsum/superuolat eis:& duo coniungẽs i unum/iminet ipsis/felicem sensum largiens cõtemplationẽq; beatam. Præterea usq; adeo hæc attollit/ut neq; amplius sint in loco/neq; i quouis alio/quacũq; cõditione aliud esse possit i alio. Neq;.n. est ipse Deus alicubi. Locus ãt intelligibilis est i eo: ipse uero i nullo prorsus existit. Quamobrem neq; tũc mouet aia: quoniã nec ille mouet. Neq; igitur est aia proprie:cum neq; proprie uiuat: Quoniã nec ille ꝑprie uiuit:sed uiuendi munus excedit. Sed neq; etiã est itellectus:quoniã nec intelligit. Assimilari nãq; oportet: intelligit aũt nõ illum:quoniã nec intelligit quidem.

MARSILIVS.

Scala ꝑ quã ascẽdit ad pricipiũ/septẽ gradus hẽt. Primus ẽ purgatio animi. Secundus/cognitio opum diuinorũ/singulatim compata. Tertius/cõtẽplatio ordinis: Quo opa iferiora reducunt ad supiora gardatim. Quartus/cõpatio quędã ꝓportionalis ex ordine huiusmõi ad diuinũ ordinẽ sese cõferens. Quintus/negatio ꝑ quã cũcta quę concipis sepes a pricipio. Sextus/supplex ad Deum oratio/ut ipse

intellectualis mundi pater te reddat mundū intellectualem actu. Es enī potentia mundus hic ab initio. Septimus/ut cum ipſe intellectualis mundus euaſeris/ulterius amore boni/concitus ex ſtatu intellectuali tranſformeris in bonum ſuperius intellectu.

Cap. XXXVI.

CVm bonū ſit lōge ſuperius intellectu: & iccirco fruitio eius nō recte dicaē intelligentia/uideē neq; cognitio nominānda. Eſt enī naturalior & optabilior q̄ cognitio. Apellamus tamē utcūq; poſſumus tum uiſionē p̄ lucem & puritatē/tum tactū p̄ maximā unionē. Apellaē & guſtus p̄ ſuauitatē illic p̄nitus infuſam aio/nutrientēq; ſalubriter/& mirabiliter in melius tranſformantē.

PLOTINVS.

CAetera quidē perſpicua ſunt. Dictum uero de hoc etiā eſt nōnihil. Verūtamen nūc rurſus nōnihil addendū/exordiendo quidē inde: per argumēta tiones aūt progrediendo. Eſt enim ipſius boni ſiue cognitio ſiue tactus aliquid proculdubio maximū. Cuius diſciplinā Plato maximā apellauit: nō apellans quidē diſciplinā ibi boni ipſius intuitū: ſed notitiā quādā hūc intuitū p̄cedentem. Docēt itaq; nos hoc analogiæ. i. proportionū cōuenientię quędā. Item negationes. Rurſus eorum quæ fiūt ab ipſo/cognitio. Deniq; aſcenſus quidam rite gradibus procedētes. Peruenimus āt ad ipſum purgationibus/p̄cibus/cultu animū exornante: aſcenſu ad ītelligibilem mundū. Ibidem p̄ſeuerātia: dum uidelicet illius mūdi dapibus aius ueſciē: quicūq; ſpectator ſimul ſpectaculūq; euadit/tum ipſe ſui ipſius/tum etiā aliorum. Factusq; eſſentia & ītellectus & aial uniuerſum/nō ulterius ipſum extrinſecus aſpicit. Sed id deniq; factus iam ſūmo propinquat. Quod quidē ſummū illic eſt proculdubio proximū per totum prorſus intelligibilē mūdum ſuperne coruſcans. Vbi certe dimiſſis oībus diſciplinis aius hucuſq; perductus & collocatus ī pulchro/uſq; ad illud ī quo eſt/intelligit hactenus. Eductus āt inde quaſi unda quadā ītellectus eiuſdem/altiusq; ab ipſo uelut tumeſcente & exundāre ſublatus neſciens qūo ſubito perſpicit. Sed ipſe intuitus oculos lumīe complēs/nō efficit quidē: ut p̄ illud interim aliud uideaē. Immo lumen ipſum idem eſt p̄nitus quod uideē. Nō enī eſt in illo/hoc quidem uiſibile hoc aūt eius lumē: neq; ītellectus & ītellectum. Sed uiget ibi lux/hæc ī ſequētibus generās/cōcedēsq; apud ſe permanere. Ipſa tamē ſolum lux exiſtit/generās intellectum: nec extinguiē generando. Sed dum ipſa permanet/ſequiē aliud/ex eo q̄ ipſa cōſiſtit. Niſi enī ſic illa cōſiſteret/inde aliud nō ſubſiſteret.

MARSILIVS.

Cum Plotinus ſemel ītelligētiam definierit actū reflexum eſſētię uiuę dependentis a bono/conatuq; eiuſmodi quę rētis ſe ſimul atq; cauſam: unientisq; tum p̄teſecū ſuas/tum ſeipſam cauſę merito negat principiū eiuſmodi ītelligētiæ adminiculis indigere.

Cap. XXXVII.

VIdeē quidē ſicut ſe habet uiſus ad lumē/ſic ad boni lucem ītelligētia ſe habere: ſimiliterq; diſtingui. Verūtamē multo magis a bono differt ītelligentia q̄ uiſus a lumīe. Siquidē altitudine latitudineq; maiore bonū tranſgredi uideē intelligentiam/q̄ lumē uiſum. Cum igiē boni ipſius intelligētięq; rōnes adeo diſtinctę ſint: ideoq; naturę ſint duę iure cum bonū primo dixeris/ut cōſeruet ipſū ſimplex ſibiq; ſufficiēs/noli intelligentiā adhibere. Quę quidē eſſētiā uitamq; ſequiē. Bonum uero excedit utrāq;. Eſſe enī atq; uiuere rōne & gratia boni

duntaxat optatur. Neq; tamē demens Deus est mente prę̄stantior. Neq; quicquā latet eum/per quem oīa patent.

PLOTINVS.

QVicunq; igit̄ disputationibus suis ītelligentiam summo rerum principio tradiderūt/minorū quidem eorum ue quę ab eo proficiscunt̄ cognitionē penitus abstulerunt. Quanq̄ & hoc nōnullis uidet̄ absurdum/Deum alia nullo modo cognoscere. Verum illi quidē cum nihil eo præstātius inuenirēt/cognitionem illi sui ipsius attribuerūt. Perinde ac si illud ex ipso ītelligentię munere uenerabilius sit futurum: ipsumq; ītelligētię munus prę̄stātius sit q̄ principiū/dum hoc ipsum quod est duntaxat/exīstit. Quasi illud nō dignitatem oēm prę̄stet intelligētię: sed accipiat. Proinde quę̄rēdum est/quo nam potius ipse Deus suam habeat dignitatē/intelligētia ne/an seipso. Si p intelligētiam compat dignitatem/certe seipso aut nullo modo/aut certe minus est uenerādum. Sin autem se ipso suā possidet dignitatē/certe ante intelligentiā est perfectus: nec fit perfectus intelligēdo. At siqs dixerit/quoniā Deus nō potentia est/sed actus/iccirco eum intelligere oportere: ita protinus distinguemus. Aut Deus essentia est semp ītelligens: aut actus tantum ītelligendi. Si essentia semp ītelligens: & ppea actum nomināt/duo simul afferunt/essētiam. s. atq; ītelligētiam: neq; simplex ita ponunt: sed aliud quiddā illi adhibent: sicut oculis adiungere solēt uisionem secundum actum: etiā si semp aspiciāt. Sin autem ī actu Deum esse dicāt: ppea q̄ actus & intelligentia sit: sequit̄ ut cum sit intelligentia/nō intelligat: quemadmodum neq; motus ipse mouet̄. Sed hic aliquis ita nobis obiiciet. Nōne & uos diuina essentiam & actum esse dicitis? Nos ꝓfecto talia quędā esse multa & diuersa fatemur: primum uero pę̄nitus esse simplex: eiq; quod pēdet ex alio/intelligentiā assignamus/per quā quasi sui ipsius quę̄rat essētiā: ac seipsum & effectorem. Idq; intuendo cōuersum/& ita discernens/nimirum esse iam dicimus intellectum. Quod āt neq; factum est/neq; supra se aliud habet: sed semper id ipsum quod est/exīstit: quā intelligendi occasiōem habeat/nō uidemus. Quamobrem Plato summum Deum ītellectui recte prę̄fecit. Intellectus itaq;/nisi ītelligat/demens merito iudicatur. In quo enī natura ītelligentiam postulat/nisi intelligat/amens iure censet̄. Cui uero opus est nullū/quod nā opus aliquis huic assignās/deinde ab opis huius absentiā: iure obicere possit ab ope & officio id uacare? Perinde ac siquis Deū medendi muneris dicat expertē. Opus āt Deo assignamus nullū: quoniā facere Deo nō expedit. Sufficit. n. ipse: neq; huic ultra se aliud est quę̄rendū/sup oīa existenti. Sufficit enī tum sibi/tum aliis: dum ipse hoc ipsum quod est/exīstit.

MARSILIVS.

Cum ipsa essentiæ ratio & alia sit & inferior q̄ ratio boni/non recte prædicāt esse de bono. Cap. XXXVIII.

ET si bonū ob summam simplicitatem nihil de se quasi intrinsecus loquendo componit/nō tamē sibimet obscurum est & īcertum. Ipsum siquidem certitudinis est origo paterq; luminum.

PLOTINVS.

PRęterea neq; uerbū quidē est/de Deo prędicare debemus. Neq; enim hoc indiget: Quoniā neq; etiam de ipso prędicamus/Deus est bonus. Sed de quo prædicāt est/de eodem prædicāt est bonus. Deo āt cōuenit ipsū est:

nō tanquam aliud de alio prędicetur: ſed tanquā hoc ipſum quod eſt ſignificet. Dicimus āt de ipſo bonum: nō aliquid aſſignātes illi: neq; ſic prędicātes/tanq̄ illi bonū adſit: ſed quoniā ipſum exiſtit bonū. Præterea cum nequaq̄ exiſtimemus de illo dicēdum eſſe/eſt bonū: neq; prępōnēdū eſſe illi eiuſmodi dictiōem. s. hoc aut illud: neq; tamē ipſū exprimere ualeamus: ſiquis oīo circa id auferat/cauēdo uidelicet ne forte aliud ipſum & aliud faciamus. Profecto quaſi nō etiā hoc uerbo eſt/indigeat/ita ſimpliciter bonū pronūtiamus. Verum quis nā admittet naturam eiuſmōi? Neq; ſentientē/neq; cognoſcētem ullo modo ſeipſam. Quid ergo? Cognoſcet ſaltem ego ſum: ſed quo nā modo? Cum minime ſit. An forſan dicet bonū ſum? Sed rurſus ipſum eſt ita de ſe prędicabit. At uero ſi bonum dūtaxat pronūtiet/quid nā adiungere iudicabit? Bonū ſane cognoſcere pōt aliquis abſq; hoc uerbo quod eſt apellat: niſi forte bonū de alio prædicet. Qui uero ſe ipſum bonū eſſe cognoſcit/prorſus hoc ipſum intelliget. s. ego ſum bonū. Alioquin bonum quidem ītelliget. Nō tamē id aſſequet: ut ſcilicet ſe ipſum hoc eſſe ītelligat. Oportet igit ſi illic boni intelligētia eſt/talem eſſe/ut bonū ſum ītelligat. Arq; ſi ipſa ītelligentia bonū ipſum eſt/certe nō ipſius/ſed boni intelligētia erit: nec ipſe quidem imo ītelligētia erit ipſum bonū. Sin aūt intelligētia boni diuerſa eſt a bono/ſequit ut bonū ante ipſius ītelligentiam iam exiſtat. Quod ſi ante ītelligentiam bonū ipſum eſt ſua ptenatura ſufficiēs: & certe ſufficiēs ſibimet ad bonū/nullo modo ſui intelligentia indigebit: Quapropter qua ratione bonum/ſeipſum nequaquā intelligit.

## MARSILIVS.

In primo rerum principio nec eſt intelligētia ſui nec aliorum: ſi modo ītelligētia eſt cognitio quędā eiuſmodi habēs cōditiones Cap. XXXIX.

PRimam quidē/ut una cum ſtabilitate bēat nōnihil ſimile motioni. Secundam/ut una cum identitate admittat & differentiā. Tertiam/ut ſimul componendo diſcernat. Quartam/ut natura cuius actus intelligentia eſt/ſit in ſe difformis/dum eſt intellectus intelligibile ītellectio. Quintam/ut ſit etiā omniformis/ſi modo per hāc intelligētia ſit oīa perceptura. Perceptionem eiuſmōi uarietate plenā Plotinus ī Deo negat. Simplicem certitudinē & claritatē lucemq; nō negat. Similiter actionem prouidentiāq; a bonitate differentem forasq; declinantem negat. Sed interea oīa illinc effici uult/prouideq; diſponi.

## PLOTINVS.

SI Deus nō intelligit ſeipſum/qua rōne bonū: quęri poteſt qua potiſſimū rōne. Ac reſpōdere quis pōt/nihil aliud adeſſe deo. Sed ſimplicē quendā intuitum ipſi exiſtere ad ſeipſum. Verūtamē cum nō ſit ibi uelut aliquod interuallū/nec differentia ad ſeipſum prorſus ulla/merito hoc ipſum quod dicit intendi ī ſe uel intuen ſeipſum/nihil aliud niſi ipſum met exiſtit. Quamobrem ubi ītellectus eſt & eſſētia/recte diuerſitas accidit. Oportet enim ītellectū/ſiquando intellecturus ſit/diuerſitatē identitatēq; ſemper admittere. Neq; enim ſeipſum ab ītelligibili diſcernet aliquando habitudine quadā diuerſę rōnis ad ipſū: neq; reliqua ītelliget oīa/ſi nulla diuerſitas inſit: ad hoc ut ſint ibi oīa cōferens. Quin etiā abſq; rōne diuerſitatis: neq; duo quidē ibi ſaltem erūt. Præterea ſi ītelliget/nō ſeipſū ītelliget tātū/ſi oīo ītelliget: Quid enī obſtat/quo minus ītelligat oīa? Num forte ītelligere minus poterit cætera q̄ ſeipſum. Omnino aūt q̄ ſe ītelligit/

euadit inde nõ ſimplex. Siquidẽ neceſſariũ eſt ipſã ſui ipſius ītelligentiã/alicuius differentis exiſtere: ſiquid oío ſe intelligere ualeat. Diximus aũt hoc ipſum non eſſe ītelligẽtiam/niſi ſe cõtueaẽ ut alium. Intelligẽs uero ſeipſũ fit neceſſario multiplex/ītelligibilis/ītelligens/motus/& quęcũq; accõmodata ſũt menti. Præterea quod & alibi diximus/eſt īpręſentia cogitãdum: intelligẽtiam quâlibet/ſi modo futura ſit intellectio/eſſe quiddam uarium oportere. Vbi uero ſimplex eademq; oío uelut motio quædam eſt uniformis: ſi perinde ſe habeat/uelut tactus/intellectualem nullam habet cõditionem. Quid ergo? Neq; alia/neq; ſe cognoſcet? Atq; ita dignitatem ſuam integram retinebit? Alia profecto poſteriora ſunt ipſo: eſtq; ipſe hoc ipſum quod eſt ante illa. Eorumq; ītellectio aduentitia eſt: neq; ſemper eadem: neq; manentiũ: ac etiam ſi ītelligat permanentia/nihilominus euadit multiplex. Neq; enī dicendum eſt poſteriora quidẽ illo/una cum ītellectione habere inſup & eſſentiã. Illius aũt ītelligẽtias ſpeculationes quaſdam uacuas dũtaxat exiſtere. Proinde ꝓuidentiæ ratio ſatis ex eo ſeruaẽ: Quod Deus ipſe eſt/a quo ſũt oía. Quod aũt referẽ ad ipſum quo nam modo Deus ītelliget/niſi ſe ītellexerit? Sed ita purũ in ſua maieſtate perſtiterit. Plato igiẽ de eſſẽtia loquẽs ait/intelliget quidem eſſẽtia: ſed nõ ꝓpea exiſtet ipſũ maxime uenerãdũ. Quaſi eſſẽtia quidẽ intelligat. Id uero quod nõ ītelligit conſiſtere/ imprimis ualeat uenerãdum. Quibus in uerbis Plato ait exiſtere/ſiue cõſiſtere. Quoniam exprimere aliter nõ ualebat. Auguſtius aũt uereq; auguſtum & uenerãdum exiſtimauit/quod intelligentiam ſupereminet.

## MARSILIVS.

Actionẽ oẽm & alicuius exiſtere & uerſari circa aliqd aliud arbitraẽ. Mox ītelligẽtiam eſſe uult actiõem. Deinde eſſẽtiã exiſtimat actiõis & ītelligẽtiæ fundamẽtũ. Merito igiẽ actionẽ ītelligẽtiã eſſẽtiam prīcipio negat. Quod quidẽ neq; ſubeſt actui: neq; circa aliud ullo mõ uerſaẽ Cap. XXXX.

Si poſita ſemel ipſa bonitate/mox ītelligentiam huic attribuis: aut nihilo differre putas: aut aliquo. Si nihilo/frũſtra ītelligentiã ibi nominas: ſi aliquo/cũ ſummo bono miſces minus bonũ. Sit ergo bonitas ipſa nõ intelligentia quidẽ proprie. Sed ītelligẽtię cauſa lux/certitudo/ueritas/in ſe cõſiſtens: in quã uelut ſummũ optabiliſſimumq; deſinit totus ītelligẽtiæ nixus. Eſt deniq; bonitatis tanta poteſtas/ut ītelligentia quæ imago prima eius exiſtit/ſit ſubſtantia prima.

## PLOTINVS.

Intelligẽtiã circa primũ eſſe nõ oportere/cognoſcere quidẽ poterũt/q tale quiddã attigerint. Præſtat aũt pſuaſiones quaſdã ſupioribus adhibere: ſi qua cõditione quod uolumus/uerbis ſignificare poſſimus. Oportet ſane neceſſitatẽ cum ꝓbabili pſuaſione miſcere. Animaduertẽdũ eſt īprimis oẽm ītelligentiã tum ex aliquo/tum alicuius exiſtere. Et profecto quę cũ illo ex quo eſt/cohęret/ſubiectũ quidẽ hẽt illud/cuius eſt ītellectio: atq; ipſa eſt uelut inhęrẽs aliquid. Et actus illius/eiuſdemq; potẽtiam implẽs/ nihil īterea generãs. Illius nãq; eſt: cuius eſt dũtaxat tanquã eius ꝓfectio quædã. Intelligẽtia uero quæ cũ eſſentia eſt: & ꝓ quã cõſiſtit eſſẽtiæ ſubſiſtẽtia/nõ põt ī eo eſſe/a quo facta eſt. Alioqn ſi eſſet ī eo nihil utiq; genuiſſet. Verum cũ ſit quædam generãdi poteſtas/genuit in ſeipſa/actioq; eius eſt eſſentia: coexiſtitq; in eſſentia. Neque illic diuerſum eſt

intelligẽtia/atq; hæc ipſa eſſentia. Sed hæc ipſa natura ſeipſam intelligit/nõ tanq̃ diuerſum aliq̃d/niſi rõne tãtũ ibi ſit quod itelligit̃/& quod itelligit: quãuis multitudo quædam ſit: ut ſæpe iam eſt demonſtratum. Iam uero hæc ipſa eſt actio prima ſubſiſtentiam generans in eſſentiam. Cumq; alterius ſit imago/tam excellens imago eſt: ut ſit & eſſentia. Sin autem illius quidem foret: neq; tamen ab illo nihil i ſe aliud eſſet/q̃ quod foret illius: neq; i ſeipſa ſubſtãtia foret. Cum igitur actio hæc prima ſit/& itelligẽtia prima/nimirum nullã ſup ſe uel actionẽ uel intelligẽtiam hẽt. Quiſquis ergo hãc eſſentiã itellectionẽq; tranſcẽderit: neq; ad eſſentiam: neq; ad itelligentiam ultra ꝓueniet: ſed ſup eſſentiã intelligẽtiamq; aſcẽdet ad aliquid admirãdum. Quod nec eſſẽtiam/nec itellectionem i ſe ullam prorſus admittit. Sed ſolum purumq; i ſeipſo cõſiſtit: nullo eorum quę ab ipſo ſunt indigens. Nõ enĩ prius agẽs genuit actionẽ: Alioqn iam actus exiſteret/ante q̃ actus exoriret̃. Neq; itelligens itelligentiam genuit: Alioquin prius quidem itellexiſſet q̃ itellectio naſceret̃. Omnino uero itelligentia ſiquidẽ boni eſt/aliq̃d eſt bono deterius. Quapp nõ eſt ipſius boni. Dico ãt nõ ipſius boni: nõ quia bonum itelligi nequeat. Hoc enim ipræſentia cõcedat̃. Sed quoniã in ipſo bono nulla eſt intellectio: Alioquin unũ erit ſimul bonũ ipſũ/quod ue minus ẽ bono: ideſt ipſius intelligentia. Si aũt aliquid deterius ſit/ſimul itelligentia eſſentiaq; exiſtit. At ſi bonũ ipſum pręſtãtius eſt/intelligentia ſimul atq; itelligibile deterius erit: nec intellectio erit i bono: Sed cũ hęc ſit deterius aliq̃d/& ꝓpea maieſtatẽ boni reuerea tur/nimirũ habitat ſeorſum a bono: dimittẽs illud/ſicut ab aliis ſic & ab ipſa libe rum permanere. Cum uero ab itellectione ſit purũ/ſincere admodum hoc ipſum quod eſt/exiſtit/nulla itellectionis pręſẽtia impeditũ: quo minus unũ ſit pẽnitus & ſincerum. Siquis ãt & hoc/intelligẽs ſimul itellectumq; cõfingat: & eſſentiam intelligẽtiamq; ſimul cũ eſſẽtia cõſpirantem: atq; ita illud ſeipſum itelligens effingere moliat̃/certe alio quodam & hoc quidẽ ſupiore prorſus egebit. Siquidem actus itelligẽtiaq; uel alterius ſubiecti ꝓfectio quędã eſt: uel ſi ſit (ut ita dixerim) cõſubſiſtẽtia quædã/adhuc ante ſe ipſã quoq; aliã hẽt naturã: cuius uirtute huic iure cõuenit itelligere. Iam uero iccirco quod itelligat hẽt: quoniã aliud eſt ſuper ipſam. Quinetiã quãdo ſeipſam itelligit/tũc uelut agnoſcit quę prius/ex quodã alterius intuitu reportauit. Illud ãt quo nihil ſuperius eſt: cui nihil ineſt ex alio: Quid nã intelliget?/Quo ue mõ ſeipſum?/Nempe ſi ad ſe cõuertat̃ itelligẽdo/q̃d nam quęrit?/Quid ue deſiderat?/Nunq̃d quãta ſui potentia ſit metiri contendit. Quaſi uidelicet illa extra ipſũ ſit/quatenus itelligit ipſã. Dico aũt/ſiq̃dẽ alia q̃dẽ ſit eius potẽtia quã ꝓdiſcit: alia uero qua diſcit. Sin ãt oĩo ſit una/q̃d nã ꝓquirit?

MARSILIVS.

Viſus factus eſt/& nitit̃ ad capiendũ lumẽ. Lumini igit̃ nõ eſt opus uiſu. Ita nec ipſi bono opus eſt intellectu. Eiusq; actu/qui ad id dũtaxat natura contendit ut accipiat boni lumen.

Cap. XXXXI.

Si ipſum bonũ dixeris itelligere aut intelligẽdo/nihil proficit. Intelligit ergo fruſtra/aut proficit: nec igit̃ erat prius ipſum bonũ. Si ſui ipſius itelligẽtia ad hoc ipſum cõfert: ut intimę ꝓtes enumeren̄/totũq; ſibi cõcilie̅t/nõ eſt opus intelligẽtia ſimpliciſſimo. Vbi ſummũ in cognitionis ordine poſuiſti primũ. s. intellectum/non adiũgis rõnem/imaginatiõem/ ſenſum/oculũ/ ne & adiungas temere/& ificias quod eſt optimum. Similiter ubi conceſſeris imenſam

ſufficientiſſimi boni lucem: qui eſt intelligentiæ finis intelligentiam huic adhibe re non debes.

## PLOTINVS

Videtur autem intelligendi donum/naturis quidem diuinis quãuis non primis/adminiculi gratia fuiſſe tributum: ac uelut oculus illis natura ſua quaſi cęcis adhibitus. Oculus autem ipſe ſi lumen ipſum foret/ nequaq̃ indigeret ens uelut lumẽ aſpicere. Qui autem indiget/tanquam ex ſe tenebroſus: per oculum quærit lumen. Si ergo intelligentię nixus quęrit lumen: lumen autem non expetit lumen: certe natura prima cum non deſideret lumen/ nec etiam appetit intelligere. Huic ergo intelligẽtiam non debes adiungere. Nihil enim inde proficies. Ac ſi uel animus uel intellectus cõtendat adiungere: iccirco quia ipſe admiculo ad intelligentiam indiget/adducitur/ut adiũgat. Igitur neque ſeipſum ſentit. Non enim hoc indiget. Neq; duo quædam eſt: immo uero ſi ibi ſit intellectio/ plura q̃ duo erit. Non enim ipſe eſt itellectio. Oportet inſuper adeſſe tertium ipſum uidelicet quod intelligitur. Si autem idem prorſus intellectus/intelligentia/ intelligibile ſit: certe unum prorſus effecta ſeipſis pęnitus confundentur. Ac ſi diſcernantur/ ut aliud ibi aliudq; ſit: rurſus primum ipſum eſſe non poterunt. Oportet igitur in optima natura conſideranda cætera omnia prorſus obmittere. Quippe cum nullo indigeat adiumẽto. Quicquid enim adiunxeris naturam nullius egenam addendo diminues. Nobis quidem intelligentia pulchrum aliquid eſt: quoniam anima indiget intellectu. Pulchrum etiam intellectui: quoniam eſſe huic eſt idem: ipſaq; intelligentia fecit ipſum. Huic igitur expedit cum intelligentia copulari: ſuiq; ipſius ſemper effici cõſcium: animaduertendo uidelicet hoc ibi eſſe: q̃ duo illic unum ſint. Sin autem unum dũtaxat exiſteret/ſibi certe ſufficeret: neque ſibi quicquam foret accipiendum. Iam uero pręceptum illud/ Cognoſce te ipſum/illos tãtum admonet/ qui propter multitudinem ſibi inſitam ad hoc adducuntur/ut ſeipſos enumerent: diſcãtq; quot & qualia ipſi in ſe habentes non dum omnia cognouerunt: uel nullum potius: neq; quid teneat principatum: neque ſecundum quid potiſſimum ipſi exiſtere iudicãdi ſint. Siquid autem ſit hoc ipſum ſingulariter unum/excellentius eſt/q̃ ſi cognouerit & itellexerit/ſenſeritq; ſeipſũ. Quoniam neq; ſibimet ipſum aliquid eſt. Nihil enim in ſe introducit. Sed procul dubio ſufficit ipſum. Quamobrem neque ſibimet bonum eſt: ſed cęteris. Reliqua enim eo ſemper indigent: illud autem ſeipſo non indiget. Ridiculum nanq; id foret. Sic enim foret ſui ipſius egenum. Neque igit̃ ſeipſum inſpicit. Oporteret enim aliquid eſſe fieriq; illi ob actum ipſum reſpiciẽdi. Hæc utique omnia ſequentibus facile conceſſiſſe uidetur: apparetq; nihil eorum quæ cęteris adſunt illi uſquam ad eſſe. Quemadmodum neque illi adeſt eſſentia. Neque igitur intellectio. Siquidem cum intelligentia concurrit eſſentia: Simulq; ſunt ambo: prima præcipuaq; itelligẽtia/& ipſum eſſe conſpirans. His ergo de cauſis inquit Plato: neq; ſermonem neq; ſenſum neq; ſciẽtiam haberi poſſe de primo. Quoniam uidelicet nihil de illo tanq̃ accedens prędicari poſſit.

## MARSILIVS

Tria ſunt pręcipua rerum principia/bonum/prima mens/ anima mundi. Cap. XXXXII.

SIcut in anima mundi hęc ipſa mundi membra illinc genita collocari non debent. Ita nec mobiles animę diſcurſiones affectionesq; pendentes ab intellectu/ſunt in intellectu ponendæ: ita denique nec intelligentiæ ſpecieſq; rerum intellectui proprię pendentesq; ex bono attribuendæ ſunt bono.

PLOTINVS

TV uero quando circa hæc ambigis/ quæriſq; ubi hęc potiſſimum ſint ponenda/rationis diſcurſu ad hæc denique tractus/hæc ipſa quæ in ſequentibus exiſtimas honoranda/reice protinus in ſequentia: neque ſecunda primo adhibeas: neque tertia ſecundis adiungas. Sed ſecunda quidem pone circa primum: Tertia uero circa ſecundum. Sic enim ſingula ſicut ī ſe ſunt ſe habere permittes: & ſequentia ſuſpendes ex illis: utpote circa illa ſe undique diffundentia: cum illa interim in ſe conſiſtant. Quapropter hāc quoq; ob cauſam recte ſcribitur a Platone: Circa omnium regem omnia ſūt. Illius gratia omnia. Ipſe cauſa eſt pulchrorum omnium. Cum omnia dicit/omnia intelligit entia. Addit & illius gratia nec iniuria/quoniam ille cauſa eſt eorum/quæ quidem illum appetunt/ tanquam qui ab omnibus ſit diuerſus: neque quicquā eorum quę illis conueniunt/ipſe habeat. Alioquin haud ultra omnia forent. Siquid eorum quę poſt ipſum ſunt/ ipſi contingeret. Si ergo & intellectus in omnium numero computatur/merito illi nec ītellectus ineſt. Præterea ubi cauſam appellat Deum pulchrorum oīum/ponere uidetur pulchrum in ſpeciebus: ſummum uero deum ſuper uniuerſum hoc pulchrū in ſpeciebus proprie conſtitutum. Proinde cum intelligibilia hæc ſecūdo ī gradu poſuerit/ad hæc deinceps ſubnecti tertia tradit: quæ uidelicet poſt illa fiunt. Deinde circa tertia ponit illa uidelicet quæ naſcūtur ex tertiis/noſtrum hūc ſcilicet mūdum/ex anima dependentem. Cum uero tertia ideſt que ad animam pertinēt ſubnectantur ad mentem: ac mens redigatur ad bonum: ita nimirum ad illud omnia certis gradibus reducuntur. Alia quidem proxime: alia uero proximis adhęrētia. Sed inter omnia longiſſime ab eo ſenſibilia diſtant: quæ quidem ad animam continue referuntur.

## LIBER OCTAVVS ENNEADIS SEXTAE.

### De libertate & uoluntate unius.

MARSILIVS

VOluntarium apud nos eſt quod ipſi uoluntate libera certaq; facimus. Libera .ſ. uiolentia nulla compulſi. Certa hoc eſt nulla prorſus ignorantia lapſi: circa idem reuera domini ſumus Cap. Primum.

PLOTINVS.

AN VNQVID Circa Deos etiā decet inquirere/utrum aliquid in eorum arbitrio poſitū ſit nec ne? An potius circa homines ob eorū imbecillitatem & dubiam facultatem tale aliquid quęrere decet? Deos autē

oĩa poſſe cõcedẽdum eſt. Atque in eorum arbitrio non ſolum aliquid eſſe ſitum: ſed & omnia poſita. An forſan potentiam quidem omnem/liberumq; cunctorum arbitrium attribuere uni tãtum debemus? In cæteris autẽ hęc quidem hoc modo: illa uero illo ſe modo habere. Atq; in quibuſdam utraq; pariter ratione ſe habere licet aſſerere. An potius & hæc quidem inueſtigãda ſunt? audẽdum uero & imprimis/& in eo quod ſuper omnia eſt/tale aliquid indagare. Qua uidelicet conditione accipiẽdum ſit quod dici ſolet/in eorum eſſe arbitrio poſitum: q̃uis poſſe oĩa concedamus. Quin etiam & de hoc quod poſſe dicimus/ quomodo dicatur rite conſiderãdum: ne forte ita loquẽtes apud Deos aliud quidem potentiam: aliud uero actum eſſe cõfiteamur. Et actum quidem futurum forſitan cõcedamus. Sed hæc quidem ĩpoſterum differẽda uidentur: ac prius idem ĩ nobis inueſtigãdum. De quibus inueſtigari ſolet/ſi quid in noſtro ſit arbitrio poſitum. Imprimis ergo quærendum/quid hoc ipſum eſſe dicẽdum ſit: quod fertur eſſe in nobis aliquid/ ideſt in noſtro arbitrio conſtitutum. Quęrendum inquã/quæ nam facultatis huius definitio ſit. Sic enim quodãmodo cognoſcetur utrũ & ad Deos multoq; magis ad ipſum Deum hęc tranſferre conueniat nec ne. An potius deceat quidẽ/attamen inueſtigãdum ſit/quomõ ſit aliquid ĩ eorum arbitrio collocatum: cum ĩ aliis tum etiam in ſupremis. Quid nam igitur cogitamus? Quando in nobis aliquid eſſe dicimus. Quam ue ob cauſam hoc inquirimus. Contrariis igitur(ut arbitror) agitati fortunis/& aduerſis compulſi neceſſitatibus: perturbationumq; uehementibus incurſibus raptati animum obſidentibus/nimirum hæc omnia imperium in nos iam habere putauimus: eiſque ſeruientes/ & quocunq; trahunt præcipitati: merito in controuerſiam hanc incidimus: uerentes ne forte nihil penes nos ipſi ſimus: nihilq; in noſtra auctoritate conſiſtat. Quaſi hoc in noſtro arbitrio ſit futurum: quod aliquando neque fortunis: neque neceſſitatibus: neque perturbationibus uehementibus ſeruientes/ & agamus uoluntate/ & nihil uoluntati interim aduerſetur. Si autem hoc ita ſe habet/ratio eius quod in noſtro conſiſtit arbitrio/ erit eiuſmodi/quod uidelicet uoluntati ſeruit: ac eatenus uel fit uel non fit: quatenus ipſi uelimus. Iam uero uoluntarium quidem eſt/quod & abſque uiolentia/& cum cognitione peragitur. In nobis autẽ ideſt ĩ noſtro arbitrio eſt/ ad quod agendum domini ipſi ſumus. Atqui ambo hęc inter ſe ſępe concurrunt: quanuis ſit eorum ratio differens. Nonnũquam uero diſſentire uidentur. Perĩde ac ſiquis dominationem auctoritatemq; habeat ad hominem perimendum: neque tamen id illi poſtquã egerit/ſit uoluntarium: ſi quãdo quem interfecit/patrem eſſe neſciuerit. Forſan uero hoc ipſum quod dicitur uoluntarium/nunquam penes illum/qui uerum arbitrium habeat/ ab ipſo arbitrio diſſonabit. Oportet ſane cognitionem de hoc quod dicitur uoluntarium non circa ſingula tantũ: ſed omnino ſimpliciterq; haberi. Dic age/cur nam ſi ignorat quidem illum eſſe patrem uel amicum/ homicidium inuoluntarium iudicetur? Sinautem ignoret/ patrari homicidium non decere/non etiam inuoluntarium cenſeatur. At ſi dicatur non exiſtimari homicidium hoc inuoluntarium: quoniam diſcere hoc oportuerit/certe non uoluntarium eſt/ ignorare quod diſcere id oportuerit: uel etiam quod prohibet ne addiſcat.

Non agimus tanquam reuera liberi actionis ue domini/ quatenus agimus secun dum motum animi icitatum per sensus affectusq; sensuum a corporibus externis uel etiã a corpore nostro. Cap. II.

IAm uero motu sic incitato/ratio uel nihil agit/uel ducitur a motu/ uel du cit. In primo quidem & secundo gradu serui corporis & fortunæ sumus. In tertio uero dum uidemur/auctoritate quadam corpus reſq; similes gu bernare/obsequimur & uiuimus alienis: Indulgemus necessitati: Nec uiuimus ea tranquillitate/qua uolumus. Nec igitur omnino liberi dominiq; sumus.

PLOTINVS

RElíquum est indagare hocipsum quod í nos refertur tanq̃ sit í nobis/cui potissimũ attribuere deceat. Aut.n.ípetu & appetitu quodã id cõstare di cemus: uelut quod ira uel cõcupiscẽtia fieri solet. Aut rõcinationi cõferen tis ipsius una cũ appetitu/ut aliqd fiat uel nõ fiat/id muneris tribuemus. Verũ sí irę concupiscentięq; tribuerimus: cõsequẽter fateri cogemur pueros quoq; & bru ta/ac furentes/& mente prorsus alienatos: item ueneficiis irretitos: & incidẽtibus imaginationibus occupatos id arbitrii munus habere. Cum tamẽ eorũ quę narra uimus domini esse nõ possint. Sinaũt rõnis discursioni una cũ appetitu cõiunctæ arbitrium liberum cõcedamus: quęrẽdũ erit/utrũ aberrãti etiã rõni: an potius rõni rectæ & appetitui recto. Quin etiã quęret hic aliquis/ utrum rõcinatio moueat ap petitum: uel uicissim hanc appetitus. Et.n.si secũdum naturã sint appetitus/ita di stinguere licet. Si tanq̃ animalis sint compositiq; ipsius/sic utiq; aia naturæ seque tur necessitatem. Sin aũt tanquã solius aiæ/multa quæ nũc in nobis dicunt cõsiste re/extra id fieri uidebuntur. Pręterea rõcinatio quędã nuda affectus præcedere so let. Item imaginatio ipsa compellens/& appetitus quo necessitas postulat trahẽs/ quo nam pacto in iis nos efficit dominos? Rursus quo nã modo illius quo duci mur domini sumus? Quod enĩ indiget/impleri necessario cupiẽs: nimirũ ei nõ do minat̃/ad quod prorsus adducit̃. Deniq; qũo penes illud aliquid ẽ arbitrii/quod & ab alio pendet/& principium in aliud habet. Atq; ide qualecũq; sit/effectũ est. Nempe secundũ illud uiuit: atq; ita uiuit/ ut est formatũ. Alioqn si hoc habere di catur arbitriũ/inaiata quoq; idem cõcedent̃ habere. Nã & ignis sicut genitus est/ sic agit. At si dicatur ppea interesse: quoniam aial & aia quid agãt cognoscũt: ita distinguendum erit: si sensu id cognoscunt: quę nã conditio huic adhibeat̃/ad id obtinendũ/ut arbitrio agant? Sensus nãq; percipiẽs tantũ/nõ efficit dominũ actio nis. Sin aũt cognitione alia præter sensum libere aliquid agi dicat̃/quęret̃ insuper utrum ipsa eius quod fiat cognitione/conuincet̃q; & hic cognoscere tãtum: duci uero ab alio ad agẽdum. Sinaũt & pręter appetitum rõ uel cognitio quędã facit/ atq; dominat̃: pscrutandũ est/ad quid potissimũ referat: & oĩo: ubi & quomõ id contingat. Atq; si rõ ipsa alium efficiat appetitũ/ quo hunc mõ faciat assũmendũ. Sinautẽ appetitum sedãdo sic rõnem aliquis in se consistere dicat: atq; hoc in sta tu liberum arbitrium collocari: certe id non in actione uersabitur: sed í mente con sistet. Quoniam quicquid in agendo uersatur/q̃uis ratio superet: mixtum quid dam est: neque purum id arbitrii munus habet: per quod in nobis id esse iudicari possit.

MARSILIVS

Sicut duo sunt seruitutis gradus/ita libertatis duo: Vnus autem est inter utranq; medius

Cap. III.

SEruus.n.est qui imaginationem solam sequit̃ a corpore nostro uel exter nis corporibus ĩcitatam. Seruus item/ cuius etiã ratio imaginationi huic prorsus idulget. Liber primo qui mente uiuit/sola cõtemplatione cõten tus:cęteris oĩo neglectis. Liber secũdo/qui siquid agit pręterea/id solũ legibus a contẽplatione susceptis/ eligit:resq; agendas refert ad contẽplandũ. Ex libertate quadam & seruitute ꝑmixtus esse uidet̃/qui imaginationem quidẽ subigit rõni recte:Sed uitam actiuam/alioqn honestam eligit tanq̃ finem.

PLOTINVS

DE iis ergo diligẽter cõsiderandũ. Iam.n. prope ad illud accedimus/quod de Dus uidebatur esse quęrendum. Quippe cum hoc ipsum quod est in nobis idest arbitriũ ĩ uoluntatem principio retulerimus. Deinde hanc in rõne collocauerimus. Post hæc in rõne recta. Forsan uero decet adiungere ĩ rõne inq̃ recta sciẽtiam includẽte. Nõ enĩ siquis recte opinatus aliquid egerit:iam arbi trium absq; cõtrouersia liberum uidet̃ habere: nisi ꝑ quid recte sic opinet̃ agno uerit. Sed forte uel imaginatione quadam in id quod oportunũ est incidisse uide tur. Nempe cum imaginationem haud prorsus in arbitrio nostro positam cõceda mus: merito eos qui secundum eam agunt ĩ statu libero minime cõputamus. Ve rum hic nos imaginationem illam accipimus: quã imaginationem ꝑprie quis ac ceperit:quæ.s. ex corporis passiõibus excitatur. Vacuitas enĩ cibi potusq;/ itemq; saturitas imaginationem aliter quasi aliterq; effingit: & aliquis genitali plenus se mine imaginatur alia & aliter q̃ exhaustus. Ac sũmatim secũdum singulas humo rum corporis qualitates/imaginationes uarię admodum incitantur. Eos igit̃ qui per eiusmodi imaginationes agunt/in pricipio agẽdi libero minime collocamus. Quapropter & prauis secundum imaginationes eiusmodi plurima facientibus: neq; auctoritatem agendi liberam/neq; munus uoluntariũ tribuemus. Sed illi po tius qui per mentem agit liber ab omnibus corporis passiõibus arbitrium procul dubio liberum concedemus: atq; ita ipsam agendi liberam potestatẽ in principiũ q̃pulcherrimum reducemus/ad actum mentis præcipue referentes. Quin etiã pro positiones deliberationesq; inde profectas:rursusq; appetitiones ab intelligentia excitatas reuera liberas cõfitebimur. Deos quinetiã hac rõne uiuentes quicunq; mente & appetitu quodam mentem sequente uiuunt/ eiusmodi libertatem habe re dicemus.

MARSILIVS.

Cum ratio libertatis in libero quodam motu consistat:atq; uolendũ bonũq; con uertantur/ intellectus libero uolũtarioq; incedit motu/quãdo certus ad uerum si bi bonum agendo ac etiam gubernando procedit

Cap. IIII.

QVinetiam si pro natura sua ĩtelligit/uult/eligit/agit/non ideo cogi dicit̃/ quoniam hoc ipsum imprimis sibi uolũtarium est. Nec ab alienis ad hoc adducitur. Neq; dici debet intellectualis actio ĩtellectuali naturæ seruire. Ibi.n. actio est ipsa natura:nec ab ipso bono sibi prorsus ĩtimo cogi. Cum.n. hoc ipsum quod dicit̃ sui iuris existere rõne & gratia boni sit uolẽdũ maxime oĩum sui iuris est intellectus sũmo bono q̃proximus.

PLOTINVS

CAeterum inquiret hinc aliquis/quo nã pacto quod efficitur appetitu/ſit li
berum. Cum ad externum aliquid appetitio ducat/permixtamq; habeat
egeſtatem. Quod.n. appetit ducitur: q̃uis ducatur ad bonum. Quinetiã
de mẽte ſimiliter dubitandum: Nũquid uidelicet ſi & quod & quomõ naturaliter
inſtituta eſt/agit: ſimul tamen libertatem & principium in ſe agendi dicatur habe
re. Cum non ſit ĩ ſua facultate non agere. Pręterea dubitatione dignum eſt/utrum
quibus non conuenit actio/ĩ eis proprie liberum cenſeatur arbitrium. Iam uero &
quibus actio competit/neceſſitas infertur extriſecus. Non enĩ temere prorſus nul
lo ue propoſito fine agunt. Atqui quo nam pacto libertas his ſeruabitur naturæ
ſuę pẽnitus ſeruientibus. Contra uero ſic obici poteſt. Quod aliud ſequi non co
gitur/quo nam modo ſeruire dici poteſt? Quo aũt modo aliquid dum ad bonũ
fertur/poteſt eſſe coactum? Cum appetitus ipſe ſit uoluntarius/ſi cognoſcens eſſe
bonum tanq̃ ad bonum proficiſcatur. Inuoluntarium nãq; eſt/abductio quędam
ab ipſo bono. Coactum uero dicitur uiolentiaq; compulſũ/quod fertur ad illud/
quod non eſt ipſi bonum. Idq; proprie ſeruit/quod auctoritatẽ non habet ad bo
num proficiſcendi. Sed potẽtiore quodam inſtante a ſuis bonis abducitur/illi in
terea ſeruiens. Ob hanc cauſam ſeruitus improbatur: nõ quidem ubi aliquis non
habeat ad malum eũdi licẽtiam: ſed ubi ad ipſum ſui bonum accedere nequit: ad
bonum alterius interea tractus. Vbi uero quis dicit aliq̃d naturæ ſuæ ſeruire/illud
efficit/ut ſit duo: tum uidelicet quod eſt ſeruiẽs: tum etiam cui ſeruit. Simplex ue
ro natura/& actus unus/non habens aliud quidem ĩ potentia: aliud autem ĩ actu
poſitum/cur non ſit & libera? Hęc utiq; dici non debet proprie ſic ut nata eſt ope
rari: Siquidẽ nec etiam hoc ipſũ quod in ipſa eſt/operari/decet dicere: quaſi aliud
quidem ſit eſſentia: aliud uero ſit actio. Siquidem idem illic eſt eſſe atq; agere. Si
ergo neq; propter aliud/neq; in alio eſt uel agit/quid obſtat quo minus & libera
uiuat? Et ſi non decet dicere ſicut alibi dici ſolet/hoc ipſum quod ĩ ſe eſt. Attamẽ
maius hic aliquid eſt/eo quod dicitur in ſe eſſe. Atq; ita in ſe eſſe cẽſetur/ quoniã
non eſt in alio: neq; alius ullus actionis eius eſt dominus. Sed neq; rurſus eſſẽtiæ
ſiquidem ſit principium. Et q̃uis intellectus principium aliud habeat/non tamen
extra ſeipſum illud habet. Sed in ipſo bono. Atque ſi ſecundum illud eſt intelle
ctui bonum/ multo magis hoc ipſum quod eſt in ſe eſſe atq; libertas illinc ei con
uenit. Quandoquidem & libertatem & in ſe eſſe quiuis boni gratia quærit. Si er
go ſecundum bonum agit/ magis tũc habet hoc ipſum quod in ſe eſſe dicitur &
arbitrium. Iam enim habet quod ad ipſum uergit ex ipſo perſpectum. Ideoq; ĩ ſe
eſt/quoniam eſt ad ipſum. Quod quidem ei ſatius eſt. s. ita demũ in ſeipſo eſſe:
ſiquidem ſit ad ipſum.

MARSILIVS

Intellectus in contemplando uiuit liber/liberoq; decreto conſtituit ad cõtempla
tionem actiones omnes priuatas publicaſq; referre Cap. V.

EXcit quinetiam incommoda multa quæ minus optaret/tum ſuis tum cor
pori tum etiam animo ſæpe uentura. Deliberauit & his oportuna reme
dia prouiſibus adhibere. Vniuerſa hæc in mente hactenus diſpoſitio uo
lũtaria eſt: nec aliũde dependet. Actiones uero quæ ſecuntur indies incommodis

inuoluntariis ſuccurrentes non adeo ſui iuris exiſtunt: ſed quodãmodo ex oportunitate dependent.

PLOTINVS.

An Vm igitur in intellectu puro duntaxat atq; intelligente libertas ponitur & arbitrium? An & in anima ſecũdum intellectum operante & ſecũdum uirtutem agẽte. Iam uero ſi agenti hoc tribuamus: forte non q̃tum ad cõſecutionem ſpectat/ eſt tribuẽdum. Non enĩ conſequendi nos domini ſumus. Sin autẽ ad officia ſua honeſte cõponẽda id deſignemus/ recte forte dicetur. At illud quo nã pacto ĩ nobis eſſe poteſt? Ceu ſi dicatur: quoniam urget bellum/ nos fortitudinis officium exercere. Dico aũt actionẽ eo tẽpore frequẽtatam/ quo nam modo ĩ nobis tunc eſſe iudicare poſſimus: quãdoquidẽ niſi circũueniret prelium/ nõ daretur nobis actione eiuſmodi uti. Similiter ĩ cæteris actionibus uirtute compoſitis/ uirtute ipſa uidelicet ad id quod incidit ſemp hoc uel illud opari compulſa. Etenĩ ſiquis optionem uirtuti dederit/ utrum uelit: ut agendi nãciſcaẽ occaſionẽ/ aduerſa nobis accidere: uelut prelia ĩminere/ ut fortitudinis demõſtret officia. Et iniurias ppetrari ut quid iuris ſit definiat/ liteſq; diſſoluat: inopiamq; premere/ ut munera liberalitatis oſtẽdat. An potius cũctis rite pacatis/ quietem agere: eligeret proculdubio uacationẽ eiuſmodi actionum/ nullo uidelicet apud ipſam curatione aliqua indigẽte. Quẽadmodũ ſiquis legitimus medicus/ qualis Hippocrates/ optet nullum ſuis medicinis egere. Si ergo uirtus in actiõibus cõſtituta opem ferre compellitur: quo nam modo purũ id munus poſſidet: quo ĩ ea rem ipſã omnino cõſiſtere iudicemus. Num igitur actiones quidẽ eſſe fatebimur neceſſarias/ uoluntatẽ uero rõnẽq; actiones antecedentẽ affirmabimus oĩo eſſe cõpulſã. At ſi ita cũ ĩ eo dũtaxat quod agẽda precedit/ arbitriũ ſtatuamus/ nimirũ extra actionẽ collocabimus libertatem: & quod in uirtutis auctoritate conſiſtere iudicaẽ. Sed quidnam de ipſa uirtute ſecũdum habitum diſpoſitionẽq; cõſiderata dicemus? Non ne languẽte animo eam accedere ad curandum pturbationes appetituſq; cõponẽtem: Qua igitur ratione bonum dicimus in noſtra auctoritate cõſiſtere: uirtutẽq; nulli ſeruire? Forte uero in nobis uolẽtibus eligẽtibuſq; id cõſiſtere iudicabimus. Forte etiam quia uirtus aſſiſtens libertatem munuſq; quod in nobis eſſe dicitur/ compat: neq; quibus ſeruiebamus ante/ ultra nos ſeruire permittit. Si ergo uirtus eſt uelut intellectus quidam alter/ & habitus animam quaſi tranſformans in mentem: rurſus hoc ipſum quod in nobis conſiſtere dicitur/ nõ ad actiones quidem declinat: ſed ad mentem ſe recipit actionibus expeditam.

MARSILIVS

Non ſolum intellectus ſola contemplatione contentus/ putandus eſt tanquam liber ſibi uiuere: uerum etiam ratio per uirtutem ab intellectu cõceptam libera ſecũ habitat: quatenus uidelicet pro fine non ſtatuit rerum actionumq; exitum: Sed honeſtatem contemplationemq; iternam

Cap. VI.

Intellectus primus maxime uiuit/ liber/ ubi uiuere quidẽ intelligere eſt. Intelligit aũt quẽadmodum & uult. Siquidẽ uoluntas & intelligẽtia uix ibi diſcernitur. Sunt. n. actus fere idem. Qui uergẽs ad bonum uoluntas dicitur: attingẽs bonũ intelligẽtia nominatur. Quẽadmodũ radius in curſu ſe habet ad ſplendorem in reuerberatione perſpectum. Si maximum bonum eſt maxime uoluntarium ſũmope uiuit ut uult & liber/ qui ĩ ipſo bono uitam agit.

SEd qua nam ratione id muneris ad uoluntatem ſupra retulimus? dicēres id in nobis eſſe/quod pro uoluntate fieret. Profecto reſpondendum eſt/ ibi quoq; fuiſſe ſubiunctum uel non fieret. Quamobrem ſi & hęc impræſentia recte dicuntur/& illa cum iis omnino cōſentiūt: mētem ac uirtutem eſſe dominas aſſeremus: ad eaſq; quod conſiſtit in nobis atq; libertatē referri decere. Cū uero duo hæc minime ſeruiant/ putādum eſt mentem quidem ī ſeipſa ſedere: uirtutem uero uelle quidem ī ſeipſa quieſcere: animę uidelicet præſidētem ut ide ſit bona. Atq; hucuſq; & ipſam liberam ꝑmanere: & animū inde fieri liberū. Quādo uero neceſſariæ paſſiones actioneſq; incidunt/his gubernandis incūbere: neq; uoluiſſe quidem hæc accidere. Attamen ī eis etiam ipſum quod ī ſe eſt arbitrium cō ſeruare: dum uidelicet horum quoq; curam ad ſeipſam refert. Nō enī res ipſas ſequitur: quaſi uelit omnino ſeruare ꝑclitantem. Immo ſi ſibi præſtare iudicet hūc abicit: iubetq; pecunias/& filios/& patriam/uitamq; proicere: ſtatuēs. s. ſibi pro fine non inferiorum ſalutem: ſed propriam honeſtatem. Ex quo apparet/libertatē & quod eſt ī nobis inter res agendas/neq; ad actionis effectum/neq; ad exteram actionem: ſed ad actum ītimum & intelligentiam contēplationēq; uirtutis ipſius omnino referri. Hāc uero uirtutem oportet mētem quādam exiſtimare. Nō cōnumerādo cū ea ꝑturbationes redactas ī ſeruitutem rōne uel tempatas. De his utiq; Plato loquens ait more quodam curandi corporis/hæc uſu exercitationeq; corrigi dirigiq; ſolere. Hinc itaq; cōſtat aptius/ libertatem ad rem ipſam exptem materiæ pertinere. Atq; ad hanc reduci quod eſt ī nobis. Atq; hanc ipſam uoluntatem eſſe dominam/& in ſeipſa conſiſtere. Iam uero ſiquid ad externa præcipit/neceſſitate quadam adducta pręcipere ſolet. Quotcunq; igitur ex hac atq; propter hanc aguntur/ conſiſtunt ī nobis. Atq; extra ſimul & ī ſeipſa/ illud eſt quod ipſa uult peragitq; minime impedita. Idq; etiam primum eſt ī nobis. Intellectus aūt cōtemplator & primus/ſic habet quod dicitur ī ſeipſo: cp opus illius nullo modo conſiſtit ī alio: ſed totus reflectitur ad ſeipſū: opuſq; ipſius eſt ipſe: poſituſq; in bono/ nec indigens ultra: ſed plenus pro uoluntate uiuit ad uotum. Ipſa uero uoluntas ipſa intelligentia eſt. Sed eſt apellata uoluntas: quoniam ſecūdum intellectum uidetur exiſtere. Etenim quæ uoluntas dicitur ipſum quod ſecundum intellectum eſt/imitatur. Voluntas enim bonum uult. Vere autem itelligere eſt ī bono. Intellectus igitur habet quod uoluntas expetit/quod ue cōſecuta iam ea rōne euadit intelligentia. Quāobrē ſi boni ipſius uoluntati dedimus quod eſt in nobis. Quod in eo iam ſitum eſt/ī quo eſſe uoluntas appetit/cur nō habeat quod dicitur in ſe ipſo? Iam uero ſiquis ad hoc ꝑtinere nolit quod ſit in ſeipſo/ excellētius aliquid eſt putandum.

MARSILIVS.

Si anima per uirtutem intellectualem fit quādoq; libera/ ſequitur ut ītellectus primo ſit liber. Item ſi intellectus uitam poſſidet ſummopere liberam atque uoluntariam/ quoniam ipſi bono ſit q̄proximus/ merito ipſum bonum eſt ipſa libertas.

Cap. VII.

SI ſeruitus & fortuna circa īferiora uerſanť: Sed libertas & ordo ad ſupiora pertinēt: & quo quid ſupius eo eſt ordinatius pariter & liberius: certe principiū omnium neq; fortuitū eſt/neq; coactū. Quippe cū ſit ordinis

omnis/ac libere auctoritatis origo. In quo cum tãquam ſummo bono ſit tota uo luntarii ratio: Tota eſt & ratio libertatis. Vbi ſi modo eſſentia & actio nominari poſſint/non potes dicere actionem eſſentiæ ſuę ſeruire. Quippe cum nulla ſit ibi diſtictio. Quapropter ſi quẽadmodũ exiſtit naturaliter/ ita & agit/uiciſſim ſicut agit/ita naturaliter & exiſtit. Sed de his i theologia noſtra ſatis diximus.

## PLOTINVS

Evadit igiť aĩa per mentẽ libera ad bonũ abſq; impedimento ſe cõferens: quod ue ꝓp hoc agit/cõſiſtit i ipſa. Intellectus ãt ꝓ ſeipſũ liber. Ipſius ue ro boni natura/eſt ipſũ quod oĩbus appetendum: & ꝓp quod habẽt alia quod cõſiſtat i eis: quãdo hoc quidẽ ſine ĩpedimẽto cõſequi põt. Illud ãt iã poſ ſidere. Ipſũ itaq; oĩum dominũ/quæ ſub eo pretioſa cenſenť: primaq; i ſede conſi ſtens/ad quod cætera paſſim aſcendere uolũt/pendẽtq; ex illo: & ab eo uires acci piunt: ꝓ quas habere munus poſſint quod cõſiſtat i ipſis/quo nam pacto poterit aliquis ad hãc ipſam cõditionẽ redigere/ i qua eſt ꝓprie quod uel i me uel i te cõ ſiſtere dicitur? Quãdoquidẽ ipſe ĩtellectus ad hanc cõditionẽ uix quidẽ: & uiolẽ tia quadã tractus eſſe uideť. Niſi quis forte temerarius ſermo aliũde huc iniectus afferat/naturã primã ſorte quadã id nactam fuiſſe/ut ſic ſe haberet/ut habet: neq; huius ipſius quod eſt/exiſtere dominã. Cum uidelicet hoc ipſũ quod eſt nõ ſit a ſeipſa: ideoq; nec libertatẽ: nec quod i ea cõſiſtat habere. Quippe cũ faciat uel nõ faciat/quod facere uel nõ facere ẽ iam neceſſitate cõpulſa. Qui ſane ſermo aduer ſus i ſe eſt & incertus. Omnẽq; uolũtarii ac liberi eiuſq; quod eſt i nobis naturam & rõnem e medio tollit. Adeo ut fruſtra hæc nominenť a nobis/ſint: q; uoces quę dam nuſq̃ exiſtentium rerũ. Sermonis nãq; illius auctor fateri cõpelliť: nõ ſolum nihil eſſe auctoritatis i aliquo: uerũ etiã ſe nec intelligere/ neq; ullo modo cogno ſcere quid uox eiuſmodi ſibi uelit. Quod ſi cognoſcere id affirmet: iam facile re felleť: rõne uidelicet eius quod eſt i nobis/ cõgruente cũ illis: quibus nõ accõmo dari dicebat. Ipſa nãq; rei notio nec diſturbat eſſentiam: nec eam adauget cũ alio aſſũmendo. Nõ poteſt enĩ aliquid per ſe facere: ac perducere quippiam ad ſubſtã tiam uel exiſtentiam. Sed conatur notio meditari quid nam iter alia ſeruiat aliis: quid ue habeat libertatẽ: Nec ſubiciatur aliis i agendo: ſed ſuę ſit dominus actio nis. Quod quidem munus pure cõuenit ſempiternis: & iis quidẽ/quatenus ſem piterni ſunt: & omnino qui bonum abſq; ĩpedimento uel iam habẽt/ uel etiã pro ſequuntur. Proĩde abſurdum dictu eſt/bonũ ipſum oĩbus his ſupius tanq̃ aliud ultra ſeipſum bonum deſiderare. Tum uero nullo modo recte dicitur ipſũ fortu na quadam exiſtere. In rebus nãq; poſterioribus/ ac multis fortuna contingit: Ip ſum uero primum neq; ſecundum fortunam eſſe fas eſt aſſerere: Neq; rurſus ſuæ generationis dominum non exiſtere: quoniam neq; genitũ quidem eſſe poteſt. Pręterea quando quis negat primum eſſe liberum/ ꝓpea q̃ ita duntaxat faciat/ut ſe naturaliter habet: abſurdum eſt/ſiquis exiſtimet quippiã tunc eſſe liberũ/quan do præter naturam facit uel oparur. Neq; uero quod unica rõne ſe habet/ob hoc ipſum libertate priuatur. Si unicũ hoc non ex eo habeat: q̃ habere aliud cohibea tur ab alio: ſed ex eo quod ipſum proprie ſit hoc ipſũ: ſicq; ſibi ipſi placeat/neq; liceat/neq; libeat aliquid excellẽtius eſſe. Alioquin poſſet aliquis quod maxime compos ẽ boni/aſſerere libertate priuatum. Sin autem id foret abſurdum: multo abſurdius erit/ipſum bonum libertate priuare. Quoniam bonum/& quia perma

net in ſeipſo:nec moueri ad aliud uſquã indiget. Cum alia potius moueantur ad illud: Nec ipſum ulla conditione indigeat aliquo. Denique cum ipſa uelut eius ſubſtãtia/ſit ipſa uelut eiuſdẽ actio:neq; enim hæc quidẽ aliud/ illa uero ẽ aliud: ſiquidem nec in intellectu etiam diſcrimen id accidit: profecto non magis ſecundum eſſe illic ẽdiť actio/q̃ ſecundũ actiõem eſſe cõſiſtat. Quapp nec illi cõditioni ſubicitur/ut ſic opetur/ſicut eſt naturaliter inſtitutũ. Neq; actio & uelut uita in ipſam uelut eſſentiã redigeť. Sed ipſa illic uelut eſſentia quaſi cõſpirãs cũ actione:& tanq̃ in unum ab ẽterno cõflata/idem oĩo conficit ex ambobus. Quod quidem & nullius ſit/& ſui ipſius duntaxat exiſtat.

MARSILIVS

Neq; libertatem neq; aliud quicq̃ uenerandũ attribuere Deo debemus ea ratione qua ſequẽtibus:ſed ineffabili Cap. VIII.

Eiuſmodi cõditio qua aliquid ſic exiſtat & agat ſicut ad hoc ẽ naturaliter inſtitutũ/rebus ſubiectis tẽpori ꝑprie cõpetit:æternis trãſlatione quadã: eſſentiæ primæ abuſione quadã. Nam ꝑprie dicit̃ ex ſeipſa exiſtere. Principio nullo mõ. Sors uero cõtingens tam remota eſt a primo/ut uix etiã repiatur in ultimis ordinante primo.

PLOTINVS

Nos utiq; cogitamus libertatis munus illi nõ tanq̃ accidẽs aliquod cõuenire. ſed a muneribus libertatis quę attribuunť aliis ſubtractiõe uidelicet cõtrariorũ ipſũ in ſeipſo ad ſeipſũ excogitamus:dũ minora a minoribus illucuſq; trãſferimus:quippe cũ illa quę de illo decet loqui/cõſequi nequeamus. Atq; ita de illo hęc loq cõtingit. Tãetſi nihil inuenire poſſimus/quod rite loquamur/nedũ prędicando de illo:ſed nec ei ulla ꝑprie rõne accõmodando. Oĩa nãq; & pulchra & uenerãda poſteriora ſunt illo. Illud enĩ horũ omniũ eſt principium: q̃uis mõ etiã alio nõ principiũ. Cũ oĩa ſecernamus ab eo:ideoq; quod liberum arbitrũ opandi/ quod ue ĩ ipſo cõſiſtere dici ſolet/uelut poſterius aliquid ſeiungamus ab illo. Id nãq; actionẽ ĩ aliud tendentẽ ſignificare uideť. Tendẽtẽ inq̃ abſq; impedimẽto. Item eſſe & alia quę ad idem nõ impedita cõtendant. Oĩo uero ad nullum oportet primum ipſum dicẽdo referre. Eſt enĩ hoc ipſũ quod exiſtit etiã ante oĩa/quãdoq̃dem & hoc quod dicitur eſt/ab eo ſecernimus. Ideoq; eſſe quo quomodo ad entia rite negamus. Proĩde neq; ſic exiſtere id dicemus/ut eſt naturaliter inſtitutum. Nam & hoc poſterius eſt. Atq; ſi de ſupnis quoq; dicatur/certe de illis quæ ex alio ſunt/dicetur. Itaq; de eſſẽtia primo dicetur:quoniam nata eſt ex illo. Quod ſi ĩ rebus ſubiectis tẽpore natura uerſatur/nimirum neq; de eſſẽtia ipſa dicemus ita ut nata fuerit ſe habere. Neq; ſane dicendum eſt eſſentiam ex ſe ipſa non eſſe: ſic enim & eſſe ipſum auferremus. Et profecto non a ſeipſa dicere tur eſſe/quando eſſe acciperet aliunde. Num igitur de ſũmo rerum principio dicẽdum eſt:ſic exiſtere contigiſſe. Sed certe neq; contigiſſe dicẽdum. Neq; enim ipſi contigit:neq; ad aliud accidit. In rebus nãq; multis contingentia locũ habet. Vbi hæc quidem ſũt:hoc autem his accidit. Qua igitur ſorte primum ipſum eueniſſe poteſt? Neque enim uenit:ut quęrere quomodo uenerit/nos oporteat:& quæ nã fortuna perduxerit ipſum uel conſtituerit. Quãdo neq; fortuna quidẽ erat:neq; caſus fortuitus ullo modo. Caſus enim & ab alio accidit: & in his quę fiunt contingere ſolet.

MARSILIVS.

Nō licet fingere/cōtingēter euenisse/ut hoc ipsum quod nūc oium pricipium est omnium sit principium: quasi contingere potuerit aliud & aliter affectum/ fore principium. Cap. IX.

UNica enī est pricipii ratio. Ipsa uidelicet summitas: quā & infinitatē possumus nominare: quæ cū aliis præsertim propinquioribus firmitatē necessitatemq; imponat/merito nō est cōtingenter/sed necessario: īmo est ipsa necessitas. Et quoniā primū est & ipsum bonū/ideo est & sua spōte necessitas. Neq; quodlibet cōtingēter extitisse potuit. Neq; rursus oportuit esse/uel est determinatum hoc aut illud: sed ē plus q̄ uniuersa potestas/necessario/pariter/atq; ultro id ipsum quod est existens.

PLOTINVS.

UErum siquis hoc ipsū quod dici solet/cōtigit uel euenit/accepit ad ipsum idem: nō decet ī apellatione hac īmorari: sed qua rōne qui hoc dicit itelligat aīaduertere. Quid nam igit̄ id sibi uult? Nunqd ipsum naturā hāc & potestatē habēs/pricipium extitisse? Ac siquā aliam habuisset/posse etiā extitisse pricipium/secūdum hoc ipsum quod esset: & si forte deterius/esset tamē secūdū suā potentiam opatum. Ad hęc aūt obiiciendū est/fieri nō potuisse: ut cū pricipium eēt oium/cōtingēs fortuitum ue foret: Ac ne dum cōtigisse posse deterius: sed neq; etiā bonū qdem: aliter uero bonum/uelut aliqd indigentius. Sed oportet pricipium oium esse sequentiū prę̄stantissimū. Ideoq; quasi determinatū quiddam: determinatū inq̄/pp singularem & unicā rōnem. Neq; tamen ita determinatum/& unica rōne cōsistens/quasi ex necessitate dico. Nōdum enī necessitas erat. In his enī quæ sequunt̄ pricipium/necessitas dominat̄: Neq; hæc qdem uiolētiā eis infert. Vnicum uero hoc & singulare possidet a seipso. Hoc ipsum igitur est nō aliud. Sed quod expediebat siue debebat esse. Nō igitur ita cōtigit. Sed oportuit ita. Hoc ipsum uero quod oportuit dicit̄ oium est/quæ oporteat esse pricipium. Hoc igit̄ nequaq̄ ita est/ut cōtigit: nō enī ut forte incidit/extat. Sed quod oportebat esse. Immo uero neq; id qdē quod oportuerit ēe. Iam uero decet alia expectare quid quādoq; rex illis appareat: idq; dūtaxat quod existit ipse/illum prorsus assēuerare: certe nō ut euenit apparentē/sed uere regem/uere pricipium/uere bonū. Nec secundū bonū quidē agentē: sic enī sequi alterū uidereť: sed unū hoc ipsum quod est pęnitus existentē. Itaq; nec secūdum bonū agere/ sed ipsum prorsus existere bonū. Si ergo neq; ī ipso quidē ente aliquid ē cōtingēs: Alioqn ens quiddā foret: & certe cuidam enti inciderat aliquid: nō tamē ipsum ens ullo modo contigit: neq; forte quadā nactū est ens ipsum ita esse: Nec ab alio sic esse/ ens ut est accepit/ sed ipsa natura entis/est ens existere: Quo nā mō aliquis ī eo quod ente supius extat/cōditionem hāc. s. ita cōtigisse uel euenisse potent cogitare? Quippe cum illud ens ipsum genuerit. Quod quidē nō ita contigit/ sed est prout est essentia ipsa existēs hoc ipsum quod est essētia: & hoc ipsum quod est intellectus. Alioquin simili quispiam rōne itellectum quoq; dixerit sic accidisse: pinde quasi aliud quiddā itellectus fore potuerit/pręter hoc quod natura ipsius existit. Quod itaq; naturā propriā nō transgredit̄/nec usq̄ a seipso declinat/ facile quis potissimū hoc ipsum quod est/existere dixerit. Quid nam igit̄ dicet ille qui hoc quoq; transcenderit/summūq; inspexerit? Nunquid quēadmodū ipsum

uiderit ſe habere ita & contigiſſe: Sed ꝓfecto neq; ſic neq; quolibet mõ contigiſſe dicendum. Immo nec oĩo & ſimpliciter accidiſſe. An igit̃ dici poteſt ita ſolũ/neq; aliter/ſed dũtaxat ita? Immo uero neq; hoc ipſũ quod dicit̃ ita uel hoc modo illi eſt aſſignãdũ. Alioqn eo pacto circũſcriberes ipſũ: & hoc aliquid redderes. Nẽpe qui cernit illud/neq; ita debet dicere/neq; non ita: alioqn aliquid ipſũ ex rerũ numero dixeris/quibus ineſt hoc ipſũ/quod ita uel hoc mõ dici ſolet. Eſt igit̃ aliud præter oĩa/quæ ita & hoc modo ſe habere dicunt̃. Tu uero cũ ipſũ inueneris infinitum/oĩa quidẽ quæ ſunt poſt illud/dicere poteris. Illud autẽ nullũ eorũ eſſe dices. Sed tanq̃ uniuerſã poteſtatẽ reuera ſui ipſius dominã: quod ue uult exiſtẽtẽ. Immo uero hoc ipſum quod uult in res ipſas proicientem/dum uidelicet ipſa excellentior eſt omni uolũtatis actu/actumq; eiuſmodi ſibi ſubdit. Neq; igitur ipſa hoc ipſum uoluit/quod dicit̃ ita ſe habere: adeo ut id ſecũ ipſa dixerit: neq; quiſquã alius/ut ita ſe haberet/effecit.

MARSILIVS.

Cum principium oĩbus formã & terminum/ordinẽq; imponat: atq; ordo rõnalis ſit fortunę cõtrarius/merito ſi principiũ fortuitũ rebus inciderit/nullus uſquã ordo reſtabit.

Cap. X.

QVod prĩcipium unice firmiterq; ſit/maneatq; hoc ipſũ quod iam exiſtit/nec aliunde ſortit̃: Hęc enĩ ipſa eius natura ẽ. Nec ulla debilitas ĩ cauſa ẽ/ut nec aliud extitiſſe/ nec ad aliud proceſſiſſe potuerit. Eſſe enĩ & pmanere ĩmẽſam bonitatẽ atq; poteſtatẽ/hęc ipſa eſt ſũma libertas pariter & poteſtas.

PLOTINVS.

INterrogare licet eum qui Deum ait ſic accidiſſe: qua nam conditione fieri poſſe exiſtimet/ut deprehẽdat̃/cõtingentiam eſſe falſam/ ſicubi falſa fuerit. Quo ue pacto quiſpiam ipſam auferat contingentiam. Atq ſiqua natura ſit tollens e medio cõtingentiam/profecto conditio cõtingẽtis cũ natura nõ congruet. Si. n. naturã hoc ipſũ quod eſt ſorte cõtingere ab aliis cũctis auferentẽ/fortunę cõmittas: nuſq̃ dabit̃ aliqd quod nõ caſu ꝓueniat. Tollit aũt ab oĩbus fortuitam contingentiam/ ipſum prĩcipium aliorum/ſpẽm/terminum/formã uni cuiq; tribuens: neq; fas eſt uſquã ĩ rebus ſic rõne diſpoſitis: fortunæ ſeriem hanc aſcribere. Sed cãm hic rõni aſſignando: ſic putamus cãm afferendã. In rebus autẽ quæ nec ex antecedẽti propoſito fiunt/neq; ꝓcedunt ordine cõſequẽtis: ſed caſu potius incidunt/fortuna uerſat̃. Ipſũ uero rõnis oĩs & ordinis terminiq; prĩcipiũ quo nã pacto quiſpiam fortuita quadã ſorte cõſtare cõceſſerit. Fortuna certe multorum domina eſt. Intellectum uero & rõnem & ordinẽ generare nõ poteſt. Nempe cũ fortuna rõnis contraria uideat̃/nullo modo poteſt eſſe genetrix rõnis. Si ergo fortuna nõ generat ĩtellectũ/ merito neq; quod eſt ſupius ac melius ĩtellectu. Nec. n. habuiſſe poteſt unde crearet: nec ipſa erat oĩo: nec ꝓrſus ineſt ſẽpiternis. Quãobrem ſi nihil eſt ſuper illud/ipſumq; exiſtit primo: ſiſtere ĩ eo gradũ expedit: neq; ulterius de hoc aliquid dicere. Sed perſcrutari potius qũo ſequẽtia facta fuerint. De illo uero nullo modo qũo exortum ſit ĩdagare: quoniã reuera nõ eſt natum. Quid ergo ſi ortum quidẽ nõ fuerit: eſt aũt quale eſt/nõ exiſtens propriæ eſſentię dominus? Ac ſi nõ eẽntię dominus ſit: ſed hoc ipſũ quod eſt exiſtat: ſibi quidem ipſi nõ exibẽs exiſtentiã: ſed ſeipſo qualiſcũq; ſit utens: ideoq; hoc ipſũ quod eſt neceſſario ſit/nec aliter unq̃. Sed ꝓfecto non ꝓpea ita ſe habet/quia non

aliter se habere potuerit: sed quia optimū est ita se duntaxat habere: ꝓcedere qui dē in melius nō ubiq; uolūtarium est. Ad deterius aūt uenire nequaq̄ ab alio pro hibitum esse potest. Sed ꝙ in deterius nō deuenerit/ a seipso habet nō deuenisse: non ꝓpea ꝙ cohibitum fuerit: Sed quoniam illud hoc ipsū sit/ quod nullo modo processit. Iam uero ad deterius deuenire nō posse/ nullā significat in eo qui nō ue nit debilitatem. Sed hoc ipsū nō ire illud a seipso & ꝓp seipsum habet. Quod ue dicit̄ ad aliud nusq̄ accedere/ excellentiā in eo potestatis plane demōstrat. Dum uidelicet ipsum nō quidē necessitate comprehēdit̄: sed necessitas est & lex oīum aliorum. Num igitur ipsa necessitas sibi met ꝓbuit existētiam? Immo uero neq; extitit qdē. Quippe cū cętera quę sunt post primū uirtute ipsius existant. Quod igitur sup existētiam siue subsistētiam est/ quo nam pacto uel ab alio uel a seipso extitisse uel substitisse dici debet?

MARSILIVS.

O rdo mirabilis uniuersi intellectuali rōne ꝓspectus purgatis tandē mētis oculis principium suum offert quasi incompabilem sūmitatem/ simplicitatem/ potesta tem/ bonitatē. Sed tu postq̄ principium simpliciter tibi sic illuxerit: noli quid sit & ꝓp quid inquirere. Cap. XI.

Si. n. quid nā sit indagaueris/ ad angustiā illud tuæ intelligētiæ contrahes & cōpones: tibiq; ꝓtinus subterfugiet. Tum uero cum rō principiū inue nerit sup essentiam/ non potest ulterius indagare qd sit. Siquidē eiusmo di quęstio desinit ī essentiā. Neq; fas est de principio ꝓp quid ꝓscrutari: Sane quę stio hęc resoluitur ī principium. Deniq; cū de eo sis negaturus eēntiam: multoq; magis & accidētia/ quo nā pacto ī eo cōtingentē sortē poteris affirmare?

PLOTINVS

Hoc aūt quod nō ꝓprie subsistit uel existit: quid nā esse dicendū? Sed pro fecto incerta mēte silentes hinc decet abire: nec quicq̄ ulterius indagare. Quid enim quispiā indagauerit? cum nihil pateat ulterius quo ꝓcedat. Quippe cum ois quęstio se cōferat ad principiū: & in tali quodā deniq; cōquie scat. Accedit ad hęc/ ꝙ ois quæstio uel quid aliquid sit inquirit: uel quale: uel ꝓp quid: uel utrum sit nec ne. Esse quidē rerū principiū omnium/ sicut dicimus illud esse/ ꝓ ea quæ sunt ab illo cōiectare solemus. Quæstio uero pp qd desiderās prin cipium aliud expetit. Sed uniuersi pricipii nullum potest esse pricipium. Pręterea quærere quale sit illud: nihil aliud est/ q̄ inqrere quid accidat ei/ cui nihil pęnitus accidit. Ipsum uero quid est declarat magis hoc ipsum ꝙ nihil de illo quærere de beamus. ipsum uidelicet solūmō possimus accipientes: atq; ī eo ꝙ nihil ei fas sit adiungere cognoscentes. Oio aūt dubitationis huius scrupulum de hac ipsa na tura in aīum iniecisse uidemur: siquidē iniecerimus: ꝓpea ꝙ primo quidē regionē locūq; ponamus quasi chaos: deinde posita regione hanc naturā introducamus in locū iam uel imaginatione cōfictū: uel ī natura comptum. Cū uero illud ī eius modi locum ītroduxerimus/ nimirū adducimur scīscitari: unde nam & qua cōdi tione ꝓtinus huc accesserit. Et tanq̄ aduenā iudicantes inquirere qua rōne sit prę sens/ quę ue & qualis sit eius essētia. Quasi uel ex ꝓfundo quodā huc emerserit: uel ab excelso descēderit. Quāobrem opępretium est sublata dubitationis occa sione/ oēm prorsus locum ab intuitu ī Deum directo lōge secernere: nec ī aliquo ipsum ponere: siue semꝑ in eo sit fundatus: siue aliquādo uenerit. Sed existētem

ſolum ſicut dicitur ex neceſſitate rõnum exiſtere fas eſt cogitare. Locum uero ſi cut & alia poſteriorẽ eſſe/ oĩumq; poſtremum. Hoc ipſũ igĩt uigẽs mirabiliter ex tra locũ: intelligẽtes utcũq; ĩtelligamus nihil pẽnitus circa ipſum ultra poſſumus admouere: quaſi aliquid circũdemus: neq; q̃tus ſit metiri ualemus: neq; ipſũ q̃tũ ei cõtingere concedemus: neq; rurſus quale ſit effingemus. Neq;.n. forma eſt cir ca ipſum ulla/ nedum ſenſibilis/ ſed nec etiam intelligibilis aliqua. Pr̃terea nec ei quod ullo modo ad aliud referri dicaĩ/ licet accõmodare. Nã & ĩ ſeipſo cõſiſtit: & anteq̃ aliud quicq̃ exiſteret/ extitit. Cum igĩt ita ſit/ quonã mõ poſſumus illic dicere ita id cõtigiſſe/ uel qũo audebimus id p̃ferre/ quãdoquidẽ & alia oĩa quæ de hoc dicunt̃/ negatione dicantur/ Adeo ut nõ uerum quidẽ ſit de illo dicere/ ita contigit. Sed cõtra nõ ita cõtigit: multoq; uerius. Quãdo nec ſimpliciter quidem contigiſſe dicendum.

MARSILIVS.

Sũmus Deus rectius dicĩ ſua ptenatura libertas/ q̃ nature ſuę dominus Cap. XII.

An. On. n. actio penes eum ullo mõ diſtinguĩ a natura: ideo nõ debet dici ĩ agendo naturę ſuę dominus: Sed eſt uel ſimpliciſſimus actus/ p quem li bertas potius apellaĩ: uel pr̃cipium finiſq; actuũ actionũq; oĩum. Vnde libertas iterum ĩ ſe nominaĩ. Dominus uero nõ tam ſui q̃ aliorũ. Eſſentia prima p actionẽ ſuam quodãmõ ab ipſa diſtinctam/ ſuę exiſtẽtiæ domina dici poteſt. Aia uero cũ non ſit eſſẽtia ipſa ſimpliciter: ſed eẽntia quædã: nequaq̃ dicẽda eſt eſſen tiæ ſuę domina: q̃uis quodãmõ domina ſui. Forma poſtremo corporea tãquam exp̃s eſſentiæ liberũ ſui dominatũ nullũ habet. Contra uero Deus p quẽ ſupiora ſunt libera/ dominanq̃ ſequẽtibus/ libertas eſt ſimul & dominatio ſũma.

PLOTINVS

Quid ergo dicemus/ nõne hoc ipſũ quod eſt exiſtit/ Ipſius aũt eſſe quod eſt/ uel ipſius quod ſit ipſo eſſe ſup̃ius/ nunquid ipſemet Deus eſt domi nus/ Rurſus aĩus nõdum p̃ſuaſus ex dictis: reſtat ambiguus/ Ad hęc igi tur impręſentia nobis eſt ita dicendum. Vnuſquiſq; noſtrũ ſecũdum corpus q̃dẽ ẽ ab eẽntia lõge remotus: ſecũdũ uero aĩam/ & quod maxime ipſi ſumus/ eẽntiæ participes ſumus: & p̃fecto ſumus eſſẽtia quædã. Id aũt eſt uelut quiddã ex diffe rentia ſimul eẽntiaq; compoſitũ. Itaq; nec eſſentia pręcipue nec ipſa eſſentia. Quã obrem neq; ſumus noſtræ eſſẽtię domini. Aliud nãq; quodãmõ eſſentia eſt: aliud nos exiſtimus. Nec nos quidẽ ſumus eſſentiæ noſtræ domini: Sed ipſa eſſẽtia po tius eſt domina noſtrum. Siquidẽ hęc ipſa & differentiã adhibet. Sed quoniã nos quodãmõ ſumus & illud quod dominaĩ nobis/ hac utiq; cõditiõe nihilominus & hic domini noſtrũ poſſumus apellari. Quod aũt oĩo eſt/ id quod eſt ipſa eſſen tia: neq; aliud quidẽ ipſũ/ aliud aũt eius eſſentia ẽ: certe hoc ipſũ quod exiſtit/ eſt dominãs: nec amplius referr̃ in aliud qua uidelicet rõne eſt/ & qua exiſtit eſſẽtia. Et.n. rurſus dimiſſum eſt ſui ipſius dominũ eſſe. Siquidẽ quod ibi primũ eſt redi gitur in eẽntiam. Iam uero quod liberam facit eſſentiã: utpote cuius natura ſit res facere liberas: riteq; liberator cognominaĩ/ cuinã ſeruiet/ Si mõ fas eſt id etiã quo quo mõ pronũtiare. Hoc ãt ſui ipſius eſſentia liberũ iudicaĩ. Sed & hæc ab ipſo li bera eſt arq; poſterior. Ipſũ uero nõ habet eẽntiã. Siqua igĩt in eo actio eſt/ ipſũq; ponimus ĩ actione/ nõ tamen ob hoc erit alterũ a ſeipſo: neq; minus ſui ipſius do minus/ a quo ędĩtur actio. Quoniam nõ eſt alterũ quiddã ibi actio: alterum uero

ipſum. Si autē oīo actionem in eo eſſe nō cōcedamus: ſed alia circa ipſū opantia retinere ſubſtātiam/multo minus ibi uel dominū uel dominatorē eſſe fatebimur. Sed neq; etiam ſui ipſius dominū eſſe dicemus. Nō quoniā Deo quicq̄ aliud dominet. Sed quoniā ſui ipſius eſſe dominū/eſſētiæ iam attribuimus. Sūmum uero Deū in gradu quodā excellētiore locauimus: q̄ quod ſibimet dominetur. Quid nam igit̄ eſt excelſius eo/qui ſui ipſius ſit dominus? Profecto quoniā in ipſo qui primo ſui ipſius dominus apellat̄/eſſentia & actio duo quędā quodāmō ſunt: nimirum ex actione ipſam domini præſtitit rōnem. Hæc āt idē atq; eēntia eſt: ppea & ſeorſum factū eſt/ut dominus eſſet: ſuiq; ipſius dominus id eſt apellatum. Vbi aūt non duo quidē ſūt/ut unū: Sed eſt pęnitus unū: aut.n. ſolū actus eſt: aut oīo non eſt ibi actus/illic nec etiā recte dicit̄/dominum ſui ipſius exiſtere.

MARSILIVS

Quocūq; mō eſſentia uoluntas actio ī Deo nominari poſſint/pęnitus idem ſunt. Si ergo ſicut naturaliter eius eſſentia fert: ita deus uult & agit/uiciſſim quoq; quē admodū uult & agit/ſic eius natura ſe habet. Eſt igit̄ neq; fortuna neq; fato: ſed propria uolūtate quod eſt.

Cap. XIII.

Etenus unūquodq; ſeipſum uult/ſuiq; iuris exiſtit: quatenus eſt cum bono. Ipſum ergo bonū pęnitus ut uult/exiſtit & liberū. Acſi detur optio cōmutandi/nunq̄ aliud q̄ quod eſt ſe eſſe/ſit uoliturū. Præterea cū uolū tates oīum in bonum cōfluāt/& uniant̄ in eo: certe in ipſo bono eadē eſt cū bonitate uoluntas: quæ nec aliud uult eſſe q̄ ſeipſam. Iam uero maximopę ſibi quod eſt placet: ſiquidē ſola participatione boni res habēt/ut ſibi met ipſę placeāt. Poſt hęc Plotinus ait ſi uelle/& eſſe idem eſt penes bonū: ſequit̄/ ſicut eſt ipſū in ſe naturaliter/ita uelle: atq; uiciſſim ut uult: ſic ipſum naturaliter & exiſtere. Excogitat interim chriſtianorum more/Deū per uolūtatis actū aliquā in ſe producere (ut ita dixerim) ſubſiſtentiam. Alibi quoq; dixit/ Deū per intelligentiā in ſe neſcio quā ſubſiſtentiā genuiſſe. Deniq; ſicut uolūtatis actū excellētiorem uolūtate concedit ipſi bono: ſimiliter actū ītelligētię intelligētia excelſiorē ē ꝑculdubio cōceſſurus.

PLOTINVS

Caeterum ſi hæc quoq; nomina & ſi nō recte/tamē utcūq; ītroducere cogimur: rurſus circa id quod a principio quæritur dicendū uidet̄/partim quidem recte fuiſſe dictū: uidelicet nō eſſe ponēda duo quædā in ſūmo: etiā ſi tantū differant rōne: partim uero impræſentia perſuaſionis gratia liberius uidetur eſſe loquendum. Et a ſeuera intelligētię norma ī loquēdo aliquātulū declinandum. Si ergo ſūmo Deo actiones attribuamus: actiones aūt eius tanq̄ uoluntati ſuę accōmodemus. Non.n. opatur nolens: actiones uero ſūt ipſa uelut eius eſſentia: nimirū uoluntas eius eēntiaq; idē pęnitus erit. Quod ſi ita/ergo ut uoluit ita ꝑſus exiſtit. Ideoq; nō magis ut ſua fert natura/ita uult & agit/q̄ ut uult agitq;/ſic eſſentia eius exiſtit. Oīo igit̄ ſui ipſius eſt dominus: ſuū uidelicet eſſe proprio arbitrio poſſidens. Præterea ita cōſidera: Eorū quę ſunt unūquodq; bonum appetens/mauult illud/q̄ quod eſt eſſe. Maximeq; tūc eſſe ſe putat/ quando particeps euadit boni. Et in tali quodam ſuum eligit eſſe: eoq; magis ſuum eſſe probat: quo magis habet a bono. Quaſi ipſa boni natura multo prius ſibimet ſit potiſſimum eligenda. Siquidem quo maior electiorq; portio boni alteri attribuitur/eo magis eius eſſentia eligēda eſt libenter & expetēda: uoluntatiq; aſſiſtens: unūq; & idem

uoluntati exiſtẽs: neq; p ipſam uoluntatẽ ipſa ſubſiſtens. Proinde quouſq; unũ quodq; nõ hẽt bonũ/aliud quiddã uult. Quãdo aũt habet/hac ſtatim cõditione iam uult ſeipſum. Neq; ſecũdum fortunã eiuſmõi pręſentia fit. Neq; extra uoluntatem ipſius eſſẽtia eſt. Atq; hoc ipſo etiam determinaẽ: eoq; ſui ipſius exiſtit. Si igiẽ hoc ipſo/quodlibet ſe efficit ipſum aliqd/cõſtat plane/illud ſeipſo ẽe primo tale: Quo & alia ut ſeipſis ſint nanciſcunẽ. Simulq; cũ ipſa uelut illius eſſentia copulari pęnitus uolũtatem/tanq̃ exiſtẽdi tale: neq; licere illud accipe abſq; uolẽdi actu ſibimet hoc ipſum quod eſt approbante. Itaq; concurrit Deus ipſe ſecũ: uolens ipſe exiſtere: idq; exiſtẽs quod & uult: uolũtasq; & ipſe unũ eſt: atq; ex hoc nõ minus eſt unũ. Quoniam nõ aliud quidem eſt ipſe: quod uidelicet contigit/ aliud aũt/quod eſſe uoluiſſet exiſtere. Quid enĩ uoluerit aliud pręter hoc/quod nũc exiſtit. Et.n.ſi fingamus ĩ eius optionẽ adduci/ut quodcunq; uelit/efficiaẽ: eiq; licere naturã ſuam ĩ aliud cõmutare: cõſtat ſane hũc nolle ſe aliud eſſe/uel extitiſſe. Neq; quicquã ĩ ſe incuſare/quaſi cogẽte neceſſitate id ipſũ quod eſt euaſerit: ppea q id ꝓprie ipſe ſit: quod ipſemet & uoluit ſemp/& uult. Eſt enĩ reuera ipſa boni natura ipſiusmet uolũtas: nõ adeo quidẽ ut portio quædam illi fuerit aſſignata/uel propriã quandã ſecutus naturã: ſed ipſe potius uoluerit ſemetipſũ. Quoniã nec erat aliud/ad quod potius traherẽ. Accedit ad hęc/q aliorũ nullũ in eſſẽtia ſua rõnem ſibi placẽdi comprehẽdit. Nõ nihil etiã eſſe põt/quod ſeipſũ offẽdat/ſibiq; diſpliceat. At ĩ ipſa boni ſubſtãtia neceſſariũ eſt electionẽ ſui ipſius & uolũtatẽ ꝓculdubio cõtineri. Alioquin nihil uſquã id aſſequeẽ/ut quãdoq; ualeat ſibi ipſi placere: Quę quidẽ uel ꝓticipatione quadã uel ſaltem imagine boni ſibi ipſis placere ſolẽt. Decet ãt ueniã pręſtare nominibus: ſiquis de illo loquẽs/ nominibus quibuſdã minus accõmodatis uti demonſtrãdi gratia cõpellaẽ. Quę tamen exactior diſputandi regula nõ admitteret. Saltem uero ĩ noĩe quolibet minus cõgruo dictiones eiuſmodi/quaſi/& uelut/& tãquã/ſingulatim accipiantur. Si igiẽ bonũ ipſum exiſtit: ſimulq; cũ eo exiſtit electio atq; uolũtas: abſq; enĩ his nõ ent/oportet aũt hoc multa nõ eſſe/nimirũ uoluntatẽ & eſſẽtiam atq; uelle redigere prorſus debemus in unũ. Cum uero ipſum uelle ſit ab illo/neceſſariũ eſt ab illo quoq; ipſum eſſe ſibimet adeſſe. Quapp & ipſũ effeciſſe ſeipſum ratio hęc inuenit. Si enĩ uolũtas eſt a ſeipſo/ac uelut ipſius opus: hæc aũt idem atq; eius ſubſtantia eſt/ꝓfecto ſic ipſe ſe ĩ actũ edidit exiſtendi. Quãobrem nõ illud eſt quod eſſe cõtigerit: ſed potius quod ipſe uoluerit.

MARSILIVS.

## Confirmatio ſuperiorum Cap. XIIII.

SIngula ĩ corporibus indiuidua poſſunt quidem cõtingenter ĩ exitum proceſſiſſe. In quibus præter ſpẽalem neceſſariãq; eſſẽtiã eſt aliqd aduentitiũ. Anima uero ĩtellectualis & idea quęlibet ubi totũ eſt ad eſſẽtiam/ac ſpẽm neceſſariũ/hoc ipſum quod exiſtit/ex intima ſui natura ꝓdit/nõ fortuito quidẽ/ ſed neceſſario. Cum uero hæc tanquã pricipio ꝓxima id bonũ cõſequanẽ ab eo: ipſum ĩprimis id munus hẽt extra fortunã. Præterea ĩ omni idea itemq; ſubſtantia uel forma ad ideam examuſſim expreſſa: hæc duo inuicẽ cõiungunẽ. s. quid & propter quid exiſtat. Quapropter ſi diligenter inſpexeris in ipſa diſpoſitione naturæ ex partibus ſuis conſtante ratiõem/cauſamq; partium totiusq; inuenies. Tantum uero munus a principio rerum habent: idem eminentius in ſe habente.

Alieniſſima uero illinc eſt fortuna / ubi exiſtendi ratio cauſaq; intrinſecus con tinetur.

## PLOTINVS.

PRoinde cõſiderare idem hac etiam rõne nos decet. Vnũquodq; eorũ quę eſſe dicũtur/aut idem eſt/quod & ipſũ eius eſſe: aut potius aliud. Quem admodũ alius eſt hic homo: aliud ipſum eſſe homini: Particeps tamẽ eſt hic hõ eius quod eſt ipſũ eſſe homini. Anima uero & eſſe aię/idem eſt: ſi eſt aĩa ſimplex: nec de alio prędicaꝫ. Item idealis ipſe hõ idem eſt atq; ipſũ eſſe homini. Et hoc quidẽ fortuna quadã hõ fieri põt: ubi aliud eſt ipſum ẽe homini. Quod aũt eſt ipſum homini eſſe/ſiue hoiem eſſe/nunquã id fieri fortuna cõtigit. Id eſt aũt a ſeipſo eſt ipſe hõ. Quãobrem ſi hoc ipſum quod dicꝫ eſſe homini uel eſſe hoiem/eſt id a ſeipſo: neq; ſecũdum fortunã hoc exiſtit: neq; ſic accidit eſſe/quo nã pacto illud quod ipſo hoie ſupius eſt/ ipſũq; generat hoiem idealem: gignit & illud quo entia oĩa cõtinenꝫ: ſecundũ fortunã eſſe põt? Prędertim cũ ſimplicior natura ſit eo quod eſt eſſe hoiem atq; eo quod eſt ens ipſum prorſus exiſtere? Si quidẽ ad ſimplex ordine procedẽti nõ licet ſecũ eodem ferre fortunã. Quocirca ad illud qđ ẽ oĩum ſimpliciſſimũ/aſcẽdere fortuna nõ põt. Prędterea ĩ memoriam reuocãdũ eſt/qđ & iã dictũ fuit: unũquodq; uidelicet eorũ quę reuera ſũt: & ab il la natura ĩ ſubſtãtiã ꝓuenerũt una cũ eius eſſẽtia habere etiã ſubſtãtiæ ſiue ſubſi ſtẽtię cãm: ac ſiqd ĩter illa quæ ſẽtiunꝫ/eſt tale: ꝓpea q; prędipue ab illis pẽdeat ẽe tale: Quo efficiꝫ/ut q aliqd poſtea cõtemplaꝫ/ aſſignare poſſit ꝑp qđ potiſſimũ ſingula quę inſunt/aut ſint/ aut ita ſe habeãt: uelut ꝑp quid oculus/& quam ob cãm pedes talibus dati ſint tales. Cãmq; probare ualeat partem quãlibet cõcrean tem/uniuſcuiusq; eſſe: ꝓtesq; ſe inuicem ĩ ipſa cauſę rõne iuuare. Cur nã pedes in lõgitudinem protendunꝫ. Quoniã uidelicet & hoc eſt tale: & quoniã talis eſt fa cies: ideoq; tales ſũt & pedes: atq; oĩo mutua oĩum cõſonantia inuicem cauſa ẽ. Item cur nã hoc eſt? Quoniã. s. hoc ipſum eſt eſſe homini: quaꝑp unũ idemq; eſt eſſe ſimul & cauſa. Hæc aũt ſic ex fõte unico ꝓfluxerũt/nullo rõnis ad hęc uten te diſcurſu: ſed ſimul totũ ipſum ꝑp quid/ipſumq; eſſe protinus exhibente. Eſt itaq; fons ipſius eſſe: ipſiusq; ꝑp quid ẽe dicaꝫ: ambo ſimul prębẽs. Qualia uero ſunt/quæ fiunt/tale eſt illud a quo ꝓueniunt: ſed potiori quadã ueriorq; admo dum rõne/atq; ad id quod melius eſt illa quæ fiunt ſupra modum exſuperante. Cum igiꝫ nullum eorũ quę ĩ ſe cauſas poſſidẽt/temere uel fortuito/uel ulla ſortis cõditione/ſic potius cõtingẽtis/ita ſe habeat/habeat aũt primũ illud quæ ex ipſo ſunt cuncta: pater rõnis & cauſæ & eſſẽtiæ/ ut ita dixerim cauſalis: quæ quidẽ oĩa a fortuna ſunt longe remota: erit profecto principium ac uelut exemplar eorum quęcunq; nullũ habẽt cum fortuna cõmertium: hoc ipſum uidelicet quod reuera primũq; nullã hẽt cũ fortuna caſuq; & ſorte cõmixtionẽ. Quippe cũ ſit ſui ipſius cã atq; a ſeipſo: & ꝑp ſe ſit hoc ipſũ qđ dicaꝫ ipſe. Eſt. n. primo ipſe: uel ſupuere / & ut ita dixerim/ſupenter ipſe.

## MARSILIVS.

### Confirmatio ſuperiorum Cap. XV.

SI unũquodq; eatenus ſibi eſt amabile/quatenus fit boni particeps ipſum certe bonũ/ſibimet potiſſimũ eſt amabile: Ibiq; amor & amatus eſt idem. Nõ eſt igitur aliud q̃ quod ſemꝑ eſſe ſe amat. Præterea tũc demum extra

cõtingentia positi sumus/experimurq; libertatem/quãdo ceteris oĩo posthabitis unico ipsius boni lumini intelligentiam superanti nos exponimus. Ipsum ergo bonũ libertas ipsa est extra fortunam. Deniq; cum ratio casui opposita sit: atq; a principio tota rõ uniuersi ꝓcesserit: Cõsequẽs est ipsum nõ solum extra casum: sed etiã sup rõnem id ipsum quod est existere.

PLOTINVS.

IDem præterea Deus & amabile est & amor: suiq; ipsius est amor: utpote qui nó aliter q̃ a seipso & i seipso pulcher existit. Atq; & hoc ipsum quod dicit̃ simul esse secum/nõ aliter habere põt q̃ si & quod simul inest/& qui cum est simul/unũ sit pẽnitus atq; idem. Si ergo & coexistẽs & illud cui coexistit est unum/atq; quod ibi est uelut appetens/similiter unũ est cum illo quod est appetendum: & quod illic appetibile dicit̃ uel appetẽdum/secũdum subst̃tiam & quasi subiectum cõsiderat̃: rursus hinc nobis apparuit/appetitum & essẽtiam esse idem. Quod si ita se hẽt/constat iterum/deum seipsum efficere: suiq; existere dominum: neq; sic esse factũ/ut aliud quicq̃ uoluerit: sed quemadmodũ ipse uult. Proinde ubi Deũ dicimus nec quicq̃ i se accipe/nec ab alio capi/hac quoq; rõne eum ab ea cõditione lõgius segregamus/ꝑ quã sorte quadam talis euasisse dicat̃ non solum ex eo q; agat/seu reddat se unicum (& ut ita dixerim) solitarium: purumq; cõseruet ab oĩbus: uerũ etiã quoniã siquãdo & nos i nobis naturã eiusmodi quandã inspiciamus: aliorum nihil habẽrem/quotcũq; nobis adhęrẽt: per quę nobis accidere solet quicquid cõtigerit perpeti: casuq; uiuere/libertatem prorsus expiemur. Alia eni quęcũq; nostra dicunt̃/seruiunt/fortunæq; exposita sunt/& quasi fortuito nobis accidũt. In hoc autẽ solo cõsistit sui ipsius dominũ liberũq; existere: ꝑ actum uidelicet quendã luminis boniformis & boni exsupantis mentem: actum inq̃ uim nõ aduentitiam i se habentem/quæ oẽm excedat itelligẽtiã. Huc ergo cum ascenderimus/solũq; id euaserimus/ceteris longe posthabitis: age quid nã de hoc statu dicemus? Profecto clamabimus nos ẽe tũc libertate omniq; arbitrio ualde supiores. Quisnam nos eo tempore fortunis exponet/uel temeritati faciet fortiq; obnoxios? Quippe cum ipsa uera uita tũc effecti simus. Aut in eo pẽnitus cõstituti: Quod sane nihil hẽt aliud! sed solũ ipsum prorsus existit. Cętera quidẽ si sola sint ab aliis segregata/ad suum esse sufficere nequeũt. Ipsum uero principium id ipsũ quod est existit pariter & si segregatũ. Subst̃tia sane prima nõ cõsistit i re nõ uiuente/neq; ẽt i uita rõnis expte. Hæc eni ad existẽdũ debilis est. Quippe cum rõnis disperssio sit & natura quædã indefinita. At quatenus in rõnem procedit/eatenus relinquit fortunã: quod eni rõne progredit̃/ nequaq̃ in fortuna uersat̃. Nobis uero altius procedẽtibus/principium ipsum nõ occurrit ut ratio: sed quiddam pulchrius rõne: tantũ abest/ut sorte cõtingat. Est eni radix quædã rõnis suapte natura: Atq; huc tandem oĩa desinũt. Est & tanquã ingentis cuiusdam arboris rõne uiuentis principium atq; fundamẽtum in seipso quidẽ permanens/tradẽs uero esse arbori ꝑ rõnem inde susceptam.

MARSILIVS.

Confirmatio superiorum Cap. XVI.

SI deus nec est i tempore/ nec est i loco/nõ põt hoc ipsum quod est/uel aliquando/uel alicubi cõtigisse. Est aũt Deus nõ tam sempꝫ sempiternitas ipsa: nec proprie ubiq; habitat/ sed ipse certe hoc ipsum est/quod a nobis

apellari ſolet ubiq;. Intellectus in Deo mirus intelligibili intellectu ſuperior tam efficaciter ī ſe agit/ut exiſtētiam generet ī ſeipſo. Similiter & uolūtas appetēte uoluntate ſupior exiſtentiam ī ſe uolēdo producit. Cum uero nihil ī Deo ſit præter ipſum: ſic certe ītelligendo ac uolēdo ī ſe ipſe emicat a ſeipſo: adeo ut neq; ſorte neq; aliunde ui illata: Sed pro ītelligētia uolūtateq; ſua id ipſū quod eſt/exiſtat. Sed hæc & quæ ſequunt̄/in theologia noſtra diligētius explicamus.

## PLOTINVS.

QVoniam uero fatemur/probabileq; uidet̄ Deum & ubiq; eſſe & nuſquā/ de hoc quoq; quale ſit/nobis diligēter cōſiderandum. Hinc rurſus quod quęrimus indagātibus: ſi enī nuſquam eſt/nuſquam certe cōtigit. Rurſus ſi eſt ubiq;/proculdubio quantus ipſe eſt/tantus eſt & ubiq;. Quapp hoc ipſum quod ubiq; & quod undiq; dicit̄/ipſemet exiſtit: neq; ipſum ubiq; eſt in eo/neq; uiciſſim: ſed ipſe potius ē hoc ipſū: cæterisq; largit̄ eſſe ppea q; ī eo quod ipſum ubiq; eſt/admittant̄. Hic aūt ſupremum obtinēs ordinem: īmo uero nō obtinēs/ ſed exiſtēs ipſe ſupremus ſubdita habet oīa: nō illis quidē ipſe cōtingēs: ſed ſibi cætera contingentia: īmo uero cætera circa ipſum. Nec ille quidem ad illa proſpicit: ſed ad ipſum cuncta ſuſpiciunt. Ille aūt intra ſe ęque p totum quaſi perfert̄: tanquā ſeipſum amans purā lucem: ipſe hoc ipſum quod amat exiſtēs: Ideſt aūt in ſubſiſtētiam ſe producēs. Siquidem actus eſt permanēs. Et quod ibi amabiliſſimum eſt/uelut ītellectus exiſtit. Intellectus āt ipſius eſt opificiū. Quapp opificiū ipſe eſt. Cū uero nō ſit opus alterius/ſequit̄ ut ſui ipſius ipſe ſit opus. Quāobrē nō ita eſt ut cōtigit: ſed potius ut ipſe agit. Pręterea ſi ex eo maxime eſt/quoniā quaſi ſibimet īnitut̄/& quaſi reſpicit ad ſeipſum/ipſumq; uelut eſſe ſibi eſt reſpicere ad ſeipſum/ nimirū quaſi efficit ſemetipſum. Nō igit̄ eſt ut cōtigit/ſed ut ipſe uult. Neq; uolūtas ibi temeraria eſt & uana: neq; ſic accidit. Cum enim optimi ſit uolūtas/nō eſt inanis atq; fortuita. Quod aūt eiuſmōi nutus erga ſeipſū quaſi quędā eius actio & quies ī ſemetipſo efficiat ut hoc ipſum quod eſt exiſtat/teſtatur muneris huius oppoſitum: ſi cōcedat̄. Nempe ſi proſpiciat/annuatq; extra ſe ipſum/ protinus quod eſt amittit. Eſſe igit̄ hoc ipſū quod exiſtit/eſt actio ad ſe ipſum. Hoc āt atq; ipſe eſt unum. Ille igit̄ ſibimet exhibet ſubſiſtētiam/una cum ipſo eius actione collata. Si ergo facta nō eſt eius actio: ſed ſemp extitit quaſi uigilantia quædam: nec aliud ibi uigilās eſt/aliud uigilantia: quæ quidē ſupintelligentia quædam eſt ſemper uigēs/profecto ſic eſt/ſicut & uigilauit. Vigilātia uero ſup eſſētiam ītellectumq; & uitā ſapientem extat. Id aūt ipſe eſt. Ille igit̄ actus eſt ſup ītellectum & ſapientiā atq; uitam: ex eo aūt hæc ſunt: nec ab alio quopiā. Ab illo igit̄ & ex illo ſuum eſſe ꝓducit̄. Nō ergo ſicut cōtigit/ſed ut ipſe uoluit/ ſic prorſus exiſtit.

## MARSILIVS.

### Confirmatio ſuperiorum Cap. XVII.

INhoīe quidem aliud ē natura/p quam generat ſimilē: aliud ars & prouidentia/p quam artificioſa facit. At ī opifice mūdi uita eadem eſt ītelligentia ſimul atq; natura. Cum igit̄ ꝓuida & artificioſa diſpoſitio mūdi illinc proueniat ītellectuali pariter naturaliq; rōne/ neceſſe eſt hāc ibi quaſi formā eius exiſtere naturalē. Si igit̄ eiuſmodi mūdi forma multo magis & illius procul eſt a caſu. Remotiſſimū deniq; a fortuna eſt illius formæ prīcipium: quod pro natura

& uolũtate ſua ſegregauit filium a fortuna. Deniq; ſi principiũ aſpiciat aliorſum ſe perdet. Dum ergo ſe tãtũ reſpicit/ſeipſũ quaſi cõſeruat/atq; agit. Igit̃ ex ſeipſo id quod eſt exiſtit. Nõ cõtingit ex fortuna.

PLOTINVS.

Præterea idem hac rõne probamus/ſingula ĩ mũdo poſita/totumq; mũdũ ſic ſe habere aſſerimus: Quẽadmodũ ſe habuiſſet ſi auctor ſuus quaſi de liberando ſic elegiſſet. Ac ſi p̃cedẽte cõſilio & argumẽtatione quadã id præuidente/ſecũdum prouidẽtiam mũdus ſic eſſet effectus. Cum uero ſic ſemp oĩa & ſint/& fiant: ita profecto & ſemp ĩ his quæ ſimul exiſtũt: cõſtat eſſe inſitas rõnes/in quodã quaſi mentis habitu tranquilliore admodũ atq; certiore firmiter permanẽtes. Quapp ſup prouidẽtiam illa ſunt ſupq; electionẽ atq; propoſitum. Omniaq; ſemp itellectuali cõditione firma perſeuerãt/quæcũq; ĩ ipſo ente conſiſtunt. Siq; igit̃ diſpoſitiõem eiuſmõi nominet prouidẽtiam/ſic id accipiat: eſſe uidelicet ſup id uniuerſum itellectum firmiter permanẽtem. A quo & ſecundum quem totum id cõſtituit̃. Si igit̃ itellectus eſt ante oĩa: p̃cipiumq; eſt itellectus eiuſmodi: nunq̃ ut ſorte cõtigit/ita ſe habet: Præcipue cum multiplex qdem ſit: ſed ſecũ ipſe cõſpirans: ac uelut conflatus ĩ unum. Quod enĩ multiplex multitudoq; ordinata ſimul exiſtit: & ĩ quo rõnes oẽs p totũ comprehendunt̃ ĩ unũ/nullo modo utcũq; cõtigit/uel ſorte euenit ſe habere putãdum: Sed a natura eiuſmodi pcul abeſt fortunę temeritas/ipſaq; fortuna ĩ quadã rõnis orbitate ſe uerſans/rõni prorſus opponit̃. Si aũt quod ante tale quiddã exiſtit/ipſum oĩum eſt principium/certe proximũ eſt huic ita ut dictum eſt affecto. Idq; ita diſpoſitũ/ſecundum illud diſpoſitũ eſt/eiusq; pticipat: taleq; exiſtit/quale uult illud/illiusq; poteſtas. Ille igit̃ Deus eſt indiſtans. Vna qdem oĩa rõ: numerus unus. Vnus autẽ maior genito atq; potẽtior: nihil illo maius/nihil ẽ melius. Itaq; nec eſſe/nec eſſe tale qualiſcũq; dicat̃/ab alio accipit. Ipſe igit̃ ſeipſo id quod eſt exiſtit/ad ſeipſũ & pęnitus ĩ ſeipſum: Vt neq; etiã hac conditione aſpiciat extra/uel ad aliud utq̃: ſed totus potius ad ſeipſum.

MARSILIVS.

Confirmatio ſuperiorum Cap. XVIII.

Nihil extra Deũ licet fingere. Nam Deus excogitat̃ tanq̃ ſupeſſentialis poteſtatis: imo actus imenſitas/tum comprehendens ſuperficies oĩum: tum ſe tota penetrans profunda rerum. Intellectus primus ad Deum compat̃ tanquã circulus inferior ad centrum ſuperioris circuli ſeſe applicãs/& naturaliter inde dependẽs. Rurſum quemadmodũ lumẽ radiis q̃plurimis foras effuſum ad ſimplicem & intimã Solis lucẽ. Cum igit̃ itellectus ſit imago quædã naturalis primi Dei/ſitq; totus pęnitus tota rõ: cõſtat primũ illud tum natura tum uoluntate rõnis uniuerſæ patrem/fortuitum ĩ ſe nihil admittere. Deniq; cum tota rõ decentis expedientis oportuni tanquã bona cõtineat̃ ĩ ipſo bono/merito bonũ ipſum eſt ipſum decus & oportunũ. Nõ igit̃ utcũq; contigit: ſed ut p ſuum naturale decus decet/naturaliter & exiſtit.

PLOTINVS.

Quo ergo dum quęris/ nihil extra Deum quęrito. Sed intra Deum oĩa quæ ſunt poſt Deũ. Ipſum uero dimitte. Quod.n. extra eſt/ipſe Deus exiſtit: cõprehenſio oĩum & menſura: aut intimũ uniuerſi profundũ. Quod aũt

extra Deum occurrit uelut circulo tangẽs illũ/totumq; inde ſuſpenſum/rõ & intel lectus exiſtit. Immo uero eatenus intellectus euadit/quatenus attingit illũ: & qua rõne attingit: & qua inde dependet: utpote qui hoc ipſũ qp ſit intellectus habet ab illa. Age cõſidera circulum cẽtrum undiq; attingẽtem. Ideoq; a cẽtro uim habere: & quaſi cẽtralem & (ut ita dixerim) cẽtriformem. Vbi lineæ circuli ad centrum uni cum confluentes/terminum ſuum centro proximum talem reddunt/quale eſt & il lud/ad quod ꝓferuntur: & a quo quodãmodo pululãt. Quod quidẽ præſtãtius eſt/q̃ cõditio linearum atq; terminorũ: qui ſane ſigna ſunt linearũ. Atqui hęc ſunt quodãmodo quale & illud obſcura tamẽ atq; debilia/eiuſq; quaſi ueſtigia: quod quidẽ & ipſa & lineas ſua poteſtate cõtinet atq; parit. Quæ ſane lineæ illud ubiq; habent. Ac per lineas quale ſit ipſum apparet ubiq;/& quaſi euolutũ & iterum nõ euolutum. Simili quadam rõne ĩtellectũ ipſumq; ens cõtemplare/genitum ex illo/ ac uelut effuſũ & explicatum: atq; ex ipſius intellectuali natura ſuſpẽſum. Ideoq; intellectum eiuſmõi teſtari cogita uelut intellectum ĩ uno uigentẽ. Qui tamen nõ ſit intellectus. Eſt enim pẽnitus unum. Quẽadmodum neq; ĩ circulo centrũ uel li nea ulla uel circũferentia eſt: circũferentię uero linearumq; pater/dum ſui ueſtigia præbet/poteſtateq; ꝑmanente lineas circũferentiamq; producit. Quę quidẽ haud oĩo inde ſunt ſegregata: ualidiſſimo quodã uigore illinc effecta. Sic itaq; ſũmum cogita Deum/eſſe uelut exẽplar primũ/intellectualis potẽtiæ circũcurrentis/ipſius tanq̃ imaginis: Deum inq̃ uelut ĩtellectum ĩ uno uigentẽ: cuius uigor quaſi mul tis modis moueatur atq; per multa: & ita illic intellectus euadat/ dum tamẽ Deus ſuper mentem extat/ex ſuaq; potẽtia generat intellectũ. Quę nam igiť contingen tia? Quis caſus? Quis euentus fortuitus apud poteſtatem tantam atq; talem men tis procreatricem uereq; effectricem accidere poteſt? Quale eni eſt id quod eſt in mente/ tale ferme cogitatur quod eſt in uno/q̃uis ſit lõge præſtantius. Perinde ac ſi lumen longe diffuſũ ex uno quodã in ſe manente pęnit⁹ ꝑſpicuo ꝑdeat. Vbi ꝑfecto quod ẽ diffuſum alterius eſt imago. Illud aũt unde hoc emicat/ lumen eſt proculdubio uerum. Non tamen imago diffuſa aliena eſt & difformis/ipſe. s. ĩtel lectus. Qui ſane nullam admittit fortunam: ſed quicquid ſingulatim eſt in eo/rõ quædam in ſe eſt & cauſa. Deus autem eſt cauſa cauſæ. Potiori itaq; gradu cauſa Deus exiſtit: utpote ſũmope cauſa: cauſa inq̃ rõne admodum uenore/omnes ĩtel lectuales cauſas/pululaturas inde/ſimul in ſe complectens/opuſq; ſuum generans non utcunq; contigit: ſed ut ipſe uoluit. Voluntas autem nõ erat rõnis exps: neq; temere fruſtraq; ferebatur: neq; ut ſorte protinus ĩcidebat: ſed potius ut decebat. Quippe cum nihil ibi temerarium ſit & uanum. Hinc Plato ipſum apellauit decẽs atque oportunum optans utcunq; poſſet ſignificare Deum eſſe a ſorte fortuita re motiſſimum: ſed hoc ipſum quod eſt ipſum eſſe decens. Si autẽ ipſum decẽs/hoc exiſtit: certe non abſque ratione hoc exiſtit. Ac ſi eſt oportunitas ipſa/ cuius pro prietas in ſequentibus maxime dominatur/nimirum multo prius ſibi ipſi oportu nitas adeſt. Itaq; non quale accidit/hoc exiſtit. Sed hoc eſt potius/quod tanq̃ ipſe uoluerit: ſiquidem decentia uelit. Vnumq; ibi eſt ipſum decens uel oportunum actioq; decentis. Eſtq; decens non uelut ſubiectum: ſed tanquam actio prima/hoc proprie ſeipſam in lucem edens/quod & decuit. Danda eſt nominibus noſtris ue nia. Nam ita de Deo nos oportet loqui: poſtquam loqui de illo non ualemus ad uotum.

MARSILIVS

Cap.XIX.

¶ Confirmatio ſuperiorum

APrimo rerum principio multa id munus habẽt/ut in ſeipſis conſiſtãt: multa etiã ut quaſi ex ſeipſis exiſtant. Illud igit̃ ſi mõ dicendum eſt exiſtere/ ſũmope eſt exiſtẽtiæ ſuæ dominus/ omni apud ĩtellectum cogitabili exiſtentia longe ſuperior.

PLOTINVS

EX ſupioribus igitur aliquis ad ſũmum rerum principiũ prouocatus/illud ipſum accipiat. Atq; ita & ipſe ꝓſpiciet: q̃uis non quantũ uelit exprimere ualeat. Videns aũt illud in ſe omni ſermone dimiſſo/affirmabit illud a ſe ipſo/id exiſtens: adeo ut ſi haberet eẽntiã/ſua ſibi ſeruiret eſſentia: ac uelut emanaret ab ipſo: Qui ergo id fuerit cõtemplatus/ non audebit amplius dicere: utcunq; contigit eſſe: nec omnino proferre ualebit. Nam ſi pronũtiare id auſus fuerit: ſtupore repẽte corripietur. Quinetiam hucuſq; ſublatus/ nec poterit ubi illud ſit aſſignare. Quippe cũ illud ubiq; corã animæ oculis pariter ſe demonſtret. Et quacũq; animus defigat intuitum/ inſpiciat illud. Niſi forte Deo dimiſſo/ aĩus retro reſpiciat: nihil uidelicet de illo amplius cogitans: Forſan uero opẽpretium eſt priſcorũ illud myſterium uerbis obſcurioribus inuolutũ: Deum. s. eſſe ſuper eſſentiam: hac quoq; rõne cõſiderare. Non ſolũ quoniam gignit eſſentiam: uerum etiã quia/nec eſſẽtiæ nec ſibi ipſi ſeruit: neq; principiũ eius eſt eſſẽtia ſua. Sed ille potius pricipiũ eſt eſſẽtiæ: nec eam quidem ſibi ipſi fecit: ſed hãc a ſe factam dimiſit extra ſeipſũ: utpote qui ipſo eſſe non egeat. Qui ſane ipſũ effecit. Neq; igit̃ ſecundum quod eſt/facit hoc ipſum quod eſt appellatur.

MARSILIVS

Cap.XX.

¶ Confirmatio ſuperiorum

CVm omnis eſſẽtia ad actum ꝓpriũ tanq̃ ad melius & ſuperius aliquid annitat̃/ excogitare decet pricipiũ tanq̃ actũ eſſẽtia lõge ſupioré. Eſt igit̃ omnis eſſentię dominus. Necnon ſi ipſe dici poſſit & eſſe: certe qua rõne actus eſt/exiſtere ſe declarat. Actus inq̃ non ĩ eſſentia: ſed ſuperior. Ergo nõ eſſentię/uel naturæ ſeruus/itaq; liber. Et quatenus non aliunde ſeruatus: ipſe ſe ſeruat/ dicitur & generare ſeipſum/generatione uidelicet ſempiterna. Deniq; ubi agere & quomõcunq; exiſtere idem eſt/actus aũt ſolet tanq̃ præſtantius cogitari/illic certe actus conſiderari poteſt exiſtentiã ſuam quaſi comitem ſecum ferre.

PLOTINVS.

QVid ergo dicet aliquis: nõne ita ſequetur: Deum priusq̃ fieret extitiſſe? Si enim ſe facit/ certe qua ratione ſeipſum/ ibi dicitur nondum exiſtit: qua uero dicitur facere/iam exiſtit ante ſeipſum. Quippe cum ipſe ſit quod fieri dicitur. Huic autem obiectioni reſpondendum eſt/ omnino Deum non eſſe tanq̃ factum: ſed tanquam facientem exiſtimandum: effectionem eius abſolutam aſſeuerando. Neque talem/ut aliud quiddam ex actione illius efficiatur. Sed actio eius non peragat ultra ſe quicquam: ſed totum hoc ſimpliciter extet. Non enim duo quædam ibi ſunt/ſed pẽnitus unum. Neque uerendum eſt actionem primam abſq; eſſentia ponere. Sed hocipſum uelut ſubſtãtiam affirmare debemus. Si quis autem ſubſtantiam poſuerit actione carentem/ certe principium ipſum deficiens erit/imperfectumq; euadet: Quod tamen eſt omnium perfectiſſimum. Ac ſiquis

ſubſtãtię adiunxerit actionem/ unitatem ſimplicem non ſeruabit. Quamobrem ſi actus eſt perfectior q̃ eſſentia: primum uero ꝓfectiſſimum eſt: ipſum certe primum eſt actus. Agens itaq; Deus iam eſt hoc ipſum. Neq; licet dicere prius q̃ fieret extitiſſe: quãdoquidem nõ erat anteq̃ fieret. Sed iam totus erat agẽdo. Profecto actus eſt eẽntię minime ſeruiens. Qui ſane actus pure ꝓrſus ẽ liber. Atq; ſic a ſeipſo ipſe Deus exiſtit. Iam uero ſi i ſuo Deus eſſe ſeruareť ab alio/nõ ipſe primus ex ſeipſo prorſus exiſteret. Sin autẽ ipſe ſe recte dicitur cõtinere/nimirum & ipſemet ſe ꝓducere iudĩcandus. Siquidẽ quod ſecundũ naturam continet aliquid/idem & ab initio fecit. Si igitur fuiſſet tempus/ex quo eſſe cępit/merito hoc ipſũ quod ſe feciſſe dictum eſt rõne admodũ ꝓpria eſſet dictum. Cum uero ante ipſã quoq; æternitatem/hoc ipſum quod eſt Deus extiterit: quod dicitur ſe feciſſe/ſic pręcipue cogitetur. s. ęque concurrere/tum effeciſſe/tum ipſum. Ibi nãq; ipſum eſſe una cũ effectione/ac uelut ſempiterna quadam generatione prorſus eſt unum. Similiter quod in Deo ſui ipſius princeps nũcupari ſolet/ſi ibi duo quædam ſunt/proprie admodũ eſt aſſumptum. Sin uero unum/proculdubio princeps ibi ſolum eſt. Nõ enim ſibi ſubditum illic habet. Sed quo nam pacto dicitur ſui princeps & dominus/cũ non ibi ſit/ad quod dominatio referať. Forſan uero dominator ibi cenſetur/ q̃tum ſuperne cõſideratur. Quoniam uidelicet nihil ſupius exter. Si autẽ nihil eſt ſupius/hoc eſt proculdubio primum: primum inq̃ non ordine quodam: ſed auctoritate propria/ac pure libera poteſtate. Si autem pure/ non licet illic accipere quicq̃ minime liberum. Totum igitur libere prorſus & libẽter eſt in ſeipſo. Quid nam igitur eſt ipſius/quod non ſit ipſe? Quid nam eſt ibi/quod non agat ipſe? Quid deniq; illic occurrit/quod non ipſius ſit opus? Si quod enim ĩ eo foret non opus eiuſdẽ/haud quaq̃ pure uel eſſet liber/uel omnia potens. Illius nãq; non foret dominus/nec oĩa potẽs/nimirũ non poſſet illud/ad quod agẽdum dominus ipſe non eſſet.

MARSILIVS

Confirmatio ſuperiorum Cap. XXI.

PRincipium eſt optima & ĩmenſa poteſtas. Siquis ergo fingat hanc poſſe uel potuiſſe aliter ſe habere ĩpotẽtem finget. Sicut enim ꝓmutari ex ipſo bono malum eſt: Similiter ex ipſa potẽtia ſũma totaq; ꝓmutari poſſe/eſt impotentia miſeranda. Plotinus & in ſuperionbus & ĩpręſentia intellectum & uoluntatem intelligibili intellectu & affectãte uolũtate ſupiorem nõ negat Deo. Proinde uolũtas ĩ Deo eſt ipſa natura Dei. Sicut ergo Deus conſideratur ex ſua natura/ſic & uoluntate propria produxiſſe. Penes quem exiſtere & uelle ſunt idem. Nota poſſe animum tuum penes Deum nõnihil attingere: ſed lumine quodam deſuper illuſtrante. Te uero mox quicquid ultra ſuccurrerit auferre debere.

PLOTINVS

QVeriť igiť/nũ aliud facere ſe potuerit/q̃ qđ effecit? Verũtamẽ ſi id cõceſſerimus ẽt negabimus facere bonũ. Malũ certe nõ faceret. Iã uero nõ ſic ibi poteſtas accipiť/ut & oppoſita poſſit: ſed quoniã conſtãti & immutabili fruiť poteſtate/quæ q̃dẽ potiſſimũ eſt poteſtas: quãdo ab ipſo quod eſt unũ nullo mõ digrediť. Nã & oppoſita poſſe/ĩfirmitatis ẽ oĩo potẽtis ĩ optimo ꝓmanere. Oportet ãt effectionẽ eius quã dicimus/ipſã ſimul ſemelq; exiſtere. Eſt. n. optima/& quis nã eam ꝓuertere poſſit/ quę & uolũtate fit Dei/& ipſa ẽ Dei uoluntas. Sed quęriť nunq̃d uolũtate fiat Dei nõdũ exiſtẽtis? Quid rurſus dicamus illic uolun

tatem? Nūqd illius ī ipſa ſubſtātia nōdū uolētis? & unde nā ſit ipſi uolūtas? Num ab eēntia nondū aliqd opante. Sed ī eſſentia uoluntas erat. Ideoq; nihil ab eēntia ibi diuerſū. Alioqn ibi aliquid extitiſſet: quod nō tanq̄ uoluntas exiſteret. Totū ergo uolūtas erat: nec quicq̄ erat ibi nō uolens. Neq; igit̄ quod ante uoluntatem eſſet. Pricipio igit̄ ipſa uoluntas ipſe Deus exiſtit. Ita igit̄ extat/ſicut & uoluit/& quale uoluit. Tum uero quod dicit̄/quod eſt ibi uolūtaté ſequi: Quod uidelicet uoluntas eiuſmōi genuit: Intelligēdū eſt/uoluntaté nihil ī Deo amplius genuiſſe. Hoc nāq; iam erat. Præterea quod tradit̄ Deū cōtinere ſeipſū: ſi mō recte dicat̄/ſic ꝓrſus accipiēdum: quoniā uidelicet alia quidē oīa a Deo pēnitus ſubſtinent̄. Nā quadā ptícipatione Dei ſunt: ad ipſūq; oīa reducunt̄. Ipſe uero iā eſt a ſeipſo: neq; cōnexione uel cōtinētia/neq; participatione uel præſentia indigēs. Sed ſibi ipſi eſt oīa: imo uero ſibi iam nihil: utpote qui ad ſeipſū nequaq̄ oībus indiget. Verū tu quotiēs eū dices uel cogitabis/reliqua inde auferes oīa. Cū āt abſtuleris oīa: Ipſū uero ſolum reliqueris/ne queras ultra quid addas. Sed potius ne forte adhuc reli queris aliqd: Quod inde cogitatione tua nōdum ſatis abſtuleris. Nā licet & tibi attingere aliqd: de quo aliud pręterea nec dicere nec aſſūmere ualeas. Sed illud de ſup extet ſolū hoc ipſū quod eſt uereq; liberū. Quoniā nec ſibi ipſi ſeruiat: ſed ſo lum ipſū ſit: ac reuera ſit ipſū. Siquidē quodlibet aliorū eſt & ipſū & inſup aliud.

## LIBER NONVS ENNEADIS SEXTAE DE BONO VEL VNO.

MARSILIVS

Quicquid eſt præter primum/ conſtat ex multis partibus aut uiribus in unam to tius formam concilatis

Cap. Primum

QVATENVS in ſua cuiuſq; multitudine uiget unitaſ/eatenus ꝓſeuerat eēntia/quę alioqn ꝓdita unitate diſpdit̄. Vnitas ergo cōſeruat eſſen tiā/eadē igit̄ & eſſētiam cōficit atq; eſſe. Vnitas certe in oppoſita ſibi multitudine dominans nec ex ſe exiſtit: nec ex oppoſita ꝓdiit multi tudine. Igit̄ ex unitate pura ſup eſſētiā ubiq; multiplicē/in ſeipſa ſimpliciter conſi ſtente. Cū dicis unū corpus & unus aīus/unus calor & unum frigus/hic prędicata unitas nec corpus ē/alioqn aīo non competeret: nec frigus/alioqn calori minime cōueniret. Simili quodā diſcurſu īuenies ipſū unū eſſētia qualibet eminentius. Cu ius uirtute quę magis unius/eadē magis eſſētiæ ꝓticipia fiūt. Præterea ſūma ipſius entis ꝓfectio ī identitate ſtatuq; cōſiſtit: hęc uero ī unitate fūdant̄: ſicut diuerſitas ac motus ī numero. Vnitas igit̄ quę cauſa enti ꝓfectiōis exiſtit ē ente ſupior. Pro inde aut ens dicis idē cū unitate: aut ab ea diuerſū. Vnitatē certe idētitatis fūdamē tum eſſe fateberis. Ergo ſi primū illud dicis. s. ens eſſe idē cū unitate: extat certe an te hāc unitatē unitas ipſa prior: ꝓ quā ſit idē. Sin aūt ſecundū dixeris. i. unitatē ab ente diſtinctā: eſt utiq; unitas ipſa prius ꝓ ſe idē ſibi q̄ ab ente diſtícta: Atq; prius erit ī ſe abſolute prima ꝓ abſolutā primitatē. i. ꝓ naturā ſuā/anteq̄ ſit prior ente ui delicet ad ens relata: neq; licet dicere/ita ens ab unitate diſtíctū/ut ſit unitate prius Nam ſi ab ea diſtīgui dicatur/prius erit ſibi ipſi idem. Idem inq̄ per unitatē. Acce dit ad hæc ꝙ nihil poteſt ipſa ſimplicitate ſupius cogitari. Hæc autem eſt ipſa uni tas. Vnitas igit̄ nō ſolū eſt prima oīum: ſed ēt eſt ipſa primitas. Cuius rōne cętera ſunt ubiq; priora. Per hāc & ipſū ens prius eſt ſequētibus: ꝓ unitatē uidelicet tum

cõiugatã ſibi: tũ etiã ipſo ſupiorem. Neq; licet dicere ens in primo ſigno/nec unũ eſſe/nec nõ unũ. Niſi enĩ ſit unũ.i.ſimpliciſſimũ/nõdũ in primo erit ſigno. Quod igit̃ ibi ſit/habere uidet̃ ꝑ unitatem. Cogita cõcurrere ens ſimul/atq; unũ. Ens quidem cũ ſit multitudinis capax/nõ cogit ſecum eſſe unũ. At uero ipſũ unũ cõpellit ens eſſe uel unicũ uel unitũ. Merito igit̃ Boetius ait/Cauſa & ratio entis ẽ unitas. Et Auicẽna Aueroisq; cõfitent̃ unitatẽ uniuſcuiuſq; ſuam eſſe naturam.

PLOTINVS

OMNIA Entia ipſo uno ſunt entia: tũ quæ primo entia ſunt: tũ etiã quę quoquo mõ ĩ rerũ ordine numerant̃. Nã & ꝙd nã forent niſi unũ foret̃/Siꝙdẽ priuata uno/ nõ ãplius ſũt quod eſſe ãte dicunt̃. Neq;.n. exercitus erit/niſi fuerit unũ: neq; chorus: neq; grex ullus/ niſi ſimiliter ſint & unũ. Tũ uero nec domus neq; nauis erunt/niſi ꝓtiant̃ uno. Siꝙdẽ domus unũ aliꝙd eſt & nauis. Quod ꝙdẽ ſi abiecerint/nec domus ulterius erit domus: neq; nauis ſimiliter erit nauis. Cõtinue igit̃ magnitudines/niſi inſit unũ/nũq̃ erũt. Cũ itaq; diuidunt̃/q̃tenus amittunt unũ/eſſe quoq; cõmutãt. Quinẽt plãtarũ aĩaliũq; corpora quę unũ ſingula ſũt: ſi quãdo fugerint unũ/ĩ multitudinẽ uidelicet diſſipata/ eẽntiã ſtatĩ ſuã quã hẽbãt/amittẽt: nec quæ prius erãt/ulterius erunt: Sed ſtatim euadent alia: quę ꝙdẽ & ipſa ſint/q̃tenus ſint & unũ. Tunc pr̃eterea uiget ſanitas/quãdo corpus cõciliat̃ in unũ. Tũc pulchritudo floret/quãdo uirtus unius mẽbra cõnectit. Tũc uirtus in aĩa regnat/quãdo in unũ aĩus/& ĩ unã cõſpirat cõſenſionẽ. Cũ uero aĩa oĩa ꝓducat ad unum fabricãs/ fingẽs/formãs/ſimul ordinãs: nunquid ad hãc uſq; profecti/aſſeuerare debemus/ hãc quidẽ unũ rebus ſuppeditare/Ipſã uero iam ipſũ unũ exiſtere. Sed ꝓfecto quẽ admodũ alia corporibus ſuggerẽs nõ tã eſt ipſa/quod tradit̃/uelut formã ſpẽmq; tradendo: ſed alia ſunt q̃ aĩa quę tribuunt̃ ab ipſa/ſic exiſtimandũ eſt/& ſi largit̃ unũ/diuerſũ tamen ab aĩa unũ eſſe: Ipſãq; aĩam ad unũ aſpicientẽ quodlibet unũ efficere: ſicut aſpiciẽdo ad hominẽ/rite hominẽ fabricari. Simul tamẽ aſſummẽdo una cũ homine/ipſum ĩ hoĩe unũ. Eorum ſane quæ dicunt̃ unũ/quodlibet ſic eſt unum/ſicut & hoc ipſũ quod eſt in ſe habet. Quaꝓꝓ & minus quidẽ entia/minus unũ poſſidẽt. Quo uero magis ſunt/ſimiliter ſunt magis & unũ. Iam uero aĩa cũ aliud ſit q̃ unũ: tamẽ quatenus magis ueriuſq; eſt/eatenus magis poſſidet unum. Neq; tamẽ unum ipſũ exiſtit. Eſt enĩ aĩa una/ubi unum eſt quaſi cõtingẽs. Duoq; hęc ſunt/aĩa uidelicet atq; unũ: quẽadmodũ corpus ſimul & unũ. Profecto quod diſcretũ eſt/uelut chorus/remotiſſimũ eſt ab uno: quod uero cõtinuũ/ eſt uni propinquus. Sed aĩa etiã multo ꝓpinq̃or/unius & ipſa ꝓticeps. Siq̃s aũt obiiciat aĩam idẽ eſſe pęnitus atq; unũ: ꝓpea q̃ nõ ſit aĩa/niſi ſit unũ: reſpõdebimus primo ꝙdẽ/ alia quoq; ſimiliter/ſingulatim eſſe/ſimulq; exiſtere unũ. Verũtamen aliud unum eſſe q̃ illa. Nõ enĩ idẽ eſt oĩo corpus & unũ. Sed corpus unius ẽ ꝓticeps. Præterea ẽt unãquanq; aĩam ĩ ſe exiſtere multã: q̃uis ex partibus minime cõponat̃. Nã multæ ĩ ea ſunt uires. Nempe rõcinatur/appetit/ꝓcipit/ſiue aĩaduertit. Quæ ſane uno quodã tanq̃ uinculo cõnectunt̃. Tradit quidẽ aĩa alteri unũ/ quippe cũ & ipſa ſit unum. Sed unũ hoc ipſa quoq; interim/uelut patiẽs ab alio ſuſcipit.

MARSILIVS

Quælibet eſſentia naturalem ſibi multitudinem poſſidet ab initio/atq; interea eſt aliquid unum

Singulatim discurrendo aliud quidē est hoc ens/aliud aūt est hoc unū. Nā quatenus ens/est etiā multitudo quędā. Qua uero rōne unū/esse multitudo nō potest. Quamobrē sup singula entia aliud ē ens ipsum: aliud ipsū unum: neq; disponunt ex æquo/ne duo rerū principia sint: neq; unū est sub ente: Alioqn & unum esset multiplex: & ens nō esset unius particeps. Ens igit est sub uno: præsertim quoniam eēntia prima atq; mens est naturaliter oiformis: & ideo pura simplicitate posterior. Quæ quidē pura unitas dum ꝓuniōem in essētia sua cuncta cōseruat: declarat ꝓ unitatem/se oēs essentias cōfeciſſe. Prędterea ipsū intelligibile amplius q̄ ens esse uidet. Intelligimus enī non solū entia atq; esse: uerū etiā non entia atq; nō esse. Nō tamen est latius uno. Nā etiā ubi discretā prorsus multitudinē cogitamus/ intelligimus hāc tanq̄ pluries unū. Siquis āt ens latissimū esse dicat: cōcedemus quidē/ad oēs spēs indeterminatū esse. Interea tamē ad oēs determinabile. Ipsum uero unū determinabile ē ad nullum. Igit simpliciſſimū atq; primum. Item essentia/uita/intelligētia sunt tres quędā particulares ꝓfectiōes formaliter inter se distinctę. Ipsa igit simpliciter ꝓfectio/ anteq̄ in tres eiusmōi diuidat/ indiuisa est/ & ita semp ꝓmanet in seipsa. Hoc ipsum uero. s. esse in se indiuisū/ rō est ipsius unius ꝓfectioq; ipsa simpliciter. Est igitur unitas ante ens & uitam/atq; sapientiā. Quoniā uero ꝓfectio simplex & bonitas idē sunt: consequit ipsum bonum esse supius ente. Itemq; ens uel simplex est oio uel cōpositū. Si primum/ipsa ratio entis est ipsa eēntialis unitas/ atq; simplicitas: Si secūdū/eēntia entis est ipsa essentialium principiorū suorum unio. Sed sup unitatē essentialem essentialiumq; unionē est ipsa simpliciter unitas. Quæ si ente sit posterior iā/ & ipsa nō unitas ē: sed multiplex: & ipsum ens ī primo sui signo/non ent unū aliquid. Ergo multitudo infinita uel nihilū: Siue dederis aliquod ens/siue ipsū simpliciter ens/diuisibile est ī partes: siue insitas/siue subiectas: & multitudinis alicuius natura capax. Ipsa uero unitas tale nihil admittit. Diuersa est igitur & supior. Ens quidem diuisione totius in entia deriuatur. Vnitas āt nō diuisione/ sed repetitione totius in unum hoc & illud se diffūdit. Ens item diuisione minuit. Vnū uero cōtra diuisione semper multiplicat. Deniq; ipsi quoq; Peripatetici declarāt excellētiam unitatis. Nēpe docēt eandē esse formę unitatisq; naturā: quoniā quo qdq; ens ē/eodē sit & unū. Ideoq; cū ex forma sit ens: eadēq; unum/ merito formæ unitatisq; naturā eadem esse. Addūt huius & illius rōnem esse diuersam. Cū enī ꝓprietas quidē formæ sit per potentiā formabilem se diffundere: unitatis uero ꝓprietas simpliciter ī se cōsistere: atq; interim unire cætera & intus & extra/ cōstat rōnem unitatis nō solū esse a forma/ideoq; ab eēntia differentem: sed simpliciorē etiā prioremq;/ & magis ad excelsitudinem principii ꝓtinentem.

## PLOTINVVS

Reliquum est indagare/nunquid in quolibet eorum quæ singulatim sunt unū/nō idem sit sua cuiusq; essentia/quod & unū. In uniuerso āt ente atq; essētia idē sit eēntia uel ens ꝓrsus & unum: adeo ut q ens ipsū inuenerit: unum quoq; fuerit assecutus. Nēpe cū ipsa eēntia ipsum sit unum. uelut si essentia sit intellectus: ipsum quoq; unum intellectus existat. Intellectus inquā qui primo ens primoq; sit unum. Cumq; tradat aliis essendi munus/ sic & eatenus largiatur & unum. Quid enim aliudquispiam præter ens intellectumq; esse dixerit unum?

Ipſum nāq; unum/aut idem atq; ens exiſtit. Homo enim & homo unus eſt idem. Aut ſaltē quēadmodum cuiuſlibet numerus quidā eſt/uelut ſi duo quædam dixeris: ita profecto de re quadā ſola dicitur unū. Si ergo numerus eſt aliquid entium/ nimirū entium aliquid eſt & unū. Quid ue ſit/ſupeſt inquirēdū. Sinautē totū hoc machinatio quędam ē animi res dinumerare aggrediētis atq; ꝓſequētis: ſequitur ipſum unum nihil reuera in rebus exiſtere. Ratio tamē ſupior aſſerebat: quicquid amittit unū/eſſe ſimul amittere. Cōſideratione itaq; dignū eſt: nūquid ſingulatim idem ſit hoc ens atq; hoc unū: ſimiliterq; ipſū oīo ens/ ipſūq; ſimpliciter unum ſit pęnitus idē. Sed profecto ſi ens uniuſcuiuſq; multitudo quędā eſt: ipſū uero unū eſſe multitudo non poteſt: ꝓculdubio diuerſū inter ſe erit utrunq;. Homo igiť eſt & aīal & rōnale/parteſq; multę. Multaq; ī eo uno quodā conglutinanť. Aliud igitur homo eſt/aliud unū. Siquidem homo quidem diuiduus eſt. Vnum uero pęnitus indiuiduum. Atqui & totum ens cuncta in ſe omnia continēs magis ēt exiſtit multa: & ab uno diuerſum: participatiōe tamē poſſidet unum. Prętерea ens uitam habet & mentem. Nefas enim eſt/uita uacuum id opinari. Ens igitur eſt & multa. Quod ſi ens eſt intellectus/ ſic rurſum eſt neceſſario multa: idq; multo etiā magis ſi ſpēs comprehēdit: idea nāq; non eſt pęnitus unum: ſed potius eſt numerus aliquis: tum idea quælibet/tum uniuerſa. Atq; ita unum/ſicut mundus ē unum. Oīo aūt unum quidē exiſtit primū: Sed ītellectus ſpēſq; & ens prima eſſe non poſſunt. Quælibet enī ſpēs conſtat ex multis/& cōpoſitum quiddā eſt/ideoq; poſterius. Illa enī ex quibus unūquodq; cōponiť/ rite priora cenſenť. Quod aūt intellectus eſſe nequeat ipſum primū: per hæc quoq; patebit. Intellectū neceſſe eſt ī intelligendo cōſiſtere. Et certe optimū intellectū/& qui non externa proſpicit/neceſſariū eſt quod ſupius eſt ītelligere. Nēpe dum cōuertiť in ſeipſū: reuertiť in pīncipiū. Iam uero ſi ipſe idem eſt/& quod intelligit/& quod intelligiť/duplex iam exiſtit: cūq; ſimplex nō ſit/merito nec eſt unū. Sinautē ad aliud aſpicit/oīo ad melius ſuſpicit atq; ſupius. Quod ſi tum ad ſe/tum ad præſtātius figit intuitū: ſic quoq; ſecundū gradum tenere uideť. Oportet ſane mentē ſic affectā aſſeuerare: ut adſtet quidem bono primoq; ipſumq; ſuſpiciat. Prætерea ſecum habitet: ſeipſam aīaduertēs: atq; ita cuncta ſe eſſe cognoſcens. Cum igiť intellectus ſit adeo uarius/procul abeſt/ut ipſum ſit unum. Quamobrem nec ipſum quidē unum eſſe omnia. Alioqn nō amplius foret unum. Neq; etiam eſt ītellectus. Sic enī rurſus omnia foret. Quippe cū ītellectus ipſe ſit cuncta. Deniq; neq; ens eſſe putādū. Ens enī ipſū prorſus ē oīa.

## MARSILIVS

### Acceſſus ad Deum Cap. III.

ANimus etiā cum propemodū accedit ad Deum/ambiguitate laborat. Tū quia ītellectus & ſpēs eſt/& ſpēbus conſueuit inniti. Deus āt ſpēm habet nullā. Tum etiā quia aīus tunc demū acceſſiſſe poteſt/cum ipſe factus eſt Deus. Ambigit ergo mox/utrū ipſemet ſibi/an alter occurrat. Quiſqs accedit ad Deum bonum ſūmum unum/diſcedat ab oppoſitis. i. a malo/ ab infimis/a multitudine: excedat etiam intellectum. Intellectus enī nō eſt ipſum ſimpliciter ens: ſed ens duntaxat intellectuale. Deus autē eſt quolibet ente ſuperior: īmo & ipſo ſimpliciter ente. Sicut enim ens ſenſibile forma ſenſibili terminať: ſic ens intelligibile forma finiť intelligibili. Sic deniq; ipſum ens ipſa entis forma determinať. Principium uero ſup. omne determinatū extat. Neq; ſtare dicitur/ne ſtare ſtatu cogatur.

Nec ulla ad res habitudine facit quicq̃. Sed res ab illo fiunt quasi non faciẽte/sicut non mutato mutantur.

## PLOTINVS

Quid nã igit̃ est ipsum unum/quã ue naturã habet/Sed ꝓfecto nihil mirũ ẽ nõ esse id facile dictu: ꝙppe cũ neq; ens neq; spẽs exprimi facile possit. Nẽpe cognitio nostra spẽbus initit̃. Quãdo uero ad iforme aliqd fertur aĩus/ cum cõprehendere nequeat: ꝓpea q̃ nõ determinet̃: neq; uelut figuret̃ uario quopiã figurãte/ ꝓtinus ide ꝓlabitur/metuẽs ne forte nihil ibi reportet. Quãobrẽ in rebus etusmõi ualde laborat: libẽterq; inde sæpe descẽdit/ab oĩbus uidelicet decidens/quousq; ad aliquid sensibile proruat. Vbi quasi ĩ solido cõquiescat. Velut aspectus in discernendis sæpe paruis defatigatus/ libẽter ad maiora se flectit. Sed quãdo aĩus uidere ꝑ seipsũ studet/cum se uideat solũ/ ꝓpea q̃ cum ipso uidendo cõfletur ĩ unum: sitq; cum illo iã unum: nimirum ex eo q̃ cum ipso unum est/ nõ dum quod quærit/habere se putat. Quoniã ab eo quod itelligit̃/nõ est diuersus. Opẽpretium est ĩprimis eum q̃ circa ipsum unũ philosophaturus sit/ita se cõpare. Nẽpe cũ unũ sit id quod quẽrimus/prĩcipiumq; oĩum & ipsum bonũ atq; primũ/ merito ab iis quẽ sunt circa prima/oportet nõ esse remotum: nec ullo mõ ad oĩum extrema prẽcipitari. Sed ascẽdentẽ ad prima seipsũ ad excelsa reducere: ab his quẽ sentiunt̃/postremaq; sũt. Expedit rursus aĩum adhibere omni malignitate purgatum/dum ad bonũ affectat accedere. Præterea in prĩcipium sibi insitum se ĩprimis attollere: unũq; ex multis euadere: si mõ prĩcipiũ atq; unũ sit inspecturus. Oportet igit̃ aĩum fieri tunc itellectum/ideoq; totã aĩam mẽti cõmittere: & ĩ ea pẽnitus collocare: ut quẽ itellectus ipse uidet/aĩus exprectus accipiat. Ipsoq; itellectu cõtẽpletur & unũ. Sic tamẽ/ut sẽsum adhibeat nullum/ nec ẽt aliqd a sensu ꝓueniens. Sed pura dũtaxat mẽte ipsoq; mẽtis primo purissimũ contẽplet̃. Quotiẽs igit̃ ad id cõtemplãdũ tractus aliqs magnitudinem uel figurã uel quãcunq; molem circa hãc naturã imaginet̃/huic certe ad hãc speculationẽ dux nõ extitit itellectus: quoniã intellectus suapte natura ad hæc ĩspicienda nõ uertitur. Sed actio talis potius est sensus ipsius/opinionisq; sensum natura sequẽtis. Oportet aũt ab itellectu accipere nuntium/eorum quẽ in eius sunt potestate. Potest uero intellectus inspicere uel quæ sunt sup ipsum/uel sua uel quẽ agunt̃ ab eo. Pura quidem sunt etiã quæ sunt in eo. Puriora uero atq; simpliciora quæ supiora sunt intellectu. Immo uero quod est intellectu supius. Quãobrẽ quod intellectu supius est/nõ est itellectus: sed ante intellectũ extat. Intellectus eni est aliqd entiũ. Illud uero nõ aliquid: sed uno-quoq; supius. Neq; est ens. Nã ens uelut formã ipsã entis habet. Sed illud est prorsus iforme: ab itelligibili etiã forma secretũ. Vnius nãq; natura cũ sit genitrix oĩum/merito nullũ existit illorum. Igit̃ neq; quid existit/neq; quale/neq; q̃tũ. Prẽterea nõ est itellectus/ nõ aĩa/nõ mouetur/non quiescit/nõ est in loco/nõ est in tẽpore. Sed ipsum secũdum se uniforme/ĩmo uero informe sup oẽm existẽs formã: sup motum: sup statũ. Hæc eni circa ens uersant̃: quẽ quidẽ ipsũ multa conficiũt. Verum cur non stat saltem/ si non mouetur? Quoniam circa ens quidem horum alterũ uel utrũq; uersari necessariũ est. Prẽterea quod stat/ipso uidelicet statu stãs apellatur: neq; idem est pẽnitus atq; status. Ideoq; accidit ipsi/ neq; simplex ultrius ꝓmanet. Iam uero quando ipsũ unũ esse oĩum causã affirmamus: nõ dicimus ob hoc aliquid ipsi contingens: sed nobis potius accidens: quoniam ab eo scilicet

aliquid habeamus/ipſo in ſe interim ꝑmanente. Proinde exactiſſima rõne de Deo loquẽtem: neq; illud neq; hoc dicere fas eſt:Sed nos uelut extrinſecus circũuagantes affectiones ſiue paſſiones ibi noſtras utcunq; poſſumus interpretari conamur. Et alias quidẽ propius ad hocipſum accedimus: alias autẽ incerti lõgius ambiguitate prolabimur.

## MARSILIVS

### Acceſſus ad Deum Cap. IIII.

PRincipium rerũ eſt ꝑnitus icorporeum/imobile unũ. Cu igiẽ nequeamus illud attingere ꝑ oppoſita/ merito nec imaginatione attigimus corporalia machinante:nec mobili rõne mutabile nõnihil ſemper excogitante:nec intelligentia ſuaptenatura multiplici uarium ſemper aliquid meditante. Sed attingimus tandẽ unitate quadã aĩæ intellectu ſupiorẽ:quãdo ad eã a multitudine tã intima q̃ externa ꝑnitus ſegregati cõfugimus. Tunc primum præſentis ubiq; ſẽꝑ Dei ſignum iã nobis ꝑfecte præſẽtis habemus/ꝑcipue trinum. Nouum lumẽ:inſuetũ amorẽ:inextimabile gaudiũ. Ad hoc cõſequẽdũ duo cõferunt. Doctrina q̃dẽ tanq̃ uia:ſegregatio uero dicta tanquã animi præparatio.

## PLOTINVS.

HAccidit ãt dubitatio defectuſq; nobis/circa cognoſcẽdum Deum/præcipue quoniã neq; ꝑ quãdã ſciẽtiã/neq; ꝑ itelligẽtiã ullã cognoſcimus illũ:ſicut alia ſolemus/quæ itelligibilia nuncupãtur:ſed ꝑ præſẽtiã quãdã ſciẽtia meliorẽ. Aia uero ꝑcul euadit ab uno/neq; eſt ꝑnitus unum:quãdo ſcientiã alicuius aſſummit. Sciẽtia enĩ rõ quædã eſt:rõ uero multa. Vnum ergo tranſgrediẽ in numerum multitudinẽq; ꝑlapſa. Scientiã ergo neceſſarium ẽ tranſcẽdere:nec ullo mõ ab eo quod eſt eſſe unum uſq̃ ꝓuaricari. Sed a ſciẽtia rebuſq; ſciẽdis omniq; alio pulchroq; ſpectaculo ſeuocari. Omne nãq; pulchrum & illo ẽ poſterius/& ab illo:quẽ admodũ diumũ omne lumẽ a ſole. Quãobrẽ ſũmum Deũ Plato inquit neq; ſcribi unq̃/neq; dici poſſe. Scribimus ãt loq̃murq; de illo frequẽter/ut ita ſaltẽ diſputationibus noſtris aĩum excitemus:& ad diuinum ſpectaculum dirigamus:quaſi quandam oſtẽdentes uiã uiſere nõnihil deſideratí. Doctrina quidẽ uſq; ad uiam & iter ſuas uires extẽdit. Deum uero uidere iã opus illius eſt/qui uidere uoluerit. Ille ꝑfecto neq; ꝑuenit ad ſpectaculum/neq; illius cõſpicit lucẽ:& iccirco neq; afficiẽ inde/neq; affectionẽ ſiue paſſionẽ guſtat ĩ ſe amatoriã ex ĩtuitu ſolitã proficiſci:ſi quando amator ĩ amato iam cõquieſcat:ubi ſane uerum accipiẽ lumen/totã illuminans animã ꝑpius accedentẽ:ille inq̃ talia non aſſequiẽ/qui moliẽ illuc aſcendere/iis adhuc retrograuatus tractuſq; a tergo/ quę ſunt inſpecturis obſtacula. Neq; illuc aſcẽdit ſolus:ſed trahit iterea ſecum quod diſiungat ab illo:uel potius nõdum eſt oĩo redactus ĩ unum. Deus enĩ a nullo uſq̃ abeſt: & quodãmõ abeſſe uideẽ ab oĩbus: adeo ut præſens ubiq; ſit/iterumq; nõ præſens. Nam iis duntaxat ẽ præſens/qui capere poſſunt:atq; ita parati ſunt/ut cum illo congruere/ac uelut ipſum attingere ualeãt ꝑ ſimilitudinẽ uidelicet quãdã inſitãq; potẽtiã/muneri inde tributo cognatã: quãdo ſcilicet animus omnino ſic eſt affectus/ſicut erat cum inde proceſſit. Ideoq; uidere iam poteſt:ſicut ipſe Deus eſt natura uidendus. Ille inquam nondum illuc uſq; peruenit/qui propter hęc obſtacula inde retrahitur:uel etiam protrahit ad iter moras quoniam deſit ratio/ diſciplinaq; illucuſque perducens/ fidemq; faciẽs de diuinis. Sed profecto quãtum ad cætera ſpectat obſtacula ſeipſum quiſq; in culpa

iure posuerit. Nempe conari debet abesse ꝑcul ab omnibus: solusq; euadere. Quantū uero ad rōnes ꝑtinet/ quibus forte minus credat/ sic deniq; ꝑfecturus excogitet.

## MARSILIVS.

### Accessus ad Deum Cap. V.

IN theologia nostra/ & libro de amore/ & secūdo epistolarum libro rōnes diligētius assignauimus: quibus gradatim ascendēdum sit a natura corporea quę dimēsioni/ motui/ numero subiecta est/ ad aīam dimensione iam liberā. Ab aīa mobili multipliciq; ad itellectum īmobilē quidē/ sed multiplicē. Atq; iterim ab intellectu ipsius aīæ proprio ad ipsū simpliciter intellectū. Tādem ab intellectu qui necessario i se multiformis est/ ad ipsū simpliciter unū: quod nō sit ens unū/ ne ita sit multiplex. Siquidem rō unius & entis est diuersa. Ens enī & multitudinē admittit: & nihilum habet oppositū. Vnū uero multitudinē nō substinet: sed respuit ut oppositam. Est igitur nō ens: sed principium entis penitus absoluti. Atq; interea principium spērum absolutarū. Omnes enī spēs naturalium i primo esse suum esse possident absolutum. Quādo Deum nominamus unū/ simplicitatē ipsam uaticinamur ꝑnitus indiuiduā. Quæ sup essentiā principiū est essentiæ lōge excellētius q̄ unitas numerorū & signū dimensionū. Profecto sicut ens continuū atq; ens discretum ad aliquid indiuiduum resoluunt̄: ita ipsum simpliciter ens refert̄ ad ipsū simpliciter indiuiduum.

## PLOTINVS

QVicunq; res opinatur fortuna casuq; temerario gubernari/ causisq; dūtaxat corporeis cōtineri: is ab ipso Deo uniusq; ipsius intelligētia est lōge remotus. Neq; nos ad homines sic affectos uerba facimus: sed ad illos tantum: qui naturā aliam præter corpora ponunt/ & ad aīam saltem usq; peruenīūt. His igitur expedit/ naturam aīæ diligenter aīaduertere: tum q̄tum spectat ad alia: tum uel maxime quēadmodū ab intellectu ꝑcedit: rōnemq; inde suscipiēs assequitur & uirtutē. Præter hęc aūt intellectū alterū præter intellectū rōcinantē/ q rōnalis cognoiat̄/ cōsiderare decet. Item rōnis discursiones/ siue argumētationes/ uelut iam in distantia quadā atq; motu. Scientias quoq; rōnes in aīa tales i manifesto iā positas/ ꝑpea q animæ infusus sit intellectus scientiarum causa. Qui & itellectū uideat quasi sensibilem: quia uidelicet ꝑcipi aīaduertiq; possit: intellectum inq̄ desup incūbentem aīæ/ eius patrem: mundū intelligibilem: intellectum oio quietū/ & uelut quietū quēdam motum/ oia i se habentē/ existentē oia: multitudinem indiscretam/ rursusq; discretam. Neq; n. discernit̄/ sicut rōnes i prolatione solent: sed tanq̄ rōnes iā secūdū unum quiddā excogitante. Neq; rursus quæ i ea mēte sunt cōfundunt̄. Prodit. n. unūquodq; seorsū/ quēadmodū & i scientiis accidit. Nēpe cū oia in quodā indiuiduo cōgruāt: singula tamē ab aliis secernuntur. Hęc itaq; multitudo collecta simul/ hic mundus intelligibilis adstat quidem primo q̄proxime: hunc rō esse ex necessitate cōcludit/ si qua rō aīam quoq; esse cōuincit: hoc sane prę̄stātius est q̄ aīa. Neq; tamen est primū. Quoniā neq; unū est/ neq; simplex. At ipsū unū oiumq; principiū est ꝑcul dubio simplex. Proide quod supius est ipso entiū præstātissimo/ siqdē aliqd oportet esse mēte supius: quę quidē esse uult unū/ neq; tamē est unū sed saltē est aliqd uniforme. Quoniā intellectus nō ē in seipso diſpſus: sed reuera secū ipso cōspirat: neq; quasi articulatim cōpositū se attrectat/ ꝑpea q sit uni q̄ ꝑximū: q̄uis ab uno quodāmodo secedens uideatur audere: quod inq̄ super hoc mirabiliter extat/

uelut miraculum est ipsum unum. Quod sane ens nō est dicēdum: ne hic quoq; ipsum unū de alio prædicet. Cui profecto nullum reuera cōuenit nomē. Sin autē noīare cogamur/cōmuni qdem apellatione unū cōmode apellāt. Nō adeo tamē ut primo quidē aliud sit/deinde ūnū. Difficile sane cognitu ob hāc pręcipue causam. Cognitum uero potissimū ex progenie eius essētia. Nempe ī essentiam intellectus adducit. Ipsius aūt unius natura talis exīstit/ut sit fons oīum optimorū: Ac potestas entia generās/pmanēs ī seipsa: neq; diminutiōem subiens generādo: neq; ī rebus genitis requiescens. Nēpe & quod ante hæc exīstit/nominamus unū quadā necessitate compulsi: optantes uidelicet primā oīum naturā ipso noīe iter nos designare: nos ipsos ī notionem indiuiduam adducētes: aīamq; in unū redigere cōtendentes. Vbi certe nō sic unū & imptibile dicimus/uelut signū & unitatem dicimus numeralē. Quod enī sic est unū/est quanti principiū. Quod qdem nunquā foret/nisi essētia/& quod ante essentiam est/pręcederet. Quamobrē cogitationis aciem ī his defigere nō debemus: sed unitatem hāc & signū analogica ī multitudine quadā unū ipsum repręsentare putandū/ob quandā simplicitatē multitudinis diuisionisq; expertem.

## MARSILIVS.

### Accessus ad Deum. Cap. VI.

OPposita quadam uia accedimus ī dimēsionibus numerisq; ad indiuiduū suum: atq; ī entibus ad indiuiduū illud quod entium est pricipium. Illic enī ad intimum aliqd/ac minimū peruenīt. Hic aūt ad extimū & amplissimum. Maximū inq; simplicitate atq; uirtute. Est enim simplicius semper qualibet apud te excogitata simplicitate: atq; potentius similiter potestate. Solū ipsū unū esse pōt uniuersi pricipiū. Solū nāq; seipso sufficiēs ē oīo. Quicqd uero præter illud est necessario multiplex/quatruplicē saltē patīt indigentiā. Siqdē in eo totū eget ptibus: Pars item pte. Partes quoq; toto. Deniq; cūcta quodā extrinsecus cō ponēte. Iam uero ad principiū ptinet nihil quęrere/nihil accipe/nihil amittere. Solum uero unū ipsum id munus hēt: alioqn unū certe nō erit. Cū ipsū unū negamus itelligere/ne fore multiplex cōpellamus/non negamus esse lucem mirā intelligentiæ creatricem: Vel itelligentiam esse: si modo itelligēria lucē significet intelligentia meliorē/habētem ī se/īmo pęnitus exīstētem quicquid itelligentibus est optandū. Nec igīt sui ipsius incertā nec aliorum: sed absq; cōpositione atq; respectu sibi ipsi mirabiliter cęteris q; lucentē. Deniq; sicut alibi diximus/nō aliter Plotinus q; Dionysius Areopagita principium superintelligentiam/uitam/essentiam esse putat.

## PLOTINVS.

QVo nam igīt modo dicimus unū? Qua ue rōne ad id potissimū accōmodare itelligentiam possumus? Ita pfecto/si excellentiori admodū rōne id asserimus unū/q; unitatē & signum asserere soleamus. Hic enī aius magnitudinem & multitudinem detrahēs paulatim/in minimū deniq; desinit: & tandē in aliquo resident: quod quāuis indiuiduū sit/erat tamē ī re diuidua: & iacebat in alio. At ipsum unum neq; ī alio/neq; ī re diuidua resident: Neq; sic est indiuiduū/ut quiddā minimū. Est enī oīum maximū: nō magnitudine quidē/sed potentia. Quapp quādo dicāt indiuiduū/indiuisibilē dicimus potestatē. Quādoquidem & quæ sunt post ipsum/nō secūdū moles/sed secūdū uires indiuidua iudicant.

Deum pręterea infinitum nominare debemus/nõ quaſi ſit magnitudo quędam uel multitudo/quam nõ liceat pertranſire: ſed quia ſit poteſtas/quã cõprehẽdere nequeas. Quanuis enim excelſum prouinbus cogites illum/uelut ĩtellectum aut Deum/adhuc tamẽ ſupeſt admodum excellẽtius. Ac rurſus quãdo illum cogitatione ſummopę perducis ad unum/tũc quoq; hãc abs te excogitatã ſimplicitate ſupat unitatem. Tu ſiquidẽ ad ſummã tuę itelligẽtię unitatem illum prouiribus redigebas. Ille uero ſupra modũ ſupat:nam ĩ ſeipſo permanet:nec ei unq̃ aliqd accidit. Præterea põt aliquis p id quod ſeipſo ſufficiẽs apellaẽ/ſummã Dei unitatem nihilominus comprobare. Oportet enĩ ſummũ rerum pricipium nullo modo indigum eſſe/ſed ſufficientiſſimũ oĩum/maximeq; ſeipſo cõtentum. Quicqd autẽ nõ unũ eſt/ſed multũ:neceſſario eſt egenũ. Quippe cũ ipſum quidem nõ ſit unũ:ſed ex multis unũ euadat. Itaq; eius eſſentia indiget unũ fieri. At ipſum unũ ſeipſo nõ indiget. Ipſum nãq; iam exiſtit. Quinetiam quod ĩ ſe multa eſt/tot indiget/quot & exiſtit. Et quodlibet eorum quæ ſunt ĩ eo/cum nõ in ſeipſo ſit/ſed una cũ cæteris/certe indiget aliis. Ideoq; & ſecũdum unũquodq; & ſecundũ totũ eiuſmodi aliquid eſſe declarat egenũ. Si ergo neceſſariũ eſt aliqd eſſe ſufficientiſſimum eſſe oportet & unũ. Tale uidelicet ſolũ exiſtẽs ut neq; ad ſeipſum/neq; ad aliud quicquã ſit egenũ. Nõ enĩ quęrit aliquid ut quãdoq; ſit:neq; rurſus ut bene ſit:neq; etiam ut ibi fundetur. Nempe cum aliis ipſum ſit tum eſſendi/tum bene eſſẽdi cauſa/merito hoc ipſum quod eſt/& bene eſt/nõ habet ab aliis. Quid enĩ ſibi bene eſſe aliũde redunder? Quapp huic ipſũ bene eſſe nõ accidit. Ipſum nãq; exiſtit hoc ipſum. Locus item huic eſt nullus/nullo enĩ indiget fundamento:quaſi ſe ſubſtinere nõ poſſit. Nam quod ĩ alio fundãdum eſt/uita uacuũ iudicatur/molesq; labãs/niſi forte ſubſtineaẽ. Stabiliunt̃ & alia pp ipſum:p quem & ſimul extiterũt/& locum ſortita ſunt ubi ex ordine locarẽtur. Quod autẽ quęrit locum/proculdubio eſt egenum. At uero pricipium his quæ ſequunt̃ minime indiget. Itaq; pricipium oĩum prorſus indiget nullis. Iam uero quod indigũ eſt/ppea indigẽs iudicaẽ:quoniã pricipium appetat. Si aũt ipſum unũ egeat aliquo/quęret iam nõ eſſe ulterius unum. Deſtructore igit̃ indigebit. Verũtamẽ quicqd indigũ apellaẽ/boni habitus & ſeruatoris eſt indigẽs. Quamobrem uni nihil eſt bonũ:neq; uolũtas igit̃ alicuius:ſed eſt (ut ita dixerim) ſupbonũ: Ipſumq; nõ ſibimet:ſed aliis exiſtit bonũ/ſiquid mõ pticipare poſſit. Neq; ineſt itelligẽtia uni: ne ĩ eo ſit inde diuerſitas. Rurſum neq; motus ẽ ullus. Eſt enĩ motu itelligẽtiaq; ſuperius. Quid enĩ itelliget? An forte ſeipſum? Quod ſi ita ſit/ante intelligentiã igit̃ eſſet ignorãs:& itelligentia indigeret:ut ſe prorſus agnoſcat. Quod tamẽ ſe ipſo ſibi ſufficiẽs ẽe cẽſeẽ. Proide &ſi neq; cognoſcit/neq; itelligit ſemetipſũ/nõ tamẽ iccirco ĩ eo ignorãtia eſt. Ignorãtia enim cõtigit ad alterũ:quãdo hoc illud ignorat. Quod aũt ſolum eſt/oĩo neq; cognoſcit/neq; rurſus habet aliqd/quod ignoret: Sed cũ ſit unũ ſibimet (ut ita dixerim) unitiſſimũ/nimirum itelligẽtia ſui nõ indiget. Quoniã neq; adhibendũ illi eſt hoc ipſum/quod dicit̃ eſſe ſecum:ut ipſum unũ ſerues: Immo uero & itelligẽtiam & cõſciẽtiam aĩaduerſionemq; propriam/& ſui ipſius agnitiõem/& aliorum perceptiõem inde prorſus auferre debemus. Iam uero neque ſecũdum cõditiõem itelligẽtis:ſed potius ſecũdum ipſum itelligẽtię actum Deum exiſtimare decet. At itelligẽtia nõ itelligit:ſed eſt aliis intelligẽdi cauſa. Cauſa uero nõ idem eſt atque quod a cauſa prouenit/oĩum itaq;

cauſa/nihil prorſus eſt oĩum. Neq; igiť eam hoc bonũ quod prębet aliis/eſſe iudicare debemus: Sed ipſum alia rõne bonum cæteris bonis admodũ excellẽtius.

MARSILIVS.

Acceſſus ad Deum. Cap. VII.

ET ſi Deus eſt ubiq;/perſpicue tamen ĩ ſummo ĩtelligẽtiæ lucet. Ad hãc lucem perſpiciẽdam formæ oẽs nõ ſolum imaginabiles/ſed etiam ĩtelligibiles/tãquã nubes obſtãt. Has igiť oẽs procul diſcute/diuinã lucẽ mẽte ſerena fęliciter percepturus.

PLOTINVS.

SI aũt ex eo q̃ Deus nihil horũ ſit/tu ppea ĩdefinita mẽtis ambiguitate nutas/age ĩ his ſaltẽ fige mẽtis ĩtuitum: ac deĩceps ab his ĩ Deũ tota mẽte recurre. Neq; tamẽ ita ut extra iacias cogitatiõis ĩtentiõem. Nõ enĩ poſitus eſt Deus alicubi ita ut deſtituat alia. Sed ubicũq; eſt quod poſſit attĩgere/ipſe Deus eſt pręſẽs. Solum nõ potẽti nõ adeſt. Tum uero quemadmodũ ĩ aliis nõ dať eum q̃ ĩtelligit aliquid/eiq; totus incumbit aliud ĩterim ĩtelligere: ſed expedit intelligẽdæ rei nihil aliud adhibere: ut ipſum ĩtelligibile ſit: ſimiliter & hic fieri nõ põt: ut q̃ alterius cuiuſquam ĩ aĩo figuram habet/ intelligat ĩterea Deum/dum figura ſuũ exſequiť actum. Neq; rurſus aĩam aliis occupatã/poſſibile eſt figura cõtrarii figurari. Sed quemadmodũ materiam tradũt/eſſe oĩum qualitatibus uacuã oportere: ſi modo ſit figuras oĩum ſuſceptura: ſic & multo magis aĩam eſſe oportet informẽ/ſi omni carere debet obſtaculo: quod forſitan impedire poſſit/ne ab ipſa oĩum prima natura illuſtretur/& impleať ad uotum. Si res ita ſe habet/opę pretium eſt animũ ab oĩbus exteris ſegregatum/ad intima pęnitus ſe cõuertere: neq; ad externum aliquid reuocari: ſed iam oĩa neſcientem: & antea quidem affectione: tũc uero etiam ſpeciebus: neſcientem quoq; ſeipſum cõtemplationi illius incũbere: eiq; familiariter inhęrere. Ac deinde quaſi ſatis iam conuerſatũ ſi poſſit accedere nuntium/cõſuetudinem illam aliis pręterea declarãtem. Qua forſan & Minos quãdoq; fretus/pręcipue colloquio Iouis familiaris eſt habitus. Cuius ſane colloquii memor leges ad illius ſimilitudinẽ cõdidit: diuino uidelicet illo cõmertio ad cõdendas leges inſtructus. Forſan uero aĩus aliquis ciuiles inſtitutiones diuina familiaritate minus dignas exiſtimarit/ ſi in excelſis pſeuerare maluerit. Quod q̃dẽ illi q̃ q̃plurimũ eſt intuitus rite uideť accidere. Inquit ergo Deũ extra nullum eſſe: ſed ineſſe oĩbus minime cognoſcẽtibus: Ipſi nãq; fugiũt extra Deum: Immo uero extra ſeipſos. Merito igiť quẽ fugiũt/apprehẽdere nequeũt. Et q̃ ſeipſos iam perdiderũt/alium indagare nõ ualẽt. Atqui & filius furore quodam extra ſe poſitus/nõ agnoſcet patrem. Qui uero ſeipſum didicerit/eriã unde ſit/iure cognoſcet.

MARSILIVS.

Acceſſus ad Deum. Cap. VIII.

DEus eſt tãquã indiuiduum & ĩmobile cẽtrum uniuerſi: a quo & ad quod oĩa pendẽt. Similiter ĩtellectus diuini animiq; ĩtellectuales inde creati/ſua quędam habẽt centra. i. unitates eſſẽtiales ĩtellectu ſuperiores. In intellectibus ergo diuinis pręter eiuſmodi centrum extat orbis unus. i. proprius intellectus. In aĩa uero ultra centrum ſuum ſunt tris orbes intellectus/ratio/imaginatio. Centrum quidem ſemper copulatum eſt cum uniuerſi centro. Intellectualis orbis.

perpetuo reuoluiť circa idem. Orbis aũt rationalis atq; imaginalis aliquãdo circa centrum ſuũ atq; diuinũ uoluiť. Aliquando quaſi frangiť/ & ꝑ obliquũ declinat ad alia. Interea dum ſimilem brutis uitã agimus rõne ad Deum nõ cõuerſi intellectu: ſaltem clam reuoluimur circa Deum. Reſtat quinetiã affectus quidã in rõne ſtimulis quandoq; ſuis reuocaturus ad Deum. Cui quãdo ꝑnitus copulamur: quoniã per unitatem eſſentialem illi iungimur/ interius lõge pleniusq; fruimur/ q̃ qui re quauis cognoſcẽdo potiť. Probabile uero eſt eiuſmodi copula nos coniunctos inde minime diſceſſuros. Copula uero eſt arctiſſima/quãdo incorporeũ incorporeo iungitur: ſi modo alterum eorum formalem diuerſitatem iam depoſuerit: per quã utiq; ſolam diſcrepabat ab altero.

## PLOTINVS.

SIquis igiť aĩus ſeipſum alio quodã tempore nouerit/agnoueritq; motum eius non eſſe rectum/niſi forſan quãdo aliquam patiť fractiõem: naturalẽ uero motũ eſſe tanquã circularem circa aliquid/non externũ quidem/ſed circa centrum: centrum autẽ id eſſe/a quo circulus ꝓficiſciť/ is profecto circa hoc ipſum a quo extat/mouebiť: Atq; ad id ſe undiq; cõferens/ipſũ ad illud ꝑnitus applicabit: Ad quod aĩas oẽs ſe cõferre decebat. Feruntť autẽ illuc Deorũ aĩę ſemper. Et iccirco Dii ſunt/quoniam feruntť ad illud. Deus enĩ eſt quicqd eſt illi coniunctum. Quod aũt procul diſtat/ homo eſt: homo inq̃ multiplex atq; brutum. Quod igiť eſt uelut aĩę centrum/num hoc ipſum eſt/quod eſt ſtudioſe quęſitũ? Sed profecto aliud quiddã eſſe cenſendũ: in quod oĩa quaſi centra concurrunt. Meminiſſe uero oportet/ apellatiõem centri huius & circuli/ſecũdum quandam analogiæ compationem hic adduci. Anima enĩ nõ ſic eſt circulus/ut figura. Sed quoniam ĩ ea & circa eam eſt antiqua ꝓcipuaq; natura. Atq; a tali quodam aĩa pendet/magisq; etiam quãdo totus eſt aĩus ſepatus. Nũc uero poſtquã pars aliqua noſtri corpore mergiť/ pinde ac ſiquis ĩ aqua pedes habeat/reliquo autẽ corpore ſupet aquam/nimirũ eo ipſo quod corpore non eſt ſubmerſum erecti ſublimius/ꝑ noſtrum centrum cum ipſo uelut oĩum centro coniũgimur. Sicut ſępe ſolemus circulorũ/multorũ centra/circũfuſę & cõtinẽtis ſperę centro ꝓrſus affigere. Si igiť animorũ orbes/corporei eſſent orbes/certe quadã cõditione loci/cõmuni inniterenť centro. Et circa eiuſmodi centrũ alicubi ſitum/orbes animi uoluerenť. Quoniã uero & aĩæ ipſæ ĩtelligibiles ſunt/ & illud eſt ĩtellectu ſupius/exiſtimandum eſt aliis quibuſdam uiribus: qua uidelicet rõne ĩtelligens ad id quod intelligiť naturaliter/admoueri poteſt/copulam eiuſmõi cõfici: Atq; eriã propinquius q̃ ĩtelligens/adeſſe ſimilitudine & identitate (ut ita dixerim) quadam/cognatoq; copulam nullo interim ſeiungente. Corpora enĩ propter corpora coniungi aliis prohibenť. At incorporea/corporum obſtaculo diſiungi nõ poſſunt. Nõ igiť loco iter ſe incorporea diſtãt: ſed alteritate potius & differẽtia quadam. Quãdo igitur diuerſitas hæc/& ut ita loquar/alteritas abeſt: tũc quæ ꝓpea diuerſa nõ ſunt/ ſibi inuicem adſunt. Illud ſane cum nullam ĩ ſe admittat diuerſitatẽ/ſemp adeſt: Nos aũt tũc præſentes illi ſumus/quãdo diuerſitatem nullam prorſus habemus. Illud rurſus non appetit nos/ut inde circa nos uerſari cogať. At nos illud appetimus. Ideoq; circa illud ipſi uerſamur. Iam uero ſemp reuoluimur circa idem: Nõ tamẽ aſſidue aſpicimus ipſum. Sed quemadmodũ cantantium chorus/quanuis circa ſummũ ducem ſe reuoluat/diuerti tamen alicubi põt ab ipſo ducis aſpectu/

atq; diſſonare. Sed quãdo ad ipſum uertiẽ/ recte admodũ cõcinit/ ac circa ipſum tũc ſe reuera cõuertit: ita & nos ſemp reuoluimur circa Deum/etiam quãdo inde ſoluemur oĩo: neq; illum ulterius cognoſcemus. Nõ tamen ĩ ipſum ſemp cõuerti mur: ſed quãdo ĩ eum ꝑ ſus inſpicimus/ tũc deniq; nobis finis optatus requieſq; cõtingit. Neq; amplius diſſonamus: dum ſcilicet diuinũ reuera chorum agimus circa illum.

## MARSILIVS.

### Beatitudo animę cõtemplantis Deum Cap. IX.

Sicut oĩa bona ſunt a primo bono/ ſic oĩs amor ad quodcũq; bonum fera tur/ accenſus eſt naturaliter ab eodem. Amor ergo noſter cum ĩ nullis uſq; bonis quieſcat uelut fine/ pro fine ubi ſit quieturus hẽt idem bonũ quod habuit/ & prĩcipium. Quemadmodũ uero appetitus ad bonũ naturaliter incita tur/ ſic & fruitiõem exigit naturalẽ: Nõ imaginalẽ tãtũ & ĩ cognitione quadã ſola poſitam: ſed re ipſa naturam noſtrã ĩtus afficientẽ: quod quidem ĩ ſenſibus appa ret/ & corpore. Multo magis primi boni fruitio naturalis eſſẽtialisq; nobis euade re debet: nec ꝑ modũ ĩtelligentię ſimplicis: ſed naturæ: Vbi fruitio tanto ſit pene trantior ĩ medullas q̃ intelligẽtia/ quãto ĩtelligentia ſolet obiectũ ꝑfundius pene trare q̃ ſenſus. Igiẽ frui Deo nõ tam eſt uidere q̃ tangere: nec id quidem extrinſe cus: ſed pẽnitus illabi/ ac diuinitus affici: Efficiq; Deum ſicut q & alimẽto ueſciẽ tandem efficiẽ alimentum: uel forte uiciſſim. Sed o Plotine poſtq̃ iſta cõceſſeras/ cõſequẽter/ & cõceſſurus eras/ aĩam ĩ Deum iam tranſlatam inde nõ diſceſſurã. Et aĩam quę naturaliter apta eſt/ ut actu intimo cõuertaẽ in Deum/ fiatq; Deus: non eſſe aptam/ ut motu proprio aliquãdo tranſferaẽ in brutum.

## PLOTINVS.

IN hoc aũt choro inſpicit uitæ fontem/ fontem mentis: entis ipſius princi pium: boni cauſam/ radicẽ aĩæ: Quæ quidẽ nõ ita ex Deo effluũt/ ut eum cõminuant. Nõ enĩ moles eſt Deus: alioquin inde genita corruptibilia fo rent. Nũc uero ſempiterna ſũt: quoniã eorum principium eodem ſe modo ſemp habet: neq; ĩ illa diuidiẽ/ ſed permanet ĩtegrum/ dum producit. Quamobrem illa quoq; permanent: uelut ſi Sole manente/ permaneret & lumẽ. Iam uero neq; nos inde ſeiuncti ſumus/ neq; ſeorſum uiuimus/ quãuis natura corporis incidẽs nos traxerit ad ſeipſam. Simul enĩ afflamur inde/ atq; ſeruamur. Nõ adeo tamẽ/ ut ille quidem nobis tradiderit/ deinde tamen diſtet a nobis: Sed cõtinue largiaẽ/ quate nus hoc ipſum quod eſt/ ꝑſeuerat: ĩmo uero quatenus ad illum ipſi uergimus. Hic profecto bonum conſiſtit noſtrum. Hinc procul abeſſe nihil aliud eſt/ q̃ eſſe minus. Hic anima requieſcit. Hic tãtum animus a malis eſt liber/ poſtquam in lo cum a malis recurrerit liberum. Hic uere intelligit: nec ullis eſt obnoxius paſſioni bus. Hic ſolum uiuere reuera cõtingit. Quod enim nũc uiuere dicitur ſine Deo/ ueſtigium uitę eſt ſupernam imitans uitam. Illic autem uiuere/ mentis eſt actus. Actus autem Deos quoq; generat/ dum attingit Deum tactu quodã occulto atq; tranquillo. Generat autem pulchritudinem: generat & iuſtitiam: generat ipſam quoq; uirtutem. Hæc enim Deo prẽgnãs anima parit. Atque id animo principiũ eſt/ & finis. Principium quidem/ quoniam inde procedit. Finis autem/ quoniam illic eius eſt bonum. Peruenieſq; illuc ipſe hoc ipſum quod erat/ euadit. Quod enim hic eſt/ in his quæ uerſatur/ caſus eſt aliquis/ atq; fuga alarũq; iactura. Indi

cat autem illic bonum noſtrũ conſiſtere/amor ipſe ingenitus animo: prout amor coniugatur animis & in ſcriptis & fabulis. Nempe quoniam aliud animus eſt q̃ Deus/& tamen eſt ex illo/neceſſario amat illum. Iam uero cũ ibi uiuit/cæleſtem habet amorem: Hic autẽ cõmunis fit atq; uulgaris. Cæleſtis enim illic regnat Venus. Hic autem uulgaris fit Venus quaſi iam (ut ita dicam) adulterata. Eſt autem oĩs anima Venus. Quod quidẽ quanuis uerbis obſcuris indicãt natalia Veneris/amorq; ſimul cũ Venere genitus. Animus ergo ĩ naturali habitu cõſtitutus amat Deum/Deo cõmiſceri deſiderãs quaſi pulchram uirginitatem honeſto affectans amore. Poſtquam uero ĩ generationem lapſus/quibuſdam quaſi cõnubiis falli tur/amorẽq; cõmutans reportat pro diuino caducum/tũc quaſi a patre ſeiuncta laſciuit. Sed rurſus laſciuias humanas exoſus/& ab his ſe caſtum eximens/ad patrem quãdoq; reuertitur affectione iam beata potitus. Siquis aũt affectiõem ſiue paſſionẽ eiuſmõi prorſus ignorat/hinc excogitet/ex humanis amoribus id coniectans. Quãta uidelicet fęlicitas extimeẽ/re ardenter amata potiri. Tam&ſi quæ hic a nobis amãtur mortalia ſunt & noxia/& ad imagines quaſdam amores ipſi feruntur. Ac tandem ĩ cõtrarium tranſmutantur. Quippe cũ quod ſectati ſumus/amãdum ſiue nobis amatum reuera nõ fuerit: neq; noſtrum bonũ: neq; quod naturaliter exoptamus. Illic autem ipſum reuera uiget amatum. Qui cum cõmiſceri licet: fieriq; participem/uereq; prorſus habere. Quippe cũ extrinſecus carnibus non tegatur. Quiſquis autem id nouit/cognouit certe quod loquor. Quemadmodum ſcilicet anima tũc aliam agit uitam: Atq; progrediens & iam progreſſa/& Deum deniq; conſecuta/plane cognoſcit iam prorſus affecta/q̃ adſit ipſe uerę uitę largitor. Et profecto nullo illic eſt opus ulterius: Sed contra/cętera prorſus deponere debet: & ĩ eo ſolo conſiſtere: Deusq; fieri tantũ: reliquis pęnitus amputatis/quę circum nobis adhęrent. Quamobrem hinc emigrare properãdum eſt: dolendumq; nobis/q̃ aliqua hic ex parte alligati uiuamus: Vt toto pęnitus alio complectamur Deũ: nihilq; reliqui ſit ĩ nobis/quo nõ pariter attigamus. Iam uero ĩ eo uiuendi ſtatu uidere licet Deũ atq; ſeipſum/quemadmodũ fas eſt uidere/ſeipſum quidem illuminatũ/intelligibili iam lumine plenum: Immo uero lumẽ/ipſum purum/leue/ſublime/Deum tũc effectum: Immo uero iam exiſtẽtem: tunc quidem accẽſum. Sin autem grauatus animus rurſus inde labatur/iam quaſi rurſus extinctum.

## MARSILIVS.

### Fruitio Dei Cap. X.

HAnimus abſoluta tandẽ præparatione Deo q̃proximus ex infinito bono uirtutem attrahendi infinitam prorſus habẽte/amorem erga ipſum concipit infinitum: Vtrinq; igitur adeo tranſformatur in Deũ/ut intuenti mox nõ ut animus iam occurrat: ſed ut Deus. Quemadmodum ſi aer attenuetur in lumen. Quod iam forte ab initio contigit igni. Hinc illud Pauli noſtri: Qui adhęret Deo/unus fit ſpiritus. Conceſſit quidem Plotinus intellectum noſtrum Deo ſemel potitum: Nunquam inde diuerti. Concedit & rationem conuerti ad intellectum/quando diſcurſione depoſita/argumentatio ĩ ea iam ſubito fit intuitus. Conceſſurus erat & rationem ibi perpetuo contueri præſertim a corpore pęnitus abſolutam: quod & hic interloquẽdum tetigiſſe uidetur.

## PLOTINVS.

CVr nam igitur animus ibi nō permanet? Profecto quoniam nōdum hinc emigrauit omnino. Erit autem & quando dabitur continuitas intuendi: cum ſcilicet corpus nullo modo intuitum perturbabit. Eſt autem qui uidit/nō quod proprie perturbatur/ſed aliud quiddam. Atqui & ipſe qui uidebat tunc præcipue uacat a uiſione/quādo ab ea nō uacat ſcientia/quæ in demonſtrationibus cōiecturisq;/& rationis diſcurſione uerſatur. Ipſum uero quod eſt uidere & ipſe uidēs/nō ulterius ratio quędam eſt: ſed quiddam excellentius ratione/rationemq; antecedens. Atque ſiquo modo in rōne ſit/eſt ibi potius tanquam uiſum. Quiſquis igit̄ ſeipſum uidet/certe dum uidet/ſe inſpicit ſic affectū: Immo uero ſibi ſic diſpoſito cohærebit: talemq; perſentiet/ſimplicem iam prorſus effectum. Forſan uero neq; uidere dicēdum: ſed fieri potius ipſum uiſum. Siquidem hæc duo quædā eſſe putandum: Scilicet uidens atque uiſum. Neq; utraq; unum. Tam&ſi ſermo hic uidetur audētior. Tunc ſane neq; proprie uidet: neq; tanquā uidens ipſe diſcernit: neque duo quædam imaginatur. Sed animus tunc tanquā factus iam alius/neque ipſe ulterius neque ſui duntaxat illuc ſe confert: eiq; ſe dedit/factuſq; totus illius/euadit protinus unum/tanquam centrum cum centro coniungens. Hic &enim concurrentia unum fiunt: tunc uero ſunt duo/quando inter ſe diſiunguntur. Sic & nos nunc dicimus alterum. Quamobrem ſpectaculum hoc dictu admodum difficile eſt. Quo enim pacto pronuntiabit quiſpiam tanquam alterum/quod dum uideret nō uidebat ut alterum: ſed ſecum pęnitus unum.

## MARSILIVS.

### Fruitio Dei Cap. XI.

VIrtute ipſius unius ubiq; fit unio: Nec aliam ob cauſam ſimiliora inuicem facilius uniuntur/q̄ quoniam in qualitate ſunt unum. Animus ergo cum ipſo principio rerum uno tūc demum unitur arctiſſime/quando ipſe potiſſimum in ſe fit unum: id autem efficitur/quādo exutus multitudinem/quę ad imaginationem/rationem/intelligentiam/pertinet/euadit ſola ſua unitas: atque hac ipſa per amatorium affectum fruitur unitate diuina/centrum ita ſuum cum centro copulans uniuerſi. Plotinus animum ſic affectum aſſerit, intellectualem formam ſuam tranſtuliſſe ad unitatem. Rurſusq; rationalem formam ad intellectualem ſimiliter tranſtuliſſe. Hinc igitur conceſſurus erat rationalem pro intellectuali iam habendam: atque hanc ſicut & illam/ibidem perpetuo permanſuram. Præſertim cum dicat animum in ſtatu illic immobili conſtitutum/euaſiſſe quaſi iam ſtatum: ac nedum naturam mobilem/ſed ipſam quoque primam eſſentiam tranſcēdiſſe. Vbi finē motibus faciat & laboribus. Nos certe Magnanime Laurenti laboribus in Plotinum noſtris finem adiuuante Deo nunc imponimus: Sic Deum omnipotentem ſuppliciter adorantes: Gratias tibi agimus ſumme Deus/illuminator mentium/auctorq; bonorum/q̄ nobis præter meritum ad abſoluendum opus tantum tua gratia uires ſuppediaſti. Da precor clementiſſime Deus ueram lectori pio proſperitatem. Infunde præterea lumen: quo uera paſſim diſcernat a falſis: ne uſquam uel meditādo uel agēdo a tua uolūtate diſſentiat.

## PLOTINVS.

HOc igitur myſteriorum talium inſtitutio indicat/ubi uetat/id hominibus nondum initiatis expiatiſq; patefacere. Nempe tāquā nō liceat explicare/

uetuit quod diuinum eſt alteri cuiq̃ aperire: niſi duntaxat illi/cui & uidere contigerit. Quoniam igitur duo non erant/ ſed ipſe uidens/cum eo quod uidebatur erat unum/tanquam non eſſet proprie uiſum aliquid/ſed unitum: ſiquando quis id euaſerat/dum illi prorſus cõmiſceretur/ huius forte reminiſcatur/ habebit quidem penes ſeipſum illius imaginem. Erat autem & ipſe unum/nullam in ſe ad ſe ipſum differentiam habens: neque rurſus quantum ad cætera pertinet. Nõ enim apud eum aliquid mouebatur. Non ira/ nõ appetitus inerat alicuius/animo iam ad excelſa profecto. Sed neque ratio/neque intelligẽtia quędam: neque omnino & ipſemet ſi modo id dictu fas eſſe cenſetur. Sed tanquam raptus/ſiue Deo pẽnitus occupatus in tuto quodam receſſu/habituq; tranquillo prorſusq; immobili iam cõſtitutus eſt ab eſſentia ſua nullo mõ declinans. Neque etiam circa ſeipſam ſe reflectens: quippe cum pẽnitus conquieſcat/ & quaſi ipſe iam ſtatus euaſerit. Iam uero neq; uerſatur ulterius circa pulchrum: Sed ipſam pulchritudinem iam tranſcendit. Ipſum quoq; uirtutum iam ſuperans chorum. Perinde ac ſiquis ſacri cuiuſdam adyti penetralia iam ingreſſus/ ſtatuas omnes in templo diſpoſitas a tergo relinquat. Quę quidem egreſſuro mox ex adyto/primę rurſus occurrunt poſt ſpectaculum illud intimum. Poſtq; ipſum commertium non ad ſtatuas/nõ ad imagines habitũ: ſed ad ipſum potius/quod ſtatuæ/quod imagines repreſentant. Quæ profecto ſpectacula quædam ſequentia iudicanda ſunt. Ipſum uero forſan non eſt ſpectaculum iudicandum. Sed ratio quædam illic eſt uidendi diuerſa. Exitus uidelicet aliquis e ſeipſo & diffuſio quędam profectuſq; mirificus/ ſtudiumq; tangendi/& deniq; quies. Omnisq; illic excogitatio ad copulam prorſus annititur: ſiquis modo quod eſt in penetrali perſpiciat. Qui uero proſpicit aliter/ nihil inde reportat. Sapientes igitur Prophetarum/ imitationes eiuſmodi diuinorum obſcuris inuoluũt/ indicãtes qua ratione Deus ille cernatur: Sapiens uero ſacerdos myſterium explicans inuolutum: adytumq; ingreſſus/ contemplationem ibi ueram aſſequitur: qui ſi nõ dum ingreſſus fuerit/ tunc adytum ipſum rem quãdam exiſtimans inuiſibilem/& fontem/atque principium/cognoſcet admodum ut principium. At uero illuc ingreſſus/principium ipſum uidet: eiq; coniungitur. Similiq; ſimile percipit: nullum negligens diuinorum/ quotcunq; animus conſequi poſſit. Iam uero ante uiſionem ipſam/quod uiſioni reliquum eſt/ deſiderat. Et uero qui omnia iam tranſcendit/ reliquum eſt ipſum/quod omnia ſuperat. Non enim in aliquid omnino non ens/animæ unquam natura deueniet: Sed lapſa quidem deorſum/cadet ĩ malum: Atq; ita in non ens tuere iudicatur: nõ quia in aliqd omnino non ens pręcipitari poſſit. At ſiquando contraria huic inceſſerit uia/non in aliud quidem deueniet animus: ſed pueniet in ſeipſũ: Atq; ita cum nõ ſit in alio/non iudicandus eſt propterea eſſe prorſus ĩ nullo: ſed potius in ſeipſo cõſiſtere: Eſſe uero in ſe ſolo/neque in ente/nihil aliud eſt/q̃ eſſe prorſus in Deo. Fit enim & ipſe aliquis non eſſẽtia: ſed eſſentia quoq; ſuperior: quatenus uidelicet Deo ſe prorſus inſinuat. Siquis igitur ſeipſum quandoque uiderit id effectum/habebit utique ſeipſum uelut quandam illius imaginem. Ac ſi a ſeipſo pertranſeat/tanquam imago ad exemplar uſque traducta/erit iam finem ipſum itineris conſecutus. At ſiquando a contemplatione ceciderit/ rurſus uirtutem ſibi inſitam excitans/ ſe ipſumq; prorſus excultum animaduertens/ad ſublimia iterum attolletur; dum uidelicet per uirtutem procedet in mentem; ac

DOMEIN-ARCHIEF
TE
UTRECHT

per ſapienti[illegible] progredietur. Hæc igitur eſt Deorum & hominum diuinorum ęliciumq; uita/humanas omnino negligens uoluptates/fugaq; ſolius ad ſol[illegible]n.

FINIS.

Marſilius Ficinus Magnanimo Petro Medici.S.

QVM Idibus nouembribus in agro Caregio una cum Magno Laurentio Medice deambularē/multaq; Platonis myſteria ultro citroq; interpretrare mur:decidi forte inter loquendū e ſapientia in fortunā:cępiq; hanc acrius incuſare:q; Platoni lucē affectanti/ſęculis iam multis obſtiterit. Tum ille/noli inquit Marſili Platonē noſtrum ifortunatū dicere:niſi forſan me fore putes infortunatū.Sermonē quidē tūc noſtrū his dictis abſoluimus. Sed nunqd mortis cauſa deinde ſecutę Laurētiū liceat infortunatū exiſtimare/ſimulq; Platonis fortunā funditus corruiſſe/Abſit:ut aium illum minus fęlicē putē:quem e corporis cōpedibus euolantē/nouo quodā applauſu lętus ęther excepit:grandiore ſtella i laurētiana tecta cadēte:minisq; flāmis ex alto p Caregianos agros triduo coruſcantibus.Sed biduo ante obitū Iupiter rubēte dextera ſacras iaculatus arces/terruit urbē/mox orbā tāto patre futurā. Terruit hoſtes:graue neqd forſan aduerſus inuictā domum Medicā molirenť. Itaq; nec Laurētius heros/nec hęroicus Petrus Laurentii filius ob ea quæ nup cōtigerūt/minus poſthac fęlix ē iudicādus:nec ppea Plato noſter infortunatus. Cuius caput hactenus ſalutari prorſus umbra Lauri fouebať:Nūc pedes iam firmiſſima Petra nitunť. Plotinus deniq; manibus nunc tuis apprehenſus/ſeniorē interea Platonē pijs humeris ſubſtinebit:teq; Duce producet i lucem.

MAGNIFICO SVMPTV LAVRENTII
MEDICIS PATRIAE SERVATORIS
IMPRESSIT EX ARCHETYPO
ANTONIVS MISCOMINVS
FLORENTIAE
ANNO.M CCCC.LXXXXII.
NONIS MAII.

REGISTRVM.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.u.x.y.z.&. aa.bb.cc.dd.ee.ff.gg.hh.ii. kk.ll.mm.nn.oo.pp.qq.rr.ſſ.tt.uu.

Omnes ſunt quinterni pręter.b.qui eſt quaternus:et.o.qui eſt ſexternus.




colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6